purgare opinionem, docentes nullatenus esse contrarium, si ex eorum Patrum sententiis, quas ipsa recipit synodus, falsam docuerimus hæreticorum esse sententiam, qua eam quasi contraria atque inconvenientia docere quæ ante se fuerunt, conciliis tentant astruere. Et primo quidem catholicam fidem augmentum aliquod posse recipere improbum est credere, quia cum sit perfecta et plena in omnibus, augmentum recipere non potest. Hoc enim sine dubio augmentum recipit, quod est imperfectum. Si autem non de intelligentia fidei, sed de verbis agitur, hoc non est semper contrarium, quia aliquando explanationem fidei verborum facit adjectio, aliquando corruptionem quod non augmentum, sed detrimentum est potius fidei. Quapropter tunc adjectio verborum vitanda est, quando non explanationem, sed corruptionem aut contrarietatem fidei operatur. Quod si omnis adjectio verborum catholicæ fidei noxia creditur, cur B. Cyrillus, ad destruendam Nestorii impiam interpretationem sancti Symboli, in concilio Ephesino, tam multas sanctorum Patrum sententias proferens, nullum reprehensionis dignum recipere augmentum creditur? Quod si ideo augmentum recipere non creditur, quia non ipso sancti Symboli mathemate ipsas sanctorum Patrum sententias inseruit, sed eas extrinsecus proferens sincerissimum sensum ejusdem sancti Symboli reddidit manifestum : æque ergo et de nostra parvitate convenit judicare, qui non in ipso termino venerabilis Chalcedonensis concilii inserimus Patrum sententias, sed eis extrinsecus contra inimicos pro ipsius defensione proferimus. Sic denique B. papa Leo etiam post defensionem ejusdem concilii coactus, diversorum Patrum sententiis, per illa quæ dicuntur Encyclia, contradicentium ora obstruere, et pravorum novas adinventiones atque calumnias dissipare. Quorum etiam nos exempla sequentes, his qui errorem propriæ impietatis ex auctoritate synodi confirmare nituntur, et verba simpliciter atque integre a sanctis Patribus edita, ad suam pravitatem conantur retorquere, compulsi sumus sanctorum virorum probatissimorumque doctorum sententiis armati occurrere, et impias assertiones eorum per Dei gratiam refutare : evidenter arguentes, eos a fide sanctorum Patrum ejusdemque concilii esse penitus alienos. Quid enim contra synodum et non magis pro synodo est, si contra inimicos Chalcedonensis concilii qui eum contra sanctorum Patrum fidem venisse calumniantur, sanctorum virorum (qui ante ipsam in Ecclesia claruerunt) sententias proferentes : docuerimus nihil novum, aut sanctorum Patrum fidei contrarium a memorato fuisse concilio statutum ? Præsertim cum incipientes beatissimi Patres qui in ipsa synodo convenerunt, sensum propriæ fidei explanare, ita de se manifesta voce testentur, dicentes : Sequentes igitur et nos sanctissimos Patres, confitemur, etc. Qui autem retractationem concilii esse judicant contra hæreticorum novas adinventiones quippiam in libris proferre sanctorum, aut id quod convenienti ratione collectum fuerit, primo arguant, B. Cyrillum, qui (sicut superius edocuimus) perfecto et primo sanctorum Patrum manente Symbolo, ad destruendam impiam interpretationem Nestorii diversorum Patrum sententias protulit, et B. Leonem, qui similiter sanctorum Patrum testimoniis statuta venerabilis Chalcedonensis synodi cum fide Patrum convenire docuit. Et tum demum nos quasi retractatores concilii arguere poterunt, qui per sanctorum Patrum bene prolatas sententias, repellimus hæreticorum fallaciam. Nemo enim recte reprehendatur retractare synodum, nisi qui de ipsius statutis judicans, non pro ipsa sed contra ipsam Patrum proferre tentat sententias, sicut hæretici faciunt. Qui autem non contra ipsam, sed pro ipsa, Patrum sententias proferunt, defensores sunt, non retractatores concilii. Frustra ergo omnino nos synodum retractare arguunt, quos vident non contra ipsam, sed pro ipsa Patrum proferre sententias. Quia synodus alteram fidem aut mathemata præter sanctorum Patrum tradere his qui ad catholicam fidem confugiunt, prohibuit : non autem hæreticorum pravitati, aut eis qui sensum ejus moliuntur corrumpere, rationabilibus documentis velit obviare. Unde superfluum est etiam illud quod nobis objicitur, quia quod synodus non dicit, nullatenus dici debere. Quia multa sunt quæ non dicuntur a synodo, nec in ulla scriptura canonica, et tamen cum ratio postulaverit, ea nullatenus proferre ambigimus : sicut est Trinitas, aut cum de Patre dicimus quia ingenitus est, et alia plura. Nec enim in rebus considerandum est (sicut dicit beatissimus Augustinus) quid vel sinat vel non sinat dici usus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. His ita se habentibus, beatissimi ad expugnandam et auferendam ab omnium animis suspicionem, sicut jam superius præfati sumus, nunc jam qualiter de incarnatione tantum Dominica sentiamus, sive quid de gratia Dei, non qua creamur, sed ea qua recreamur, sapiamus, necessario vobis credimus facere manifestum. Quia nulla nobis nunc de Filii Dei divinitate, qua constat et unitus est Patri et Spiritui sancto, dubietas. Si quid ergo in hac satisfactione fidei nostræ, contrarium catholicæ fidei, aut sanctorum Patrum traditionibus vestra sanctitas judicaverit, instruere et emendare dignetur : si autem convenientem, propria auctoritate firmare.

EJUSDEM

DE CHRISTO PROFESSIO.

Totus est Maxentius in hac suæ fidei Professione, et in aliis operibus suis, quæ huic tomo inseruntur, ut propter professionem et approbationem fidei concilii Chalcedonensis contra Nestorianos et Eutychianos stabiliretur hæc propositio : Christus unus de Trinitate passus vel crucifixus est, quæ licet de se alioquin sanum et catholicum sensum ferre possit, tamen legati S. Hormisdæ papæ apud Constantinopolim ipse S. Hormisdas et plurimi alii sancti et orthodoxi viri eamdem vehementer improbabant et tanquam novam et hæreticam explodebant, quod in ea sub melle venenum Eutychianum occultaretur. Causas cur eam merito repudiarent exhibent tres inter alias Ferrandus Carthaginensis diaconus, celebris ejus temporis scriptor, Epist. ad Anatolium Roman. Eccl. diaconum. *Prima erat, ne dicendo unus de Trinitate, putaretur aliud esse unum, et aliud Trinitatem. Secunda ne videretur filius Trinitatis, vel Deus Trinitatis. Consule ipsum latius ista explicantem, et Epistolas Hormisdæ, et legatorum ejus* tom. I Epist. Rom. pontif. Insuper quæ accurate adnotat Baronius tom. VII Annal. anno 519, cap. 85, et 106, et 112. *Quamobrem suspenso pede et acri judicio hæc opera Joannis Maxentii tanquam hæretici Eutychiani, eo perniciosioris quo cultioris tibi legenda propone, ne impingas.*

Igitur sequentes in omnibus fidem sanctorum Patrum, confitemur unum eumdemque Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum perfectum eumdem in divinitate, perfectum eumdem in humanitate, Deum verum et hominem verum, eumdem ex anima rationali et corpore, homousion Patri secundum divinitatem, homousion nobis eumdem secundum humanitatem, per omnia similem absque peccato. Ante sæcula quidem de Patre natum secundum divinitatem, in novissimis autem diebus eumdem, propter nos, et nostram salutem, ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum humanitatem. Unum eumdemque Christum Filium Dei unigenitum, **535** in duas naturas, inconfuse, incommutabiliter, indivise, inseparabiliter cognoscendum. In nullo naturarum diversitatem propter unitatem perimendam, salva potius proprietate utriusque naturæ in una persona unaque subsistentia concurrente. Non in duas personas partiendam aut dividendum, sed unum eumdemque Filium unigenitum Deum Verbum, Dominum Jesum, sicut ab initio nobis prophetæ dixerunt, de Deo et ipse nos Christus erudivit. Has igitur duas naturas Dei verbi Domini nostri Jesu Christi, hoc est divinitatis et humanitatis, naturaliter, secundum traditionem sanctorum Patrum credimus et confitemur unitas, eoque natura inviolabilis Dei Verbi, naturæ est unita passibili, beatissimo simul atque doctissimo Athanasio dicente : Verbum caro, non caro Verbum factum est. Verbum autem caro factum dicitur, quia Verbi facta est caro, et non alicujus hominis, hoc est, Deus homo factus est, et dicitur caro, ne prætereatis carnis nomen. Cur ergo non sufficit nobis naturalis unitio Verbi ad propriam carnem, et quia Deus homo factus est? His congrue sanctissimus theologus Cyrillus ad Nestorium : Non enim, inquit, dicimus quod Dei natura, conversa aut immutata, facta sit caro, vel quod in totum hominem, qui est ex anima et corpore, transformata sit, sed illud magis quod carnem animatam et animam rationalem sibi copulaverit Verbum, et Filius Dei subsistentialiter, ineffabiliter, incomprehensibiliter factus sit homo, et nuncupatus sit Filius hominis. Nec nuda tantum voluntate, nec assumptione personæ, sed quod diversæ quidem naturæ in unum convenerint, unus tamen ex utraque Christus et Filius, non evacuata aut sublata naturarum diversitate propter unionem.

Horum igitur sanctorum Patrum doctrinam sequentes, abominamur omnia eorum deliramenta qui filium filio copulatum, aut alterum inhabitantem in altero, alterum autem alteri confitentur unitum, secundum affectum aut gratiam, aut dignitatem aut æqualem honorem sive auctoritatem, aut secundum connuncupationem, aut concordiam, aut illustrationem, sive secundum inoperationem, aut personalem factam credunt unitionem, beato Cyrillo in capitulo tertio contra Nestorium dicente : Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, sola eas societate connectens secundum dignitatem, aut auctoritatem aut potentiam, et non magis convento ad unitatem naturalem, anathema sit. Similiter beatus Gregorius in Epistola ad Didonium : Si quis, inquit, sicut in propheta secundum gratiam didicit inoperasse Deum Verbum, et non substantialiter factam confitetur unitionem, sit vacuus melioris inoperationis, magis autem et plenus deterioris. Unam vero duarum naturarum sub-

sistentiam, sive personam, quam nobis veneranda Chalcedonensis synodus tradidit, nullus alterius nisi Dei Verbi incarnati et hominis facti confitemur. Propter quod nec illam sententiam, quam quasi contrariam quidam synodo æstimant, id est, unam naturam Dei Verbi incarnatam, avertimus, quia nihil aliud nisi unam subsistentiam sive personam in duabus naturis docet unitis.

Unde et beatus Flavianus hujus urbis episcopus in libello quem *De fide* Theodosius imperator, ad excludendos eos qui, sicut duas naturas, ita duas prædicant subsistentias, unam Dei Verbi naturam incarnatam confiteri non dubitavit, dicens : Etenim ex duabus naturis Christum post incarnationem ex Virgine sancta sive post assumptam naturam humanam, in una subsistentia sive persona, unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur ; et unam quidem naturam Dei Verbi incarnatam unde renuimus confiteri ? Quapropter impie quidam personam quidem homini, subsistentiam vero Deo Verbo credunt a synodo deputatam. Non quod nesciant apud synodum idipsum esse subsistentiam quod et persona, sed ne aperte videantur duas subsistentias, aut duas personas introducere, hoc pessimo abutuntur argumento. Nos autem unum et idem sentientes subsistentiam esse quod et personam, non dicimus Trinitatem in Christo inhabitare, sicut consueverunt Theodori Mopsuestien. et Nestorii sectatores, quasi quid extra Trinitatem sit Christus ; sed Deum Verbum unigenitum Filium Patris, Dominum nostrum Jesum Christum, qui pro nobis passus est, carne, unum de tribus subsistentiis unius divinitatis esse credimus. Nec enim verendi sunt, hi qui nos reprehendere tentant, dicentes : Ego [Nego ?] quod Trinitatem dividere, est Christum dicere unum de Trinitate, cum ex Trinitate, et quod amplius est, unus trium, a beato dictum sit Augustino. Denique in libro Enchiridii [1], dum ageret de eo quod dictum est : Natum Deum Verbum ex Spiritu sancto et Maria Virgine, inter cætera ait : Sed cum illam creaturam, quam Virgo concepit et peperit, quamvis ad solam filii personam pertinentem tota Trinitas fecerit (neque enim separabilia sunt opera Trinitatis), cur in ea facienda solus Christus nominatus est ? An et quando unus trium aliquo opere nominatur, universæ opera intelligitur Trinitatis ? Rursus in libro secundo *De Trinitate* [2] : Utrum, inquit, indiscrete Deus apparuerit patribus nostris, antequam Christus venerit in carne ? An aliqua ex Trinitate persona, an singulatim, quasi per vices appareat ? Et iterum post pauca : Neque hic ergo, inquit, evidenter apparet utrum aliqua ex Trinitate persona, an Dominus ipse Trinitas (de quo dictum est : *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* [3]) visus fuerit Abrahæ.

Sed his paulo manifestius beatus Proclus hujus urbis episcopus, quem etiam veneranda recepit synodus Chalcedonensis, ad Armenios, cum contra Theodori blasphemias, quam [F. quando] quaterni tatem pro Trinitate impie dogmatizavit, peteretur ab ipsa gente ut scriberet, ejusdemque blasphemias refutaret, de hac sententia est locutus, dicens : Sed sciscitaris me fortassis illum novicium vanumque sensum seu vaniloquum, dicens : Quia qui confitetur eum qui crucifixus est, Christum Deum, et Patrem et Spiritum sanctum crucifixum confitetur, si una est Trinitatis natura. Ego autem e contrario objicio tibi, et quæro : Unus ex Trinitate est, qui crucifixus est, an alius aliquis extra Trinitatem ? et siquidem unus, solutum est jurgium. Si autem alius aliquis præter Trinitatem, quartus est sine dubio gloriæ Dominus, et ab illa glorificatione, qua Seraphim glorificant, exsistit extraneus. Illa autem animalia Trinitatem laudant, et unitatem confitentur. Hoc autem si non mendaciter docet vox illa, quomodo quartus, quos non plasmavit salvavit : aut chirographum peccatorum destruxit in cruce, qui non habet potestatem peccata dimittere, si non est secundum te Deus ?

Et iterum post aliquanta : Si autem proferas mihi, inquit, dicens : Quia qui confitetur crucifixum Deum Filium, et Patrem et Spiritum sanctum confitetur, super aquam scribis, et super arenam ædificas. Attende igitur catholicæ fidei nervos, et ablue imprudentiam tuam. Quid enim est quod nos sapimus ? In hac ipsa essentia, qua constat et unitus est Filius Patri et Spiritui, non dicimus eum passum, sed carne quæ ex nobis et pro nobis est factus. Non autem alius est factus nisi unus de Trinitate, et crucifixus est, carne qua factus est, et non est passus divinitate, qua unitus est Patri et Spiritui, ut et ipsos concrucifixos dicamus. Si autem diceremus eum divinitate crucifixum, revera in Trinitate passionem induceremus. Si autem dicimus, quod in carne sua passiones Verbum suscepit, confitemur quia et unus est de Trinitate qui passus est, de [et] Trinitatis natura impassibilis mansit. Et iterum : Si autem incarnatus, inquit, non esset passus, haberet fortassis rationem versutissima objectio. Si autem incarnatus passus est evidenter, quoniam causa incarnationis est crux, hoc crucifixum est quod incarnatum est. Si autem quod incarnatum est, crucifixum est, Pater autem et Spiritus non est crucifixus, unus ergo de Trinitate est crucifixus. Divinitatem vero qua communicat Patri et Spiritui, servavit impassibilem, carne autem, qua ipse solus est factus, ipsa et solus idem est passus. Quapropter, si quis hanc hujus beatissimi Patris super splendorem solis lucentem sententiam reprehendere audet, unam totius Trinitatis subsistentiam, id est Patris et Filii et Spiritus sancti, manifeste cum Sabellio credere reprehen-

[1] Cap. 38, t. III. [2] Cap. 10. [3] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10.

ditur. Quia si, secundum ipsos, quicunque dixerit, unum ex Trinitate Christum, qui pro nobis est carne passus, divisionem facere deprehenditur Trinitatis, ergo et 536 quicunque Deum ex Deo dicere, divisionem efficit deitatis. Quod si Deum ex Deo dicere divisionem non facit divinitatis, præsertim cum una sit divinitas Trinitatis, multo magis unum ex Trinitate dicere, divisionem non facit Trinitatis. Quia non secundum id quod unus est Deus, et una divinitas Trinitatis, sed secundum id quod tres sunt, id est, Pater et Christus, et Spiritus sanctus unus Deus, Christus dicit [dicitur] unus de Trinitate, qui pro nobis passus est carne. Verum, si vellent advertere hi qui hanc totius Ecclesiæ vocem, et apostolicis traditionibus convenientem, temere audent reprehendere : quoniam unus Deus Trinitas, et quoniam Deus ex Deo, et unus ex uno, nullatenus dubitarent dicere unum ex Trinitate Christum, qui pro nobis passus est carne. Quia si non Trinitatem, quæ unus est Deus, sed Deum, qui substantialiter ex Deo est, genuit secundum carnem virgo Maria, sine dubio unus ex Trinitate est qui secundum carnem ex ipsa natus est. Aut ergo confiteantur hi, qui hanc vocem putant catholicæ fidei esse contrariam, Deum qui est Trinitas natum ex femina ; aut si hoc non audent dicere, dicant unde est Deus qui de Virgine natus est, si non est de Trinitate, cum præter Trinitatem nullum alium Deum agnoscant Catholici. Sed si eam vere et proprie Dei crederent Genitricem, utique Deum Verbum unum esse crederent de Trinitate : quia non ex ea Deus qui est Trinitas natus est. Nam, cum Apostolus Christum testetur [4] super omnia Deum, Trinitas autem unus est Deus, non incongrue ab eis quæritur utrum Trinitas Christus sit, aut alter præter Trinitatem Deus, Christus sit. At forte etiam super Trinitatem Deus est Christus, quia super omnia eum Deum testatur Apostolus. Quod si horum trium quodlibet dicere est impium, restat ut unus de Trinitate sit Verbum, qui de Virgine secundum carnem natus est, et homo factus, passus est carne pro nobis. Hinc est quod beatam Virginem Mariam, propter honorem tantum hominis illius, qui ex ipsa natus est, quem gratia, non natura Deum confitentur, Dei asserunt Genitricem. Nos autem vere et proprie Dei Genitricem credimus et confitemur. Quia puerum illum quem ipsa peperit, natura Deum cognoscimus, et per ipsum facta sunt omnia, secundum beatum Cyrillum dicentem : Homo natus est, cum sit natura Deus Dei Patris Verbum. Quia similiter ut nos sanguini communicavit et carni. Sic enim terrenis apparuit, non amittens quod erat, sed assumendo humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Et iterum in primo capitulo contra Nestorium : Si quis, inquit, non confitetur Deum esse secundum veritatem, eum qui est Emmanuel, et ob hoc ipsam Dei Genitricem sanctam Virginem (peperit enim carnaliter Verbum, quod ex Deo est caro factum, secundum quod scriptum est : *Verbum caro factum est* [5]), anathema sit. Quapropter duas etiam nativitates Dei Verbi, unam ante sæcula a Patre secundum divinitatem, alteram vero novissimis temporibus, secundum humanitatem a Virgine sancta, confitemur. Quia non alium matris, alium patris filium credimus, sed unum eumdemque naturalem filium patris, naturalem filium matris agnoscimus, beato papa Leone ad Flavianum dicente : Cum enim Deus et omnipotens, æternus Pater creditur, consempiternus eidem quoque Filius demonstratur, in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus. Non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non divisus essentia : idem vero sempiterni Genitoris Unigenitus sempiternus. Natus de Spiritu sancto ex Maria Virgine : quæ nativitas temporalis, illi nativitati divinæ et sempiternæ, nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit. Secundum hujus beati Patris sententiam, Deus factus Christus, non autem Christus Deus factus docetur, sicut dicunt sectatores Theodori Mopsuest. magistri Nestorii, qui per profectum Christum Deum factum credunt. Quia non cum esset pauper, dives factus est, sed cum dives esset, pauper factus est, ut nos divites faceret [6]. Sicut et Psalmista testatur dicens : *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis* [7]. Quomodo autem Deus ungi potuit aut habere consortes, nisi fieret homo? Et ideo recte unius ejusdemque Dei Verbi incarnati, et hominis facti creduntur esse mirabilia et passiones, quia non est alter Deus, alter homo, sed idem Deus, idem homo, secundum illam papæ Leonis sententiam dicentis : Quia impassibilis Deus non est dedignatus fieri homo passibilis, et immortalis mortis legibus subjacere. His congruens etiam beatus Cyrillus contra Nestorium : Si quis, inquit, non confitetur Deum Verbum passum carne, crucifixum carne et mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est vita et vivificat nos tanquam Deus, anathema sit. Secundum horum igitur hunc omnium sanctorum Patrum catholicum sensum suscipimus quatuor synodos, id est, Nicænam trecentorum decem et octo, et centum quinquaginta : qui in hac urbe regia convenerunt, et eam quæ in Epheso congregata est, cui præfuerunt Cœlestinus et Cyrillus beatissimi patriarchæ, cum omnibus quæ ibi contra Nestorium sive contra quamlibet hæresim acta sunt, nec non etiam, quam sequimur et am-

[4] Rom. IX, 5. [5] Joan. I, 14. II Cor. VIII, 9. [6] Psal. XLIV, 7, 8.

plectimur, venerandam synodum Chalcedonensem, omniaque scripta Patrum sanctorum, qui unum et idem secundum horum conciliorum definitiones senserunt ; anathematizamus autem omnes, si quis dubitat, aut retractat, aut imperfecta judicat, aut qui ea a fide sanctorum Patrum æstimat aliena. Similiter igitur anathematizamus omnia scripta Theodori Mopsuesti, et Nestorii discipuli ejus, et omnes qui similiter illis sapiunt. His adjicientes Eutychem, Dioscorum, Timotheum, Elusium, Petrum Alexandrinum, et Petrum Antiochenum, et Acacium Constantinopolitanum, cum omnibus sectatoribus eorum, et successoribus, communicatores et complices, aut qui quacunque sorte eorum maculantur contagione, aut memorias eorum celebrant qui in ipsa damnatione defuncti sunt, aut innocentes defendunt.

His ita se habentibus, beatissimi nunc quid jam de gratia Dei, non qua creamur, sed de ea qua recreamur et renovamur, sentiamus, breviter exponentes, santitati vestræ necessario credimus facere debere manifestum. Eo quod etiam in hac parte inimici gratiæ Dei, id est, Pelagii et Cœlestii sectatores nimium nobis infesti esse videntur. Igitur confitemur rectum in omnibus a Deo creatum Adam, non mortalem nec immortalem, sed utriusque capacem habentem in proprii facultate arbitrii, et velle et posse ad omnia, hoc est et ad bonum et ad malum ; hunc callidi serpentis deceptum astutia propria sponte prævaricatorem exstitisse divini præcepti, atque ob hoc justo judicio Dei, non solum morte corporis, verum etiam animæ effectum obnoxium, et pristino honore nudatum, jumentis similem factum, non quod irrationabilis sit effectus, sed quia rationalis vigor ejus carnali delectatione est obligatus, sensit denique mox inobedientiæ merito legem contrariam in propriis membris, repugnantem legi mentis suæ, captivantem se in lege peccati. Quod malum et pœnam mali in universum credimus transisse genus humanum. Nec enim mortem corporis tantum, quæ pœna peccati est, sicut quidam dicere volunt, sed et aculeum mortis, hoc est, peccatum, ingressum in mundum. Quia non istis, sed Apostolo potius acquiescimus, qui et peccatum et mortem in omnes homines pertransisse testatur, dicens : *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransivit, in quo omnes peccaverunt* [8]. Propterea, recentes ab utero parvulos, non tantum ut adoptionem mereantur filiorum, aut propter regnum cœlorum (sicut Pelagii et Cœlestii, sive Theodori Mopsuest. discipuli, qui unum et idem naturale et originale peccatum esse affirmare conantur), sed in remissionem peccatorum eos credimus baptizari, ne pereant in æternum. Inarmatus igitur naturæ vigor per malum prævaricationis, nullatenus valuit per semetipsum inde resurgere, quo per propriam voluntatem erat lapsus. Quapropter nullum ab Adam nunc usque per naturæ vigorem credimus esse salvatum, nisi dono gratiæ Spiritus sancti in fide nominis Jesu. Quia non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat **537** eos salvos fieri [9], nisi in nomine Jesu Christi. Liberum autem naturale arbitrium ad nihil aliud valere credimus, nisi ad discernenda tantum et desideranda carnalia, sive sæcularia, quæ non apud Deum, sed apud homines possunt fortassis videri gloriosa. Ad ea vero quæ ad [vitam æternam pertinent, nec cogitare, nec velle, nec desiderare, nec perficere posse, nisi per infusionem et operationem intrinsecus Spiritus sancti, qui est etiam Spiritus Christi. Spiritum enim Christi qui non habet, hic non est ejus. Quod si quis credit in Christo, jam Christi est. Sicut et verum est, non utique per donum naturæ, sed per Spiritum sanctum est, qui Christi est. Qui jam credit in eum qui justificat impium, ut confiteatur quia Dominus est Jesus, quod nemo potest dicere, nisi in Spiritu sancto [11]. Quapropter anathematizamus eos qui naturale aut substantiam aliquam dicunt esse peccatum. Abominantes etiam eos qui contra vocem Apostoli audent dicere : Nostrum est velle, Dei vero perficere, cum idem doctor et velle et perficere donum testetur esse divinum, ipso dicente : *Deus enim est qui operatur in vobis et velle et perficere, pro bona voluntate* [12]. Credentes etiam omnes ab Abel usque ad Christum, si qui salvati sunt, ea gratia qua et nos esse salvatos, secundum vocem beati Apostoli Petri dicentis : *Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres vestri, neque nos portare potuimus ? sed per gratiam Domini Jesu credimus salvari, quemadmodum illi* [13].

EJUSDEM

CONTRA NESTORIANOS CAPITULA.

Duodecim istos anathematismos esse illas contestationes quas monachi Scythæ publice Romæ affixerant, cum ex urbe, in qua sancto Hormisda pontifice custoditi servabantur, clam aufugerant, non prorsus aliene

[8] Rom. v, 12. [9] Act. iv, 12. [10] Rom. viii, 9. [11] I Cor. xii, 3. [12] Philipp. ii, 13. [13] Act. xv, 10, 11.

conjectatur Baronius tomo VII, anno 520, cap. 25. In primo anathematismo cum ait: « Unam naturam Dei Verbi incarnatam. » Nota fraudem hæreticam, lector; est quidem hæc assertio de se vera et orthodoxa: Natura Verbi, vel divinitas est incarnata. Sic enim locutos constat sanctum Athanasium, sanctum Cyrillum, quos citat sanctus Joannes Damascenus lib. III *De fide, cap.* 6; *sanctum Fulgentium quæst.* 2 *ad Ferrandum; concilium Lateranense sub Martino I, canone* 1; *sanctum Petrum diaconum, libro De incarnatione, cap.* 2. *et alios. Siquidem hunc sensum catholicum accipit. Natura divina est incarnata, id est unita carni, vel quia naturan. carnis assumpsit. Cæterum quia Eutychiani eam propositionem, unam naturam Dei Verbi incarnatam prave et hæretico sensu detorquebant; quasi in Christo non esset nisi natura divina, in quam conversa fuerit natura humana, nullo pacto ferenda est in Eutychiano homine, qualis fuit Maxentius. Nam etiam Dioscorus cun. orthodoxis episcopis se divelleret, dixit in concilio Chalcedonensi ad finem actionis* 1, *ante actionem* 2 *concilii Constantinopolitani: Ego autem testimonia habeo SS. Patrum Athanasii, Gregorii, Cyrilli in multis locis, quia non oportet dicere post adunationem duas naturas, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam. En posteriora verba ipsissima sunt Maxentii; priora dolo perfido omisit, vel potius occultavit, quæ tamen intelligi voluit. Eodem pacto Armeni errantes loquebantur, qui tamen nolebant videri Eutychiani, quos tamen redarguit Theorianus infra.*

Quocirca prudenter sanctus Damascenus Eutychianorum imposturas detegens lib. Fidei orthod. cap. 11, *hæc monuit: At quod divinitas homo facta, incarnata sit, aut humanitate se induerit, nusquam audivimus. Illud certe didicimus, divinitatem humanitati in una suarum personarum unitam esse. Et Nicetas lib.* III *Thesauri, cap.* 11, *inquit: Errore non caret, si naturam divinam incarnatam esse dicamus, vel si carnem a natura divina assumptam fuisse dixerimus. Hæc idcirco ipsi ne fraudibus Eutychianorum orthodoxis imponeretur, ut in primo suo anathematismo hic fecit Joannes Maxentius. In* 3 *anathematismo dolo non carent verba illa, substantialem sive naturalem unitatem, post unionem duarum naturarum in Christo resultasse unitatem quamdam substantiæ vel naturæ, id est, non nisi naturam, quæ est Eutychiana hæresis. In eodem anathematismo verba illa, « sed subsistentialem, sive personalem dicit unitatem, » si non palam hæretica, sunt tamen absurda, et impropria. Docet enim fides catholica unionem duarum naturarum in Christo subsistentialem et personalem esse, quia uniuntur duæ naturæ in una subsistentia et personalitate Verbi. (Vide S. Thomam* III *part., quæst.* 2, *art.* 2.)

—

Si quis confitetur in Domino nostro Jesu Christo duas naturas unitas, hoc est, divinitatis et humanitatis, ac si unam naturam Dei Verbi incarnatam, sicut duas unitas in una substantia atque persona, secundum quod nobis tradidit veneranda synodus Chalcedonensis, anathema sit.

Si quis non confitetur proprie et vere sanctam Mariam Dei Genitricem, sed propter honorem tantum hoc ei nomen tribuit, quia peperit hominem qui secundum gratiam dicitur Deus, non autem quia peperit Deum incarnatum et hominem factum, anathema sit.

Si quis non confitetur substantialem sive naturalem unitatem, secundum id quod manens natura Deum Verbum naturæ est unitus humanæ, sed subsistentialem sive personalem dicit unitatem, aut secundum illustrationem, sive secundum dilectionem, aut secundum affectionem, anathema sit.

Si quis non acquiescat confiteri Christum unum de Trinitate, etiam cum carne propria, qui pro nobis passus est in carne, quamvis secundum carnem non sit de substantia Trinitatis, sed sit idem ex nobis, anathema sit.

Si quis puerum illum quem sancta Virgo Maria genuit, non confitetur naturæ Deum, per ipsum facta omnia visibilia et invisibilia, cœlestia, terrestria, conditionemque omnium, Deum fortem, principem pacis, patrem futuri sæculi, anathema sit.

[13a] Rom. v, 12.

Si quis dicit Christum passum carne, Deum vero passum carne dicere non acquiescit, quod ipsum intelligitur, Christum passum carne, anathema sit.

Si quis dicit: Deus non est factus Christus, Christus autem Deus factus est, anathema sit.

Si quis non confitetur duas nativitates in uno Filio Dei, Deo Verbo, ante sæcula quidem nato de Patre, in novissimis autem temporibus eodem de matre genito, anathema sit.

Si quis non confitetur compositum Christum post incarnationem, anathema sit.

Si quis (ait) naturale esse peccatum, peccati causam naturarum conditori dementer ascribens, anathema sit.

Si quis non confitetur originale peccatum per prævaricationem Adæ ingressum in mundum secundum Apostoli vocem dicentis: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransivit, in quo omnes peccaverunt* [13a], anathema sit.

Item: Anathematizamus omnem sensum Pelagii, et Cœlestii, et omnium qui illis similia sapiunt, suscipientes omnia quæ in diversis locis contra ipsos acta sunt et scripta a præsulibus apostolicæ Sedis, id est, Innocentio, Bonifacio, Zozimo, Cœlestino, Leone, Attico etiam Constantinopolitano, et Augustino, (et) Africanæ provinciæ episcopis.

EJUSDEM

ALIA FIDEI PROFESSIO.

Est Deus Pater, Deus Filius, Deus etiam Spiritus sanctus, non tres, sed unus Deus, una substantia sive natura, una sapientia, una virtus, una dominatio, unum regnum, una omnipotentia, una gloria, tres tamen subsistentiæ sive personæ. Unaquæque persona incommutabiliter semper obtinens quod proprium est, ita ut nec Pater sit Filius aut Spiritus sanctus, nec Filius sit Pater aut Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus Pater sit aut Filius. Filius autem, **538** id est, Verbum Dei unigenitus Deus, consubstantialis Patri, manens in propria subsistentia Deus, in novissimis diebus ex visceribus beatæ Virginis Mariæ naturam suscepit humanam, et sibi carnem coadunans, homo factus est, habens animam rationalem vel intellectualem. Quamobrem fatendum est Deum natum ex femina, non secundum divinitatem, sed secundum humanitatem, Deum in cunis jacuisse, pannosum, sordibus involutum, crevisse et profecisse ætate et sapientia secundum humanitatem, non secundum divinitatem : Deum esurisse, sitisse, lassum ex itinere quievisse, non secundum divinitatem, sed secundum humanitatem : Deum comprehensum manibus impiorum, judicatum, damnatum, crucifixum, latus lancea perforatum, non secundum divinitatem, sed secundum humanitatem : Deum mortuum, sepultum resurrexisse, non secundum divinitatem, sed secundum humanitatem : Deum cum ipsa carne ascendisse in cœlum, sedisse ad dexteram Patris, inde rursum cum ipsa carne in gloria venturum judicare vivos et mortuos. Rursus profitendum est, Jesum Christum Filium hominis sive hominem, ante sæcula de Patre natum unum ex Trinitate, et sine ipso facta omnia visibilia et invisibilia, et sine ipso factum esse nihil, non tamen secundum humanitatem, sed secundum divinitatem ; hunc eumdem hominem esse vitam æternam, sapientiam, et virtutem Patris, non tamen secundum humanitatem, sed secundum divinitatem ; hunc eumdem hominem esse figuram substantiæ sive imaginem Patris, et emanationem claritatis Dei, non tamen secundum humanitatem, sed secundum divinitatem. Rursus dicendum est eum, qui est vita æterna, sapientia, virtus Patris, natum secundum carnem ex femina, vitam æternam, sapientiam et virtutem Patris, pannis involutum in cunis jacuisse, vitam æternam, sapientiam et virtutem Patris, passum, crucifixum, mortuum secundum carnem. Quæ cum ita sint, nemo potest esse catholicus, nisi qui in Verbo Dei Filio unigenito, duas fuerit professus post adunationem semper indissolubiliter manere naturas, id est, Verbi et carnis, Dei et hominis, divinitatis et humanitatis. Quia sicut unus de Trinitate est, et in principio Verbum Deus est, ita etiam idem ipse ex nobis est, homo perfectus et verus. Qui enim ex lumbis Abrahæ et ex semine David puer datus est nobis, Deus cœli est, et princeps pacis, et ideo non duæ, sed una Christi persona est, quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui est in cœlo, Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula.

EJUSDEM MAXENTII

ADUNATIONIS VERBI DEI AD PROPRIAM CARNEM RATIO.

Filius Dei Verbum Patris, unus ex Trinitate, consubstantialis Patri, natus de Deo ante sæcula, subsistens in propria persona Deus in novissimis temporibus mox inter evangelizantis angeli verba, et accommodantis virginis fidem, propriæ potentiæ virtute, ex visceribus ejusdem virginis sine semine viri carnem sibi coadunans, manens in propria natura Deus homo factus est, habens animam rationalem sive intellectualem, et ita completo tempore, secundum legem humanæ naturæ processit de thalamo virginali. Hac de causa naturalis, non socialis adunatio sive unitio in Christo rectissime dicitur, quia non carni formatæ aut animatæ, quod jam hominis cujuslibet potest demonstrare persona,

Verbum se univit in utero Virginis, sed ex ipsis ejus visceribus Sapientia sibi domum ædificavit. Alioqui si formatæ aut animatæ carni semet Verbum Dei inseruit in utero virginali, non jam naturalis, sed societate hæc potius unitio sive adunatio dicenda est : nec persona Verbi ad naturam carnis, sed ad personam alicujus hominis concurrisse credenda est ; sed hoc qui dicunt, errore Nestorii traducuntur. Catholica autem fides non personam Verbi ad personam alicujus jam formati hominis, sed ad naturam carnis convenisse credit et prædicat, et ideo non socialem, sed naturalem factam docet esse unitionem.

HORMISDÆ PAPÆ

AD POSSESSOREM EPISTOLA [1].

Dilectissimo fratri Possessori Hormisda.

Sicut rationi congruit ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem. Nec quidquam est aptius studioso religionis, quam inquisitio veritatis, quando facilius devium vitat, qui iter quod gradiatur rogat. Sed priusquam respondendi curam de his quæ dilectio tua percontatur aggrediar, libenter in litteris tuis fidei tuæ me fateor invenisse fervorem, cujus calore succensus, redivivam in illis partibus infidelium perversitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristat. Nec enim est apud eos lapsus illamentabilis, apud quos est igniculus charitatis ; quia unum spiritalium votum est salus inconcussa cunctorum. Sed non est ignota Ecclesiæ Dei de hujusmodi procellis, aut insueta tempestas, et quamvis Rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbinibus. Nam unde est psalmidici vox prophetæ, qui ipsius Ecclesiæ personam Spiritu quo implebatur (*a*) assumens : *Sæpe*, inquit, *expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi* [14]. Concutiunt, sed in nihilo prævalebunt. Adhuc in area sumus, mista sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum : sed superest flamma non necessariis, et parata sunt horrea jam probatis. Sed ubi terrarum non ista permistio? Nos fixis decet stare [insistere] vestigiis. Proficiemus inter adversantes propriis bonis, si erroribus non involvamur alienis. Probat enim virtutis suæ validum robur, qui cum impellitur, non movetur. Ubi non variæ tentationis aculei? Quales per hunc fere jugem annum quorumdam Scytharum, qui monachos præferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili tectas calliditate versutias, et sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderatione sanare, beati Pauli monita non tenentes [tacentes] : *Noli verbis contendere ; ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium* [15]. Sed quando virus quod viscera penetravit evellitur? quando corda male sibi credula, veritatis obtemperant institutis? quando induit obedientiæ humanitatem, opinionibus suis vallatæ superbia? quando acquiescunt paci, contentionum stimulis assueti, sola certamina aventes de religione captare, et mandata negligere? Nunquam apud eos charitas novo commendata præcepto, nunquam pax Dominico relicta discessu ; una pertinacis cura propositi rationi velle imperare, non credere. Contemptores auctoritatum veterum, novarum cupidi quæstionum, solam putantes scientiæ rectam viam, qualibet conceptam facilitate sententiam ; eousque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse judicium ; nec in numero fidelium deputantes sequacem traditionis paternæ, si suæ viderint credere nolle sententiæ ; docti crimina serere, obtrectationum venena componere, integrum Ecclesiæ corpus odisse, seditiones struere, invidiam concitare, et pro obedientia (quæ in cœnobiis principatum regularis obtinet disciplinæ) obstinationem pertinacis amare superbiæ. Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. In publicum usque **539** prodiere conventum, ad concussionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes, et nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda zizaniæ apud illos dissensionem et discordiam commovissent, per

[14] Psal. cxxviii, 12. [15] II Tim. ii, 14.

(1) Cocleus et nonnulli alii a Joanne Maxentio decepti existimarunt hanc ad Possessorem epistolam non esse Hormisdæ Romani pontificis, sed ab aliquo ejus nomine falso suppositam. At qui omnes Hormisdæ epistolas in causa ista Scytharum monachorum (quæ habentur tom. I *Epistol. Roman. pontificum*) vel leviter legerit, ex nexu rerum gestarum, ex stylo, ex verborum sententiarumque proprietate, ex aliis denique certissimis signis, manifestissime hanc germanam ac genuinam esse S. Hormisdæ epistolam agnoscet. (Vide tom. VII *Annal. eccles.*, 520, cap. 22.) — (*a*) Labb. *impellebatur*.

quos adjutorio Dei de regione eorum est pulsa dissensio. De eis sero probavimus prophetica Apostolum voce dixisse, in novissimis diebus instare tempora periculosa, et fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes; itaque esse vitandos [15]. Hæc ideo dilectioni vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se in Romana urbe gesserint, sub aliqua verborum simulatione possint aliquos decipere. Hi vero quos vos de Fausti cujusdam Galli antistitis consuluisse litteris indicastis, id sibi responsum habeant: Neque illum recipi neque quemquam, quos in auctoritatem Patrum non recipit examen catholicæ fidei, aut ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præjudicium comparare. Fixa sunt a Patribus quæ fideles sectari debeant instituta; sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum pro populi ædificatione compositum, si cum fide recta et doctrina sana concordat, admittitur: si discordat, aboletur. Unum est fundamentum, extra quod quælibet fabrica si consurgit, infirma est; super illud quisquis superædificat, seu vilia seu pretiosa, consideret. Errat autem is qui a via, quam Patrum electio monstravit, exorbitat.

Nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a veritate declinans. Sæpe de his necessaria providetur, de quibus ipsi æmuli convincantur, instructio. Nec vitio dari potest nosse quod fugias: atque ideo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes. Quod si ita non esset, nunquam Doctor ille gentium acquievisset nuntiare fidelibus: *Omnia probate, quod bonum est tenete* [16]. Non abs re est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum miscere sermonem. Fertur quidam nobilis arte pingendi, cum equum penicillo vellet explicare perfectum, asellum sibi proposuisse pingenti, asserens, non ut jumentum imitaretur deforme, sed ne in alicujus deformis lineamenti similitudinem lapsus incideret. Non improvide Patrum veneranda sapientia fideli posteritati, quæ essent canonica dogmata definivit: certam in librorum etiam veterum auctoritatem recipiendorum, sancto Spiritu instituente, summam præscribens, ne opinioni suæ lector indulgens, non quod ædificationi ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluntas sua concepisset, assereret. Quid ergo calumniantibus opus erat extra constitutos Ecclesiæ terminos porrigere quæstiones? et de his quæ habentur dicta, quasi dicta non sint, movere certamina? cum Christiana fides canonicis libris, et synodalibus disciplinis, et Patrum regularibus constitutis, stabili et inconcusso tramite limitetur. De arbitrio tamen libero et gratia Dei, quid Romana, hoc est, catholica sequatur et servet [asseveret] Ecclesia, licet ex variis libris beati Augustini, et maxime ad Hilarium et Prosperum, abunde possit agnosci, tamen et in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ, si tibi desunt, et necessaria creditis, destinabimus, quanquam qui diligenter Apostoli dicta considerat, quid sequi debeat, evidenter agnoscat. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Datum Idibus Augusti, Rustico ac Olybrio consulibus.

JOANNIS MAXENTII

AD EPISTOLAM HORMISDÆ RESPONSIO [2].

Quamvis semper invicta maneat veritas, nunquam tamen adversus eam se attollere desinit falsitas. Et quia aperta fronte contra eam non est ausa assurgere, ne mox validissimis ejus jaculis prosternatur, ipsius adumbrata specie adversus eam dimicat. Atque ita non solum leves et incautos, verum etiam aliquando prudentes, et graves decipit animos, quos cum suis oppleverit tenebris, cogit eos insano mentis judicio detractare quæ vera sunt, et approbare quæ sua sunt. Nam cum non sit virtus cujus non est origo veritas, nec vitium quod non a mendacio sumit initium, nullatenus veraciter vitiosum arguere posse credendus est auctor et defensor mendacii. Et ideo non est mirum, si apud eos virtus reputetur in vitium, qui deserto lumine veritatis, fallaciæ nebulis obcæcantur. Hinc

[15] II Tim. III, 15. [16] Thess. V, 21.

(*b*) Apud Labb.: *Errat autem a via, qui ab eo quod Patrum electio*, etc.

(2) Quam impudenter Maxentius mentiatur, negans Epistolam ad Possessorem esse Hormisdæ Romani Pontificis, quam impie auctorem Epistolæ appellet hæreticum, quam calumniose Dioscorum Romanæ Sedis legatum, et Possessorem episcopum, viros alioqui claros et orthodoxos, in crimen hæresis Nestorianæ accersat, quantis mendaciis, impostoris, calumniis et falsitatibus sit tota hæc ejus responsio referta, qui Epistolas sancti Hormisdæ et legatorum ejus in causa ista monachorum Scytharum inspexerit facile cuncta deprehendet. Et quia nimis longum esset ea omnia hic inserere, et innumeros dolos Maxentii sigillatim enumerare, adito, lector, tom. VII *Annal. Eccles.*, anno Christi 520, cap. 23 et seq., ubi omnia exacte exposita reperies. Quocirca quæ in causa Scytharum monachorum adversus Epistolam Hormisdæ ad Possessorem Maxentius disserit, tanquam mendacia, impia, blasphema, calumniosa et falsa, repudianda jure optimo censentur.

denique eos quos ad sui erroris dedecus inclinare nequiverint, irreligiosos, superbos et invidos accusare non metuunt : cum hæc de illis potius integro et vero asseverentur judicio, qui erroris tenebris delectantur, non de illis qui fixis permanent in veritate vestigiis. Nam cum suæ perversitatis hæretici nequiverint reddere rationem, ad maledicta convertuntur, et propria in eos mala trajicientes, quos pravitati suæ sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad decipiendos simplices æstimant aperire. Agunt enim omnia callide quo infamando et obtrectando Catholicos, suam valeant tenere turpitudinem, fingentes etiam adversus eos quædam scripta sub eorum nomine qui videntur in Ecclesia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile valeant concitare. Quapropter, quoniam quædam fertur ab inimicis ubique Epistola, quasi a Romano episcopo destinata, in qua multa inaniter contra Scytharum monachos digesta reperiuntur, necessario consideravi ipsius Epistolæ dictis respondere, eosdemque monachos omnium hujusmodi culpa liberos approbare. Nec me quilibet rite arguit, ad scribendum pro eis leviter prosiluisse, cum sciat nos debitores esse pro fratribus etiam animas ponere.

Unde securus jam hunc laborem, Deo me adjuvante, aggrediens, primo obsecro an eadem Epistola a Pastore Ecclesiæ, an sit potius ab inimicis videamus, composita. Ambigo enim quomodo illæ sacerdotales litteræ approbandæ sint, quæ nulla luce radiant veritatis, nec aliquam in se doctrinæ continent rationem. Nam qui quemlibet quasi errantem objurgat, nec instruit quid sequatur, non benevolus doctor ostenditur, sed incriminator invidus denotatur. Unde non est facile credendum hanc esse Epistolam cujus fertur nomine titulata, præsertim cum in ea nihil, ut diximus, rationis aut consequentiæ reperiatur, sed tota criminationibus obtrectationibusque vanis (quæ solent ex rancore adversantis procedere animi) videatur referta. Nam si (ut hæretici volunt) vere ipsius est, ex ipso sui principio proprio auctori contraria penitus approbat. Denique ita incipit : « Sicut rationi congruit ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem. » Doctoris certe dicta factis ejus non debent esse contraria. Quia tunc magnam ad docendum probantur habere auctoritatem, quando invicem se non destruunt. Alioquin non ad aliorum instructionem proficiunt, sed sui potius confusionem demonstrant. Quod monachis responsum quærentibus, Romanus episcopus dare omnino distulerit, eosdemque post multa maris pericula, longique itineris vexationem, nec non etiam afflictionem prolixi temporis, quo eos apud se detinuit, vacuos et sine ullo effectu ad has partes venire compulerit, quod omnibus pene Catholicis notum est, nec ipsi queunt hæretici denegare, quomodo non sibi ipsi reperitur in hac Epistola **540** scripsisse contraria? si tamen non est (quod magis credendum æstimo) ab hæreticis ficta, qui ad conturbandos fidelium animos, et ad commovendam memorato viro invidiam, ipsam sub ejus nomine titulatam ubique proferunt, perpetuam volentes inter Ecclesias esse discordiam. Alioquin si (ut isti affirmant) hæc Romani episcopi scripta credenda sunt, qualis jam iste sit qui ad hæreticos Epistolam dirigit, et factis suis contraria scribere non confunditur, non jam a me volo quærat, sed proprio judicio prudens lector intelligat. Nam si, ut dicit, rationi congruit respondere consultos, cur ipse nullatenus acquievit dare responsum interrogatus? Unde, juxta propriam definitionem, ipse ignorantes plenius impulisse convincitur in errorem, qui recti tramitis indicia nullatenus acquievit requirentibus demonstrare, eosque quos legatus suus Dioscorus Nestorianæ perfidiæ laqueis compedivit, Filium Dei unum negando esse ex sancta et individua Trinitate, nullo salubris doctrinæ suffragio liberare. Rursus, si, ut sequens adjunxit, nihil est aptius studioso religionis, quam inquisitio veritatis, quomodo inferius novarum cupidos quæstionum accusat veritatis inquisitores? et si devia vitat (ut dicit) qui iter per quod graditur rogat, cur devia vitare volentes, iter per quod graderentur, noluit edocere? An forte illis ideo dare responsum distulisse credendus est, qui percontanti in hac pollicetur Epistola respondere, quia suæ fidei eos judicavit? Sed utrum ita sit de Romano episcopo, suo videbimus loco. Nunc certe auctorem hujus Epistolæ hæreticum esse, quisquis ille est, et inimicum catholicæ veritatis, non est dubium, quod mox ex ipsius dictis docebimus.

Denique ita sequitur : « Sed priusquam respondendi curam de his quæ dilectio tua percontatur aggrediar, libenter in litteris tuis fidei tuæ me fateor invenisse fervorem, cujus calore succensus, redivivam in illis partibus infidelium perversitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristat. Nec enim est apud eos lapsus illamentabilis, apud quos est igniculus charitatis, quia unum spiritalium votum est salus inconcussa cunctorum, » Catholicorum atque fidelium.

« In hac urbe, eorum duntaxat qui vere fideles sunt, ambigit nemo, Possessorem, ad quem et de quo hæc iste scribit, non solum non confiteri Christum Filium Dei vivi unum ex individua Trinitate, sed et adversari eis qui hoc fiducialiter confitentur, atque infideles et perfidos nefanda accusare temeritate. Unde denique ad hoc ubique hanc ipsam impudenter proferunt Epistolam, quatenus et Christus Filius Dei unus negetur esse ex sancta et terribili Trinitate, et Nestoriana pravitas a suis fautoribus libere valeat prædicari. Quis ergo jam dubitet hunc, qui se hujus fidei fervorem libenter in ejus litteris invenisse testatur, unum ex eorum numero esse qui huic sanctæ sententiæ impie contradicunt? Suspirat namque idem Possessor, non fidei (ut iste dicit), sed (ut veritas docet) hæretico calore succensus; nec quia infidelium perversitatem vigere

in his videt, sed quia fidelium assertiones ferre non potest, ingemiscit : unde jam non dignissimus, sed valde turpissimus dolor talium comprobatur, qui non Deo, sed errori dedita corda fidelium æmulatione contristat. Nec apud eos charitatis igniculus inveniri posse credendus est, qui pravitatis suæ malitia excæcati, lapsos et lamentabiles indicant eos qui armis catholicæ veritatis instructi, hæreticorum inimica destruu argumenta. Quare revera unum spiritalium, non autem hæreticorum, votum est salus inconcussa cunctorum.

Post hæc ita sequitur : « Sed non est, inquit, ignota Ecclesiæ Dei de hujusmodi procellis, aut insueta tempestas, et quamvis Rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen incursantium fluctuum laborat vexata turbinibus. Nam unde est psalmidici vox prophetæ, qui ipsius Ecclesiæ personam Spiritu quo implebatur assumens : *Sæpe*, inquit, *expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi* [17]. Concutiunt, sed in nihilo prævalebunt » Vera Dei Ecclesia, cui non sunt hæreticorum ignotæ procellæ, non est illa quæ Christum gratia, non natura Deum confitetur, sed illa quæ Deum verum, et ob hoc unum ex Trinitate prædicat Emmanuel. Propterea denique variis incusantium fluctuum laborat quidem vexata turbinibus, sed nullo pacto subruitur. Manet namque semper immobilis, quia a veri Dei regitur gubernaculo. Adversus hanc omnes hæretici, tam qui ab ea manifeste abscissi atque divisi sunt, quam hi qui intra eam positi, spiritualiter ab ea dissentiunt (quos fortiter sancta fidelium tolerat charitas), semper arma corripiunt, atque eos quos suis potuerint erroribus, in ejus nituntur invidiam concitare. Sed in nihilo prævalent, quia veraciter a Deo vero, quem colit et prædicat, illi promissum est nullatenus adversus eam portas inferi prævalituras [18]. Huic denique illud procul dubio propheticum convenienter competit testimonium, quod quasi ex persona ejusdem Ecclesiæ iste protulit, dicens : *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi.*

Sed jam nunc ea quæ sequuntur, consideremus. « Adhuc, inquit, in area sumus, mista sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum : sed superest flamma non necessariis, et parata sunt horrea jam probatis. » In re morari diutius superfluum æstimo. Quis enim nesciat, sicut frumentis horrea, ita paleis flammam esse paratam ? Sed in hac area (hoc est in Ecclesia), in qua mista sunt frumenta cum paleis, et gemunt boni consortia malorum, quis eos necessarios, aut certe non paleas perpetuo igni cremandos esse judicet, qui ore sacrilego, natura Deum negantes, a catholica veritate desciscunt, et apostatæ effecti, armis propriæ impietatis adversus eam, quæ eos genuit, dimicant ? Sciendum tamen posse etiam veræ professionis amatorem, si in malis operibus conversetur, inter non necessarias paleas deputari. Nunquam autem fautorem falsæ professionis posse inter frumenti optima grana connumerari, etiamsi bonis videatur operibus decoratus ; quia nullatenus illa opera bona sunt judicanda, quibus non est veritas fundamentum.

His adjungit, et dicit : « Sed ubi terrarum non ista permistio ? Nos fixis decet stare vestigiis. Proficiemus inter adversantes propriis bonis, si non involvamur erroribus alienis. » Cum ubique terrarum permistionem istam esse non ambigas, cur in qua parte fixis deceat stare vestigiis, omnino non explicas ? præsertim cum hoc doctrinæ exigat ratio, ne minus instructi qui te audiunt alienis involvantur erroribus, nisi quia callide tuam niteris occultare perfidiam ? Sed te splendore suo detegit catholica veritas, et juxta cætera mala, etiam superbissimæ Pelagianæ perfidiæ involutum erroribus cunctorum oculis antepônit, qui inter adversantes non Dei munere, sed propriis bonis proficere posse tumida elatione confidis. Quia si propriis bonis, et non Dei auxilio inter adversantes posset proficere natura humana, nunquam Propheta Spiritu Dei repletus oraret dicens : *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea* [19]. Adhuc sane antedictæ hæreseos spiritu animatus, sequeris et dicis : « Probat enim virtutis suæ validum robur, qui cum impellitur, non movetur ; » cum non semper, sed tunc quilibet utiliter et salubriter non moveatur impulsus, quando a veritate fidei non dejicitur diversis tentationibus inquietatus. Frequenter etenim imperiti errorem pro veritate defendunt, et in falsis bonis, seu potius in veris malis pertinaciter perseverant : quod non probatæ virtutis est validum robur, sed improbabilis vitii imbecilla temeritas. Sed quis sua virtute, et non auxilio Crucifixi in veritate fidei se immobiliter posse perseverare confidit, nisi qui utique superbiæ spiritu excæcatus, evidenter divinis contradicit eloquiis ? Quia Propheta non nisi divini muneris hoc opus esse testetur dicens : *Impulsus versatus sum ut caderem, et Dominus suscepit me. Fortitudo mea et laudatio mea Dominus, et factus est in salutem* [20]. Et iterum : *Si dicebam, Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me* [21]. Et rursus, ne contraria moveretur impulsione, orat dicens : *Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me* [22].

His denique ita præmissis, specialiter jam contra eos, pro quibus agimus, monachos iracundiæ facibus accensus, et invidiæ stimulis incitatus, totus intendit, et licet eos, publica veritatis **541** conscientia, manifeste hæreticos non audeat accusare, oblique tamen et callide hoc vult de eis intelligi, dumque ipsos iniquis imprudenter obtrectationibus lacerat,

[17] Psal. CXXVIII, 1, 2. [18] Matth. XVI, 18. [19] Psal. XVI, 5. [20] Psal. CXVII, 13, 14. [21] Psal. XCIII, 18. [22] Psal. XXXV, 12.

falsisque criminationibus nititur obfuscare, seipsum tetri erroris nigredine adopertum, cunctorum aspectibus anteponit.

Adjungit namque et dicit : « Ubi non variæ tentationis aculei ? Quales per hunc fere jugem annum quorumdam Scytharum, qui monachos præferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili tectas calliditate versutias, et sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderatione sanare, beati Pauli monita non tenentes : *Noli verbis contendere : ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium* [23]. » Principalis professio omnium in commune Christianorum est, viam veritatis et charitatis, duce Christo, vigilanter ingredi. Quapropter si professione saltem, aut specie esset iste catholicus, qui specie et professione tantum (non opere et veritate) religiosos eos contra quos, agit, audet dicere monachos, credi forsitan poterat recto de eis et vero exaggerare judicio. At vero ubi inimicum eum catholicæ veritatis sua ipsius dicta redarguunt, quis ambigat hæretico eum spiritu exagitatum inique hæc omnia adversus eosdem monachos evomuisse ? Neque enim illi qui catholica sequentes dogmata, Christum Filium Dei unum confitentur esse ex sancta et unius essentiæ Trinitate, sed iste potius qui hoc impie denegat, subtili tectas calliditate quasdam versutias machinari, ac fidelium animos inquietare, et sub obtentu religionis famulantia non tantum odii, sed erroris sui venena per omne corpus Ecclesiæ velle diffundere manifestissime confutatur. Præsertim qui hanc sanctam et catholicam vocem tentationis sibimet aculeum esse testatur. An forte non est catholicum, Christum Filium Dei vivi unum confiteri ex sancta et individua Trinitate? Pro hac etenim sola sententia Scytharum monachos constat ad Romanum fuisse profectos episcopum, sicut omnibus pene, non solum in hac regia urbe, verum etiam in universa Italia Catholicis notum est. Nam et ipsi hæretici (ut superius dictum est) ad hoc ubique hanc ipsam, cui respondimus, Epistolam proferunt, quatenus et sæpedictis monachis invidiam concitent, et omnes quasi ex auctoritate ejusdem Romani episcopi prohibeantur Christum Filium Dei unum confiteri ex Trinitate. Sed quis hanc sententiam catholicam non esse ausus est profiteri, quam universa veneratur et amplectitur Dei Ecclesia ; confidenter etenim dicere audeo, non quod si per epistolam, sed quod si viva voce hic in præsenti positus idem Rom. prohiberet episcopus Christum Filium Dei unum confiteri ex sancta et individua Trinitate, nunquam eidem Dei Ecclesia acquiesceret ; nunquam ut episcopum catholicum veneraretur, sed omnino ut hæreticum penitus exsecraretur. Quia quisquis hoc non confitetur, non est dubium quod A Nestorianæ perfidiæ tenebris excæcatus, quartum et extraneum a sancta et ineffabili Trinitate, eum qui pro nobis crucem sustinuit, prædicare contendat. Sed absit ut ex qualibet parte catholicæ professioni Roman. episcopus contradicat ! Nunquam etenim Scytharum monachos (quos non simplici sermone, sed etiam scriptis, Christum Filium Dei unum ex Trinitate noverat confiteri) per quatuordecim pene menses, quandiu eos ibi detinuit, sibi communicare permisisset, si, ut hæretici volunt, hanc prædicationem catholicæ fidei contrariam judicaret. Qui etiam ut se a pravitate proprii legati purificaret, multis idoneis viris præsentibus, Romanum virum gloriosissimum magistrum militum deprecatus est, quatenus sua verba piissimo imperatori insinuaret quæ fuere hujusmodi : Nisi Christum Filium Dei, qui pro nobis passus est in carne, unum esse ex sancta et individua Trinitate fuerit confessus Dioscorus, pelago demergatur. Unde quis facile credere audeat hanc a memorato viro (ut sæpe diximus) directam Epistolam? Nisi forte (quod de tanto antistite credere importunum est) a memorato Dioscoro postea depravatus, contra suam ipsius sententiam hæc scripsisse credendus est. Verumtamen, sive ab hoc, sive a quolibet alio hæc sit scripta Epistola, non est dubium auctorem ejus esse hæreticum, qui contentionem verborum et subversionem audientium, judicat Christum Filium Dei vivi unum fateri ex Trinitate. Apostolus enim sanctus Paulus non veridicas assertiones (ex quibus fidelium animæ ædificantur, et hæreticorum pravitas confutatur), sed inanes et veritati contrarias, docet esse verborum contentionem, subversionemque audientium. Alioquin nunquam nos Scriptura divina admoneret, dicens : *Ne confundaris loqui verbum pro anima tua, et pro veritate certa usque ad mortem* [24] ; nunquam etiam idem gentium doctor contradicentes Judæos sive gentiles revincere potuisset, nisi legitime decertasset. Hinc denique, inter cætera, ubi de electione episcopi proprium in fide filium instruit, præcipit, dicens : *Amplectere eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sis exhortari in doctrina sana, et contradicentes revincere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, et seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia* [25]. Quocirca, non mirum si catholica sanitas vulnus ab hæreticis æstimetur, sicut et ab hoc qui studium medicabilis patientiæ moderatione adhibuisse se jactat, quo Scytharum monachos a proprio sanaret vulnere.

Unde sequitur : « Sed quando, inquit, virus quod viscera penetravit, evellitur? quando corda male sibi credula, veritatis obtemperant institutis ? quando induit obedientiæ humilitatem opinionibus suis vallata superbia ? quando acquiescunt paci,

[23] II Tim. II, 14. [24] Eccli. IV, 33. [25] Tit. I, 9-11.

contentionum stimulis assueti, sola certamina aventes de religione captare, et mandata negligere?» Non est dubium catholica dogmata, sicut fidelibus salutifera, ita esse mortifera infidelibus. Hinc denique beatus Apostolus quibusdam odorem se dicit esse vitæ in vitam, quibusdam vero odorem mortis in mortem [36]. Ex quibus unus iste esse omnino convincitur qui sanctam et veritati convenientem Scytharum, imo universæ Ecclesiæ, professionem virus noxium arbitratur. Nec immerito; videt namque propriæ perfidiæ hanc esse sententiam sine dubio peremptoriam, quæ illorum visceribus, quos divina custodit gratia. ideo nunquam evellitur, quia ejus vitalis suavitudo nutrit et fovet corda fidelium. Hic autem idcirco nullatenus hujus gratiæ suavitudini acquiescit, quia, sicut ipse ait, nunquam male sibi credula corda veritatis obtemperant institutis, nunquam induit obedientiæ humilitatem opinionibus suis vallata superbia. Unde non jam illi qui hæreticam pacem refugiunt, sed iste potius contentionum stimulis assuetus penitus comprobatur, qui veritati impie resistens, a catholica pace dissentit. Nec mandata Christi negligunt, sicut inique obloquitur, sed omnino custodiunt, qui non falsa, sed vera exercent pro catholica religione certamina: adhuc odii sui veneno turbatus. Nunquam charitatem novo præcepto commendatam, nunquam pacem Dominico discessu relictam apud Scytharum monachos esse, conqueritur: quia eos prospicit pro zelo catholicæ fidei non fidelium, sed infidelium vigilanter per Dei gratiam declinare consortia. Eosdem una pertinacis propositi cura deditos rationi velle imperare, non cedere impudenter accusat, cum eos veritas suis penitus approbat rationibus subjectos. An forte illos rationi cedere, non imperare judicat, qui Christum unam personam quidem ex Trinitate, non autem unum ex Trinitate esse fatentur? Sed hi qui hoc dicunt potius rationi velle imperare, non credere, penitus convincuntur. Quis enim tam stultus et vecors sit qui dicere audeat, Paulum ex apostolis unam esse personam, non autem unum esse ex apostolis Paulum? Loci opportunitas exigit ut demonstretur a nobis qualiter et cur hæretici, ex quibus unus Dioscorus, unam personam Christum prædicantes ex Trinitate, unum ex Trinitate Christum confiteri nullatenus acquiescant. Personam igitur Dei Verbi habere asserunt Christum, non autem quod ipse Deus Verbum sit Christus, sicut personam Dei videbatur habere **542** propheta, qui dicebat ad Israelem: *Audi, populus meus, et loquar, Israel; et testificabor tibi: Deus Deus tuus sum ego* [37], cum tamen non esset ipse Deus, sed ille qui hæc contestabatur Israel per eum, et tamen, quasi ipse esset Deus dicebat: *Deus Deus tuus sum ego.* Secundum hunc ergo modum Christum unam personam asserunt hæretici esse ex Trinitate, non quod hic Christus unus sit ex Trinitate, sed quia Dei Verbi in se habitantis personam habeat, quæ est una ex Trinitate, ut jam sic vicarius quodammodo sive minister sit Dei Verbi Christus, non autem ipse Deus Verbum sit Christus: quod quam sit impium, etiam ipsi qui hoc asserunt, credo animadvertunt. Hac denique calliditate unam quidem personam Christum fatentur ex Trinitate, unum autem ex Trinitate eum nolunt penitus confiteri. Qui autem non Dei Verbi personam Christum habere fatentur, sed ipsum Deum Verbum Christum credunt et confitentur, sicut unam personam ex Trinitate, ita et unum ex Trinitate prædicant Christum. Quia si Deus Verbum est Christus, et Christus Deus Verbum, sicut catholica credit sanitas, quomodo non est Christus unus ex Trinitate, si una persona est Deus Verbum ex Trinitate? Nisi forte Deum Verbum sive Christum aliquid præter naturalis personæ asserunt esse vocabulum, quod credo nullus unquam ausus fuit hæreticorum dicere. Si autem Deum Verbum sive Christum non aliud aliquid, sed naturalis personæ vocabulum esse intelligunt, quomodo non est Christum unus ex Trinitate, si una naturalis persona est idem Christus ex Trinitate? Sed in his tenebris ideo devolvuntur, quia non juxta compositum Deum Verbum, et ab eo susceptam naturam humanam, unum intelligunt Christum, sed juxta alterius in altero habitationem, sicut superius docuimus, sive secundum duarum personarum socialem unitionem per gratiam unam personam intelligunt; secundum illud quod in Actibus apostolorum propter concordem voluntatem legitur multorum discipulorum unum esse cor et unam animam [38].

Sed jam quod sequitur, videamus. « Contemptores, ait, auctoritatum veterum, novarum cupidi quæstionum, solam putantes scientiæ rectam viam, qualibet susceptam facilitate sententiam.» O impudens et stulta hæreticorum temeritas, quæ sub specie pietatis impietatem conatur astruere! Non enim putant ut ais, o infelix perfidia! sed omnino rectam credunt esse sententiæ viam, qui Christum Deum Verbum, et ob hoc unum fatentur ex Trinitate. Nec contemptores, sed potius veneratores auctoritatum veterum comprobantur qui hanc sanctam et totius Ecclesiæ sententiam, non, sicut tu temere insultas, qualibet facilitate susceptam, sed juxta divinorum Eloquiorum et sanctorum Patrum traditionem fideliter confitentur. Et ideo non illi, sed tu potius novarum cupidus quæstionum detegeris, qui Deum Christum quartum et alienum a sancta et individua Trinitate conaris asserere, quod nullus unquam, præter Nestorium sociosque ejus, prædicare in Ecclesia usurpavit, quem talia blasphemantem a se fidelium numero, non immerito, sanctorum Patrum exclusit et abjecit auctoritas. Exaggeras sane adhuc, et dicis

[36] II Cor. II, 16. [37] Psal. XLIX, 7. [38] Act. IV, 32.

eosdem monachos eousque tumoris elatos, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum judicium. Nec in numero fidelium deputent sequacem traditionis paternæ, quem suæ viderint credere nolle sententiæ. Tu hoc tunc vere de eis assereres, si eorum sententiam contrariam catholicis posses dogmatibus approbare. At vero cum hoc nulla valeas ratione edocere, inique omnino tantopere contra eos inveheris, qui juxta sanctorum Patrum traditionem Christum, quem super omnia Deum testatur Apostolus [39], unum confitentur ex sancta et unius essentiæ Trinitate. Quorum sententiis non sequaces paternæ traditionis, sed illi a numero fidelium excluduntur, qui eorum, imo totius Ecclesiæ, confessioni exsistunt contrarii. Jam vero in consequentibus quis non videat quanta eos repletus dementia laceres? « Docti, inquis, crimina serere, obtrectationum venena componere, integrum Ecclesiæ corpus odisse, seditiones struere, invidiam concitare, et pro obedientia (quæ in cœnobiis principatum regularis tenet disciplinæ) obstinationem pertinacis amare superbiæ. » Cum hæc non nisi de illis vero et certo omnium asseverentur judicio, qui tenebris nefandi erroris cæcati catholicæ veritati resistunt, quapropter te potius criminatorem et obtrectatorem, seditiosum quoque et invidum atque amatorem pertinacis superbiæ et inobedientem, non humanus error, sed ipsa veritas prodit, ejus te inimicum esse non dubium est, sicut superius sæpe probavimus. Levius etenim est cujuslibet hominis quam Dei esse criminatorem. An non est adversus Deum crimina serere, et obtrectationum venena componere, de eo quæ falsa sunt prædicare, adversariosque ejus defendere? Quis autem tam stultus et hebes sit, qui non eum inobedientem, superbum et pertinacem judicet, quem videt in proprio errore obstinate persistere, et catholicis nolle dogmatibus cedere? Aut quis non eum potius certo et vero judicio seditiones struere, et invidiam concitare arguat, quem perspicit adversus Catholicos iniqua dilatare mendacia? Quomodo autem non integrum Ecclesiæ corpus odisse illi potius judicandi sunt, qui perfidiæ suæ venena in ejus membra conantur diffundere, eaque a propria et salutifera professione avertere? quod te et omnes qui tibi consentiunt implere velle non dubium est, qui callida tergiversatione Christum Filium unum non esse ex Trinitate prædicare contenditis. Monachi autem, quos inique laceras, in tantum ab hoc crimine alieni sunt, ut nunquam per Dei gratiam a catholica communione discesserint, licet ad tempus, nonnulla secunda in Orientis partibus orta, Occidentalibus Ecclesiis communicaverint.

Adhuc sane non confunderis, sed impudentissima fronte sequeris et dicis : « Non potuimus illos monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. » Sed a quo errore, a qua insolentia vestris monitis, vestraque mansuetudine vel auctoritate minime eos comprimere potueris, nullatenus exprimis. Quod ideo callide prætermittis, ne hoc faciens, temetipsum profanum et impium detegas. Et, o invicta veritas, quæ æmulorum obtrectationes in famulorum tuorum convertis gloriam ! Nunquam etenim reor, quamvis laudandi fideles cupidus, ad eorum præconia constantius hæc dicere potuisses, quæ nunc quasi in vituperationem monachorum, contra quos agere videris, conscripsisse te credis. Nam quomodo non in eorum laudem, et ad tuam confusionem hæc scripsisse veraciter intelligendus es, qui non monitis, non mansuetudine, non auctoritate eos ad tuam pravitatem potuisse detorqueri, propriis attestaris assertionibus? Nunc jam sequentia considerandæ sunt, ubi perverso ordine ea quæ Romæ contra ipsos acta sunt monachos dirigens, cuncta mentitus es. « In publicum, inquis, usque prodiere conventum, et ad concussionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes, et nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda zizaniæ apud eos dissensionem et discordiam commovissent, per quos adjutorio Dei de regione eorum est pulsa dissensio. »

O mira furiosorum cæcitas, et a veritate alienatarum mentium criminosa fallacia ! Neque enim fas est tam aperte posse mentiri Rom. episcopum. Bene certum est omnibus Romæ degentibus, quod ipsi monachi de his quæ circa se acta sunt, tam memorato episcopo quam etiam senatoribus, nec non universæ Ecclesiæ scriptis contestata sunt. Humana namque tentatione præventus idem Rom. episcopus, utpote mortalitatis adhuc sarcina prægravatus, postquam comperit reverti Dioscorum, volens ei præstare hoc beneficium, ne in publico ab eisdem monachis argueretur hæreticus, missis defensoribus cum ingenti violentia eos ab urbe Roma subito exire compulit, quanquam sæpius publice et privatim, tam in conventu ecclesiastico quam etiam omnium senatorum, eis veniente Dioscori audientiam dare esset pollicitus. Qui cum ab ipsis defensoribus egredi urgerentur, compulsi sunt in locis publicis populum contestari, ne post suum discessum clam eos recessisse fautores Dioscori apud Ecclesiam diffamarent, unde factum est ut saltem eis parva dilatio præstaretur, quandiu se exinde egredi præpararent, sub quo tempore scriptis, omnia quæ in **543** se gesta sunt, facultas data est contestandi. Quod tamen nunquam facere potuissent, nisi hoc eis Romanus populus præstitisset, qui, licet pro eis minime proclamaret, ipsa tamen sua tacita murmuratione defensores, qui eos exinde egredi compellebant, deterrens, fecit ut eorum violenta expulsio universæ Ecclesiæ innotesceret. Non ergo (ut iste

[39] Rom. IX, 5.

mentitur) populus, sed defensores Ecclesiæ, eos exinde egredi compulerunt. Neque enim sponte sua in publico prodierunt, ut merito ad concussionem quietis, sive ad dissipationem, et discordiam commovendam, hoc eos fecisse quilibet recte dijudicaret, sed violenter ad hoc sunt venire compulsi. Nam ita hæc se habere, etiam ex ipsius istius verbis facile edocemur, quibus eos circa regum statuas asserit inclamasse, quod nullus, nisi qui violentissime molestatur, facere compellitur. Quamvis non quasi regiæ potestatis auxilium flagitantes (sicut hæretici jactitant) sæpe dicti monachi circa regum statuas inclamaverint, sed postquam a loco quemadmodum acceperant, pro mandato ejusdem Romani episcopi fuerant expulsi, in publico consistentes. Ubi casu regum imagines fuerant, quod petitioni suæ audientia denegaretur populo contestati sunt. Cur ergo eis fidelis populi constantia, ut iste dicit, resisteret, quos videbat pro sibi ingesta violentia progressos ad publicum? sed neque eis aliqua fuit in publico disceptatio, ut merito exasperatus populus, eos a suis expelleret regionibus.

Verum si diligentius hæc istius verba consideres, invenies eum etiam Romanum populum quem fidelem asserit, non solum ut violentum, verumetiam, ut hæreticum accusare. Nam si de illa sententia, quam universa Dei tenet et defendit Ecclesia, monachis in publico disputantibus, hoc est, qua Christus Filius Dei unus esse creditur ex sancta et ineffabili Trinitate, Romanus populus resistit; jam non tantum iste, qui erroris sui tenebris excæcatus, diabolicæ semina nefanda zizaniæ hanc sanctam sententiam asserit, verumetiam omnis antedictus populus hæreticus (quod absit!) esse convincitur. Si autem usque ad æmuli sui præsentiam eisdem monachis ibidem remorari volentibus, quo ipso præsente causa eorum æquo ordine terminaretur, populus restitit, stultus, et iniquus erat idem populus, qui audientiam jure petentibus denegavit eosque a suis violenter repulit regionibus. Huc attendant et confundantur hi qui exinde eos fuisse jactitant.

Nunc quæ sint sequentia videamus. Sero, inquit, probavimus prophetica Apostolum voce dixisse [30] in novissimis diebus instare tempora periculosa et forte homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, et ita esse vitandos. Si formam pietatis non virtutem judicantur habere, qui fideliter catholicis dogmatibus acquiescunt: quanto magis nec ipsam formam pietatis habere, sed evidenter impii judicandi sunt, qui Christum Filium Dei unum esse negant ex sancta et terribili Trinitate? Unde non illi, sed isti potius sui amatores, et vitandi juxta Apostolum verissime edocentur, qui propriis decepti opinionibus, resistunt apertissimæ veritati.

A Quod autem sero se probasse fatetur, hoc Apostolum prophetica voce dixisse non est mirum, si hactenus surdis auribus eumdem audierit Apostolum hoc quotidie in Ecclesia clamantem, qui ne nunc quidem vim apostolicæ sententiæ intellexisse convincitur. Ecclesia autem Dei his olim monitis præmunita, sciens nunquam hæreticos posse quiescere, vigilanter occurrens, eorum falsas destruit assertiones.

Post hæc tandem satiatus nec habens, credo, quod adversus eosdem monachos sua sibi fallacia suggerat, adjungit dicens: Hæc ideo dilectioni vestræ indicanda sub occasione credimus, ne si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se in B Romana urbe gesserint, aliqua verborum simulatione aliquos possint decipere. Qui vere scire desiderat, ex eorum contestationibus quas in eadem urbe locis publicis defixerunt, magis agnoscet, quam ex istius scriptis, qui non est eorum tantum, sed et totius Ecclesiæ inimicus agnoscitur. Nam et ipsius Romanæ Ecclesiæ, cujus se quasi defensorem simulat, in tantum adversarius denotatur, ut si memorati monachi, quos quasi eidem Ecclesiæ contrarios æstimat, inique adversus eam in his partibus aliqua fingere voluissent, nunquam credo ita ejusdem Ecclesiæ fidem derogare prævaluissent, quemadmodum iste, qui ex persona ipsius Ecclesiæ ideo inique eos obtrectat et lacerat, quia juxta divina eloquia, et sanctorum Patrum traditiones Christum C Filium Dei, quem in duabus naturis essentialiter, sive juxta compositionem unitionis et inconfusionis docet fides catholica, confitentur, et illis quidem hujus falsitas, non solum auferet nihil, verum etiam multam spem beatitudinis confert, Domino dicente: *Beati estis cum vos exprobraverint homines, et persecuti fuerint, et dixerint omne verbum malum adversus vos mentientes propter me* [31], sibi autem perpetuam sine dubio contulit mortem; *quia falsus testis non erit impunitus* [32]. His ita finitis, multa et non necessaria de libris Fausti cujusdam Galli episcopi in consequentibus loquitur, nec ad id quod quæritur, respondens, sed alia nescio, quæ ad rem non pertinentia inani et prolixo sermone digerit. Nam cum de ipsis libris, non utrum legendi sint, D sed utrum sint catholici, vertatur quæstio, iste non de ipsis quid sentiendum sit, sed eos quamvis non auctoritate habendos, tamen legendos esse decernit. Verumtamen, quia eos libros quos beatus Augustinus episcopus ad Hilarium scripsit et Prosperum in fine hujus epistolæ Romanam testatur suscipere Ecclesiam, et quid de gratia Dei, et libero humano arbitrio eadem teneat et servet Ecclesia, ex ipsis libris abunde posse sciri asserit, omittentes ea quæ superflue et prolixe in ipsa digesta probantur epistola, conveniens credidi aliqua tam de Fausti quam de antedictis libris ejusdem sancti Augustini certa capitula decerpere, et huic

[30] I Tim. IV, 1, 3. [31] Matth. V, 11. [32] Prov. XIX, 5.

nostro opusculo inserere, ut cum in brevi collata ad invicem contraria sibi reperta fuerint, evidenter clareat, libros Fausti esse hæreticos. Sicque confundantur omnes, qui eos hactenus defendunt catholicos. Quorum princeps et auctor est possessor Africanus episcopus, si tamen in hac parte non hujus reputat sententiam, cujus, ut Christus Filius Dei vivi, qui pro humana salute in carne est crucifixus unus negetur ex Trinitate, magnam prædicat auctoritatem. Sed antequam ipsa a nobis inserantur capitula, quid beatus Augustinus ipsis libris defendat et statuat, quid e contra Faustus in suis conetur astruere, breviter lectorem præmonere necessarium credidi, quo facile eorum intentiones discernere valeat.

Igitur idem sanctus Augustinus ita humanum arbitrium liberum docet, ut illuminatio, virtus et salus illi a Christo et per Christum et cum Christo sit. Faustus vero ita liberum Christianum arbitrium docere conatus, ut illuminatio, virtus, et salus, non a Christo, sed natura sit. Et ut plenum fiat, quod dicimus, ille nos Christianos, fideles atque obedientes Deo salubriter per gratiam Christi, quam nobis per Incarnationis suæ donavit præsentiam, esse definit : iste, juxta profana commenta Pelagii naturaliter esse discernit. Refutans namque callide ejusdem Pelagii sensum, et quasi exprobrans, quod omnino Christi negaverit gratiam, necnon et illos, qui nullis præcedentibus meritis juxta Apostolum gratiam Dei hominibus dari fatentur [33], ipse quasi sapientissimus et prudentissimus novus novæ pravitatis apostolus gratiam Dei secundum meritum fidei et laboris dari, nititur edocere, ut jam sic Dei gratia non sit gratia. Nam cum nemo obediat sive laboret nisi volens, nemo velit, nisi scierit quod ei conveniat laborare, iste post scientiam et voluntatem seu obedientiam humano labori adjungit gratiæ adjutorium, ut videlicet gratia et labor humanus, cujus possibilitatem non per eamdem gratiam, sed naturaliter inesse omnibus asserit, pariter sociati, reliqua perficiant opera, et hoc quidem se pollicetur defendere. Postea autem immemor sui promissi, totam plenius gratiam evacuare convincitur, denique in Præfatione sua inter cætera ita loquitur : Studium (inquit) asserendæ gratiæ competenter et salubriter suscipit, qui obedientiam famuli labori adjungit.

Et iterum in capite 1 primi libri : Si ergo partibus, inquit, proprietates suas reddas, et Christum Deum et hominem credas et asseras, perinde est ac si gratiam cum labore conjungas, et ab adjutorio Dei conatum hominis non repellas. Cui assertioni in primo eorum libro quos supra memoravit ita contradicit 544 Augustinus, ut credas eum tunc nonnisi contra scripta Fausti respondere.

Denique post aliquanta qui ibi de initio fidei, quod nobis nisi desuper dari certissimis approbat documentis, exprobrans hunc sensum, infert et dicit : Nolens ergo tam claris testimoniis repugnare, et tamen volens a seipso sibi esse quod credit, quasi componit homo cum Deo, ut partem sibi fidei vindicet, atque illi partem relinquat : et quod est elatius, primam sibi, sequentem dat illi, et in eo quod esse dicat amborum primum se facit, posteriorem Deum. Sed Faustus (inquiunt hi qui eum catholicum conantur defendere), primas partes non homini, sed gratiæ Dei tribuit. Nam in sexto ejusdem libri capite cum Apostoli sententiam dissereret, ita ait : *Gratia Dei*, , inquit, *sum id, quod sum* [34]. Primas partes soli gratiæ pie subjectus ascribit, media quæque laboris magisterio et obedientiæ deputat utrumque in consummatione moderatus gratiam laboremque conjungit. Non dicit, Ego sine gratia, aut gratia sine me, sed *Gratia Dei mecum* [35]. Sed gratiam, cui hoc loco Faustus primas partes tribuit, non eam quæ per Spiritum sanctum fit, ut Verbum Dei forinsecus intonanti assensum præbeamus, et obedientes efficiamur, sed prædicationem divinorum asserit eloquiorum, ut videlicet gratiæ sit quod nobis divina eloquia prædicantur : nostrum autem sit, ut eidem prædicationi consentiamus. Denique in capite vigesimo octavo ejusdem libri primi disserens Dominicam sententiam, qua ait : *Nemo venit ad me nisi Pater attraxerit eum* [36], ita inter cætera loquitur. Clamat, inquit, voluntas, quia sola per se elevari nescit infirmitas. Ita Dominus attrahit desiderantem, erigit adnitentem. Quid est autem attrahere, nisi prædicare, nisi Scripturam consolationibus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentare metuenda, judicium comminari, præmium polliceri? Quod si sola prædicatio, sicut iste vult gratia Dei credenda est, quæ per Jesum Christum facta est ; ergo jam non Salvator, sed prædicator tantummodo idem Deus et Dominus noster Jesus Christus, (quod absit!) credendus est.

Sed hunc nefarium ejus sensum ita exprobrat et refutat beatus Augustinus, denique mox post illam sententiam, cujus superius fecimus mentionem, sequitur et dicit : Non sic pius atque humilis doctor ille sapiebat (Cyprianum beatissimum loquor) qui dicit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quod ut ostenderet, adhibuit Apostolum testem dicentem : *Quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis* [37] ? Quo præcipuo testimonio etiam ipse convictus sum, cum similiter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, et per illam nos impetrare Dei dona quibus temperanter, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo. Neque enim fidem pu-

[33] Rom. xi, 6 seqq. [34] 1 Cor. xv, 10. [35] ibid. [36] Joan. vi, 44. [37] 1 Cor. iv, 7.

tabam Dei gratia præveniri, ut per illam nobis daretur quod utiliter posceremus, nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium veritatis. Ut autem prædicato nobis Evangelio consentiremus, nostrum esse proprium, et nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum errorem nonnulla opuscula mea indicant, ante episcopatum meum scripta; iste errorem dicit, fidem non Dei donum credere, sed a nobis esse in nobis. Faustus autem non Dei donum, sed a nobis in nobis esse affirmare conatur. In capite namque septimo libri primi exponens illud Apostoli : *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex nobis, sed Dei donum est* [38], post aliquanta sequitur : Tempus, inquit, gratiæ quo redempti sumus, meritum hominis non exspectavit, opera non quæsivit, sola fidei nostræ, devotione contentus fuit. Et contra sanctus Augustinus inter initia antedicti primi libri sui : Sed nunc, inquit, istis respondendum esse video, qui divina testimonia, quæ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, ut noverimus, ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum ejus ex Deo, tanquam fides non ab ipso donetur, sed ab ipso tamen augeatur in nobis, eo merito quo cœpit a nobis. Non ergo recceditur ab ea sententia, quam Pelagius ipse in episcopali judicio Palæstino, sicut eadem gesta testantur, damnare compulsus est. Gratia Dei secundum merita nostra posset dari, si non pertineat ad gratiam Dei, quod credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus : ac per hoc initia fidei nostræ priores damus Deo, ut retribuatur nobis supplementum ejus, et si quid aliud fideliter prospicimus.

Sed contra hæc cur non potius audimus : *Quis prior dedit ei, et retribuetur illi, quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* [39]? Et seipsum igitur initium fidei nostræ ex quo nisi ex ipso et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Quis autem dicat eum qui jam cœpit credere ab illo in quem credidit, nil mereri? Unde fit, ut jam credenti cætera dicantur addi retributione divina. Ac per hoc gratia Dei secundum merita nostra dari, quod objectum sibi Pelagius, ne damnaretur ipse, damnavit.

Sed Faustus qui superius dixerat : Tempus gratiæ quo redempti sumus, merita hominum non exspectavit, opera penitus non quæsivit, sed sola fidei nostræ devotione, contentus fuit. Mox in eodem capite, post paululum sequitur, suamque ipse sententiam destruens sicut fidem, ita etiam opera dicit ad hominem pertinere : Sicut enim, inquit, ad Deum largitio munerandi, ita ad hominem devotio respicit inquirendi. Sed dices fidem ipsam non omnibus posse competere. Non mirum, si homini ad quem denegas opera pertinere, etiam fidem studeas derogare. Rursus in capite ejusdem libri xv, agens contra eos qui non generale, sed speciale asserunt donum esse credulitatis, ita inter cætera loquitur : Sed dicis, inquit, quia non omnibus detur, sed donum sit personale credulitas et illis tantum credere suppetat, quibus Deus specialiter donavit ut crederent. Non ita est. Nondum eam Dominus etiam ab incredulis exigit, omnibus eam insertam esse demonstrat. Cui autem etiam ipsa natura lege non suppetat credere, quando et dæmones credunt, et contremiscunt? Hic jam non Augustino tantum, verum etiam Apostolo omnino Faustus contrarius approbatur. Nam cum idem Apostolus dicat : *Non enim omnium est fides* [40], iste omnibus eam naturaliter dicit esse insertam. Cui si acquiescatur, non solum hæretici et gentiles, verum etiam dæmones fideles esse credendi sunt : quia in quo est fides, infidelis dici nullo pacto potest.

Sed longe aliter sanctus Augustinus ad Hilarium scribens et Prosperum, docet, qui non tantum ut fideliter operemur, verum etiam ipsam fidem a Deo nobis donari, sicut superius edocuimus, in eodem libro penitus protestatur, ita dicens : Cavendum est, fratres dilecti a Deo, ne homo se extollat adversus Deum cum se dicit facere, quod promisit Deus. Nonne fides gentium promissa est Abrahæ, et ille dans gloriam Deo plenissime credidit, quoniam quæ promisit, potens est et facere. Ipse igitur fidem gentium facit, qui potens est facere quod promisit. Porro si Deus operatur fidem nostram, miro modo agens in nostris cordibus ut credamus : nunquid metuendum est, ne totum facere non possit, et ideo sibi homo primas ejus vindicat partes, ut novissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliquid agatur isto modo, nisi ut gratia secundum merita nostra detur quolibet modo, ac si gratia non sit gratia. Redditur namque hoc pacto debita, non donatur gratis. Datur enim credenti, ut a Domino ipsa fides augeatur, et sit merces fidei cœptæ fides aucta. Nec attenditur cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituere quod non habebat, ipse quod instituit, augeat omnino non video, nisi quia resisti non potest divinis manifestis testimoniis, quibus et fides (unde pietatis exordium sumitur) donum Dei esse monstratur. Quale est illud : *Quod unicuique Deus partitus est mensura fidei* [41]. Et illud : *Pax fratribus et charitas cum fide a Deo Patre, et Domino Jesu Christo* [42], et cætera talia.

Et rursus idem beatus Augustinus post aliquanta : Utrumque enim nostrum est, inquit, propter arbitrium voluntatis, et utrumque tamen datum est per Spiritum fidei et charitatis. Neque enim sola charitas, sed sicut scriptum est, charitas cum fide a Deo Patre et Domino Jesu Christo. Evacuans; namque donum Dei Faustus, omneque **545** gratiæ adjuto-

[38] Ephes. II, 8. [39] Rom. XI, 35. [40] II Thess. III, 2. [41] Rom. XII, 3. [42] Ephes. VI, 23.

rium, mox in præfatione sua misericordiam Dei, qua gratis justificamur, nonnisi fide et operibus promerendam docere nititur, dicens : Asserentibus nobis, quod Dei misericordia, fide et operibus promerenda est, catholicam vocem ad Pelagii sensum discretionis nescius quilibet adjudicet. Unde et in libro undecimo per naturalem vigorem absque gratiæ adjutorio multos non solum ante adventum Domini, verum etiam et ante legem litteræ salvatos, atque ad plenam cordis puritatem perfectamque justitiam pervenisse, filios Dei fieri meruisse impudenter et procaciter asseverat.

Denique in nono capite ejusdem libri, inter cætera, dicit : Cum homines ita fuerint ad imaginem et similitudinem Dei prædíti, ut multi etiam filii Dei meruerint nuncupari, vel paucis adhuc exemplis præstringere nos oportet, quanti ante legem litteræ, erudiente lege naturæ quæ prima (ut diximus) gratia Dei est ut vestibula salutis intraverit. Et iterum post pauca : Unde Enoch, inquit, cum Deo ambulare, vel Deo placere potuisset, nisi eum lex visceribus infusa secreto magisterio illuminasset, in tantum ut nihil terrenum sapiens, [illegible] liter a terra, Deo assumente, raperetur? Qui cum fidei merito in prima sæculi illius ætate cæteros antecellit, fidem ipsam cum lege naturæ sibi traditam fuisse perdocuit. Et iterum post aliquanta : Qualem quantamque, inquit, legem prima conditione susceperit, perfecta etiam Noe justitia declaravit, qui generalia fidei dona speciali in studio virtutum sectator excoluit. Si secundum hujus impium sensum, et Enoch omni fæce terrena in tantum purgari potuit per naturæ vigorem, ut nihil terrenum saperet, et Noe ad perfectam justitiam perveniret, *ergo Christus gratis mortuus est*[43]. Si eum per naturæ vigorem carnis sapientia (quæ Deo inimica est) plenius expurgare potuit, et perfecta justitia adimplere, quid necesse erat Deo, carne assumpta pro humano genere mori? Sed nunquid Apostolus tacuit, unde Enoch et Noe Deo placere potuerunt, dicens : *Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus? Ante translationem enim testimonium habebat placuisse Deo*; et reliqua : *Fide Noe responso accepto, de his quæ adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum, et justitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus*[44]. Fidem Apostolus non ut delirat Faustus generalem sed specialem docet, dicens : Non enim omnium est fides neque naturaliter omnibus inesse, sed a Deo donari, qui operatur omnia in omnibus[46]. Sicut et alibi idem Apostolus dicit, illud quod superius beatissimus posuit Augustinus : *Pax fratribus et charitas cum fide a Deo Patre, et Domino Jesu Christo*[47]. Non ergo per legem naturæ, sed per gratiam omnes sancti ante adventum Domini Deo placuerunt. Secundum id quod et beatissimus Petrus in Actibus testatur Apostolorum, dicens : *Nolite jugum imponere super cervices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Christi speramus salvi fieri quemadmodum et illi*[48]. Eat nunc Possessor, et adhuc in pernicie propria, et eorum qui sibi consentiunt, defendat Fausti libros catholicos, quos non solum scriptis sanctissimi viri Augustini, verum etiam summorum et præcipuorum Christi apostolorum sententiis contrarios penitus veritas docet? sicut hoc loco manifesta ratione probavimus. Nam ideo certas sententias tam ex præfatione errorum Fausti, quam etiam ex capituli primi et septimi prioris libri inserere, hoc loco necessarium consideravi : quia se idem Possessor ita solet callide excusare, quod non amplius nisi octo capitula libri primi legerit, ut sic saltem confusus aliquando resipiscat, ea quæ proprio ore legisse se asserit, catholica nefario ausus pronuntiare.

[43] Galat. II, 21. [44] Hebr. XI. 5 [45] ibid. 7. [46] I Cor. XII, 6 seqq. [47] II Thess. I, 2. [48] Act. XV, 10.

EJUSDEM

CONTRA ACEPHALOS LIBELLUS.

Catholicæ fidei professione breviter exposita, pergimus nunc illorum respondere definitionibus, qui lapsu miserabili corruentes, novis et exquisitis argumentationibus nefarium dogma Christi Ecclesiis moliuntur inferre, et Deum et hominem, Verbum et carnem confitentes, unam post adunationem in Christo naturam, stulte nimis impudenterque conantur astruere, quia, inquiunt, non esse naturam sine persona, quibus respondetur. Si una post adunationem in Christo natura est, ergo nec adunatio carnis facta est : quod si coadunatio carnis facta non est, cur adunationis fit mentio; si vero adunatio carnis facta est, jam non tantum divina, sed et carnis natura in Christo est, duæ igitur naturæ sine ulla dubitatione post adunationem in Christo sunt. Si autem adunatione facta, una, e sola manet in Christo divinitas, ergo non simplex, sed composita passibilisque est eadem Verbi divi

nitas. Quia quidquid ex adunatione subsistere creditur, nullatenus secundum veritatem, proprie simplex est, sed omnino compositum intelligitur. Hoc autem de sola divinitate Christi sentire probatur esse sacrilegium. Restat ergo ut adunatio, quæ compositionem facit, refugiat simplicitatem, susceptionemque procul dubio a Filio Dei humanæ naturæ significet. Et ideo constat duas, id est, divinitatis et humanitatis, in Filio Dei post adunationem esse naturas, ex quibus et in quibus subsistit una et singularis Christi persona.

Rursus, si post adunationem una natura in Filio Dei profitenda est, aut humanitas sola in Christo est, aut certe sola divinitas. Item si non est natura, sine persona, multo magis persona non potest esse sine natura. Si ergo non est natura sine persona, et persona non est sine natura, tres ergo sunt naturæ divinitatis, non una. Quia tres sunt sine dubio subsistentiæ sive personæ, Patris et Filii et Spiritus sancti. Sed hoc qui dicunt Arianis omnino sociantur, et pari cautela cavendi sunt, quia similiter ut illi blasphemare noscuntur. Quæramus tamen quid sibi vult adjectio illa significare, cum dicunt, post adunationem. Utrum quia ante adunationem duæ in Christo naturæ fuerunt, et ideo dicunt post adunationem, an et ante adunationem unam profitentur fuisse in Christo naturam? Quod si ante adunationem vitam fuisse dicunt, superfluum omnino est, post adunationem dicere, quia semper unam secundum ipsos constat fuisse et esse in Christo naturam. Verum si ita est, omnino fallaciter ab eis etiam mentio adunationis affertur. Quia, si una et ante et post mansit in Christo natura, nulla omnimodo facta est adunatio, quia adunationem ex diversarum rerum naturis fieri, nemo est qui nescit. Si autem duas ante adunationem fuisse naturas in Christo dixerint, duas etiam sine dubio ante adunationem dicere convincuntur in Christo fuisse personas, quia, secundum ipsos, non est natura sine persona. Quod cum dicunt, quis eos nesciat Nestorianæ perfidiæ (quod fugiunt) laqueis compediri, qui hominem plenum Deo, non Deum hominem factum prædicare convincuntur. Item si non est natura sine persona, quæramus ab eis : Utrum post adunationem Verbi et carnis in Christo dicant duas esse naturas, an denegent. Quod si vel Verbi vel carnis essentiam in Christo negaverint, aut Judæorum impietati omnino jungendi sunt qui Christum purum hominem fuisse asserunt, aut Manichæorum sacrilegiis coæquandi, qui carnis in Christo negant essentiam vel naturam. Si vero et Verbum carnem esse in Christo dixerint, duas utique essentias inviti diversarum naturarum ipsorum nominum testimonio profitentur, quia non eadem sunt nomina Verbi et carnis ; nam Verbum Verbum est, et caro caro est. Verum quia nolunt esse naturam sine persona, **546** procul dubio etiam sic secundum hanc stultam et impiam definitionem suam, ipsi potius duas invenient in Christo asser-

A vare personas ; quia Verbum et carnem etiam post adunationem in Christo negare non possunt, quorum diversas esse naturas nullus ignorat. Sed duas, inquiunt, ideo non debere dici in Christo post adunationem fatemur esse naturas, quia duo numerus esse non potest indivisus, cum secundum veritatem, omnis numerus divisioni subjacet. Hæc et hujusmodi solet eorum impudentissima catholicam veritatem argumentari vanitas. Et primum quidem non per se ipsum, sed in rerum naturis omnem subsistere numerum evidentissima ratione docemur. Deinde, si nullatenus ea quæ secundum aliquid discernuntur et numerantur, possunt in unitate subsistere, quæro, et Pater et Filius et Spiritus sanctus, qui non reipsa, sed cognitione tantum ab invicem discernuntur, quomodo non in divisione, sed in naturæ unitate subsistant?

B

Quod si hi tres unum sunt, et personarum suarum proprietates integras et perfectas inconfuse custodiunt, nec in divisione, sed in unitate subsistunt, restat, ut jam non omnia quæ secundum cognitionem numerantes discernimus, etiam rebus ipsis, nefarie dividamus. Quia nec cum carnis et animæ duas pronuntiamus diversasque naturas, unum hominem in duo dividimus, quem non rebus, sed cognitione discernimus. Alioquin dividant primo si possunt, non solum intellectu, sed etiam rebus, a splendore colorem, et calorem a sole tunc eorum poterit hæc stulta sententia stabiliri.

C

Quod si facere nequeunt, cedant veritati, et duas nobiscum in Christo profiteantur esse naturas, qui eas non rebus ipsis dividimus, sed cognitione tantum discernimus et probamus. Si vero dixerint : Sicut ex anima et carne una humana natura conficitur, quæ singulari, non plurali numero pronuntiatur, ita ex divinitate et humanitate una facta est Christi natura. Primo quidem hoc exemplo Filio Dei minime existimo convenire, cui subsistendi causa caro non fuit. Quippe qui ante sæcula a Patre natus in propria persona incommutabiliter subsistit, sed cum Verbum caro fieret, misericordiæ fuit. Animam autem humanam ante carnem alicubi subsistere, et postmodum carni inseri, nemo ausus est affirmare. Sane quia nulla res sive natura

D est, quæ non proprio appelletur nomine, unius naturæ quam ex Trinitate et humanitate factam esse contendunt, nomen doceant. At si voluerint dicere Verbum incarnatum, sive unam naturam Dei Verbi incarnatam, eo ipso quo hoc dicunt, duas procul dubio dicere convincuntur in Christo naturas, duarumque, non unius nomina naturarum, ejus videlicet, qui incarnatus est, id est Verbi Dei, et ejus quæ ab ipso assumpta est, id est, carnis. Non ergo hoc unius rei nomen est, quod sic expressam significationem duarum diversarumque unitarum doceat naturarum, quemadmodum cum dicitur, humana natura, quam ex duabus seu potius, in duabus diversisque naturis, id est, carnis et animæ subsistere nemo dubitat, sed quemadmodum si

dicatur, anima incarnata, sive una natura animæ incarnatæ. Et ideo nomen naturæ unius, quæ divinitatis, et humanitatis, expressam possit habere significationem, docere coguntur.

Verum si in tantum desipuerint, quo dicant eam Christi esse naturam, rursus ab eis quæritur, qualis illa sit. Quia Christus non naturæ, sed operationis sive efficientiæ, id est, unctionis nomen est, et ideo adhuc coarctantur, ut illius naturæ singularis, quam post adunationem in Christo esse volunt, nomen doceant.

Quia nulla rei natura est, quæ non proprio et singulari nomine secundum specialem videlicet A appelletur significationem. Christum autem non esse naturæ nomen, sed unctionis, et ex hoc, quod multi Christi dicti sunt in Vetere Testamento, manifestum est. Quapropter aut nomen illius naturæ unius, quod ab eis rectissime quæritur doceant, aut si hoc facere minime possunt (quia omnino est impossibile) duas non ante, sed post adunationem, et deinceps, semper indissolubiliter manentes, naturas in una Christi persona, spreta erroris sui caligine, profiteri non metuant, ne aut humanam tantum cum Judæis, aut divinam tantum cum Manichæis confitentes, ab unica et Catholica damnati matre Ecclesia, in perpetuum crucientur.

JOANNIS MAXENTII
DIALOGI CONTRA NESTORIANOS
AD THEOPHILUM.

PRÆFATIO.

Si in hoc sæculo posset finis esse mendacii, maneret utique quieta Christi Ecclesia, sed quia inextricabile quodammodo malum nunquam desinit humana corda pulsare, atque inopinatis argumentis fidem inquietare catholicam, necesse est sectatoribus veritatis prudenter captiosas ejus sententias prævidere, sapienterque detegere, prolatasque in medium malleo veritatis cohibere, et usque ad effusionem sanguinis contra eas pro veritate certare. Præsertim cum Scriptura divina moneat et dicat : « *Ne confundaris logui verbum pro anima tua, et pro veritate certa usque ad mortem* [49]. » Similiter et Apostolus quorumdam denotans timiditatem : *Nondum*, inquit, *usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum certantes* [50]. Resistendum igitur, nec omnino est parcendum hæreticis, confidentes in tali negotio sermonis copiam minime defuturam. Nam si ad confutandam prophetæ insipientiam os asinæ aperuit [51], quanto magis cor fidelis reserare dignabitur, ut perfidorum dementia confutetur? Quapropter quoniam olim in radice pravitas Nestoriana damnata, nunc rursus vivacior assurgit quodammodo, callidisque syllogismorum argumentis adversus ipsa catholicæ fidei fundamenta dimicans, sub religiosa pronuntiatione verborum religionem profanare contendit, necessario credidi, mi Theophile, tuis adjutus precibus, occultum, et sub verbis Catholicis latentem, eorum impium prodere intellectum, quatenus detectus et denotatus fiat cunctis ubique perspicuus. Agens simul etiam contra eos, qui licet Christum Dominum confiteantur, tamen nescio qua rursus inducti perversitate, declinant eum unum confiteri ex sancta et individua Trinitate. Quod nolentes asserere, quis eos non intelligat aliis verbis idipsum negare quod dicunt, nihilque aliud Christum nisi extraneum a Trinitate et juxta Arianos, credere impie creaturam? Si enim verus est Deus sicut est, aut Trinitas est, aut unus ex Trinitate. Sed quia totam Trinitatem Christum credere sacrilegium est, restat ut unus sit Deus Christus ex Trinitate. Nisi forte alium eum Deum præter Trinitatem esse contendant, quod non Catholicorum, sed Manichæorum est proprium, qui duos deos sibi contrarios introducunt. Placuit igitur sub persona interrogantis hæretici, et catholici respondentis, explicare hujus nostræ disputationis opusculum, quo facilius objectionum absolutio legentibus elucescat.

[49] Eccli. IV, 33. [50] Hebr. XII, 4. [51] Num. XXII, 28.

LIBER PRIMUS.

CAPITULA LIBRI PRIMI.

I. *De modo appellationis Theotocæ, hoc est, Dei Genitricis.*

II. *Quod Theotocon hæretici beatam Virginem ita fateantur, non quia Deum secundum carnem, sed quia hominem Deo unitum genuerit.*

III. *Quod initium dari Deo Verbo ex femina stulte calumnientur, his qui vere et proprie Deum secundum carnem natum ex femina confitentur.*

IV. *Quod callide et perverse eam matrem humanitatis affirment.*

V. *Quod ex illis evangelicis vocibus quæ ad Joseph Sponsum sanctæ Virginis factæ leguntur, non Deum fortem secundum Prophetam* [83], *sed purum tantum, qui propter eum, cui uniri meruit, Deus fortis dicatur, sed femina natum conentur astruere.*

VI. **547** *De eo quod scriptum est : « Quod natum est de carne, caro est : quod natum est de spiritu spiritus est* [83]. »

VII. *De eo quod non Deum factum, sed Christum Deum factum callide fatentur.*

VIII. *Quod non natura, sed dignitate et unitione Deum stulte asserant Christum : ob id quod scriptum est in Actibus Apostolorum, Petro ad Cornelium dicente ? Quia Deus erat cum illo* [84].

IX. *Quod hoc tantum distare a Prophetis Christum impie fateantur, qui non sit natus ex semine viri, quamvis non post conformationem, sed in ipsa conformatione, Christo tamen Deum Verbum unitum inique contendant.*

X. *Quod sicut duas naturas, ita et subsistentias sive personas in Christo fateantur.*

XI. *Quod assumptum a Deo, non Deum factum hominem perverse asserant, et quod ipsum definiant naturam esse quod persona est.*

XII. *Quod alia sunt propria nomina naturarum et personæ, quæ nullam faciant quæstionem, alia communia quæ in quæstionem veniant.*

XIII. *Quid inter naturas distet atque personam et quod non omnis sit natura persona.*

XIV. *Quod et Deum factum hominem, et secundam nativitatem Dei Verbi juxta carnem hæretici credere detestantur.*

INTERLOCUTORES.

NESTORIANUS, CATHOLICUS.

CAPUT PRIMUM.

NESTORIANUS. Olim te nostrorum dictorum audiens infamatorem sæpius incitabatur animus, tecum de divinæ dispensationis conquirere sacramento. Nunc vero opportuno loco et tempore tua nobis a Deo donata præsentia, valde desidero, ut præsentem arguas, cui absenti non quiescis detrahere.

CATHOLICUS. Qui se non mendacii, sed veritatis exhibet sectatorem, nullus movetur mussitationibus querulorum. Cujus autem animus de sua est falsitate conscius, licet nemo de eo queratur, suspicionum tamen stimulis inquietatur assidue. Nihil autem prudentibus aufert, imo potius confert, mendax infamatio malevolorum. Si enim veraciter quis de talibus reprehenditur, corrigendus est, ne ulterius reprehendant, si mendaciter, condemnandi sunt potius et delendi. Quapropter si, ut ipse æstimas, tuarum sum ego infamator assertionum, age nunc sicut desiderasti, et te sectatorem veritatis ostendens, me tuum falsissimum nota accusatorem.

N. Relinquentes, si placet, ista, ea proferamus discutienda in medium, quæ unusquisque nostrum simplici mente, Catholicis judicat convenire dogmatibus, ne in his quæ ad rem non pertinent tempus videamur expendisse.

C. Optimum quidem mihi et nimis gratum, semotis conviciis semper de veritate conquirere.

N. Solent injuriæ illis præstare suffragium, quibus studium est non de veritate, sed de propria gloriari victoria. In his autem, qui tota intentione cupiunt de comperta veritate gaudere, locum hæc penitus non habent.

C. Facile solet in disputationum semitis se (sicut scriptum est) hilariter ipsa veritas intimare, cum ad investigationem sui disputantium mentes simplici viderit intentione pertendere. Erit igitur procul dubio nostræ disputationis fructuosus finis, si modo furiosa contentio submoveatur e medio.

N. Mea certe hæc est omnino intentio, si tamen et tu placido animo meis interrogationibus dignum duxeris respondere.

C. Move quod vis, ut jam videamus ea quæ a me scire desideres.

N. Volo igitur, ut mihi planum facias, quonam modo a vobis beata Virgo appellatur Theotocos, hoc est, Dei Genitrix, quam constat genuisse Emmanuelem.

C. Ipsa prorsus tuæ interrogationis principia, duos te filios credere manifestant.

N. Noli, quæso te, antequam meorum dictorum rationem diligenter discutias, calumniosis me impetere vocibus.

C. Nemo recte sibi inferri calumniam queritur quem non aliena, sed sua potius redarguunt. Verum si ego interrogationis tuæ sententiam minime intelligere potui, deputa hoc imperitiæ, dummodo tu lucidius explices, qui modum de Theotocæ appellatione planum tibi fieri flagitans subjecisti, quam constat genuisse Emmanuelem. Si enim modum appellationis Theotocæ perquirentes, etiam Emmanuelem, quem natum dixisti ex Virgine, Dei Filium crederes, sufficeret dicere, quonam modo Theotocos beata Virgo appelletur a vobis. Adjiciendo autem, quam constat genuisse Emmanuelem, docuisti, sicut datur intelligi, Emmanuelem non te Filium Dei credere.

N. Nunquam ego, ut tu asseris, Emmanuelem

[83] Psal. xxxxi, 3. [83] Joan. iii, 6. [84] Act. x, 1 seqq.

nisi Filium Dei credidi, sed scire cupio modum, qualiter Theotocos beata Virgo appelletur a vobis.

C. Si Emmanuel, quem natum e beata Virgine confiteris, Filius Dei a te semper est creditus, Filius autem Dei non est nisi Deus, recte omnino a nobis beata Virgo creditur Theotocos.

N. Cito propositæ quæstionis rationem te æstimas explicasse, quasi non sint ulterius, quæ de hac quæstione quærantur.

C. Dic age, quid vis, nec ullas dilationis patiaris angustias.

N. Quamvis Theotocon beatam Virginem confiteri nec ego refugiam, non tamen quod Deum, sed quia hominem genuerit, Deo unitum, idcirco eam confiteor Theotocon.

CAP. II.

C. Patuit omnino quod hactenus tegebatur. Si enim non Deum, sed hominem Deum unitum genuit sancta Virgo Maria, est sine dubio juxta te Anthropotocos, hoc est, hominis genitrix, non Theotocos. Quo ergo modo Theotocon eamdem virginem profiteris, quam non Deum, sed hominem tantummodo prædicas genuisse?

N. Unitione factum est, ut is qui ex ea natus est, Deus appelletur, propter Deum videlicet cui uniri, unamque cum eo dignitatem, et auctoritatem habere promeruit.

C. Appellatione ergo tantum et dignitate sive honore, non vere et proprie beata Virgo est secundum vos Theotocos, quæ non vere et proprie genuit secundum carnem Deum Verbum, sed hominem, cui præstitum est ab eo, cui uniri meruit, ut Deus dicatur, quod non est.

CAP. III.

N. Quoniam hoc est, quod nos valde permovet, eo quod vere et proprie Deum natum ex femina prædicetis, atque ob hoc vere et proprie beatam Virginem Dei fateamini Genitricem. Quæro, qui vere et proprie generet, utrum ejusdem, cujus ipse est, an alterius cujuslibet substantiæ generet?

C. Inepta nimis et fatua interrogatio, quis enim aliquando alienæ generator creditur esse substantiæ?

N. Si fatuum et ineptum judicas, credere quemquam alienæ generatorem esse substantiæ, constat ergo Deum Verbum, non de matre, sed patre vere et proprie generatum, cum quo illi est una eademque substantia. Alioquin erit procul dubio, consubstantialis mater Domini, non solum Deo Verbo, quem vere et proprie juxta vos creditur genuisse, verum etiam Deo Patri, cui idem Deus Verbum consubstantialis exsistit.

C. Consubstantialem Virgini Deum Verbum, non secundum divinitatem, quæ illi una eademque cum Patre est, sed secundum carnem qui non credit, alienus a fide. Sane quia non hominem quemlibet, qui non sit natura Deus, sed Deum Verbum incarnatum, et ex se hominem factum genuit, hac de causa vere et proprie esse creditur **548** Theotocos.

N. Si Deum natura genuit beata Virgo Maria, jam non carnis, sed est genitrix divinitatis et quomodo non Deum Verbum secundum divinitatem quæ illi cum Patre communis est, secundum carnem eum natum ex virgine prædicatis.

C. Non est divinitatis Genitrix, sicut tu non credere autumas, quamvis vere et proprie sit Dei Genitrix, quia non divinitatem Dei Verbi, sed Deum Verbum ex se hominem factum, sicut superius dictum est, genuit.

N. Si vere et proprie Deum natum ex Virgine dederimus, vereor ne sine initio Deus Verbum initium habere intelligatur ex femina.

CAP. IV.

C. Et cur non demus ei ex femina secundum carnem initium, qui est secundum divinitatem a Patre sine initio?

N. Quomodo secundum carnem habere initium a te dicitur is, qui est a Patre sine initio, non intelligo, utrum qui ais qui a Patre est sine initio, ex divinitate in carnem versus, dicatur accepisse initium? An quia erat sine initio, accepta carne dicatur habere initium?

C. In carnem converti inconvertibilis Deus omnino non potest, sed manens Deus, in propria divinitate perfectus, carni et animæ rationali se uniens, cœpit esse homo quod antea non erat, et hac ratione secundum carnem dicitur habere initium is, qui est, a Patre sine ullo initio.

N. Quoniam de summis et præcipuis rebus quæstio vertitur, quæso ut patienter de his quæ a me quæruntur respondeas. Nec te moveant ea, quæ tibi fortassis, antequam intelligas, videntur esse contraria.

C. Sic me de patientia commones, quasi hactenus impatienter tuis responderim interrogationibus.

N. Non utique, sed ut incepta lenitate te contineas, moneo.

C. Dei hoc donum est.

N. Dominum nostrum Jesum Christum una an duabus substantiis confiteris?

C. In duabus procul dubio sed naturali, non personali conventione unitis.

CAP. V.

N. Necdum absoluta, de qua agitur, quæstione, præpropere, in aliam prorupisti, sed dilata interim inquisitione de naturali unitione, absolute, quæso, respondeas : Utrum Christum, quem in duabus naturis confessus es, ex Patre tantum, an etiam ex Matre natum asseras?.

C. Et ex Patre et ex Matre unum eumdemque Christum natum esse confiteor.

N. Alio modo ex Matre, alio ex Patre? an uno eodemque modo ex Patre et ex Matre?

C. Alio procul dubio ex Patre, alio modo ex Matre?

N. Secundum quem modum ex Patre, sive ex Matre eum asseris natum?

C. Secundum divinitatem quidem ex Patre, eumdem secundum humanitatem ex Matre.

N. Cur ergo vere et proprie Dei Genitrix a vobis Mater Domini prædicatur, et non magis illius naturæ, cujus et Mater est, cui Dei Verbi unitio divinitatis suæ contulit vocabulum et dignitatem? Cujusnam credis naturam hanc esse humanitatis, quam vere et proprie vis esse ex Virgine?

N. Procul dubio Domini Christi.

C. Christum quid esse definis?

N. Deum et hominem.

C. Dei ergo et hominis facta est natura illa humanitatis quam vere et proprie dicis esse ex Virgine?

N. Quis hoc dubitet?

C. Et quomodo non est absurdum credere Deum et hominem ex Virgine naturam assumpsisse humanam? Quod si Deus et homo ex Virgine creditur juxta vos naturam assumpsisse humanam, unde antequam ex Virgine Deus assumeret naturam humanam, factus homo credendus est, ut sic Deus et homo credatur assumpsisse ex Virgine naturam humanam.

N. Miror te tam temere ridere de veritate.

C. Nullatenus ego veritatem irrideo, sed responsionis tuæ absurditatem verissima ratione coarguo.

N. Offenderis (ut mihi videtur) cum Christum Deum audis et hominem.

C. Non me offendit Christum Deum audire et hominem, sed te offendit, qui Christum hominem factum non credis. Nam cum ego unum eumdemque genitum, et ex Patre secundum divinitatem, et ex Matre secundum humanitatem, simpliciter tuis interrogationibus respondissem, tu Deum ex Patre, hominem vero ex Matre volens ostendere, quasi ex consequenti ratione concludis, et docere niteris, non debere vere et proprie beatam Virginem Dei credere Genitricem, sed naturæ humanæ cujus mater est. Si igitur Deus verbum ex maternis visceribus carnem assumens, semetipsum formavit hominem, non alterius sine dubio natura humanitatis assumpta ex Virgine, nisi illius facta est, qui se ex ipsa formavit hominem, et idcirco vere et proprie secundum carnem sancta Virgo Dei Genitrix creditur, quia non Deus in carnis naturam conversus est, ut non esset Deus qui natus est, sed manens Deus, homo factus et natus est.

N. Sursum ac deorsum nihil aliud moliris (ut video), nisi ut Deum natura doceas eum, quem Virgo enixa est: sed tibi pro me voces obviant evangelicæ, quæ nullatenus permittunt Deum prædicare eum, qui ex Virgine natus est.

C. Et quænam illæ voces sunt, quæ me prohibent Deum ex Virgine?

N. Illæ nimirum, quæ ad Joseph in somnis factæ leguntur.

CAP. VI.

C. Et quid tale dictum ad eum legitur?

N. *Tolle*, inquit, *puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum; futurum est enim, ut Herodes quærat perdere puerum* [88]. Et rursus: *Defuncti sunt omnes, qui quærebant animam pueri* [88]. Nunquidnam dictum est: Defuncti sunt, qui quærebant animam Dei? aut: Tolle Deum et fuge in Ægyptum? vel certe futurum est, ut Herodes quærat Deum perdere? Quo quid potest esse iniquius, quam ut credatur Deus propter hominem fugisse in Ægyptum? Unde manifestum est, vanis argumentationibus contra divinorum eloquiorum sententias laborare, quæ puerum, id est, hominem docent eum, quem tu Deum natura conaris astruere.

C. Dum nimis intentus es in his Scripturæ divinæ vocibus, quas tuis putas competere partibus, cæteras penitus despicis. An forte vilis tibi et contemnenda videtur Veteris Testamenti auctoritas, quæ puerum, quem tu Deum denegas, Deum fortem dominatorem prædicat? Nonne clamabat ille prophetarum eximius Isaias, dicens: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus potestas in humeris ejus, et vocabitur magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri sæculi* [88*]. Nunquid hæc te nescire credibile est? Nisi forte contrariam illis a te prolatis evangelicis testimoniis prophetæ sententiam indicas?

N. Non ego contrariam judicio evangelicis testimoniis prophetæ sententiam, sed tibi hoc videtur, qui necdum eorum intellectum assequi potuisti. Attende igitur, si vis, propheticæ sententiæ a te prolatæ purissimum intellectum, et vide, quam non sit nostris contraria assertionibus; denique puerum natum, et filium datum propheta vocari quidem Deum, non autem esse testatur: *Et vocabitur*, inquit, *magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis.* Neque enim omnia quæ vocantur, continuo etiam vocationis suæ obtinent proprietatem. Denique Deus vocatus Moyses, sed nullatenus vocationis hujus obtinere creditur veritatem. Hic docemur, non esse puerum naturæ Deum, sed propter Deum qui ei unitus est, Deum a propheta vocari.

C. Impietas manifesta: secundum hunc namque expositionis tuæ sensum, ergo et quod dicitur, puer natus nullatenus substantialiter intelligendus est natus: quia si Deus fortis idem puer, quod a propheta vocatur, juxta te substantialiter non est, quia et Moyses vocatur, ut ais, Deus, quod substantialiter non est: ergo et quod dicitur, puer natus, non est substantialiter natus, quia multi dicuntur nasci, qui tamen substantialiter non nascuntur, sicut habes: *Populus qui nascetur, quem*

[88] Matth. II, 13. [88] ibid. [88*] Isa. IX, 9.

fecit Dominus [57]. Et Apostolus ad eos, qui jam substantialiter exsistebant: *Nam si decem millia*, inquit, *pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui* [58]. Contendit denique hæc vestra interpretatio etiam illud, quod omnis catholica Ecclesia confitetur, Filium Dei Deum natum de Patre substantialiter, falsum docere, et cum Arrianis natum quidem de Patre dicere Filium, sed non substantialiter de eo natum. Et unde jam substantialiter natus credatur Deus puer, qui nec de matre nec de patre secundum vos intelligitur substantialiter natus?

N. Noli, quæso te, in supervacuis tempus expendere. Nos enim Deum Filium, abominantes impietatem Arrii, substantialiter natum ex Deo Patre credimus et prædicamus, et puerum natum ex Virgine substantialiter sine dubio confitemur, quem etiam propter eum qui ei unitus est, sequentes prophetam, dicimus Deum.

C. Est ergo puer non natura Deus, sed vocatione sicut Moyses?

N. Si non vocatione et dignitate, sed natura Deus est puer, aut consubstantialem **549** Deo Patri credis carnem, aut puerum natum de Virgine incorporeum confiteris.

C. Tu puerum incorporeum non credere autumas, nos e contra Deum tibi carnem factum juxta Evangelii sententiam prædicamus, cujus carnem non Deo Patri, sed matri consubstantialem credimus. Divinitatem vero non matri, sed Deo Patri consubstantialem fatemur.

N. Varium quemdam et diversum assertionis tuæ sensum, modo confundentem, modo discernentem naturas, prorsus intelligere non possum. Si igitur divinitatem Patri, carnem vero consubstantialem prædicas matri, quomodo sanam hanc naturarum confundens discretionem, rursus Deum carnem factum asseris, cum sit Deus non corpus, sed Spiritus, Domino dicente: *Deus Spiritus est* [59]?

C. Veram naturarum conventionem Dei Verbi et carnis fatentes, non confundimus, sed unimus, quia non in carnem versum, sed carni unitum, factum hominem prædicamus.

N. Cum Deus dicat, *quod de carne natum est, caro est, quod autem natum est de spiritu, spiritus est* [60]. Quomodo puerum natum ex femina non unitione, sed natura Deum asseris?

C. Quia non est alter natus de carne carnaliter caro, nisi ille qui de spiritu spiritualiter natus est spiritus. Idcirco denique ex duabus et in duabus naturis unitis et inconfusis, Deum Dei Filium prædicamus.

N. Sed harum naturarum diversitatem confundis, Deum natura prædicans eum, qui unitione Dei Verbi Deus dicitur. Nam si non unitione, sed natura Deus est, qui de Virgine natus est, procul dubio Deus est unctus, et non puer Jesus Christus. Sicque jam non Christus factus creditur Deus, sed Deus juxta vos factus intelligitur Christus, et mentiuntur discipuli in Actibus apostolorum, non Deum, sed puerum Jesum unctum testificantes atque dicentes: *Convenerunt enim vere in civitate ista adversum sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus* [61].

C. Non confundimus naturarum diversitatem, sicut superius tibi responsum est. Quia nec divinitatem Verbi in naturam credimus conversam humanam, nec rursus humanam in divinitatis mutatam essentiam prædicamus, verumtamen Christum non, ut tu asseris, Deum factum, sed Deum factum Christum (quod tibi displicet) confitemur. Quia non cum pauper esset, dives factus est, sed cum dives esset, pauper factus est, ut nos divites faceret [62]. Nec enim cum esset in forma servi, formam Dei accepit, sed cum esset in forma Dei, formam servi accepit [63]. Similiter etiam nec cum esset caro, Verbum est factum, sed cum esset Verbum, caro caro factum est [64]. Quod autem dicis: Si natura est Deus puer, natus de Virgine, fallunt discipuli in Actibus apostolorum, non Deum, sed puerum Jesum unctum testificantes [65]. Non illi fallunt, sed tu potius falleris, qui Deum secundum carnem unctum non intelligis. Nam si non contrario, sed uno spiritu discipulos et prophetam credis locutos, audi prophetam Deum unctum manifeste docentem atque dicentem: *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis* [66]. Hinc evidenter apparet non alium esse unctum puerum Jesum, nisi Deum, nec esse alium Deum unctum, nisi puerum Jesum, si tamen non duos, sed unum Christum prophetas et apostolos prædicasse non dubitas.

N. Duos Christos prædicantes omnino abominor, quia uno spiritu prophetam et apostolos locutos esse non ambigo, sed te contraria sentientem reputo, quia quasi ex prophetæ sententia, eum quem ipse unctum prædicas, Deum natura conaris astruere. Nam cum propheta eum Deum a Deo unctum prædicet, quem et participes docet habere, tu natura Deum, qui nullum habet secundum naturam suam participem, unctum docere concludis, cum Deus non habet omnino participes, sicut non habet fratres, sed ille docetur habere participes, de quo ait Apostolus: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse communicavit iisdem* [67]. Et qui dixit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te* [68]. Unde evidenter apparet, non natura, sed unitione Deum esse eum, quem præ participibus unctum propheta testatur.

[57] Psal. XXI, 32. [58] I Cor. IV, 4. [59] Joan. IV, 24. [60] Joan. III, 6. [61] Act. IV, 27. [62] II Cor. VIII, 9. [63] Philipp. II, 6. [64] Joan. I, 14. [65] Act. X, 38. [66] Psal. XLIV, 7, 8. [67] Hebr. II, 14, [68] Psal. XXI, 23.

C. Quomodo eos, qui duos Christos prædicant, abominari te asseris, cum tu duos filios manifeste prædicare convinceris?

N. Et ubi audisti me duos filios prædicare?

C. In eo cum dicis, non eum unctum qui natura est Deus, sed eum qui a propheta docetur habere participes qui unctione Dei dicitur Deus.

N. Non duos, ut tu autumas, sed unum prædico filium, quia et ejus qui natura Deus est, et ejus qui unctione Dei Deus est, unam filii appellationem, unamque profiteor dignitatem. Quod autem is qui unctus est, non natura, sed unitione Dei Deus est, audi beatum Petrum apostolum dicentem ad Cornelium: *Verbum*, inquit, *misit filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum, hic est omnium Dominus. Vos scitis quod factum est Verbum per universam Judæam, incipiens a Galilæa post baptismum quod prædicavit Joannes, Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute, qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo* [69]. Sine dubio non cum Deo, sed cum Jesu a Nazareth uncto et Spiritu sancto, et virtute Deus esse cognoscitur. Nam quomodo non est impium unctum credere natura Deum, cui sine dubio nulla valet natura resistere? sed ille ungitur, qui erat præliaturus contra diabolum.

C. Versuta quidem fraude argumentaris, sed nullatenus a duorum filiorum prædicatione discedis. Nam si Jesus a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto et virtute, non est Deus, ut asseris, quem Deum prædicat propheta venientem a Libano, dicens: *Deus a Libano veniet, et sanctus de monte umbroso et condenso* [69*]. Nazareth enim ad istius montis radicem in partibus Galilææ hodieque monstratur, ubi Deus Jesus Christus, quem propheta venisse a Libano prædixit, secundum carnem nutriri dignatus est. Quod autem niteris approbare, non esse natura Deum Jesum Christum, sed unione Dei et dignitate, ex eo quod dictum est: *Deus erat cum illo* [70]; miror te eumdem Dominum non audire dicentem: *Et non solus, sed Pater mecum est* [71]. Est ergo natura Deus Jesus Christus a Nazareth, sicut a propheta didicimus, et est Deus cum illo sine dubio Pater. Idcirco denique omnium Dominus ipsius Apostoli voce monstratur. Alioquin si ob id, quod dictum est: *Erat Deus cum illo*, non Pater cum Filio, sed Deus Filius cum Jesu Christo esse intelligendus est, erat procul dubio omnibus prophetis æqualis, vel certe Joseph filio Jacob, quia et de eo scriptum erat: *Et erat Deus cum illo* [72]. Ipsi quoque Jacob proficiscenti in Charan, dicit Deus: *Ero tecum sicut et cum patre tuo* [73]. Et ideo nimis est impium Salvatorem omnium æquare salvatis.

N. Æqualem neque prophetis, neque Jacob aut Joseph credimus omnium Salvatorem, sed incomparabiliter excellentiorem. Quia quamvis fuerit Deus cum illis, non tamen sine viri semine, sed nati sunt lege naturæ. Christus autem Dominus novo nativitatis modo ex Spiritu sancto et Maria Virgine natus est, atque in ipsa prorsus formatione Christus est factus.

C. Si non est Christus æqualis neque prophetis, aut Joseph, aut cuilibet sanctorum, erit certe juxta nos æqualis Joanni Baptistæ vel Jeremiæ, qui in ipsa formatione sanctificati sunt, sicut dicit Deus ad Jeremiam: *Priusquam te formarem in utero novi te, et priusquam exires de vulva sanctificavi te* [73*].

N. Non est Christus æqualis in vulva sanctificatis, quia isti quidem in vulva sanctificantur, ille vero in conformatione fit Christus. Et isti quidem particularem accipiunt gratiam, ille vero plenus est gratia, utpote Unigenitus Dei.

C. Christum in ipsa conformatione factum, quemnam modum dicas, non intelligo, ideo quis sit Christus qui in ipsa conformatione factus est Christus, evidenter ostende.

550 N. Christus est unigenitus procul dubio Patris.

C. Quod hactenus impugnaveras, nunc ab ipsa veritate coactus, licet nolens, confessus es. Nam qui Deum factum Christum hactenus dicere renuebas, nunc licet secundum carnem neges a semetipso formatum, tamen in ipsa conformatione Deum factum Christum confessus es.

N. Nullatenus me putes tuis calliditatibus circumventum, ego enim in ipsa conformatione ideo dixi unigenitum Christum factum, quia ipsi conformationi carnis Deum Verbum credo conjunctum.

C. Qui ipsi conformationi carnis Deum Verbum carni dicit adjunctum, non in propria subsistentia, sine persona Deum Verbum humanam docet suscepisse naturam, sed subsistentiæ carnis, quæ dum in membrorum extendebatur lineamentis, subsistentiam Dei Verbi demonstrat annexam. Unde non jam unam, sed duas subsistentias sive personas Dei Verbi incarnati, et hominis facti credere denotatur. Fides autem catholica non ipsa conformatione, ut tu asseris, sed ipsum Deum Verbum secundum carnem, a semetipso formatum, factumque hominem, salva divinitatis ejus substantia confitetur.

N. Quid igitur negasti subsistere Deum Verbum? hoc enim cogit intelligi illud quod dicis, ipsum a semetipso formatum, hominemque factum, licet callide in consequentibus hoc idem factum, sine suæ divinitatis diminutione confirmes.

C. Nullo prorsus modo Deum Verbum ego subsistere denego.

[69] Act. x, 37, 38. [69*] Habac. III, 3. [70] Act., x, 38. [71] Joan. XVI, 32. [72] Act. VII, 9. [73] Gen. XXVIII, 13. [73*] Jerem. I, 5.

N. Quid de carne sive de tota sentis humanitate?

C. Et ipsam sine dubio manere profiteor.

N. Cum ergo subsistere Deum Verbum et hominem dicis, cur unam, et non duas subsistentias profiteris?

C. Quia non homini jam in propria manenti subsistentia Deum Verbum credo unitum, aut saltem carni formatæ et animatæ, per quam cujuslibet hominis intelligitur esse persona, sed subsistentiam sive personam Dei Verbi, naturam suscepisse humanam, quæ nunquam velut communis præter Deum Verbum subsistit, sed per ipsum orta, et ab eo suscepta, ipsius facta propriæ naturæ est, manetque non in sua, sed in eo a quo suscepta est, hoc est, Dei Verbi subsistentia sive persona : et ideo non sunt duæ subsistentiæ, sed duarum naturarum, Verbi videlicet et carnis, una subsistentia sive persona est.

N. Ergo humana natura divinitas facta est?

C. Hoc saltem cogitatione recipere, extremæ probatur amentiæ.

N. Quomodo ego propriam Dei Verbi naturam humanam dicis effectam?

C. Quia non est alicujus alterius nisi Dei Verbi hominis facti.

N. Factum quemadmodum asseris Deum hominem, ut cum tanquam conversum in hominem? an propter susceptum ab eo hominem factum Deum hominem prædicas?

C. Ego a Deo susceptum hominem nullatenus dicere audeo, sed Deum sine diminutione divinitatis suæ factum hominem fateor. Ne si susceptum a Deo hominem dixero, duas videat in Filio Dei prædicare personas, quia et susceptor sanctorum atque fidelium Deus dicitur, secundum illud quod in Exodi cantico ad eum dicitur: *Adjutor et susceptor factus est mihi in salutem* [75]. Melius ergo est susceptam a Deo naturam humanam quam susceptum hominem dicere.

N. Stupenda quædam me a te auribus ingeruntur, quasi diversum et non idipsum sit, dicere hominem, sive naturam humanam, cum homo non sit aliud nisi humana natura.

C. Nimirum hæc erroris vestri, et non alia, causa est. Nam dum non valetis discernere quid inter personam sit et naturam, idipsum intelligentes naturam esse, quod et personam, imo nullatenus credentes naturam esse posse sine persona, vocabula personæ naturarumque confunditis, et duas omnino personas, sicut duas naturas unius Filii Dei, sine dubio prædicatis. Nam cum Deum Verbum natum ex Virgine secundum carnem dicimus, divinitatis ejus naturam æstimatis vos natam ex Virgine prædicare. Verum si hoc, quod absit, crederetur a nobis, non eum secundum carnem natum ex Virgine fateremur. Rursus, cum a Deo Verbo susceptam auditis naturam humanam, personam, ab eo, hoc est, hominem, susceptam, non eumdem factum hominem creditis. Hinc etiam nec vere, nec proprie beatam Virginem, Dei acquiescitis credere Genitricem, quia non Deum Verbum incommutabiliter ex ejus visceribus hominem factum, sed hominem Deo unitum ex ea creditis natum.

N. Quia nos invalidos arguis ad discernendum quid inter naturam sit, et personam, doce tu naturam esse sine persona: aut quæ possint naturis proprie sine persona vocabula coaptari.

C. Naturarum et personæ sunt propria et communia nomina, et propria quidem nullam faciunt quæstionem, communia vero quæ a falsis doctoribus callide præsumuntur, aliquam simplicioribus nebulam dubietatis offundunt.

N. Quæ sunt nomina, quæ aut afferant aut non afferant quæstionem?

C. Deitas certe et humanitas, caro et divinitas, propria sunt nomina naturarum : Verbum vero sive Jesus Christus, et si quæ talia reperiuntur, propria sunt nomina personæ, sicut Paulus et Petrus apostoli. Dei vero et hominis totam Trinitatis divinitatem significat nomen Dei, ita et unamquamque personam ex Trinitate. Deus enim Pater, Deus Filius, et Deus Spiritus sanctus, et tota simul Trinitas unus Deus. Rursus homo, sicut personam, ita significat et naturam. Unde et nonnulli Patres sancti, non quidem ad personam, sicut vos, sed ad naturam potius respicientes, hominem assumptum a Deo dicere comprobantur.

N. Assentior plane his quæ a te prolata sunt, si tamen poteris dicere naturam esse in persona.

C. Natura humana, quamvis tota in personas singulas derivetur, non tamen quælibet una persona aut unus homo, id est, individuus, tota probatur humanitas; alioquin nequaquam innumeri homines sive personæ generalis hujus humanitatis exsisterent. Discernitur ergo a natura persona, quia personæ unam rem individuam naturæ significant. Natura vero communem cognoscitur declarare materiam, ex qua plurimæ possent personæ subsistere. Quapropter omnis quidem personæ simul naturam continet, non autem omnis natura personam æque complectitur : alioquin sicut tres personas, ita et tres naturas sanctæ et ineffabilis illius Trinitatis Catholici faterentur.

N. Insubstantiam quamdam et inanem naturam mihi videris asserere, quam nullam dicis habere personam.

C. Insubstantia ergo tibi videtur summæ et incomprehensibilis Trinitatis natura? quæ cum sit una et singularis, in tribus tamen personis eam subsistere Catholicorum ambigit nemo. Verum, quia non sine ingenti periculo, de Creatore suo disputat creatura, si placet, ad nostram, id est, ad

[75] Exod. xv, 2.

naturam transeamus humanam, de qua, si quid offensionis, quod absit! acciderit, lævius æstimetur, præcipue, quia et de ipsa nunc inter nos quæstio ventilatur, ut inde, quantum possibile fuerit, planum fiat quod quæritur, ne videlicet natura, quam necdum dicimus in persona subsistere, insubstantia tibi esse videatur.

N. Fiat, ut vis, modo ut explicetur, quod quæritur.

C. Naturæ qualitas, quæ in multas personas individuaque diffunditur, non tibi insubstantialis esse videatur, ut nihil sit. Alioquin quomodo Creator omnium naturarum, universa bona et valde bona fecisse credendus est? Idcirco autem natura, quæ communis materiei vim rationemque continet, insubstantialis a crassioribus mentis æstimatur, eo quod minus attendunt alterius personæ nondum apparentis materiam, alteram esse personam: quam, ut dixi, nondum ad lucem prolatam, naturalis potentia perfectam in cunctis membrorum quodammodo lineamentis ostendit. Et ideo non bene substantiam æstimas tu naturam, sine qua nulla potest persona subsistere. Secundum hanc rationem etiam de vitiatis corporibus judicantes dicimus. Minus est a natura, neque enim quia latet, aut nihil, aut imperfecta esse credenda est, sed est prorsus vis ista in membris nostris, et latet perfecta, et tota secundum propriam rationem in materia seminis. Quis enim parvulum necdum **551** utentem ratione, imperfectam recte judicabit humanam habere naturam? Neque enim qui uti pro tempore non potest ratione, ideo aliquid illi deesse probabitur a definitione naturæ humanæ. Cum sicut veteres definierunt, nihil sit aliud homo, quam animal rationale mortale. An forte aliquis, quia non utuntur parvuli ratione, irrationabilia animalia tentabit eos asserere, quos utique tempore congruo non extrinsecus adveniens ratio, sed extrinsecus natura subministrante ditabit? Quapropter natura humana, quæ latet in materia seminis, non aut nihil, aut imperfecta est, antequam in suam subsistentiam, Deo ex ipsa creante formetur, sed omnino perfecta, secundum quam rationem et Levi ante multa tempora, quam in utero seminaretur, aut conciperetur, in lumbis positus Abrahæ legitur decimatus. Nulla autem res potest decimari quæ non est. Res ergo ista sive natura quæ in occulto est, quandiu producatur ad lucem, quasi in substantia a minus intelligentibus æstimatur. Cum autem nutu Dei per seriem generationum, vis seminis in femina fuerit vulva transfusa, tunc quod latebat in membris extenditur, et in persona propria declaratur. Huic igitur humanæ naturæ, quæ generalis et communis est omnibus hominibus, sine qua nulla potest (ut superius diximus) persona subsistere, in sanctæ Virginis utero, quæ fide plena Deum concipere meruit, semetipsum Deus Verbum unire dignatus est, et ex materia viscerum ejus absque ullo viri semine propria potentia et virtute semetipsum, sine ulla status sui diminutione, creat secundum carnem, proficit in membris, fit homo, secundam pro nostra salute sustinet nativitatem, postremo crescit in ætatis augmentum. Idcirco vere et proprie secundum carnem natus a sancta Virgine a Catholicis prædicatur. Hinc vere et proprie eadem sancta Virgo Dei Genitrix creditur.

N. Totum quod superius a te, licet involute tamen rationabiliter disseri videbatur, conclusio hæc extrema confudit, quæ Deum hominem factum et quod est intolerabilius, secundam Dei Verbi nativitatem audacter expressit: cum nulla res nasci secundo substantialiter queat. Factus autem Deus homo, quomodo a te prædicatur, cum illud fieri dicitur, quod necdum exstare videatur, vel ex eo quod est in illud aliquid vertitur ut desinat esse quod erat?

C. Hinc nempe tremenda est, et admirabilis, juxta carnem Dei nostri secunda nativitas, magnumque pietatis sine dubio sacramentum probatur, quod negatur ab impiis, quia non erat, sed qui erat nascitur: nec secundum id quod erat, sed secundum id quod non erat, propria dignatione formatur. Qui enim naturaliter erat sine initio natus ex patre, idem ipse in tempore naturaliter nascitur nobis ex matre. Ibi secundum divinitatem, hic idem ipse homo ex homine factus, similiter non secundum id quod erat, sed secundum id quod non erat. Nam Deus, qui erat, fit homo, sine sui conversione, quod non erat. Valet itaque argumentum a te prolatum, ad eum qui aliquid quod est secundum id quod est, aut nasci secundo contendit, aut fieri: ad nos vero nihil pertinet, qui non secundum id quod erat, et natum secundo et factum Deum hominem prædicamus. Sed jam istius disputationis, si placet, iste sit finis. Si qua vero restant, ab alterius sermocinationis inquirantur exordio.

LIBER SECUNDUS.

CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. *De naturali unione Dei Verbi facta ad propriam carnem.*

II. *Quod ex divinitate et humanitate Christus compositus doceatur.*

III. *De eo quod dicunt alterum in altero, hoc est, Deum Verbum habitare in homine.*

IV. *De eo quod scriptum : « Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud* [75]. »

V. *Quod perverso intelligentiæ sensu accipiant, quod scriptum est : « Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis* [76]. »

VI. *Quod non credant vitam esse eum qui a Judæis est crucifixus.*

VII. *Quod hominem tantummodo, non Deum, carne crucifixum esse fateantur.*

VIII. *De eo quod scriptum est, « Dominus gloriæ crucifixus* [77]. »

IX. *De eo quod dicunt : Christum passum carne non Deum passum carne confiteri debere. Et de eo quod scriptum est : « Dominum eum et Christum Deus fecit* [78].

X. *De testimoniis quibus purum hominem eum qui pro nostra salute passus est, demonstrare nituntur.*

XI. *Quod nullatenus unius ejusdemque mirabilia, passionesque fateantur. Et de eo quod scriptum est ad Hebræos : « Decebat enim eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummare* [79]. »

XII. *De eo quod callide dicitur ab eis : Caro Dei passa est, Deus autem carne passus non est.*

XIII. *Qualiter Deum proprias carnis suæ fecisse asserunt passiones.*

XIV. *Quod Deum passum carne asserant, Deum autem Verbum passum carne nullo modo fateantur.*

XV. *Quod negant Deum esse, qui visus et contrectatus et passus carne est, ob id quod scriptum est : « Deum nemo vidit unquam* [80]. »

XVI. *Quod Trinitatem in Christo habitare impie asserant, et ob id scriptum est : « Quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [81]. »

XVII. *Quod perverse Deum Filium, non Deum Patrem in Christo habitare asserant, per id quod scriptum est : « Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* [82]. »

XVIII. *Quod Christum, non carnem Christi, a sancta Trinitate creatum et resuscitatum asserant, quod dum docere conantur juxta Arianos, Christum creaturam credere deprehenduntur.*

XIX. *De eo quod dicunt, Homousion dividere, est Christum dicere unum ex Trinitate.*

XX. *De eo quod aiunt, quidquid ex aliquo esse dicitur alterum ostendit ex altero, et ideo Christum non oportet unum ex Trinitate fateri, sed unum in Trinitate et perversitate hoc idem ab ipsis hæreticis memoretur.*

XXI. *Quod unam quidem personam Christum ex Trinitate fateantur, Christum autem unum ex Trinitate stulte denegent. Et quod non ex duabus naturis, sed ex duabus personis unam personam propter unum Filii vocabulum, et dignitatem et auctoritatem Christum esse impie machinentur.*

XXII. *De eo quod asserant nihil nos affirmare debere, quod non in Scripturis canonicis continetur, et de quo dolore dicant, sine Christo Trinitatem non esse ; et quod invicte contra omnes pene eorum versutias opponatur illud quod scriptum est : « Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis* [83]. »

XXIII. *De eo quod ex ipsis quidam dolose Deum natum ex femina dicere videantur ; Christum vero unum ex Trinitate nullatenus asseverent, et de eo quod dicunt : Sufficit nobis hoc confiteri, nostris volumus uti sermonibus.*

XXIV. *Quod callide dicatur ab eis, si idipsum judicatis esse, quod a vobis et nobis dicitur : Quomodo nos ut hæreticos æstimatis, quia vestris nolumus uti sermonibus, ne occasionem aliis hæreticis præbeamus.*

XXV. *De eo quod dicunt : Nihil amplius oportere, nisi quod verbis synodi continetur, asserere, et quod hæreticos judicent eos, qui consimiliter, ut ipsi respondent, duas quidem naturas verbis aliis dicimus ; vestris vero nolumus uti sermonibus, ne aliis hæreticis occasionem dare videamur.*

—

INTERLOCUTORES.

NESTORIANUS, CATHOLICUS

CAPUT PRIMUM. 552

NESTORIANUS. Memini te et in superiori sermone, cum quæsitum fuisset, utrum in duabus naturis Christum crederes, respondisse, In duabus, sed naturali conventione unitis. Quod quia subito in alterius quæstionis prorupit indaginem, dilatum est ibi de eo aliquid quærere. Nunc vero quoniam nimis impium, et catholicis dogmatibus (quantum arbitror) creditur alienum, Deum Verbum naturaliter humanæ naturæ unitum credere, quoniam hoc modo recte posset intelligi, si placeat, primitus inquiratur.

CATHOLICUS. Multa quidem in superiore sermone disserentes, nullum apud te profectum habere potuimus, quia mens non sanari sed vincere cupiens, aversa ab his quæ dicuntur, ad nihilum

[75] Joan. II, 19. [76] Joan. VI, 54. [77] I Cor. II, 8. [78] Act. II, 36. [79] Hebr. II, 10. [80] Joan. I, 18. [81] Coloss. II, 9. [82] II Cor. V, 19. [83] Gen. III, 22.

aliud intenta est, nisi ut inveniat : quod pro suis partibus eloquatur, quapropter oportebat quidem nihil ulterius tecum de re summa disquirere. Sed ne nos hoc, defectu potius rationis, quam modestia facere æstimes, cogimur contra propositum, tuis objectionibus respondere. Itaque dixisti (ni fallor) Deum Verbum naturaliter humanæ naturæ unitum credere, impium esse, et catholicis dogmatibus alienum, quapropter cur hoc arbitratus es, planius te convenit explicare.

N. Quidquid fit naturaliter, non voluntate, sed necessitate fieri intelligitur, et ideo si naturaliter Deus Verbum propriæ carni unitus est, non jam misericorditer, sed impulsu naturali hoc fecisse credendus est.

C. Definis ergo universa quæ naturaliter dicuntur, necessitate fieri non voluntate ?

N. Hoc arbitror, denique esuriem, sitim, somnum non voluntate, sed naturale patimur ; quod autem non fit voluntate, geritur sine dubio necessitate naturæ. Hæc quæ dicis, compositæ et passibilis naturæ sunt propria, impassibili autem et incompositæ non est aliud naturaliter, aliud voluntarie quidpiam facere, sed prorsus unum atque idipsum est. Quia ibi non aliud est natura, aliud voluntas, sed natura voluntas est, et voluntas natura. Idcirco Deus Verbum, cui nulla voluntas est accidens, aut natura passibilis, cum dicitur naturaliter carni unitus, non necessitate, sed voluntate creditur hoc fecisse. Alioquin quæro, utrum naturaliter Deum credas esse an voluntarie ? Si enim voluntarie dixeris, sequitur ut non sit naturaliter Deus. Si autem naturaliter pergis asserere, erit ergo juxta vos Deus necessitate, non voluntate, quod de Deo credere magna dementia est. Et ideo non est impium, nec a catholicis dogmatibus alienum, Deum Verbum naturaliter propriæ carni unitum credere, ad excludendos eos qui naturam inviolabilem non credunt naturaliter unitam naturæ passibili, sed personæ nescio cujus jam formatæ in utero hominis Deum secundum gratiam, sive secundum illustrationem, vel certe dilectionem fatentur unitum.

CAP. II.

N. Compositionem quamdam et confusionem mihi videris introducere naturarum, dicens naturaliter naturas unitas.

C. Quamvis ex divinitate et humanitate Deum nostrum Jesum Christum compositum sive unitum esse fateamur, confusionem tamen naturarum penitus refugimus, quia utrasque naturas credimus manere perfectas.

N. Compositio contraria intelligitur unitati, quia aut confusionem efficit, aut non caret divisione. Ædificia denique omnia, quæ compositione constant, nullo dubitante solvuntur, ea vero quæ a pigmentariis a diversis rerum naturis componuntur, confusa in se sunt, nec ulla res prorsus in eis obtinet proprietatem. Quomodo ergo vos indivisas, aut inconfusas naturas in Christo potestis dicere, qui Christum compositum prædicatis ?

C. Omne compositum passibile an impassibile asseris ?

N. Omnino passibile.

C. De non composito quid opinaris ?

N. Profecto impassibilitate subsistere.

C. Christum passibilem an impassibilem asseris.

N. Post incarnationem prorsus passibilem.

C. Cur ergo Christum Filium Dei vivi refugis compositum confiteri, quem sine dubio dicis esse passibilem ?

N. Secundum humanitatem, videlicet, Christum compositum fateor, quia et secundum humanitatem eum passibilem credo, secundum divinitatem autem incompositum, quia et impassibilem.

C. Quid igitur unum eumdemque fateris ex divinitate et humanitate post incarnationem compositum, quem ante incarnationem constat fuisse incompositum ?

N. Non equidem, sed assumptum hominem compositum dico, eum vero a quo assumptus est, incompositum.

C. Duos filios procul dubio credere deprehenderis unum compositum, alterum incompositum.

N. Negas ergo tu divinitatis naturam esse simplicem et incompositam ?

C. Nullo modo hoc denego.

N. Compositum fateris hominem, an incompositum.

C. Compositum prorsus.

N. Quomodo ergo negas Christum compositum esse, et incompositum, quem sine dubio Deum et hominem confiteris ?

C. Deum quidem et hominem Filium Dei confiteor : eos autem qui non eumdem Christum Filium Dei et incompositum ante incarnationem, et post incarnationem compositum confitentur valde refugio.

N. Contractionem quamdam divinæ naturæ prædicare cognosceris, eumdem dicens, et ante incarnationem incompositum, et post incarnationem compositum. Quomodo autem potest incircumscripta et ubique diffusa natura circumscriptæ et in parvo loco constitutæ naturæ secundum compositionem uniri, nisi forte, ut dixi, aut divinitatis contractionem aut carnis extensionem factam impie fateris.

C. Opinor corpoream te credere divinam essentiam, quam modo contrahi ad carnem æstimas, modo extendi cum carne pronuntias.

N. Absit hoc ab animo Christiano.

C. Quid ergo sentis divinam esse naturam ?

N. Virtutem procul dubio magnam, et ubique totam.

C. Totam ubique secundum totam eam dicis exsistere ?

N. Non utique secundum totum ubique est, sed

ab ea rationabilia aliter, irrationabilia aliter, aut omni sensu carentia continentur.

C. Tota secundum totum in unoquoque rationali animali, ac particulariter esse cognoscitur.

N. Particulariter certe inest, non secundum, quia singuli quique de plenitudine ejus accipiunt.

C. Quomodo ergo ubique tota est, quæ non est in unoquoque rationali animali tota? sed particulariter? et quomodo particulariter, quæ non est corpus, sed spiritus?

N. Ipsa quidem ad seipsam tota, et secundum totum ubique est, quantum autem ad creaturam pertinet, non efficit, ut eam rationale animal sibimet adesse, aut inesse sentiat, nisi quantum ipsa indicaverit.

C. Deum Verbum in nullo dissimilem Patri te credere opinor.

N. Arianorum et Eunomianorum, non Catholicorum dogma est, dissimilem Patri Filium in parte aliqua credere.

C. Perfectum enim, sicut est Patri æqualis, propriæ carni dicitis unitum, an secundum aliquid unitum, et secundum aliquid non unitum?

N. Paulus docuit, *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi* [84].

C. Tota ergo et secundum totum, ut est perfecta Dei Verbi divinitas æqualis Patri, carni unita est?

N. Nullus hoc dubitat Christianus.

C. Quid igitur contractionem divinitatis, an extensionem carnis factam asseris, quia non potest, ut dicis, incircumscripta et ubique diffusa natura circumscriptæ et parvo loco constitutæ naturæ secundum compositionem uniri?

N. Neque naturæ contractionem, neque extensionem humanæ factam assero, quia hoc proprie corporum est, non autem spiritus et virtutis, quæ carni uniri secundum compositionem non potest, præsertim **553** cum incircumscripta, ut dixi, Verbi divinitas, et omnia continens.

C. Compositum dicis sustinere hominem, an incompositum?

N. Compositum.

C. Ex quibus rebus?

N. Ex anima utique et carne.

C. Animam consubstantialem carni asseris, an diversæ naturæ?

N. Diversæ omnino.

C. Utrum quia non sit caro, et sit corpus, quia, quamvis omnis caro corpus, non tamen omne corpus caro est?

N. Nullo modo ego corpus dico animam esse.

C. Quid ergo dicis?

N. Spiritum sine dubio, sed non incircumscriptum.

C. Totam fateris eam diffusam per singula membra, an majorem quidem partem ejus in majore membro, minorem vero in minore?

N. Totam in unoquoque membro corporis sui eam esse credo, quia, licet sit circumscripta, partibus tamen eam constare nullo modo opinor, quia truncatis membris corporis, ipsa integra perseverat.

C. Si ergo anima, quæ non est corpus, sed spiritus, carni secundum compositionem unita, nullam contractionem in minore, nullam extensionem in majore patitur membro, sed sine sui confusione, tota in majore, tota esse creditur in minore : quo pacto divinitas Dei Verbi secundum compositionem propriæ carni unita, contractionem aut extensionem sive confusionem sustinuisse credenda est? Exemplo enim animæ ad carnem factæ unitionis, quam secundum compositionem fieri non negasti, omnes doctores Ecclesiæ et illustres viri Dei Verbi ad propriam carnem unitionem factam docere monstrantur.

N. Omne compositum partibus constare nunc dubium est, pars autem minus est quam totum, est ergo Deus Verbum pars Christi, quem ex divinitate et humanitate compositum asseris, et si Deus Verbum pars est Christi, et Deus Verbum juxta vos minor Christo, cujus et pars est, quod si pars Christi Deus est, quomodo Deus, si imperfectus est?

C. Non est imperfectus Deus Verbum, quia non ut perficeretur assumptione carnis indiguit, sed ut caro perficeretur in melius commutata, carni se uniens, compositus factus est qui ante erat sine dubio summe simplex et incompositus, perfectusque per omnia, utpote Deus. Scriptum enim de eo est, quia bonorum nostrorum non egeat [85]. Nihil enim illi contulit, aut detraxit, assumpta pro nostra salute humana natura, quam unitione sua ipse potius ineffabiliter glorificavit. Neque minor est Deus Verbum Christo, quia ipse est Christus : nec seipso minor esse potest, et assumpta carne idem mansit Deus sine dubitatione perfectus. Alioquin si et post incarnationem negatur Christus esse compositus, mansit ergo, quod erat antea, simplex et incompositus. Et quia res summe simplex et incomposita nullam omnino in se recipit passionem, sicut superius etiam ipse professus es, non est ergo juxta vos Christus pro humana salute perpessus. Si autem simplex manens et incompositus passus est, jam non simplex incomposita natura est impassibilis. Quod si simplex et incomposita natura impassibilis non est, ergo passibilis est Christi divinitas. Si autem Christi divinitas impassibilis permanet, sicut et verum est, restat ut natura simplex et incomposita non sit passibilis. Quia, quamvis Christus divinitatis suæ simplicitatem et impassibilitatem etiam post unitionem compositionemque conservet, tamen propter unitam sibi

[84] Coloss. II, 3. [85] Psal. XV, 2.

carnem juste ad ipsam compositus esse credendus est. Quapropter, dum non vis post incarnationem Christum fateri compositum, aut divinitatis ejus naturam compositam et passibilem convinceris credere, aut certe Christum, quem etiam post incarnationem simplicem et incompositum, ut erat antea, asseris, nullatenus passum pro humana salute testeris.

N. Nec divinam naturam passibilem credo, quam summe simplicem et incompositam dico, et Christum pro humana salute passum confiteor, quia non Deum tantum, sed et hominem eum agnosco. Quæro autem utrum compositionem hanc in vulva Virginis factam asseras, an postquam peperit filium suum primogenitum.

C. In vulva prorsus. Nam quomodo Deum natura crederem, quem secundum compositionem carni unitum fateor, si post partum compositionem naturarum assererent? hæc enim nec compositio, nec unitio creditur, sed alterius in altero habitatio.

CAP. III.

N. Docuisti certe, quod multis hactenus verborum ambagibus tegere videbaris, compositionem nullatenus naturarum servare proprietatem.

C. Quonam modo compositionem docui naturarum non servare proprietatem?

N. In eo quod inhabitationi eam contrariam judicas.

C. Sicut non confundit naturas unitio, ita nec compositio, quia nec animæ et carnis naturæ, quæ secundum compositionem unitæ sunt, confunduntur in sese. Alterius autem in altero inhabitatio prorsus duorum est. Deus autem et homo non alter in altero est, sed idem Deus, idem homo est.

N. Quamvis secundum unitionem unus idemque sit Deus homo, secundum naturas tamen alter Deus est, alter homo. Nam si ipse Deus homo est, etiam secundum naturas, quomodo non dicit : Solvite me, sed, *Solvite templum hoc, et in triduo suscitabo illud* [86] ?

CAP. IV.

C. Miror te voces evangelicas, quas tuis credis assertionibus convenire memoria retinere, eas vero quas tuis partibus agnoscis esse contrarias, quasi nunquam audieris præterire. An vero qui dixit : *Solvite templum hoc*, non ipse post infusum a muliere super caput suum unguentum dixisse fertur : *Sinite eam, bonum opus operata est in me ; mittens namque hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit* [87] ? Cernis non alium esse sepultum, nisi eum cujus et templum est?

N. Si ille sepultus est cujus et templum est, restat ut templum nec solutum sit, nec sepultum.

C. Quoniam sub nomine templi, alium insepultum, alium sepultum mihi videris asserere, templum quid intelligas, si placet, lucidius manifesta.

N. Mea expositione non indiget, quod ab evangelista constat expressum. Denique post illam debent vocem expositam dicentis : *Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud*, mox secutus adjunxit : *Hoc autem dicebat de templo corporis sui* [88].

C. Corpus hoc Dei, an hominis esse dicis?

N. Hominis sine dubio assumpti.

C. Si hominis assumpti hoc corpus est, corpus ergo hoc assumpti hominis templum est?

N. Non est templum assumpti hominis, sed ejus qui in ipso habitat invisibiliter.

C. Et quis est invisibilis templum inhabitans?

N. Deus procul dubio.

C. Est ergo corpus, non hominis assumpti, ut asseris, sed Dei, cujus et templum est.

N. Si corpus esset exanime, in quo invisibilis Deus habitaret, esset utique corpus Dei, non hominis assumpti. Verum quia corpus animatum est, in quo habitat Deus, est corpus non Dei, sed hominis assumpti.

C. Non ergo corpus, sed homo templum est Dei, quia in corpore animato (quod est sine dubio homo) asseris habitare Deum invisibilem.

N. Num tibi hoc non videtur?

C. Absit! hoc enim omnino contrarium est evangelistæ expositioni, qui dixit : « Hoc autem non dicebat de templo hominis sui, sed de templo corporis sui. »

N. Ut mihi videtur, animam non credis habuisse Christum ?

C. Procul a me omnino sit ista calumnia.

N. Quomodo ergo quasi contrarium respuis, quod a nobis Deus dicitur habitare in homine, si corpus animam habere Christum fateris?

C. Quia corpus non hominis assumpti, ut tu asseris, sed Dei confiteris, cujus et animam esse credo, et ideo non Deum in homine, sed Deum in corpore prædico. Alioquin nihil est aliud dicere Deum in homine, nisi hominem Dei, sicque non jam Deus homo, sed homo Dei intelligitur Christus, quod de omnibus qui Deo fideliter serviunt, dici potest.

CAP. V.

N. Si corpus Dei est, non assumpti hominis, cur non dictum : *Nisi manducaveritis* carnem Dei; sed *carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis* [89] ?

C. Quamvis caro sit Filii hominis, ipsa tamen caro Filii hominis caro Dei est. Nam si caro Dei non est, quomodo potest vitam æternam præstare credentibus ?

N. Quia hoc illi a Deo sibi unito est præstitutum.

C. Si Deo unita est caro, quomodo non est caro Dei ?

N. Quia contra manifestam Evangelii vocem in-

[86] Joan. II, 19. [87] Matth. XXVI, 10, 12. [88] Joan. II, 21. [89] Joan. VI, 54.

verecunde contendis, quæro, quis est qui **554** ad passionem properans, dicit discipulis suis : *Accipite et edite ex hoc omnes; hoc est enim corpus meum, quod pro vobis frangetur in remissionem peccatorum*[90]?

CAP. VI.

C. Ille est nimirum, qui dixit : *Ego sum via, veritas et vita* [91].

N. Vita ergo manibus comprehenditur impiorum, vita crucifigitur, postremo moritur vita, et si vita mortua, quis vitam mortuis præstare credendus est?

C. Si is qui vita est, non est crucifixus, et mortuus, sperare vitam mortui nullatenus debent. Verum quia crucifixus est, et mortuus is qui est vita, non me, sed beatum Petrum ad Judæos audi clamantem : *Petistis*, inquit, *verum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interemistis* [92].

N. Quamvis auctor vitæ propriæ Deus esse credatur, tamen quia et homines auctores vitæ possumus appellare, qui disciplinam tradunt bene vivendi, manifestius doce, si vales, crucifixam vel mortuam vitam.

C. Quanquam non homines qui disciplinam tradunt bene vivendi, sed Deus solus auctor vitæ non recte credatur, tamen et si eum qui est vita, mortuum et crucifixum ex Scripturis docuero, rursus ad alia te convertens, dum non vis credere veritati, superfluas quæstiones movere non desinis.

CAP. VII.

N. Si nollem credere veritati, nunquam ea quæ me movent, in medium discutienda proferrem. Tu vero, dum non vales respondere objectis, nobis quasi superflua quærentibus insultas.

C. Verum hoc omnino est quod non ego, sed ipse de quo agitur, tuis pro me respondit objectionibus, teque suum adversarium notans loquitur, in Deuteronomio ad populum Israel. *Et videbitis*, inquit, *vitam vestram pendentem in ligno, et non credetis ei* [93].

N. Et quomodo potest vita per se pendere in ligno? Deus ergo a Judæis est crucifixus?

C. Non mihi, sed prophetæ crede dicenti : *Si affigit homo Deum, quia vos configitis me gens tota* [94].

N. Falsum est omnino, nunquam hoc in ecclesiasticis libris legitur, quamvis scriptum sit in Malachia propheta : *Si supplantat homo Deum, quia supplantatis me vos gens tota.*

C. Non est dubium, ita ut tu dicis, in antiqua contineri editione, in novella vero illud quod a nobis est positum. Verum si tibi recens contemnenda videtur editionis auctoritas, audi Apostolum clamantem : *Dominum gloriæ crucifixum* [95].

CAP. VIII.

N. Si Dominus gloriæ crucifixus, Deus credendus est, crucifixus est ergo et Jacobus frater Dei, quia et frater Domini dicitur ?

C. Non est alter Deus, alter Dominus, sed Dominus ipse est Deus, Propheta dicente : *Scitote quod Dominus ipse est Deus* [96]. Et ideo recte omnino Deus gloriæ a Judæis creditur crucifixus, nec est secundum hanc Prophetæ vocem contrarium veritati, Jacobum fratrem Domini, fratrem Dei dicere secundum carnem.

N. Nova quædam et intolerabilis doctrina hæc vestra est quæ Deum passibilem prædicat, cum de eo qui a Judæis est crucifixus, Petrus apostolus in Actibus apostolorum manifeste testificetur, dicens : *Notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel, quia in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus* [97]. Et iterum : *Certissime*, inquit, *sciat omnis domus Israel, quia Dominum et Christum eum Deus fecit hunc Jesum quem vos crucifixistis* [98]. Cum ergo a Deo eum quem Judæi crucifixerunt Dominum Christum factum, testetur apostolus, non in occulto est qui sit Dominus gloriæ intelligendus, vel certe qui a Judæis credendus est crucifixus ; neque enim in tantum erroris abruptum credo vos devenisse, ut Filium Dei Deum a Deo factum Dominum esse credatis. Unde docemur per hanc apostoli sententiam et illam a te prolatam prophetæ vocem, Domini nomen non semper Deum significare, sed aliquando tantum Deum, aliquando hominem tantum, aliquando vero Deum et hominem : ideo non cogimur Deum intelligere crucifixum, eo quod ab apostolo Dominus gloriæ dicitur crucifixus, nec quia Jacobus frater Domini dicitur, fratrem eum credimus Dei.

CAP. IX.

C. De Jesu Nazareno, quod Deus sit, arbitror me sufficienter tam ratione, quam etiam testimoniis in superiore sermone docuisse, sed infidelibus totum nihil est. De eo autem quod magnum errorem esse judicas, Deum factum Dominum a Deo credere, quia dictum est a Petro de Jesu crucifixo, quia Dominum eum et Christum Deus fecit, quæro utrum, cum esset Jesus, et tamen non esset Dominus, factus est a Deo Dominus? an cum esset Dominus, factus est a Deo Dominus?

N. Quomodo, si esset Dominus, a Deo fieret Dominus, cum fiat nemo quod est ? sed quia non erat Dominus, ideo a Deo factus dicitur Dominus.

C. Erat ergo quando non erat Jesus Dominus?

N. Non erat antequam fieret Dominus.

C. Quomodo ergo dixisti : Si esset Dominus, non fieret a Deo Dominus, sed quia non erat Dominus, ideo a Deo factus est Dominus?

N. Quia, antequam nasceretur, non erat qui fieret Dominus, nec posteaquam natus est, factus est

[90] Matth. xxvi, 28. [91] Joan. 14, 6. [92] Act. iii, 14, 15. [93] Deut. xxviii, 66. [94] Malach. iii, 8. [95] I Cor. ii, 8, 9. [96] Psal. xcix, 3. [97] Act. iv, 10. [98] Act. ii, 36.

Dominus, sed in ipsa prorsus vulva unitione Filii Dei factus est Dominus.

C. Alter ergo est Filius Dei, alter Jesus qui unitione Filii Dei sit Dominus?

N. Idem ipse est, sicut superius jam dixi, dignitate et auctoritate, non autem secundum naturas.

C. Secundum naturas ergo duo sunt, sed dignitate et potentia unus est Filius, et qui ex his formam servi accepisse credendus est?

N. Non sunt duo filii, ut tu somnias, sed unus est Filius Dei, quem tamen in duabus naturis unitis credimus, qui etiam, cum esset in forma Dei, formam servi accepit [99].

C. Accepit ergo Filius Dei, cum esset Deus Dominus, formam servi, an hoc credere errorem fateris?

N. Qui hoc non credit, prorsus paganus est.

C. Si ergo non est error, Filium Dei Deum, cum esset Deus et Dominus, utpote æqualis Deo Patri in forma servi, factum credere servum, quia hoc etiam ipse de ipso testatur, dicens ad Patrem: *Ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ* [1]; non est omnino error Filium Dei Deum, secundum id quod factus est servus, credere a Deo Patre, Dominum factum; et idcirco non, ut tu dicis, aliquando Deus tantum, aliquando homo tantum, aliquando vero Deus et homo, sed semper Dominus intelligendus est Deus, et Deus intelligendus est Dominus, quia non alter a Deo factus Dominus prædicatur, nisi is qui formam servi accipiens, factus est servus, cum esset ante sæcula Dominus gloriosus, quem Paulus a Judæis prædicat crucifixum. Hinc est quod exclamat ad Patrem: *Pater, glorifica Filium tuum ea gloria quam habuit apud te priusquam mundus fieret* [2]. Nunquid vox ista non illius est qui dixit: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [3]? Nunquam enim Filius Dei, Deus a Patre Deo fieret Dominus, nisi, cum esset Dominus, utpote Deus, formam servi accipiendo factus esset servus. Nec se glorificari precaretur a Patre, si non cum esset apud Patrem, priusquam mundus fieret, gloriosus, semetipsum sponte pro nostra salute humiliasset. Fit Dominus, et glorificatur a Patre Jesus Filius Dei Deus, non ea gloria quam non habuit, sed quam habuit apud Patrem, priusquam mundus fieret. Quapropter dubitandum omnino non est, natura Deum esse Jesum: quem sicut Dominum a Deo factum, ita etiam eum glorificatum a Deo prædicat Petrus apostolus, dicens: *Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti* [4].

N. Nisi hæc omnia propter unitionem Dei ad hominem factam crederis, divinitatem procul dubio passibilem prædicare convinceris.

C. Divinitatem quidem passibilem nullatenus prædico: Deum autem carne passum omnino confiteor, quia Jesum Christum Deum verum agnosco.

N. Nullo modo Deum passum carne profiteor, quod in Scripturis sanctis nullatenus legitur, sed Christum passum carne, sequens Petrum apostolum, fateor.

C. Ego quidem utrumque confiteor, et Deum passum carne, et Christum passum carne, quia Christus super omnia Deus est. Tu autem ideo refugis Deum passum carne dicere, quia Christum non credis Deum esse. Quod si Christum Deum esse non denegas, passum Christum carne, hoc est omnino quod Deum passum carne dicere, quia Christus qui passus est, sine dubio **555** Deus est.

N. Si idipsum est Deum passum carne, quod Christum passum carne dicere: ergo, juxta vos, non solum Filius, verum etiam Pater Christus, quia Deus procul dubio etiam ipse est.

C. Non est Pater Christus, quamvis sit Deus, quia non ipsum est Deus, quod est Christus. Filius autem ideo est Christus, quia non idipsum est, sed quia ipse est Deus Christus. Hac de causa utrumque confitentur Catholici, et Deum passum carne, et Christum passum carne.

CAP. X.

N. Si Deus est Christus, quis est qui dicit Judæis: *Quid me vultis occidere hominem, qui veritatem locutus sum vobis* [5]?

C. Ille omnino, de quo scriptum est: *Quia quærebant eum interficere Judæi, non solum quia solvebat Sabbatum, sed quia dicebat Patrem suum esse Deum, æqualem se faciens Deo* [6]. Nunquid relinquitur nobis adhuc ullus ambiguitatis scrupulus, quo non credatur natura Deus esse Jesus Christus? quia si gratia, et non natura Deus esset, nunquam se æqualem faceret Deo.

N. Fallitur ergo Paulus dicens: *Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum* [7]?

C. Et quomodo per hominem potest esse resurrectio mortuorum, nisi sit ipse homo resurrectio, qui clamat in Evangelio: *Ego sum resurrectio et vita* [8]? Et quia resurrectio et vita omnium nonnisi Deus est, procul dubio idem homo est, per quem resurrectionem esse Apostolus prædicet.

N. Ignarus ergo omnino hujus sacramenti deprehenditur idem Apostolus dicens: *Mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus* [9]?

C. Sicut non est ignarus hujus sacramenti Apostolus, ita nec sibimetipsi contrarius, dicens: *Secundum adventum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris* [10]. Cum ergo homo Jesus Christus mediator Dei et hominum magnus est, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, non est omnino contrarium, sed unum idemque Deum passum car-

[99] Philipp. II, 6. [1] Psal. CXV, 16. [2] Joan. XVII, 5. [3] Matth. XI, 29. [4] Act. II, 13. [5] Joan. VIII, 40. [6] Joan. V, 18. [7] I Cor. XV, 21. [8] Joan. XI, 25. [9] I Tim. II, 5. [10] Tit. II, 13.

ne, et Christum passum carne, modis omnibus confiteri. Unde etiam Ecclesia Dei, unius ejusdemque mirabilia et passiones agnoscit. Quapropter si quis utrumque non confitetur, aut ut Judæus fugiendus est, aut cavendus ut Manichæus.

CAP. XI.

N. Callida quadam et subtilissima fallendi arte hactenus tibi aditus fuit, nunc autem nullum tibi poterit esse suffugium. Unius ejusdemque Filii Dei prædicanti mirabilia et passiones, cum Apostolus manifeste ad Hebræos, Dominum Jesum Christum a Deo Verbo per passiones doceat consummatum, dicens: *Decebat eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passiones consummare* [11]. Cernis a Deo Verbo propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum procul dubio Jesum Christum, per passiones consummatum? Quomodo ergo unius ejusdemque mirabilia et passiones credendæ sunt, cum per passiones alter ab altero consummetur?

C. Magnum mihi omnino dedisti suffugium, magnaque mihi adaperta est janua, in qua, illo me ducente ingressus, qui dixit: *Ego sum ostium* [12], non callidis, ut asseris, ad fallendum artibus, sed verissimis potius documentis tuam imperitiam perfidiamque redarguam. Nam dum Apostoli sententiam non intelligis, alterum passibilem, alterum impassibilem Dei Filium prædicare convinceris. Nec enim, ut imperite asseris, Deus Verbum auctorem salutis nostræ consummat per passiones, sed Deus Pater Deum Filium Jesum Christum, propter quem omnia, et per quem omnia, auctorem filiorum consummat per passiones. Quis enim hic auctorem salutis filiorum per passiones consummatum alium permittitur intelligere, nisi eum qui multos filios in gloriam adduxerat, propter quem omnia et per quem omnia? Nam cum superius dixisset: *Eum qui modicum quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem* [13], secutus mox intulit, dicens: *Decebat enim*, scilicet Deum Patrem, *eum propter quem omnia et per quem omnia, auctorem salutis eorum* videlicet *quos in gloriam adduxerat filiorum* (qui etiam, cum esset æqualis Deo, paulo minus quam angeli minoratus), *gratia Dei Patris pro omnibus gustavit mortem, per passiones consummare* [14]. Sed manifestius hoc et lucidius in ipsius Epistolæ principio perdocemur: *Multifarie*, inquit, *et multis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit* [15]. Ecce Auctor salutis, qui multos filios in gloriam adduxerat, purgationem faciens peccatorum; quæ nulla utique potest fieri sine sanguinis effusione. Sicut alio loco idem docet Apostolus: *Splendor gloriæ et figura substantiæ Dei Patris, portans omnia verbo virtutis suæ. Fit etiam ipse melior angelis, et sedet ad dexteram majestatis, per quem facta sæcula prædicantur, qui paulo minus quam angeli minoratus, gratia Dei Patris, sicut dictum est: Pro omnibus gustavit mortem; de quo dictum est: Propter quem et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat.* Non est ergo Deus Verbum, propter quem omnia, et per quem omnia, nisi auctor salutis Jesus, qui purgationem faciens peccatorum, multos filios adduxit in gloriam a Patre per passiones consummatus, sicut idem Apostolus de eo ait: *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum* [16].

N. Nihil omnino agit intentio tua, nisi ut, quantum in se est, Deum impassibilem et immortalem, passum et mortuum doceat.

CAP. XII.

C. Quia negas Deum eum qui pro humana salute est crucifixus, quæro, quem asseris incarnatum?

N. Verbum procul dubio, sicut evangelista testatur dicens: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [17].

C. Deus Verbum qui incarnatus est, ipse et passus est, an alius incarnatus, alius vero passus est?

N. Incarnatus quidem Deus non est, sed caro Dei.

C. Magnam nobis spem de teipso dedisti. Nam qui hactenus carnem non Dei, sed assumpti hominis asserebas, nunc Dei eam confessus es; verum quia parum liquet quod dictum est, Non est Deus passus, sed caro Dei, si placet, hoc edissere manifestius. Nimis enim absurdum esse videtur quod dicitur: si enim caro Dei passa est, quomodo Deus carne passus non est? et si Deus passus non est carne, quomodo caro Dei est passa? nisi forte carnem exanimem et desertam a Deo, Judæi crucifixisse credendi sunt. Quod quia nimis stultum est, carnem sine anima a Judæis credere crucifixam, restat ut caro animata Dei a Judæis crucifixa credatur, quod est procul dubio homo. Cui assertioni vestræ, hoc est, non Deum carne, sed carnem Dei, dicere passam, si credulitas admittatur, quid aliud creditur, nisi quia homo Dei est passus? quod etiam de Petro et Paulo dicere fas est, quia

[11] Hebr. II, 10. [12] Joan. X, 7. [13] Hebr. II, 9. [14] ibid. 10. [15] Hebr. I, 1-4. [16] Rom. VIII, 32. [17] Joan. I, 14.

et ipsi homines Dei dicuntur, et pro ipso sunt passi.

CAP. XIII.

N. Deus quidem passus non est, quia Deum passibilem prædicare, sacrilegium est, sed Deus sui corporis fecit proprias passiones.

C. Proprietas multis intelligitur modis. Nam et Ecclesia corpus ejus dicitur, ejusdemque Ecclesiæ facit Deus proprias passiones, pro qua etiam in cœlo positus clamat : *Saule, Saule, quid me persequeris* [18] ? Et unusquisque fidelium membrum ejus est, sicut idem docet Apostolus, dicens : *Vos estis corpus Christi, et membra de membro* [19] ; sed et panis ille quem universa Ecclesia in memoriam Dominicæ passionis participat, corpus ejus est. Quapropter quomodo Deum corporis sui proprias fecisse asseris passiones, exemplis te planum facere convenit.

N. Faciam quantum potuero, modo ut te ab hac intentione divertam, quod ulterius desinas Deum Verbum passum carne asserere, quamvis caro Dei sit passa, quæ non ita dicitur corpus Dei, ut Ecclesia, nec ita ut panis ille quem in memoriam passionis Christi participat universa Ecclesia : sed Dei ita dicitur corpus, ut alicujus hominis proprium, quo indutus **556** est vestimentum, quod cum ab aliquo scissum fuerit, injuria ad eum refertur qui in ipso indutus est. Secundum hanc igitur rationem facit Deus corporis sui proprias passiones.

C. Facit ergo pròprias Deus carnis suæ passiones secundum relationem, non secundum veram et intimam proprietatem : et quomodo fecisse proprias Deus carnis suæ passiones prædicatur a vobis qui non secundum proprietatem, sed secundum relationem facit carnis suæ proprias passiones ? Quam autem proprietatem potest habere vestimentum ad eum qui ipso est indutus, cum nihil pertineat ad ejus substantiam ? Neque enim cum definimus quid sit homo, etiam vestimentum ejus complectimur, quod utique non ejusdem constat esse substantiæ. Facit ergo Deus juxta vos Ecclesiæ suæ potius proprias, quam sui corporis passiones. Illa enim corpus Dei dicitur, quia communicavit Deus carni et sanguini, et caput factus est Ecclesiæ. Ecclesia vero per fidem rursus particeps ejus sufficitur, accipiendo Spiritum sanctum. A vobis autem corpus Dei instar creditur vestimenti, quod nihil ad divinitatis vel carnis ejus naturam pertinere videatur. Isaias autem vestimentum Dei nihil aliud prædicat, nisi carnem Dei, dicens : *Quis iste est qui venit ex Edom, rubicunda veste ex Bostra* [20] ? Quod si et tu vestimentum Dei, nihil intelligis nisi carnem Dei, superest ut sive scissionem vestimenti, sive passiones carnis ad eum retuleris, cujus vestimentum sive caro est, illius procul dubio injuria et illius passio credatur esse, cujus caro seu vestimentum est.

CAP. XIV.

N. Et ubinam corpus Dei Verbi in Scripturis sanctis legisti Ecclesiam, et non potius corpus Christi ?

C. Hac assertione tua, alterum facis Christum, alterum Deum Verbum : quod si non est alter Christus, alter Deus Verbum, sed Deus Verbum ipse est Christus, sicut dicitur corpus Christi Ecclesia, ita dicitur corpus Dei Verbi. Verum si corpus Christi non est corpus Dei Verbi, quomodo dixisti superius carnem Dei passam ?

N. Carnem Dei dixi passam, non autem Dei Verbi, quia Deus est honore et dignitate Christus, cujus carnem dixi passam, propter inhabitantem in se Deum Verbum. Hinc denique et Deum negavi passum, et tamen carnem Dei passam confessus sum.

C. Non est ergo Deus verus Christus, sed propter inhabitantem in se Deum Verbum, honore, dignitate seu potius nomine tantum secundum vos dicitur Deus : et quomodo hoc non est contrarium illi sententiæ Joannis apostoli, qua dicit : *Scimus quia venit Filius Dei, et dedit nobis sensum ut cognoscamus Deum verum, et simus in vero Filio ejus Jesu Christo ; hic est Deus verus et vita æterna* [21].

N. Si non propter honorem et dignitatem inhabitantis Dei Verbi Deum dixeris Christum, visum profecto et contrectatum facis ab hominibus Deum.

CAP. XV.

C. Si non est visus et contrectatus ab hominibus Deus, quomodo dicit idem Joannes : *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, et perspeximus, et manus nostræ tractaverunt de Verbo vitæ, et vita manifestata, et vidimus, et testamur, et annuntiamus nobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis* [22] ? Percurre singula, et vide visum et contrectatum ab hominibus Deum. Denique Verbum vitæ, quod fuit ab initio apud Patrem, quod ex lege et prophetis audierunt visum et perspectum oculis suis, propriisque manibus contrectatum testificatur tantus apostolus. Et ne aliud Verbum præter id quod est Deus apud Deum, quilibet visum et contrectatum tentaret asserere, mox sequitur : *Et vita*, inquit, *manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem et apparuit nobis.*

N. Mentitur ergo ipse Dominus, dicens : *Deum nemo vidit unquam* [23] ? Et Apostolus loquens de Deo : *Quem nemo*, inquit, *hominum vidit, sed nec videri potest* [24]. Et ad Moysem dicit Deus : *Nemo potest videre faciem meam, et vivere* [25].

C. Si non est Deus qui visus est, quomodo ipse dicit : *Ecce qui loquebar, adsum* [26] ; et propheta : *Deus manifeste veniet : Deus noster, et non silebit* [27] ?

[18] Act. IX, 4. [19] I Cor. XII, 27. [20] Isa. LXIII, 1. [21] I Joan. V, 20. [22] I Joan. I, 1, 2. [23] Joan. I, 18 ; I Joan. IV, 12. [24] I Tim. VI, 16. [25] Exod. XXXIII, 20. [26] Isa. LII, 6. [27] Psal. XLIX, 3.

N. Contraria ergo sibimetipsi loqui credenda est Scriptura divina ?

C. Non est Scriptura divina sibi ipsi contraria apud eos qui eam pie intelligunt, sed illis videtur contraria qui hæretico decepti spiritu non possunt quæ vera sunt sapere. Nam quia nemo corporeis oculis potest videre naturam divinitatis, quæ utique non est corpus, sed spiritus, dictum est : *Deum nemo vidit unquam;* et : *Nemo videt faciem meam, et vivet.* Rursus, quia videndus esset ab hominibus Deus in assumpta carne docet præfiguratio illa facta ad Jacob; denique cum homine colluctatur in visione idem beatus patriarcha, et benedictus ab eo dicit : *Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea* [28]. Hinc et Thomas post resurrectionem Domini palpans et contrectans perfossum Dominicum latus, exclamat : *Dominus meus et Deus meus* [29].

N. Multum, licet nolens, nostris partibus profuisti. Nam, cum divina natura non sit corpus, sed spiritus, sicut tu quoque professus es, quæ natura visa vel confossa sit ambiguum non est; dubitantibus namque de se discipulis, idem Dominus : *Palpate*, inquit, *et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere* [30]. Quapropter visus et palpatus est Dominus Jesus Christus, qui confossus est, quem cum agnovisset apostolus post resurrectionem, exclamat et dicit : *Dominus meus et Deus meus!* Hinc evidenter appareret non esse Deum Jesum Christum, quem ex mortuis resuscitatum vidit et contrectavit Thomas, nisi propter inhabitantem in eo Deum, quem nemo procul dubio hominum videt, et vivet.

C. Nullatenus propter inhabitantem, ut asseris, eum quem vidit et contrectavit Thomas, Deum appellat, quia procul est ab apostolica fide duos filios credere, sed ipsum prorsus, cujus fossuras contrectavit, Dominum et Deum suum esse testatur; apostolorum enim Deus, non dignitate, sed natura est Deus. Apertissime denique de eo qui visus et contrectatus est, quod natura sit Deus, Jeremias propheta testatur : *Hic Deus noster, et non æstimatur alter ad eum; qui invenit omnem viam disciplinæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Posthæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est* [31]. Quapropter visus et conversatus est Deus homo Jesus Christus, ad quem non æstimatur alter.

N. Si nullus alius Deus æstimatur ad eum qui confossus et crucifixus est a Judæis, quis est Deus qui æstimetur ad crucifixum ?

C. Nullatenus tu recedis a propria intentione quo Christum non aliud aliquid nisi unum ex illis credas, de quibus dicit Deus : *Quoniam inhabitabo in illis et ambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi in populum* [32].

N. Sed de nemine illorum dictum est quod de Christo testatur Apostolus, dicens : *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [33].

C. Plenitudinem divinitatis habitantem in Christo quid intelligis ?

N. Totam procul dubio Trinitatem.

CAP. XVI.

C. Quartus ergo jam Christus est, in quo tota inhabitat Trinitas ?

N. Ergo mendacem facimus Paulum qui hoc asserit ?

C. Non est mendax Paulus, quia non Trinitatem dicit in Christo inhabitare, cum Christum nesciat extraneum a Trinitate.

N. Si non inhabitat in Christo Trinitas, quomodo in Christo omnis plenitudo divinitatis inhabitat? Aut enim non inhabitat plenitudo divinitatis in Christo, si non inhabitat in Christo Trinitas : aut si habitat plenitudo divinitatis, procul dubio in Christo Trinitas habitat.

C. Et habitat plenitudo divinitatis in Christo, et non inhabitat in Christo Trinitas, ne sit non Trinitas, sed quaternitas. Nam cum, nullo dubitante, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus sit Trinitas, et ideo non Trinitatem Paulus in Christo docet inhabitare, dicens : *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;* sed Patrem in Christo docet inhabitare.

N. Si omnis plenitudo divinitatis habitans in Christo solus Pater intelligendus est, non relinquitur Filio et Spiritui sancto, ut Deus.

C. Plenum et perfectum Deum asseris Patris, an **557** perfectionem et plenitudinem ejus Filium et Spiritum sanctum esse testaris ?

N. Plenum procul dubio et perfectum.

C. Non ergo relinquit plenus et perfectus Deus Pater, ut sit Deus, aut Filius, aut Spiritus sanctus. Verum si hoc impium est credere, restat ut non sit contrarium, imo potius valde congruum veritati, Patrem plenitudinem intelligere divinitatis. Quia sicut ipse plenitudo sua est, similiter et Filius plenitudo, et Spiritus sanctus plenitudo, et simul omnes, hoc est, tota Trinitas, non tres, sed una est plenitudo divinitatis, quia et perfectus Pater, et perfectus Filius, et perfectus Spiritus sanctus, et simul omnes, non tres perfectiones, sed una perfectio. Si enim Filius, sicut de eo testificatur Joannes, dicitur plenitudo (*Nos*, inquit, *omnes de plenitudine ejus accepimus* [34]), quomodo Pater esse negandus est plenitudo ?

N. Una est divinitas Trinitatis, et unus Deus Trinitas, an tres dii, et tres divinitates ?

C. Una procul dubio divinitas Trinitatis, et unus Deus Trinitas.

N. Si ergo est una divinitas Trinitatis, et unus Deus Trinitas, quomodo non inhabitat in Christo Trinitas, sicut plenitudo divinitatis habitans in Christo, quæ una et sola est ?

[28] Gen. xxxii, 30. [29] Joan. xx, 28. [30] Luc. xxiv, 39. [31] Baruch iii, 36-38. [32] Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16. [33] Coloss. ii, 9. [34] Joan. i, 16.

C. Non est dubium apud nos Christum in duabus naturis unitis subsistere, una divinitatis, et altera humanitatis. Et quia una et sola est totius Trinitatis divinitas, est ergo, juxta vos, Trinitas et humanitas Christus qui ex divinitate totius Trinitatis, quæ una et sola est, et humanitate subsistit. Porro si Trinitas et humanitas est Christus, jam non habitat Trinitas in Christo, sed est ipsa Trinitas Christus.

CAP. XVII.

N. Non est Trinitas et humanitas Christus; et tamen ex divinitate perfecta et humanitate perfecta est Christus, et habitat Trinitas in Christo, et non est quartus, ut tu autumas, Christus. Pater enim, nullo dubitante, in Filio habitat, et Filius in Patre, a quibus non separatur Spiritus sanctus. Filius autem Deus, in quo habitat Pater, ita est in Christo *mundum reconcilians sibi* [35], ut propter conjunctum sibi Filium, unus et ipse sit Filius et Christus; et hac ratione habitat Trinitas in Christo, et non est quartus Christus.

C. Magna nimis est ista, non ratio, sed absurditas. Nam cum hactenus Trinitatem in Christo contendebas inhabitare, pro eo quod dictum est: *Quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [36], nunc jam non totam Trinitatem, sed Deum tantummodo Filium in Christo esse dicis, pro eo quod scriptum est: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* In quo tamen Filio, quia habitat Pater in eo, et ipse in Patre, a quibus non separatur Spiritus sanctus, rursus totam Trinitatem secundum hanc videlicet rationem asseris in Christo inhabitare; sed ideo, inquis, non est quaternitas quamvis habitet in Christo Trinitas, quia Deus Verbum ita inest Christo ut propter conjunctum Filium unus sit Filius, et unus Christus. Sed sive Trinitatem, sive Deum Verbum inesse dixeris Christo, quaternitatem omnino, non trinitatem prædicare convinceris.

N. Quonam modo, sive Deum Verbum in Christo inesse dixero, quaternitatem, non Trinitatem, prædicare convincor?

C. Quia Trinitas Pater, et Filius, et Spiritus sanctus est, sicut superius jam diximus, qui si in Christo inhabitant, quartus intelligetur sine dubio Christus, in quo habitat Trinitas. Rursus: Si inest in Christo Deus Filius, non jam ipse est Christus; et si ipse non est Christus, duo sunt omnino, Deus Filius et Christus in quo inhabitat: quamvis callide ad, decipiendos simplices unum eos esse argumentaris. Apostolus namque superius docuit Deum Patrem, non Deum Filium, inesse Christo, mundum sibi reconciliantem; denique ait: *Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt. Ecce facta sunt omnia nova* [37]. Omnia autem per Deum, qui reconciliavit nos sibi per Christum. Quod si videtur adhuc dubium, quem Deum dicat per Christum mundum sibi reconciliare, utrum Patrem an Filium, ab ipso Domino, doceamur: *Pater*, inquit, *in me manens, ipse facit opera sua.*

N. Una et æqualis, an diversa est virtus et operatio Trinitatis?

C. Una prorsus.

N. Universa ergo quæ creantur a tota Trinitate creantur: an tibi hoc non videtur?

C. Omnia quæ facit Pater, hæc eadem similiter et Filius facit, nec sine Spiritu sancto Pater et Filius aliquid faciunt.

CAP. XVIII.

N. Omne mortale creatum dicis an increatum?

C. Omnino creatum.

N. Si ergo omne quod moritur creatura est, ergo et Christus pro nostris peccatis mortuus, creatura est. Et quia nulla est creatura quam non Trinitas operetur, profecto Christus, quem pro nostris peccatis mortuum credimus, a tota Trinitate creatus est, et resuscitatus a mortuis, quia una est virtus et operatio Trinitatis. Quod si non est contrarium veritati, Christum creatum et resuscitatum, sicut ratio docuit, a tota credere Trinitate, nec hoc erit contrarium veritati, totam Trinitatem pariter in Christo inhabitare, quem sine dubio resuscitavit a mortuis.

C. Impia omnino et sacrilega, atque Arianorum blasphemiis hæc assertio coæquanda est, quæ Christum non Deum prædicat, sed creaturam. Nec enim, ut impie argumentatus es, Christum pro nostris peccatis mortuum tota creat et resuscitat Trinitas: cum Christus mortuus pro peccatis nostris non extraneus aut alienus, sed unus ex ipsa Trinitate sit. Creatur quidem et resuscitatur a tota Trinitate, non Christus, sed caro sine dubio Christi: et quia caro non alterius, sed ipsius est Christi, creat et resuscitat Christus semetipsum secundum carnem cum Patre et Spiritu sancto; nam et Apostolus non a Trinitate, sed a Patre resuscitatum Christum ita testatur, dicens: *Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis* [38]. Nec enim quia dixit: *Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum*, Deum eum tantummodo, non et hominem prædicavit, scribens Galatis, qui fuerant a Judæorum pseudoapostolis pene decepti, sapienter sermonem temperat, ut nec Deum mortuum a Deo Patre resuscitatum audientes scandalizarentur, duos sibi deos æstimantes ab Apostolo prædicari, nec purum hominem crederent Christum a mortuis suscitatum.

CAP. XIX.

N. Cum velut impiam et Arianorum blasphemiis coæquandam assertionem meam arguas, quia dixi creaturam Christum, qui pro nostris peccatis est mortuus, quia omnis utique creatura mortalis, immortale autem est quod increatum est

[35] II Cor. v, 19. [36] Coloss. II, 9. [37] II Cor. v, 17. [38] Galat. I, 1.

et quaternitatem prædicare ne æstimes, eo quod dixi eumdem Christum a tota Trinitate creatum, et a mortuis resuscitatum : tu omnino juxta Arianos Homousion dividere, et quaternitatem pro Trinitate prædicare es deprehensus.

C. Quanquam imperite nimis omnem creaturam mortalem esse definias, ubi tamen me Homousion dividere, aut quaternitatem pro Trinitate prædicare coarguis ?

N. In eo cum dicis unum ex Trinitate.

C. Doce ergo, quæso, quemadmodum hæc dicens, divisionem ingeram Trinitati, vel quaternitatem in prædicatione Trinitatis inducam.

N. Omnia quæ insunt factis, infectis inesse non possunt. Infecta vero est Trinitas, et, ut omittam cætera, inest factis etiam numerus, in numero autem ordo est primi et secundi, in ordine vero majoris minorisque gradatio potest accidere Trinitati, et ea ratione qua ei non insunt, quæ insunt numero, nec numerus inest ei. Quapropter non est omnino veritati congruum, unum ex Trinitate dicere Christum, quia *unum*, numeri constat esse vocabulum : et quia omnis numerus in divisione est, dividere est Homousion, unum dicere ex Trinitate, quam constat in unitate, non in divisione subsistere.

C. Multis et superfluis ratiocinationibus nihil prorsus egisti, nisi ut te post nimium laborem, Sabellianum ostenderes, qui sicut unam naturam, sic unam et substantiam sive personam asserit Trinitatis. Sic enim, ut tu vis, in nulla parte aderit numerus Trinitatis, non jam Trinitas, sed tantummodo unio tota secundum totum est : et si tota secundum totum unio est, quomodo Trinitas? nisi forte nominibus tantum, et non substantiis, sive personis, Trinitatem, juxta Sabellium, sicut superius dictum est, **558** et Paulum Samosatenum esse contendis. Aut si rebus et substantiis fateris subsistere Trinitatem, et alium dicis Patrem, alium Filium, alium autem Spiritum sanctum, quomodo Trinitas non numeratur? nam hoc ipsum quod Trinitas dicitur, nonnisi numerum significat. Numeratur ergo Trinitas, et non numeratur : non numeratur secundum naturam, quia de ea scriptum est : *Et sapientiæ ejus non est numerus* [39], numerus autem secundum personas, quia tres personæ Trinitas, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Ergo non solum singularis numerus in Trinitate, verum etiam pluralis admittitur, licet non omnia admitti queant, quæ insunt numero. Secundum pluralem namque numerum dictum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [40]. Et : *Veniemus ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus* [41]. Et : *Ego et Pater unum sumus* [42], unum secundum naturam, non secundum personas. Hinc docemur unum non esse numerum, quamvis sit origo et principium numeri, quod solidum semper indivisumque subsistit. Alioquin si unum a te reputetur in numero, non solum secundum personas, verum etiam secundum naturam Trinitas numerabitur. Et quia, ut dicis, omnis numerus in divisionem cadit, a te potius, non a nobis Homousion dividitur, qui unum credis posse vel numerari vel dividi. Sed si unum, quod perfectum est et individuum, non potest in divisionem numeri aliqua ratione recedere, non dividimus Homousion cum Christum unum ex Trinitate esse veraciter confitemur. Neque enim omnia quæ numerantur etiam rebus pariter dividuntur, quamvis omnia quæ dividuntur rebus, simul etiam numerentur. Numeramus enim, cum dicimus duas efficacias soli, splendorem videlicet et calorem, nec tamen eas dividimus, quia tantummodo eas cognitione percipimus. Similiter etiam numeramus, cum dicimus Christum Dominum nostrum in duabus naturis unitis, sed non ideo rebus easdem naturas dividimus, quas sola tantum cognitione discernimus. Trinitatem autem, sicut jam superius dictum est, secundum personas et discernimus et numeramus, quam tamen secundum naturam, quæ una et sola est, nec discernimus nec numeramus : quia unitas sive singularitas, seu certe (quod melius dici puto) unio divinitatis nec discernitur, nec numeratur. Dicitur ergo Christus unus ex Trinitate, et non dividitur Homousion, quia non secundum id quod numeratur Trinitas, sed secundum id quo numeratur unus ex Trinitate, Christus asseritur. Præcipue, quia unum nequaquam, ut dictum est, reputetur in numero, et omnia quæ intellectu numerantur, non protinus rebus etiam dividuntur. Hinc et Paulus : *Unus*, inquit, *Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia* [43]. Quapropter tam ratione quam his divinis testimoniis vana et inanis docetur illa tua multis syllogismis collecta conclusio, quæ dicit non convenire veritati unum ex Trinitate dicere Christum : quia unum, numeri proprium est, numerus autem omnis in divisione est.

CAP. XX.

N. Quidquid ex aliquo esse dicitur, aut per generationem, aut per processionem, alterum ostendit ex altero : per generationem, ut a Patre Filius, Deus enim ex Deo dicitur : per processionem vero similiter Spiritus sanctus, nam et de eo scriptum est : *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est* [44]. Quod si Christus ex Trinitate est, aut per generationem alter est, et est filius Trinitatis : aut per processionem alter est, quasi a Trinitate procedens. Et quod nos dicere putatis, vos quartum et extraneum a Trinitate Christum deprehendimini prædicare, dicentes eum esse ex Trinitate. Quapropter unum in Trinitate Christum fateri, catholicum judico, non autem unum ex Trinitate.

C. Sicut per generationem et per processionem

[39] Psal. CXLVI, 5. [40] Gen. I, 26. [41] Joan. XIV, 23. [42] Joan. X, 30. [43] I Cor. VIII, 6. [44] I Cor. II, 12.

alter ostenditur ex altero, ita et per processionem procul dubio alter docetur ex altero, quia et de creatura dicitur, omnia ex Deo. Quapropter qui Christum a Trinitate creatum et resuscitatum asserunt, quartum eum evidenter extraneum a Trinitate per creationem statuunt. Quod quia tu superius astruere conatus es, ideo hic per generationem et processionem, alterum docens esse ex altero, per creationem dicere noluisti, ne contra teipsum agere videreris. Nos autem neque per generationem, neque per processionem, neque per creationem, sed juxta numerum, Christum unum fatemur ex Trinitate, sicut solemus unum quemlibet ex duobus vel tribus pluribusve specialiter demonstrare, juxta quem modum nec diminutio fit, nec augmentum ejus numeri, quo unusquilibet specialiter demonstratur. Neque enim diminutus est vel auctus numerus apostolorum, cum dicitur : *Unus ex vobis tradet me* [45], aut seipsum Joannes alienum facit a duodecim, aut tertium decimum probat, cum dicit de seipso : *Et erat recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat plurimum* [46]; aut certe augmentum ibi, aut diminutio aliqua facta est duorum discipulorum euntium in Emmaus, cum dicitur : *Et erat unus ex illis Cleophas* [47]. Quapropter neque augmentum, neque diminutio fit Trinitati, Christum dicere unum ex Trinitate, sed speciali assignatione unum eum ex Trinitate esse monstrantes, et eos qui confusionem subsistentiarum prædicant, abjicimus, et eos qui eum extraneum credunt ex Trinitate, alienos a catholica veritate declaramus : quod quia tu veritati contrarium esse judicas, aut substantiarum confusionem credere deprehenderis, aut extraneum a Trinitate Christum prorsus intelligis. Unum autem in Trinitate dicere Christum, et unum eum ex Trinitate denegare, non Catholicorum, ut asseris, sed illorum est proprium, qui Christum a Trinitate creatum ita esse credunt in Trinitate, ut non sit de Trinitate, hoc est, non eum secundum esse, sed secundum inesse cognoscant. Sicut et unusquisque nostrum est in Trinitate, quia unus est Deus, *in quo vivimus et movemur et sumus* [48]; vel certe sicut dicitur, Pater in Filio, alter docetur in altero : ita cum esse dicitur Christus in Trinitate, alius præter Trinitatem inesse intelligitur Trinitati.

A

D

CAP. XXI.

N. Nihil quod et tibi objiciam occurrit ulterius, nisi quia non unum ex Trinitate, sed unam personam Christum ex Trinitate melius arbitror confiteri, præcipue quia tres personæ sunt Trinitatis.

C. Catholicos non latet a quibusdam ita unam personam dici Christum, ut tamen non ille qui pro nobis carne est crucifixus, una sit ex Trinitate persona. Non enim ex duabus naturis naturaliter unitis, unam credunt Christi personam, sed ex duabus personis per conjunctionem et gratiam copulatis, unam personam Christi factam esse commemorant, dicentes Christum unam ex Trinitate personam, unum Christum ex Trinitate fateri nullatenus acquiescant, ex quibus te unum esse probas, quia unam personam Christum dicens ex Trinitate, unum eum dicere ex Trinitate declinas. Quis enim tam stultus et vecors est, qui dicat : Petrus ex hominibus una persona est, non est autem unus ex hominibus Petrus? Quapropter catholica est definitio, Deum Verbum Dominum nostrum Christum cum propria carne, unum fateri ex Trinitate, licet non sit secundum carnem de substantia Trinitatis.

N. Nunquam ego Christum unum ex Trinitate confiteor, quia in nulla hoc Scriptura canonica legitur. Exemplum autem illud quod de Petro proferre voluisti, nihil ad causam pertinere cognoscitur, quia singuli quique homines ab invicem sunt divisi : quod de illa individua et inseparabili Trinitate credere omnino impium comprobatur. Illud autem fatendum est, quia sine Christo Trinitas non est.

B

CAP. XXII.

C. Si nunquam nisi quod in Scripturis canonicis continetur, te dicere protestaris, ubinam in ipsis legisti unum in Trinitate Christum, aut unam personam ex Trinitate, vel certe, quod non sit Trinitas sine Christo? Quod cum dicitur, quis non intelligat quaternitatem eos qui hoc asserunt, prædicare? Si enim non est Trinitas sine Christo, est ergo Trinitas cum Christo. Nam et cum unoquoque nostrum est Trinitas Deus, qui non de ipso, sed in ipso sumus, sicut jam superius, Apostolo teste, probavimus. Quartus est ergo Christus, cum quo et Trinitas Pater et Filius et Spiritus sanctus. Verum quia Christum unum ex Trinitate dicere veritati contrarium judicas, cujusnam vocem illam esse dicis, qua dictum est : *Factus est Adam tanquam unus ex nobis* [49]?

C

N. Dei procul dubio.

C. Plures ergo, et non unus est **559** Deus, ex quibus unus dicit ad cæteros : *Factus est Adam tanquam unus ex nobis?*

N. Non sunt plures dii, sed unus est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus.

D

C. Quid ergo hujus Dei, qui est Pater et Filius et Spiritus sanctus, vocem illam esse profiteris? et si hujus Dei vox illa est, ad quem dicit : *Factus est Adam tanquam unus ex nobis?*

N. Deus procul dubio Pater ad Deum Filium.

C. Cum ergo Pater et Filius et Spiritus sanctus sit procul dubio una Trinitas, cum Pater ad Filium dicat : *Ecce factus est Adam tanquam unus ex nobis* : non tibi videtur dicere, *tanquam unus*, hoc est, qui sumus Trinitas?

N. Licet hoc dicat Pater ad Filium, ego tamen, quod dicitur a Scriptura, etsi nolens, fateor : quod

[45] Marc. XIV, 18. [46] Joan. XIII, 23. [47] Luc. XXIV, 18. [48] Act. XVII, 28. [49] Gen. III, 22.

autem ipsis verbis non exprimit, dicere omnino non audeo. Sed sufficit mihi, ut calumniæ contentione caream, hoc tantum de Filio dicere, quod in Symbolo continetur, Deum scilicet et Filium et unigenitum Patris natum de Spiritu sancto ex Maria Virgine.

C. Sed Deum natum ex Virgine etiam ille dixit, qui apud Ephesum condemnatus est : non quo vere et proprie natum confiteretur Deum ex femina, sed propter unitionem Dei Verbi ad hominem factum, quem Virgo enixa est.

N. Ego Deum Verbum secundum carnem natum dico ex femina.

CAP. XXIII.

C. Deum Verbum quem natum dicis ex femina, extra Trinitatem, aut Trinitatem, aut unum ex Trinitate profiteris ?

N. Neque Trinitatem, neque extra Trinitatem Deum Verbum confiteor, sed Filium Dei Deum pro nostra salute ex femina secundum carnem natum passumque confiteor, tuis autem nolo uti sermonibus, nec eum unum ex Trinitate confiteor.

CAP. XXIV.

C. Non meis, ut mihi videtur, vis uti sermonibus, præsertim cum non mea, sed veritatis hæc verba sint ; sed tuis potius vis abuti, more hæretico, hoc ipsum quod dicis, abnegando. Nam et Ariani nobiscum tres personas fatentur, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, sed nolentes Homousion dicere damnati sunt. Similiter Homousion Paulianistæ nobiscum prædicant, sed quia tres personas denegant Trinitatis, hæretici judicati sunt. Æque ergo hi qui Deum quidem Verbum dicunt natum secundum carnem ex Virgine, sed nolunt eum confiteri unum ex Trinitate, aut cum Sabellio unam personam totius Trinitatis intelliguntur asserere, aut alium nescio quem, Deum Verbum prædicare, non eum qui ex Trinitate est, confutantur.

N. Sed aliud est dicere, tres personas, et Trinitatem unius essentiæ denegare, aut Homousion confiteri, et tres personas nulla ratione recipere, quod rebus ipsis a veritate dissentit, et aliud est rebus congruere, et verbis tantummodo dissonare.

C. Quid ergo catholicum esse dicis, et veritati congruum, unum dicere Christum ex Trinitate ?

N. Nihil volo de hac re ulterius tecum conquirere.

C. Mecum conquirere ulterius non alia te causa prohibet, nisi quia sensu hæretico, nescio quem Deum Verbum, non eum qui ex Trinitate unus est, juxta Manichæos prædicare convinceris. Si enim non in sensu, sed tantum in sermonibus dissonares, probares utique catholicum esse unum ex Trinitate Christum fateri.

N. Non tibi videtur idipsum esse, quod tu dicis, et quod ego : an tu alium nescio quem, non Deum verum Jesum Christum, dicis esse unum ex Trinitate ?

C. Jesum sine dubio, nec alterum aliquando cognovi.

N. Si ergo idipsum est, audes me hæreticum dicere, si tuis sermonibus uti noluero, ne, dum tibi satisfacio, aliis hæreticis occasionem sui erroris videar exhibere.

C. Si ob id non est Christus fatendus unus ex Trinitate, ne dare occasionem videamur hæreticis, non sunt confitendæ tres personæ, et Trinitas, ne demus Arianis occasionem ? nec rursus confitendum Homousion, ne similes videamur Paulianistis ? Postremo negentur duæ naturæ, quia eas Nestorius semper et ubique professus est ; quod si fiat, quid confitendum sit, nescio. Verumtamen, si quis tibi dixerit: Christotocon beatam fateor Virginem, Theotocon vero dicere nullatenus acquiesco, catholicum hunc an hæreticum esse pronuntias ?

N. Hæreticum procul dubio fateor, quia hoc jam synodus statuit, sicut et illa omnia quæ a te superius sunt prolata.

C. Rursus qui tibi dicit: Unam naturam Dei Verbi incarnatam et animatam anima rationali et intellectuali Christum confiteor, duas vero naturas fateri non audeo ; vel certe qui tibi dixerit : Ex duabus naturis credo Christum, in duabus autem eum non possum credere, ne videar occasionem dare hæreticis, quid de talibus censes ? Num audes eos hæreticos dicere, cum aliis verbis duas fateri naturas intelligantur in Christo, sed ne videantur dare occasionem hæreticis, duas non acquiescunt verbis ipsis exprimere ?

N. Tales ego non solum alienos a veritate judico, verum etiam anathematizo, hæc namque et non alia causa est quia non communicamus Ægyptiis

CAP. XXV.

C. Si ergo et hos qui aliis verbis duas naturas prædicant, sed nolunt hoc idem ipsis verbis exprimere, quamvis præpropere tu hæreticos non solum censes, verum etiam anathematizas : et eos qui Christotocon dicunt beatam Mariam, Theotocon autem eam fateri non acquiescunt, similiter damnat, cum constet Christum Deum esse et Deum Christum, quomodo nos Catholicos judicabimus eos qui dicunt Deum Verbum natura secundum carnem de Virgine, et passum carne pro nobis, et negant eum unum esse ex sancta et individua Trinitate, præcipue quia dicunt hoc catholicæ fidei convenire ?

N. Sed et duas naturas et Theotocon dicere synodus definivit, hoc autem nulla synodus statuit.

C. Nihil igitur arbitraris dicendum præter id quod synodicis litteris continetur ?

N. Nihil omnino.

C. Si tibi ab aliquo fuerit objectum, utrum Deum Patrem genitum an ingenitum fatearis, quid ei es responsurus ?

N. Ingenitum procul dubio.

C. Si tibi dixerit: Hoc non accipio, quia nulla hoc statuit synodus ?

N. Respondeo, quia nec dicere vetuit.

C. Rursus, si tibi objecerit Trinitatem dici non A debere, quia nulla synodus statuit?

N. Hoc ipsum ei respondeo, et nihil aliud, quia sicut dicendum non statuit, ita nec omnino prohibuit.

C. Econtra si ille dixerit : Sicut non vetuit, ita et quod in verbis non continetur conciliorum, dicere omnino non convenit, quid ad ista respondebis?

N. Hæc de Patrum scriptis possum ostendere.

C. Sed et nos quod unus ex Trinitate Christus sit, ex Patrum scriptis ostendimus.

N. Quanquam et hoc ex Patrum scriptis doceri facile credo, sed ego dicere nullatenus acquiesco, nec tecum ulterius sermonem conferam, sed meam tenaciter fovebo sententiam.

C. Mirabar equidem ita vincere posse humanam gloriam, ut nulla te conclusio superaret, quatenus congruam veritati sententiam, quam hactenus impugnaveras, divina correptus auctoritate reciperes. Verum quia apud te definitum est, in tua te potius continere sententia, quam veram confessionem amore æternæ beatitudinis approbare, nec ego te unquam aliud aliquid quam hæreticum judicabo, qui Deum Verbum Dominum nostrum Jesum Christum, qui pro nostra salute passus est carne, unum esse ex sancta et individua Trinitate non approbas, cui honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

JOANNIS MAXENTII ET ALIORUM

EPISTOLA AD EPISCOPOS IN SARDINIA EXSULES.

(*Exstat inter Opp. sancti Fulgentii. Vid.* Patrologiæ Latinæ *t.* LXV, *col.* 442.)

ANNO DOMINI DXXV.

THEODORUS LECTOR.

—

NOTITIA.

(Ex Leonis Allatii *Diatriba de Theodoris*, apud Ang. Mai *Biblioth. nov.* t. VI, p. 132.)

Theodori Anagnostæ, id est Lectoris, duo libri Græci Collectaneorum ex historiæ ecclesiasticæ antiquis auctoribus, Parisiis a Roberto Stephano, et Basileæ in officina Frobeniana Latine Wolfgango Musculo interprete editi sunt. Addit Possevinus exstare in tomo VII Bibliothecæ veterum Patrum Bignæi edit. 2. Tum monet : *At quos Wolfgangus Musculus, in prima classe in Romano Indice prohibitus, transtulit, hi circumspecte legendi sunt, ob ea quæ diximus de illo in verbo* Socrates, *et in verbo* Sozomenus. Editique præterea sunt Coloniæ Allobrogum anno 1612, non sine eadem Musculi interpretatione, in folio cum aliis ecclesiasticis historiis. Vossius *De historicis Græcis* lib. II, cap. 32 : *Reliquit duos libros Collectaneorum historiæ ecclesiasticæ. Incipit autem a morte Theodosii Junioris, ac desinit in temporibus Justini, qui imperare cœpit anno* 518. Attamen Collectanea hæc historica non concinnata sunt a Theodoro, sed a Nicephoro Callisto ex Historia ecclesiastica Theodori, dictataque aliis, ut præfixus titulus indicat : Ἐκλογὴ ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Θεοδώρου Ἀναγνώστου, ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου. *Selecta*, scilicet, *ex Historia ecclesiastica Theodori Lectoris, ex ore dictantis Nicephori Callisti Xanthopuli.* Quæ postrema verba cum omisisset interpres, factum est ut Collectanea ista historica Theodoro attribuerentur, quæ tamen sunt per Nicephorum Callistum ab ejus Historia excerpta. Quod ante nos monuit quoque Baronius ad annum 485. Nam tradit Suidas Theodorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ lectorem scripsisse Historiam ecclesiasticam a Constantini temporibus usque ad Justiniani imperium : opus plane diversum a perbrevi-

bus duobus illis Collectaneorum libris, quæ fragmenta potius esse videntur, quam ordinata rerum tractatio. Scripsit itaque suam hic Theodorus Historiam ecclesiasticam. Suidas : Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, ἔγραψεν Ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. *Theodorus, lector Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, scripsit Historiam ecclesiasticam a temporibus Constantini usque ad imperium Justiniani.* Ex *Historia ecclesiastica* Theodori Lectoris recitantur nonnulla in synodo septima generali act. 5; et ex quinto libro act. 1; abs Joanne Damasceno orat. 3 pro imaginibus; et a Suida voc. Διόδωρος μονάζων, et alibi. Inquirendum vero est an hic idem sit ille Theodorus Anagnosta, seu Lector, de quo agit Suidas voce Κυνήγων.

Et fortasse hic non alius fuerit quam Theodorus, lector Constantinopolitanus, natione Paphlago, qui in sua ecclesiastica Historia ex Theodoreto, Sozomeno et Socrate, unam, integram absolutamque narrationem continuat, eo scilicet modo, ut quæ tres isti narrant, ex eo sibi mutuetur, qui dilucidius et accuratius rem pertractavit; exaggeret vero reliqua, quæ ex iis unus tantum, silentibus aliis, in sua Historia digessit; ità tamen ut tempus quo gesta sunt servet, aptetque omnia commodissime. Quare qui illum legerit, tres jam laudatos historicos uno eodemque tempore sibi habebit. Ex hac Historia duos nobis libros priores tempus reliquos fecit, qui exordiuntur ab imperio Constantini Magni, et finiunt in auguratione Juliani imperatoris sub consulatu Tauri et Florentii. Quibus innumera prope loca in Theodoreto, Socrate et Sozomeno amanuensium incuria depravata restituuntur et emendantur. Servantur penes me ita parati, ut cum per typographos licuerit, lucem aspicere possint (*a*). Et ut ex eodem tu quoque habeas, lector, quid ille in Historia egerit, habeto tibi operis prœmium.

Ἔκ τινος ψήφου ἐπιξενοῦσθαί μοι λαχόντι κατὰ τὸ ἡμέτερον Παφλαγόνων ἔθνος, ἐν μητροπόλει τοὔνομα Γάγγρᾳ, ἐν αὐτῇ τε ἀπολαύσαντι τῆς σῆς ἱερᾶς ὁμοῦ καὶ τιμίας μου κεφαλῆς, ἠναγκαζόμην παρ' αὐτῆς ἐξ αὐτῆς τὰς ὑποθέσεις ληψόμενος, συναγαγεῖν τῶν ἐκκλησιαστικῶν Ἱστοριῶν τοὺς ἐκθέντας, καὶ μίαν τινὰ ἐξ αὐτῶν ἁρμόσασθαι σύνταξιν· ἐπειδὴ δὲ πατρικῇ κελεύσει ἀντιλέγειν οὐχ ὅσιον, εἰ καὶ φράσεως τῆς πρεπούσης ἐλειπόμην, ἀλλ' ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἀμελητὶ ἦλθον ὑμετέραις εὐχαῖς τεθαρρηκώς. Εὐσεβίου τοῦ θαυμασιωτάτου τὴν ἐπίκλην Παμφίλου κεκμηκότος περὶ τὴν συλλογὴν τῶν ἀνέκαθεν τὰς τοιαύτας ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις λογίων ἀνδρῶν συγγεγραφότων, οὐ μόνον λέγω τῶν παρὰ Χριστιανοῖς φιλοσοφησάντων ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίοις, καὶ τήνδε τὴν ἱστορικὴν σύνταξιν ποιησαμένου ἄχρι τοῦ εἰκοστοῦ ἔτους τῆς φιλοχρίστου, καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθείσης βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ πανευφήμου καὶ μακαριωτάτου· ὧδε καταλύσαντος, ἐπὶ τὸ τοιοῦτον τῆς ὑποθέσεως σχῆμα μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, ὥς γε τῶν ἐκτεθέντων ἡ γραφὴ μαρτυρήσει, τὴν σπουδὴν πεποιήκεσαν θεοφιλεῖς ὁμοῦ καὶ λογιώτατοι ἄνδρες, λέγω δὴ Θεοδώρητος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης γενόμενος ἐπίσκοπος Κύρου, Σωζόμενος, καὶ Σωκράτης, τῶν ἐπιλοίπων χρόνων ποιούμενοί τε πραγματείαν, οὐκ ἄμφω τὸν τοιοῦτον ὅμιλον θέμενοι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκαστος φιλοσοφήσας, καὶ τοὺς λόγους ἀναγράψας. Ἐπεὶ οὖν τινὰ μὲν τῶν κατὰ καιροὺς πραχθέντων ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ὠθούμενοι ἑκάτεροι ἀπεδείχθησαν φράσαντες, τινὰ δὲ ἰδιαζόντως, εὔλογον ᾠήθην τὰ κοινῶς αὐτοῖς συμφωνούμενα διὰ τοῦ σαφέστερον καὶ ἀφραδέστερον διηγουμένου τῇ παρούσῃ βίβλῳ κατατάξαι, ἐν τῇ παρόψει παρασημαινόμενος, ὡς ἄμφω συμπεφωνήκασι· τὰ δὲ ἑκάστῳ πάλιν ἰδίως ἐκτεθέντα παραδηλώσω· ἄρξομαι δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐκ τῆς Ἱστορίας τοῦ μακαριωτάτου Σωζομένου. *Προσφωνητικὸν εἰς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα Σωζομένου.* De Theodori hujusce *Historia ecclesiastica* notanda equidem sunt quæ Vossius *De historicis Græcis* libri secundi capitulo 22, tradit : *Unde et Jodocus Coccius in indice auctorum quem Thesauro suo catholico præmisit, eum vixisse anno ait* 520. *Quod biennio fuerit post mortem Anastasii. Solum igitur tractat de Marciano, Leone, Zenone, Basilisco et Anastasio. Loquor autem de Theodoro, qualem nunc habemus Græce Latineque in corpore Historiæ ecclesiasticæ, ac Latine solum in Bibliotheca Patrum tom. VII, edit. sec. Sed is, quo Suidas usus, cœpit a Constantino Magno. Num dicemus eo tanto altius orsum dici,*

(*a*) Nunquam edidit hos duos Theodori Lectoris libros Allatius, sed partem tantummodo aliquam variarum lectionum misit Parisios ad H. Valesium, qui de codice Allatiano plura dicit in præfationibus ad Socratem et ad Theodoretum. Codicem hunc Theodori me vidisse (ut omnino putabam) in Vallicelliana bibliotheca, cum reliqua litteraria Allatii supellectile, dixi jam in tomo X *Scriptorum veterum*, p. 37. Codicem certe ejusdem Theodori Venetum in divi Marci bibliotheca egomet manu tractavi, bonum hercle et priscum, qui fuit card. Bessarionis. De hoc pariter verba feci in Nova Patrum Bibliotheca, t. III, part. Gr. p. 448. Noverunt hunc Venetum etiam Possevinus et Emericus Bigotius, deque eo item loquitur Valesius in præf. ad Theodoretum; sed præ cæteris accurate Jacobus Morellius in catalogo codicum Gr. biblioth. S. Marci. Utinam aliquando Theodori hoc opus in lucem prodeat! Interim ab Allatio prœmium saltem, magni muneris instar, accipiamus. A. M.

quia extremo libro pauca subdat de annis Constantini Magni, Constantii, Theodosii Magni, Arcadii et Theodosii Junioris? Sedenim tam ista sunt exilia, ut non mereantur in considerationem venire; præsertim cum extremo addatur loco, ut ab alio potius videantur assuta. Imo tam exigui sunt duo libelli Collectaneorum, ut vix digni sint appellatione Ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς, *quomodo vocat Suidas. Equidem metuo ne solum sint excerpta quædam. Estque hoc eo verosimilius, quod libri secundi inscriptio sit,* Ἀπὸ τοῦ δευτέρου βιβλίου, *e libro secundo. Ac libro primo hæc præmittantur :* Ἐκλογαὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου. « *Excerpta Historiæ ecclesiasticæ ab ore excepta Nicephori Callisti Xanthopuli.* » *Credo, Nicephorus Callisti (qui anno 1320 vixit) non integram Theodori Historiam, sed solum ea quæ exceptu digniora putavit, suo dictavit amanuensi. Et sane appendix Possevini ad Apparatum sacrum testatur in Veneta bibliotheca Bessarionis exstare epitomen Historiarum ecclesiasticarum Theodori Lectoris, et Philostorgii. Item Theodori Lectoris compositionem ecclesiasticam e variis auctoribus. Ut Historiam Theodori justam et ejusdem epitomen alienam distinguere conveniat. Atque ita mihi quidem videtur. Nec tamen pugnabo si quis cum longe doctissimo Labbeo censeat, sic hunc nodum exsolvi, quod vel plures historias scripserit Theodorus Lector, vel plures fuerint Theodori lectores.* Quod si quid post duos hos viros præclarissimos conjectare licet, dixero unum Theodorum Historiam a Constantino Magno ad tempora Justiniani continuasse, ita tamen ut duos libros priores, cum ipse non haberet de suo meliora, ex Theodoreto, Socrate et Sozomeno, qui existimantur ea tempora inter alios accuratius pertractasse, concinnaverit; reliquam Historiam ad Justiniani imperium ex sese conscripserit, cum præter eosdem haberet et alios diligentiores; et ex his posterioribus libris duos eclogarum libros Nicephorum Callixtum decerpsisse, non vero ex duobus prioribus, quod quidquid ibi contineretur, ex fontibus ipsis sincerius hauriri poterat. Nuncupaturque hic Paphlago Byzantinus, non quod esset patria Byzantinus, sed quod Byzantii lectoris munus obiret. Id nobis Suidas significavit : Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. *Theodorus lector Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* Nec aliud voluit Nicephorus Callixtus, quando in Præfatione ait : καὶ ὁ Βυζάντιος ἀναγνώστης Θεόδωρος, *et Byzantinus lector Theodorus.* Neque enim id est Byzantii natum esse, sed lectorem Byzantii egisse. Joannes Damascenus orat. 3 *De imaginibus* utitur testimonio Theodori historiographi Constantinopolitani ex ecclesiastica Historia de Gennadio patriarcha Constantinopolitano. An ex hoc, vel alio Theodoro historico Byzantino desumpserit, divinent alii.

NOTITIA ALTERA.

(Fabric. *Biblioth. Græc.* ed. Harles, t. VI, p. 127.)

—

Theodorus ἱστοριογράφος Κωνσταντινουπόλεως laudatur a Joanne Damasceno lib. III *De imagg.*, pag. 386 editionis insignis Lequinianæ, qui, p. 380, præterea ἀναγνώστην sive *lectorem* Constantinopoli fuisse refert; quod firmant etiam Nicephorus, lib. II, cap. 1 *Hist.*; auctor παραστάσεων χρονικῶν in Combefisii *Originibus Constantinop.*, pag. 19, cui vocatur Θεόδωρος χρονογράφος ἀναῤῥωσθεὶς ἀναγνώσμασιν, et Suidas, qui Theodorum vocat τὸν ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. Hic, Justino et Justiniano, ut videtur, imperantibus clarus, duobus libris scripsit *Compendium Historiæ ecclesiasticæ* tripartitæ ex libris Socratis, Sozomeni ac Theodoriti, quod exstat a vicesimo anno Constantini M. usque ad obitum Constantii. Nam quamvis lucem hactenus non vidit, Græce tamen ms. fuit apud Allatium, qui edere voluit, cujus codicis variis lectionibus Sam. Tennulii, professoris Noviomagensis, manu descriptis feliciter usus est Valesius ad eluendas ex trium virorum illorum Historiis mendas, qui etiam Procœmium Græce ac Latine publicavit post Præfat. ad Theodor. Nescio an Allatii ille liber descriptus fuerit e codice Veneto S. Marci, cujus mentionem faciunt Possevinus et in catalogo mss. Venetorum Thomasinus. Certe videtur extrema parte mancus fuisse, quia Historiæ telam non usque ad extrema Junioris Theodosii persequitur.

Præterea composuit et ipse suo marte *Historiam ecclesiasticam*, libris itidem duobus, ab extremis temporibus Theodosii Junioris, in quibus desinunt Socrates, Sozomenus et Theodoritus, ad Justinum imp. Seniorem usque. Hi libri duo ipsi quidem jamdiu est quod interciderunt. Exstant tamen ex illis ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου excerpta (*a*), Nicephoro Callisto dictante servata. Græce prodiere cum Eusebii et aliorum *Historia ecclesiastica*, ex codice Regio (quo solo etiam Valesius usus), Paris. 1544, fol. Latine vertit Wolfg. Musculus, cujus interpretatio, ut Bibliothecas Patrum et alias Latinas historicorum ecclesiasticorum editiones supra in Eusebio recensitas mittam, exstat etiam in Græco-Latina Genevensi, 1612, fol. Novissime cum versione et præclaris notis Henr. Valesii, qui Fragmenta etiam Theodori alia ex Suida, Theophane, Damasceno et synodo septima subjunxit, ad calcem Theodoriti, Evagrii ac Philostorgii, de quorum editionibus jam dixi. Addendum et *Historiæ ecclesiasticæ* ἀποσπασμάτιον de expositionibus fidei, quod e bibl. Vaticana produxit, et cum versione sua edidit Josephus Maria Suaresius ad sancti Nili opuscula, pag. 614; tum quæ e Theodoro Lectore afferuntur in *Originibus Constantinopolitanis* a Combefisio illustratis. Ubi vero Damascenus, III *De imaginibus*, pag. 375, laudat τόμον sive librum Theodori *Historiæ eccles.* quartum, secundus horum venit intelligendus, quia priores quos memoravi duos compendii ex Socrate, Sozomeno ac Theodorito simul computavit, perinde ut Suidas, qui a Constantini temporibus ad Justinianum pertexuisse Historiam Theodorum scribit. Ita in actione 1 synodi VII, t. III edit. Binianæ, p. 494, ubi laudatur liber quintus, Valesius ad Theodorum, pag. 580, monet πρώτου pro πέμπτου esse legendum. Alius locus producitur in eadem synodo septima, sive Nicæna secunda, actione 5, pag. 609 seq.

(*a*) Valesius putat ne Nicephorum quidem plura alioqui inde in Historias suas derivaturum, integris Theodori libris, sed excerptis istis solummodo usum esse, eaque cuidam dictasse, atque ideo dici ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου, uti Leontii liber *De sectis*, a Theodoro abbate dictatus amanuensi suo, inscribitur Ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ.

ΕΚΛΟΓΑΙ
ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ,

ΑΠΟ ΦΩΝΗΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ.

—

EXCERPTA
EX ECCLESIASTICA HISTORIA
THEODORI LECTORIS,

EX ORE DICTANTIS NICEPHORI CALLISTI, XANTHOPULI FILII.

(Ex editione Henrici Valesii repetita, additis variorum adnotationibus et codicis Castellani lectionum varietate, curante Guillelmo Reading. Cantabrigiæ 1720, fol.)

—

ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

—

EX LIBRO PRIMO.

—

563 α'. Θεοδόσιος ὁ νέος ἐξελθὼν εἰς κυνήγιον, εἰς Λευκὸν ποταμὸν παραχθεὶς (1), ὡς λέγει, τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐτελεύτησεν, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ θήκῃ Ἀρκαδίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Λέγει δὲ ὡς καὶ ἡ βασίλισσα Εὐδοκία ἀπελθοῦσα εἰς Ἱεροσόλυμα, οὐκέτι ὑπέστρεψε· Μαρῖνα δὲ παρθενεύουσα ἐν τοῖς βασιλείοις, πρὸ τοῦ ἀδελφοῦ ἐτελεύτησε. Καὶ ὅτι Χρυσάφιον τὸν Τζουμᾶν ἀνεῖλεν ἡ Πουλχερία· καὶ ὅτι ἡ Εὐδοκία τῇ Πουλχερίᾳ τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος (a), ἣν ὁ ἀπόστολος Λουκᾶς καθιστόρησεν, ἐξ Ἱεροσολύμων ἀπέστειλεν.

1. Theodosius Junior ad venationem egressus, cùm in Leucum fluvium abreptus fuisset, ut refert Theodorus, sequenti nocte mortuus est, et in monumento Arcadii patris ipsius sepultus. Refert etiam Theodorus Eudociam Augustam Hierosolyma profectam, non amplius revertisse: et Marinam virginem in palatio ante fratris sui obitum e vivis exc essisse. Ait præterea Chrysaphium, qui et Tzumas dictus est, jussu Pulcheriæ interfectum fuisse. Refert etiam Eudociam ab urbe Hierosolymitana ad Pulcheriam misisse imaginem matris Domini, quam Lucas apostolus depinxerat.

β'. Μαρκιανὸς Ἰλλυριὸς τὸ γένος, τριβοῦνος ὢν, προβεβηκὼς ἐν ἡλικίᾳ, ἐν πολέμοις γενόμενος ἄριστος, ἀνηγορεύθη βασιλεὺς ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ὑπὸ B

2. Marcianus oriundus ex Illyrico, tribunus, provecta jam ætate, et in bellis strenuus, ab universo exercitu imperator renuntiatus est in Septimo.

VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Εἰς Λευκὸν ποταμὸν παραχθεὶς.* Theodosius Junior exercendi corporis causa ex urbe regia egressus, cum inter venandum ex equo prolapsus esset, in fluvium Leucum decidit. Unde extractus et lectica Constantinopolim revectus, sequenti nocte e vivis excessit, ut scribit auctor Chronici Alexandrini. Leucus ergo fluvius fuit haud procul Constantinopoli, a candore aquarum ita dictus, ut Melas a nigredine. Idem porro esse videtur quem Lycum vocat Cedrenus in Claudio, ubi de Apollonio Tyanensi ita scribit: Καὶ Λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐστοιχείωσεν, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμήνασθαι, id est, *Lycum quoque omnem magicis quibusdam figuris et incantationibus consecravit, ne exundans Byzantiorum urbi exitium aut noxam inferret.* Lycus etiam dicitur in Originibus Constantinopolitanis, p. 73, ubi infra templum Apostolorum fluxisse dicitur.

VARIORUM.

(a) *Τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος.* De hac imagine loquitur Germanus patriarcha apud auctorem Vitæ sancti Stephani Junioris.

Qui statim constituit ne quis numerato pretio ad magistratum promoveretur.

παντὸς τοῦ στρατοῦ· ὃς εὐθὺς ἐκέλ .σεν ἄρχοντα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι.

3. Marcianus et Pulcheria litteras scripserunt ad Leonem, papam urbis Romæ, quibus omnem illi potestatem tribuebant. Eæ quoque jussiones insertæ sunt actis synodi Chalcedonensis; scripsit etiam imperator ad singularum urbium episcopos. Leo autem episcopus mirabilem epistolam scripsit ad synodum quæ Nicææ congreganda esse credebatur : quæ quidem epistola inserta est etiam actis synodi Chalcedonensis, et a Theodoro Lectore hic refertur.

γ'. Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία ἔ· ,αψαν Λέοντι τῷ πάπα Ῥώμης, πᾶσαν αὐτῷ σ θεντίαν παρέχοντες (*b*). Ἐνετάγησαν δὲ καὶ αὗται αἱ κελεύσεις· ἔγραψε δὲ βασιλεὺς καὶ τ ς καθ' ἕκαστον τόπον ἐπισκόποις. Λέων δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἔγραψε πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐλπιζομένην γίνεσθαι σύνοδον θαυμασίαν ἐπιστολήν, ἥτις καὶ ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ἐν Καλχηδόνι ἐμφέρεται, καὶ ὑπὸ τοῦ ἱστοροῦντος ἐντέτακται.

564 4. Cum ex omnibus locis episcopi congregati essent Nicææ, Marcianus, qui tum in Thracia morabatur, litteras scripsit ad synodum, sese excusans. Deditque operam ut synodus Chalcedonem transferretur, propterea quod cuperet ipse interesse concilio, juxta exemplum divini imp. Constantini. Hoc igitur modo synodus Chalcedonem translata est, et in ecclesia Euphemiæ martyris celebrata. In hac synodo multa necessaria dogmata ac negotia constituta sunt: quorum notitia et multiplex utilitas ex ipsa actorum lectione percipi potest. Expositi sunt etiam canones viginti septem. Quibus omnibus gestis, episcopi ab imperatoribus honorati singuli ad proprias civitates remearunt.

δ'. Τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων συναθροισθέντων ἐν τῇ Νικαίᾳ, Μαρκιανὸς διατρίβων ἐν Θράκῃ, ἔγραψε τῇ συνόδῳ ἀπολογούμενος· καὶ τὴν σύνοδον ἐν Καλχηδόνι μεταγαγεῖν ἐσπούδασε, θέλων δι' ἑαυτοῦ παρεῖναι ἐν τῇ συνόδῳ, κατὰ μίμησιν Κωνσταντίνου τοῦ θείου. Οὕτω τοίνυν ἡ σύνοδος ἐν Καλχηδόνι μετῆλθεν, ἐν τῷ ναῷ Εὐφημίας τῆς μάρτυρος. Ἐν ᾗ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα διετυπώθη δόγματά τε καὶ πράγματα, ὧν ἡ γνῶσις καὶ ἡ ὠφέλεια πολυμερὴς οὖσα, διὰ τῆς τῶν πεπραγμένων δηλοῦται ἀναγνώσεως, καὶ κζ' κανόνων (2) ἡ ἔκθεσις. Ἅπερ ἅπαντα πράξαντες οἱ ἐπίσκοποι, καὶ πάσῃ τιμῇ ὑπὸ τῶν βασιλέων τιμηθέντες ἐν εἰρήνῃ ἕκαστος τὴν ἰδίαν πόλιν κατέλαβον.

5. Pulcheria Augusta admodum pia extremum diem obiit, cum multa præclare in vita gessisset, cunctaque bona sua moriens pauperibus reliquisset. Ejus testamentum Marcianus infirmare noluit: sed ad perficienda cuncta quæ illa mandaverat, libenter sumptus subministravit. Ædificavit autem Pulcheria ecclesias complures: eam scilicet quæ est in Blachernis; item eam quæ est in Chalcopratiis ; aliam quoque quæ dicitur Hodegorum; item ecclesiam Sancti Laurentii martyris.

ε'. Πουλχερία ἡ εὐσεβὴς ἐτελεύτησεν (*c*) πολλὰ κατορθώματα (3) καὶ πάντα τὰ ἑαυτῆς πτωχοῖς καταλείψασα· ἅπερ Μαρκιανὸς οὐκ ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ ταῖς χρείαις ἁπάσαις προθύμως ὑπηρέτησεν. Ἔκτισε [1] δὲ καὶ εὐκτηρίους οἴκους Πουλχερία πολλοὺς, τὸν ἐν Βλαχέρναις, τὸν Χαλκοπρατίων, τὸν Ὁδηγῶν (4), μεθ' ὧν καὶ τὸν Λαυρεντίου τοῦ μάρτυρος.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. Castellani, ἔκτισε.

VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Κζ' κανόνων.* Certe in editione Moguntina totidem numerantur canones concilii Chalcedonensis. Græci tamen addunt præterea canonem vicesimum octavum, qui est de privilegiis sedis Constantinopolitanæ.

(3) *Πολλὰ κατορθώματα.* Hunc locum Theodori Lectoris descripsit Theophanes in Chronico, p. 91, hoc modo : Πολλὰ ποιήσασα κατορθώματα.

(4) *Τὸν Χαλκοπρατίων, τὸν Ὁδηγῶν.* Tres basilicas in honorem beatæ Mariæ Virginis Pulcheria ædificavit Constantinopoli, seu potius juxta urbem Constantinopolim. De quibus videndus est Nicephorus in libro XIV, capite 2, et in libro XV, cap. 14. In Hodegis quidem deposuit imaginem Deiparæ, quam a B. Luca evangelista depictam Eudocia Augusta ad Pulcheriam transmiserat, ut Theodorus noster paulo ante scripsit. Ἦν ὁ ἀπόστολος Λουκᾶς καθιστόρησεν. Verbum καθιστορῆσαι proprie dicitur de pictore qui præsentem aliquem depingit, quem ipse oculis contemplatur. Utitur eodem verbo Nicephorus in libro XV, capite citato : Ἦν Λουκᾶς ὁ θεῖος ἀπόστολος χερσὶ καθιστόρει· ζώσης ἔτι καὶ τὸν τύπον ὁρώσης, καὶ τὴν χάριν τῇ μορφῇ ἐνιείσης. Dicta porro est hæc basilica Hodegorum, eo quod cæci, meritis beatæ Virginis, cujus illic imago erat deposita, visum recuperarent, nec amplius ὁδηγῷ, id est ductore opus haberent, ut docet Codinus in libro *De originibus Constantinopolitanis*, pag. 41 editionis Regiæ. Unde lucem accipiunt verba Nicephori quæ proxime sequuntur, Ἥτις εἰκὼν ἐν τῷ τριβουναλίῳ λεγομένῳ πρώτως τὸ ἐς δεῦρο τελούμενον αὐτῇ διεπράξατο. Id est, *Hæc*

VARIORUM.

(*b*) *Πᾶσαν αὐτῷ αὐθεντίαν παρέχοντες.* Marcianus in epistola ad Leonem P. certiorem eum facit de synodo cogenda, cui ut interesse dignetur humillime eum rogat, locumque sibi commodissimum designare velit, quo congregati episcopi, ea quæ catholicæ fidei prosint, sicut Leo secundum ecclesiasticas regulas definiverit, suis suffragiis declarent.

(*c*) *Πουλχερία ἐτελεύτησεν.* Pulcheria obiit anno 453, ut Marcellinus, et auctor Chronici Alexandrini, et Idacius docent, postquam vixerat 54 annos et aliquot menses. Mox de Blachernis, Dionysius Byzantius in Anaplo Bosphorico scribit, Blachernarum nomen, ante instauratum a Constantino M. Byzantium, loco vicino a quodam ibi regnante fuisse inditum. Chalcopratia vero, tractus fuit urbis, ubi jam ab ipsius Constantini M. ævo habitabant Judæi, æramentorum mercaturam ibi exercentes, ut habet Codinus, pag. 43.

ς'. Ἐν ταῖς λιταῖς ταῖς γενομέναις ἐν τῷ Κάμπῳ (*d*), πεζὸς Μαρκιανὸς ἐξερχόμενος, πολλὰς τοῖς δεομένοις δωρεὰς παρεῖχεν. Ἀνατόλιον δὲ τὸν ἐπίσκοπον, προστρο (5) κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἐπισκόπων τῆς πόλεως, ἀπὸ τοῦ Ταύρου φορείῳ φερόμενον, λιτανεύειν ἕως τοῦ Κάμπου. Ὁ δὲ Μαρκιανὸν βλέπων πεζεύοντα, καὶ αὐτὸς πεζεύων ἐλιτάνευεν. A

6. Marcianus ad supplicationes quæ fiebant in Campo, pedes extra civitatem progressus, multas pecunias pauperibus erogavit. Anatolium vero urbis episcopum hortatus est ut, juxta morem episcoporum urbis regiæ, a Tauro usque ad Campum lectica vectus ad supplicationem procederet. Verum ille cum Marcianum pedibus incedentem vidisset, ipse quoque pedes processit.

ζ'. Μαρκιανὸς γνοὺς τὰ ἐκ τῶν Ἄφρων κατὰ τῆς Ῥώμης καὶ τῶν βασιλίδων γενόμενα, κινηθεὶς βασιλικῶς, πρὸς πόλεμον ἠὐτρεπίζετο. Συνέβη δὲ αὐτὸν ἐξελθεῖν εἰς τὴν λιτὴν ἐν τῷ Κάμπῳ, τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ κς' (5'). Προχειρίζεται δὲ εἰς βασιλέα Λέων τις, Θρᾷξ μὲν τῷ γένει, τριβοῦνος δὲ τὴν ἀξίαν.

565 7. Marcianus cum didicisset ea quæ adversus Romam et imperatrices facta fuerant a Vandalis ex Africa profectis, sicut imperatorem decebat commotus, ad bellum se paravit. Contigit autem ut ad supplicationem procederet in Campum die XXVI Januarii. Ejus autem loco imperator eligitur Leo, oriundus ex Thracia, dignitate tribunus.

η'. Τιμόθεος τὸν Μαρκιανοῦ αἰσθόμενος θάνατον[1], κατὰ Προτερίου κινεῖται, καὶ τοῦτον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῆς ἐκκλησίας σφαγῆναι παρεσκεύασε, καὶ τὸν νεκρὸν συρῆναι, καὶ πυρὶ παραδοθῆναι. Τιμόθεος ὁ Αἴλουρος, πρὶν ἢ ἀναιρεθῆναι Προτέριον, μελανείᾳ τινὶ χρησάμενος (6), νυκτὸς ἐν τοῖς τῶν μοναχῶν κελλίοις περιερχόμενος, ἐξ ὀνόματος ἐκάλει ἕκαστον μοναχόν. Ἐκείνου δὲ ὑπακούοντος, ἔλεγεν ὅτι εἷς μὲν εἴη τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων· ἀπεστάλη δὲ πᾶσιν εἰπεῖν, ἵνα Προτερίου μὲν τὴν κοινωνίαν φεύξωνται, Τιμόθεον δὲ τὸν Αἴλουρον ἐπίσκο- B

8. Timotheus, audita Marciani morte, adversus Proterium insurgit, eumque in baptisterio ecclesiæ occidi, et cadaver ejus per urbem trahi et incendio consumi curavit. Porro hic Timotheus Ælurus, antequam Proterius occideretur, præstigiis quibusdam ac machinamentis usus, noctu cellas monachorum circuibat, singulos monachos nominatim appellans. Cumque is qui nominatus erat respondisset, ipse unum ex angelis se esse dicebat, ad hoc missum ut singulis denuntiaret ne Proterio communicarent, sed ut Timotheum Ælurum epi-

VARIÆ LECTIONES.

[1] C. πυθόμενος θάνατον.

VALESII ANNOTATIONES.

imago primum in loco qui Tribunal dicitur, miraculum illud quod hactenus ab illa fieri solet, perpetravit. Quibus verbis indicat Nicephorus sua etiam ætate cæcos ad illam imaginem Deiparæ lumen oculorum recuperasse.

(5) Ἀνατόλιον τὸν ἐπίσκοπον προστρο... Scribo προέτρεψεν vel προετρέψατο, id est : *Anatolium vero urbis episcopum hortatus est ut, juxta morem episcoporum urbis regiæ, a Tauro usque ad Campum lectica vectus ad supplicationem procederet.* De supplicationibus publicis quæ fiebant in Campo, videndus est Cedrenus et reliqui chronographi, in rebus Theodosii Junioris, ubi agunt de Proclo Constantinopoleos episcopo; et de hymno Trisagio primum instituto. Erat autem Campus iste in Septimo, in quo milites exerceri solebant, ut docet Theophanes in Phoca. Ubi etiam ætate Phocæ, Campum illum extra urbem fuisse testatur. Porro hic locus Theodori Lectoris exstat etiam in Theophanis Chronico, pag. 94, sed verbis paululum immutatis.

(5') Τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ κς'. Post hæc verba notandus est asteriscus. Desunt enim nonnulla, quæ sic suppleri possunt : Ἕκτῃ δὲ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ ἐτελεύτησεν. Id est, *Sexto autem post die abiit e vita, pridie Kalendas Februarias.* Male apud Theophanem in Chronico scriptum est, pridie Kalendas Maias. Id enim refellit ipse Theophanes, qui paulo post scribit Leonem Marciano mortuo subrogatum fuisse mense Februario. Erat hic annus Christi 457. — C

Auctor Chronici Alexandrini habet : *His consulibus* (Constantino scil. et Rufo, anno Chr. 457) *obiit diem suum Marcianus Aug. Vixit annos* 65, *et creatus est ab exercitu imperator Leo Magnus, mense Peritio VII Idus Feb. Regnavit annos* 16. Dies itaque natalis imperii Leonis fuit septima mensis Februarii, quo mense etiam eum imperium iniisse docet Theodorus, infra, in fine lib. II : *Leo Augustus imperare cœpit indictione decima, mense Februario coronatus ab Anatolio patriarcha.* Ant. Pagi ad ann. 457, n. 2.

(6) *Μελανείᾳ τινὶ χρησάμενος.* Hunc Theodori locum describit Nicephorus in capite 16 libri XV, quibusdam adjectis in hunc modum : Μελανείᾳ τινὶ καὶ ἀσβόλῃ χρισάμενος νυκτὸς τὰ καταγώγια τῶν μοναχῶν διερχόμενος, ἐκάλει ἕκαστον ἐξ ὀνόματος διά τινος σχοινοτενοῦς καὶ ἐπικέρου καλάμου. Id est, *Fuligine nigroque colore oblitus, noctu circum monachorum cellas obambulavit, singulos nominatim appellans, per calamum scirpeum excavatum.* Sed difficultas hic se offert, cur Timotheus fuligine oblitus esse voluerit, qui se angelum esse fingebat. Neque enim hic color angelis convenit. Quare pro μελανείᾳ, libentius scripserim μαγγανείᾳ, ut legitur in Chronico Theophanis, pag. 94, ubi hic locus Theodori describitur. Mihi quidem videtur Timotheus ob hanc causam cognominatus esse Ælurus, id est Felis, quod instar felis seu æluri, noctu obambulare solitus esset. D

VARIORUM.

(*d*) *Λιταῖς γενομέναις ἐν τῷ Κάμπῳ.* Byzantii, terræmotu consternati, qui anno 30 Theodosii Junioris urbem per quatuor menses continuos concussit, extra urbem ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ, supplicationibus una cum urbis episcopo vacavere, ut habent Theophanes, auctor Chronici Alexandrini, Cedrenus, Codinus, et alii passim. Hujus porro supplicationis seu Litaniæ memoriam quotannis deinceps factam discimus e Chronico Alexandrino, his verbis : Ὅθεν καὶ ἡ μνήμη κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται τῆς Λιτανίας μέχρι καὶ νῦν ἐν τῷ Κάμπῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας. (Du Cangius in *CPoli Christiana*, lib. II, pag. 141.)

scopum eligerent, semetipsum cunctis manifeste designans.

9. Ælurus, vivente adhuc Proterio, ab episcopis qui depositi fuerant, ordinatur. Statimque turbis ac tumultuatione Ecclesiam implevit.

10. Magnus Jacobus Nisibi erat oriundus. Quanta autem virtute præditus fuerit, apparet ex miraculo quod factum est in puellis quibusdam gentilibus, quæ lavabant in fonte. Hæ enim post imprecationem Jacobi incanuerunt, et fons ipse exaruit. Quem mox Jacobus orationibus suis restituit : puellas vero ipsas canas reliquit. Sciendum porro est Jacobum hunc, qui istud miraculum in fonte et in puellis perpetravit, alium esse ab eo qui ad encyclicas litteras rescripsit. Nam Nisibenus quidem ille vixit temporibus Constantii. Hic tamen junior Jacobus miraculis quoque clarus fuit, ut testatur Theodoritus in historia Philotheo.

566 11. Theodoritus arcam magno Jacobo ad sepulturam paraverat. Verum Theodoritus ante Jacobum e vivis excessit. Nihilominus tamen magnus Jacobus in ea arca depositus est.

12. Symeon oriundus fuit ex vico Sisan, qui primus standi in columna exercitationem excogitavit. Vir autem fuit præstantissimus, ut testantur libri de ejus vita conscripti.

13. Mortuo Anatolio, Gennadius presbyter Ecclesiæ CP. in ejus locum substituitur: simul nominato quorumdam suffragiis Acacio, Orphanotrophii præposito. Porro Gennadius œconomium Ecclesiæ constituit Marcianum, qui ex Catharorum secta ad Ecclesiam catholicam transierat. Hic simul atque œconomus factus est, decrevit ut quæ

A πον προχειρίζωνται, ἑαυτὸν ὅῆλον πᾶσι ποιῶν.

θ'. Ὁ Αἴλουρος, ζῶντος τοῦ Προτερίου, ὑπὸ καθῃρημένων ἐπισκόπων χειροτονεῖται, καὶ εὐθὺς θορύβων καὶ ταραχῶν τὴν Ἐκκλησίαν ἐπλήρωσεν.

ι'. Ὁ Νισιβινὸς ἦν ὁ μέγας Ἰάκωβος (7). Ὅπως δὲ ἦν ἐνάρετος ἔδειξε τὸ περὶ τὰς πλυνούσας Ἑλληνίδας κόρας ἐν τῇ πηγῇ, αἵ τινες ἐπὶ τῷ ῥήματι Ἰακώβου ἐπολιώθησαν (e), καὶ ἡ πηγὴ ἐξηράνθη· ἦν, εὐξάμενος πάλιν, ἀπεκατέστησε· τὰς μέντοι κόρας πεπολιῶσθαι κατέλιπε. Δεῖ εἰδέναι ὅτι οὗτος Ἰάκωβος ὁ κατὰ τὸ θαῦμα τὸ περὶ τὴν πηγὴν (8) καὶ τὰς κόρας ποιήσας, οὐκ ἔστιν ὁ ἀντιγράψας πρὸς τὰ ἐγκύκλια. Οὗτος [a] ὁ Νισιβινὸς, ἐν τοῖς Κωνσταντίου ἦν χρόνοις. Πλὴν καὶ οὗτος ὁ δεύτερος Ἰάκωβος μέγας ἦν ἐπὶ θαύμασιν, ὥς φησιν ἐν τῇ Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ (9) ὁ Θεοδώριτος.

B

ια'. Λάρνακα ἡτοίμασε (10) Θεοδώριτος πρὸς ταφὴν τῷ μεγάλῳ Ἰακώβῳ. Συνέβη δὲ προτελευτῆσαι τὸν Θεοδώριτον. Πλὴν καὶ οὗτος ἐν αὐτῇ ἐτέθη ὁ μέγας Ἰάκωβος.

ιβ'. Συμεὼν, ἀπὸ κώμης ἦν Σισὰν, καὶ πρῶτος τῶν κιόνων ἐπιτήδευμα ἐπενόησεν μέγας γενόμενος, ὡς δηλοῦσι τὰ περὶ αὐτὸν συγγράμματα.

ιγ'. Ἀνατολίου τελευτήσαντος, Γεννάδιος προχειρίζεται, πρεσβύτερος τῆς Ἐκκλησίας, Ἀκακίου τοῦ Ὀρφανοτρόφου συμψήφου γενομένου (11). Προεβάλετο δὲ Γεννάδιος Μαρκιανὸν οἰκονόμον, τῆς τῶν Καθαρῶν ὄντα θρησκείας, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν μετελθόντα. Ὅς ἅμα τῷ γενέσθαι οἰκονόμος, τὰ προσφερόμενα ἐν ἑκάστῃ Ἐκκλησίᾳ, τοὺς τοῦ τόπου κλη-

C

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. add. γάρ.

VALESII ANNOTATIONES

(7) *Ὁ Νισιβινὸς ἦν μέγας Ἰάκωβος.* Non dubito quin scribendum sit, ὅτι Νισιβινὸς ἦν, etc. Sic enim incipere solent hujusmodi excerpta. Porro hunc Theodori locum descripsit Nicephorus in lib. xv, cap. 22. Sed graviter hallucinatur. Nam Jacobum monachum qui Leonis Augusti temporibus vixit et encyclicis ejus respondit, confudit cum Jacobo Nisibeno qui Constantii temporibus vixerat, et miraculum illud de puellis canitie respersis perpetraverat, teste Theodorito in Philotheo. Porro ambo isti Jacobi patria Nisibeni fuerunt, ut notavi ad librum secundum Evagrii.

(8) *Ὁ κατὰ τὸ θαῦμα περὶ τὴν πηγήν.* Scribendum videtur ὁ τοῦτο τὸ θαῦμα.

(9) *Ἐν τῇ Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ.* Locus Theodoriti quem indicat Theodorus noster, exstat in capite 21 Philothei.

(10) *Λάρνακα ἡτοίμασε.* Idem de se testatur Theodoritus in Historia Philotheo capite jam citato, pag. 866 editionis Jacobi Sirmundi, κατεσκεύασα δὲ κἀγὼ θήκην ἐν τῷ τῶν ἁποστόλων καλλινίκων σηκῷ. *etc.*

(11) *Συμψήφου γενομένου.* Hujus vocabuli significationem non intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Suffragatore ejus Acacio orphanorum nutritore.* Atqui σύμψηφος hoc loco non significat suffragatorem. Quid enim prodesse poterat Gennadio suffragium Acacii ? σύμψηφοι dicebantur a Græcis, quicunque populi clerique suffragiis simul nominati erant ad episcopatum gerendum. Plures enim initio proponi consueverant, donec conspirantibus omnium suffragiis unus electus fuisset. Hi σύμψηφοι et συμψηφίζεσθαι dicebantur. Sic Theophanes in Chronico pag. 116, ubi de electione Palladii episcopi Antiocheni loquitur, hæc addit, συνεψηφίσθη δὲ Παλλαδίῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Κωνσταντίνου καὶ Ἀναστάσιος ὁ Σιλεντιάριος, ὁ κακῶς βασιλεύσας. Quæ interpres, vir alioqui doctus et de litteris bene meritus, ita vertit : *Cum Palladio etiam electi sunt Joannes Constantini, et Anastasius Silentiarius,* etc. Sed vertendum erat, *Una cum Palladio quorumdam suffragiis nominati sunt Joannes Constantini filius,* etc. Idem fere significat vocabulum ὑποψήφιος, de quo vide quæ notavi ad Historiam Sozomeni. Porro hunc Theodori locum descripsit Nicephorus in cap. 16 lib. xv, ubi vocabulum illud σύμψηφος retinuit. Sed Joannes Langus illud non intellexit.

VARIORUM.

(e) *Ἐπολιώθησαν.* Puellis hanc pœnam ideo irrogavit Jacobus, quod, *cum ipse fontem præteriret, in quo pannos lavabant, habitum ejus nihil reveritæ, exuto pudore, et perfricta fronte, impudentibusque oculis divinum hominem conspiciebant, nec capita operientes, nec vestes quas succinxerant demittentes,* ut narrat Theodoritus in Philotheo.

ρικοὺς κομίζεσθαι διετύπωσεν, ἕως τούτου τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας πάντα κομιζομένης (12).

ιδ'. Λέων ἐνομοθέτησε (13) τὴν Κυριακὴν παρὰ πᾶσιν ἀργεῖσθαι (*f*), ἄπρακτόν τε εἶναι καὶ σεβασμίαν· καὶ τοὺς κληρικοὺς παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων μόνον ἀποκρίνεσθαι.

ιε'. Οὗτος οὐδένα ἐχειροτόνει, τὸ Ψαλτήριον μὴ γινώσκοντα. Ἐπὶ Γενναδίου, ἡ χεὶρ τοῦ ζωγράφου ἐξηράνθη, τοῦ ἐν τάξει Διὸς, τὸν Σωτῆρα γράψαι τολμήσαντος· ὃν δι' εὐχῆς ἰάσατο Γεννάδιος. Φησὶ δὲ ὁ ἱστορῶν (14), ὅτι τὸ ἄλλο σχῆμα τοῦ Σωτῆρος, τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον, ὑπάρχει τὸ ἀληθέστερον.

ις'. Ἐλευθερίῳ τῷ μάρτυρι δι' ἕνα κληρικὸν τοῦ ναοῦ αὐτοῦ, ἐδήλωσεν ὁ Γεννάδιος, ὅτι Ὁ στρατιώτης σου ἀτακτεῖ· ἢ διόρθωσον τοῦτον, ἢ ἔκκοψον. Ὁ δὲ εὐθὺς ἐτελεύτησεν ὡς κακότροπος [a].

ιζ'. Ἐπὶ Γενναδίου Στούδιος (*g*) ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου, καὶ μοναχοὺς ἐκ τῶν Ἀκοιμήτων ἐνεκατέστησεν. Γρατήσιμος δὲ ὁ πραιπόσιτος, τὸν τοῦ Ἁγίου Κυριακοῦ (15), ἐν ᾧ καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἔλαβεν, ἅμα ἐπλήρωσε τὰ πραιποσίτου.

ιη'. Δανιὴλ ὁ θαυμάσιος ἐκ τῆς Συμεῶνος μάνδρας ἐλθὼν, τῷ στύλῳ ἐπέβη τῷ ἐν τῷ Ἀνάπλῳ.

ιθ'. Ἄνθιμος καὶ Τιμοκλῆς, οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταὶ (*h*) κατὰ φατρίας διῃρέθησαν (16). Ἀλλ'

A in unaquaque Ecclesia offerebantur, clerici ejusdem Ecclesiæ acciperent: cum ad id tempus magna Ecclesia, universa accipere soleret.

14. Leo imp. lege lata constituit ut die Dominico cuncti feriarentur, isque dies ab omni opere vacuus esset ac venerabilis. Constituit etiam ut clerici apud solum præfectum prætorio convenirentur.

15. Hic Gennadius neminem ordinabat, qui Psalterium non sciret memoriter. Sub eodem Gennadio pictoris cujusdam manus exaruit, qui Christum Jovis specie depingere ausus fuerat. Sed Gennadius pictorem precibus suis mox sanavit. Scribit porro Theodorus noster melius esse et magis consentaneum veritati, Christum alia forma

B pingere, crispo scilicet et raro capillitio.

16. Eleutherio martyri ob quemdam ejus clericum Gennadius scripsit in hunc modum: Miles tuus disciplinam non servat. Tu igitur aut emenda illum, aut dele. Statimque mortuus est clericus, utpote qui malis moribus esset præditus.

17. Hujus Gennadii temporibus, **567** Studius ecclesiam Sancti Joannis exstruxit, et monachos ex Acœmitensibus in ea collocavit. Gratissimus vero præpositus sacri cubiculi, exstruxit Ecclesiam Sancti Cyriaci, in qua etiam monachi vestem assumpsit, simulque præpositi munus implere non destitit.

C 18. Daniel, vir plane admirandus, ex Symeonis monasterio profectus, columnam quæ est in Anaplo conscendit.

19. Anthimus et Timocles, troparіorum poetæ, in duas factiones divisi sunt. Et ii quidem qui

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὡς κακότροπος des. in C.

VALESII ANNOTATIONES

(12) *Τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας πάντα κομιζομένης.* Descripsit hunc locum Nicephorus in cap. 22 lib. xv. Sed verba paululum immutavit hoc modo, ἄχρις ἐκείνου πάντα τῆς καθόλου Ἐκκλησίας κομιζομένης. Ubi notandum est Nicephorum majorem Ecclesiam vocare τὴν καθόλου· non quod reliquæ Ecclesiæ huic subjectæ, non essent catholicæ: sed per excellentiam quamdam major Ecclesia patriarchalis dicebatur Catholica. Sic Epiphanius in hæresi Arianorum haud procul ab initio, Catholicam Ecclesiam vocat majorem Ecclesiam urbis Alex., quæ subjectas habebat plures minores Ecclesias.

(13) *Λέων ἐνομοθέτησε.* Hunc locum exscripsit Nicephorus in capite jam citato, lib. xv.

(14) *Φησὶ δὲ ἱστορῶν.* Hunc Theodori locum descripsit Theophanes in Chronico, p. 97, suppresso tamen ejus nomine.

(15) *Τὸν τοῦ ἁγίου Κυριακοῦ.* Scribendum est Κυριακοῦ, ut legitur apud Theophanem in Chronico p. 97, ubi hunc Theodori nostri locum describit.

(16) *Κατὰ φατρίας διῃρέθησαν.* Pessime Musculus vertit, *Contra fraternitatem divisi sunt.* Quasi legeretur κατὰ φατριάς. Φατρία Græce dicitur, *factio.* Unde Φατριάζειν *est dissidium excitare, et populum in factiones dividere.* Vetus auctor apud Suidam in verbo φατρία· Ἀναστάσιος, inquit, D ὁ Σιλεντιάριος ἐπὶ Εὐφημίου πατριάρχου Κωνσταντίνου πόλεως καθέδραν κατασκευάσας μετά τινων ἐφατρίαζεν. Porro Anthimus et Timocles eas factiones excitasse videntur in Ecclesia CP., licet Theodorus noster id aperte non dicat. Videntur autem fuisse presbyteri. Ait enim Theodorus eos qui Chalcedonensem synodum sectabantur, collectas egisse cum Anthimo. Anthimus ergo pres-

VARIORUM.

(*f*) *Τὴν Κυριακὴν παρὰ πᾶσιν ἀργεῖσθαι.* Hæc est 54 inter Constitutiones Leonis imp. qua vetitum est ne rustici die Dominico aliquid in agris operis facerent, sicut olim iis indultum fuit. Vid. Sozom. pag. 19, not. *a*.

(*g*) *Στούδιος.* De hoc Studio Michael Studita in vita Theodori Studitæ: *Venerat ab urbe Roma vir genere et opibus præstans, Studius nomine, (Euprepium lingua nostra vocare solet), qui et Patricii et consulis honorem fuerat adeptus. Hic cum in hac urbe* (CPoli) *domicilium collocasset, præclarum templum magno Præcursori posuit circa ann.* 462. Cyriacum quod attinet, eum Bollandus recenset inter triginta septem martyres Ægyptios qui passi sunt die 28 Januarii, anno incerto. Ecclesia ejus CPoli condita fuit extra portam Auream, ut habet Theophanes.

(*h*) *Οἱ τῶν Τροπαρίων ποιηταί.* Troparia sunt hymnorum ecclesiasticorum genus, de quibus vide cl. Caveum in Dissertatione de libris et officiis ecclesiasticis, ad calcem secundæ partis Historiæ litterariæ. W. Lowth.

Chalcedonensem synodum probabant, una cum Anthimo collectas agebant. Hic enim vigilias quoque celebrari fecit. Quotquot vero supradictæ synodo infensi erant, Timocli adhæserunt.

20. Martyrio Antiochensis Ecclesiæ episcopatum gerente, Zeno magister militum, qui Leonis imperatoris filiam Ariadnem uxorem duxerat, Antiochiam venit. Erat in ejus comitatu Petrus quidam, cognomento Fullo, presbyter ecclesiæ sancti Bassæ martyris, quæ est Chalcedone. Hic sedis Antiochenæ cupiditate captus, persuasit Zenoni ut conatus ipsius adjuvaret. Conductis igitur quibusdam ex Apollinaris secta, contra fidem et contra Martyrium episcopum plurimos tumultus excitavit, anathemati subjiciens eos qui non dicerent Deum crucifixum. Quam ob causam populum quoque inter se dissidere fecit. Addiderat enim Trisagio hæc verba: *Qui crucifixus es pro nobis.*

21. Martyrius cum ad imperatorem venisset, honorifice dimissus est, studio atque hortatu Gennadii. Reversus autem Antiochiam, cum Antiochenses turbis ac seditionibus delectari, et Zenonem iis favere animadverteret, episcopatui renuntiavit coram universa Ecclesia, his verbis usus: Clero contumaci, et populo immorigero, et Ecclesiæ contaminatæ renuntio, servata mihi sacerdotii dignitate.

22. Post abscessum Martyrii, Petrus in sedem episcopalem tyrannice invasit. Statimque **568** Joannem quemdam qui antea depositus fuerat, episcopo per hæreticos, sedem, ipsius occupasse, continuoque damnatum a Leone tunc principe ad Oasitanum exsilium esse directum. De quo lapsum Constantinopolim rediisse, ac dedisse fidem quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet. Sed, sicut superius dictum est, Basilisci temporibus, a Timotheo illo damnato qui Constantinopolim venerat, ad Antiochiam remissum fuisse, ut iterum illic episcopatum teneret. Quo facto idem Petrus Joannem quemdam presbyterum ordinat Apameæ episcopum. A quibus non receptus venit Antiochiam, et Petrum episcopatus sui pellit auctorem, et invadit ejus Ecclesiam. Quos iterum damnatos dicit Acacius, petens ab apostolica Sede ut, si forte ad eam confugerent, nec visu dignos haberet: et si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse. Eadem fere leguntur in Epistola synodica Felicis papæ ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam residentes, et apud Liberatum in Breviario, capite 18. Ex quibus apparet verissimum esse id quod dixi, Petrum scilicet Fullonem, non in prima invasione episcopatus Antiocheni, id est anno Christi 451, sed in secunda, quæ sub Basilisco tyranno contigit, Joannem Apamenis episcopum ordinasse. Quam ob causam damnatus est ab Acacio in synodo Constantinopolitana. Idque manifeste docet Acacius ipse in epistola quam ea de re scri-

ὅσοι μὲν ἔχαιρον τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ, παρὰ τῷ Ἀνθίμῳ συνήγοντο. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς παννυχίδας παρεσκεύασε γίνεσθαι. Ὅσοι δὲ ταύτης ἐχθροὶ, τῷ Τιμοκλεῖ προσέκειντο.

κ'. Μαρτυρίου τὴν Ἀντιοχείας ἐπισκοποῦντος Ἐκκλησίαν, κατέλαβε τὴν Ἀντιόχειαν Ζήνων ὁ στρατηλάτης, ὁ γαμβρὸς ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ τοῦ βασιλέως Λέοντος. Τούτῳ Πέτρος πρεσβύτερος τοῦ ἐν Καλχηδόνι ναοῦ Βάσσης (17) τῆς μάρτυρος, ὁ ἐπίκλην Κναφεὺς (i), ἠκολούθησεν ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῷ Ζήνωνι τοῦ βασιλέως γαμβρῷ. Ἐποφθαλμίσας δὲ τῷ θρόνῳ τῆς πόλεως, πείθει τὸν Ζήνωνα συνεργῆσαι αὐτῷ. Καὶ μισθωσάμενός τινας τῆς λώβης τοῦ Ἀπολλιναρίου, μυρίους θορύβους κατὰ τῆς πίστεως καὶ Μαρτυρίου τοῦ ἐπισκόπου εἰργάσατο, ἀναθέματι βάλλων τοὺς μὴ λέγοντας, ὅτι Θεὸς ἐσταυρώθη. Ἐν οἷς καὶ τὸν λαὸν εἰς διαίρεσιν ἤγαγε (18), καὶ ἐν τῷ Τρισαγίῳ Πέτρος, τὸ, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, προσέθηκεν.

κα'. Πρὸς βασιλέα ἐλθὼν Μαρτύριος, σὺν πολλῇ τιμῇ ἀπελύθη, σπουδῇ καὶ παραινέσει Γενναδίου. Ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ βλέπων Ἀντιοχεῖς ταραχαῖς καὶ στάσεσι χαίροντας, καὶ Ζήνωνα τούτοις συμπράττοντα, ἀπετάξατο τῇ ἐπισκοπῇ ἐπ' ἐκκλησίας εἰπὼν, Κλήρῳ ἀνυποτάκτῳ, καὶ λαῷ ἀπειθεῖ, καὶ Ἐκκλησίᾳ ἐῤῥυπωμένῃ ἀποτάττομαι, φυλάττων ἐμαυτῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα.

κβ'. Μαρτυρίου ἀναχωρήσαντος, τυραννικῶς ὁ Κναφεὺς τῷ θρόνῳ ἐπεπήδησε, καὶ χειροτονεῖ εὐθὺς ἐπίσκοπον Ἀπαμείας (j) Ἰωάννην (19) τινὰ ἀπὸ

VALESII ANNOTATIONES

byter fuit, qui plebem colligebat. Cæterum hic Theodori locus exstat etiam apud Nicephorum in lib. xv, capite citato. Sed corrupte apud eum editur, ὅσοι δὲ ἐχθρωδῶς ἐκείνῳ ἐφέροντο, pro ἐκείνῃ.

(17) *Πέτρος πρεσβύτερος τοῦ ἐν Χαλκηδόνι ναοῦ Βάσσης.* Totum hunc Theodori locum descripsit Theophanes in Chronico, pag. 97, et Nicephorus in libro xv, cap. 28

(18) *Ἐν οἷς καὶ τὸν λαὸν εἰς διαίρεσιν ἤγαγε.* Mallem scribere ἐφ' οἷς καὶ τὸν λαὸν, *etc.*

(19) *Χειροτονεῖ εὐθὺς ἐπίσκοπον Ἀπαμείας Ἰω.* Scribendum est procul dubio Ἰωάννην, ut legitur apud Theophanem in Chronico, pagina 98. Fallitur tamen Theodorus Lector, eumque secutus Theophanes, qui Joannem a Petro Fullone Apamensem episcopum factum esse scribunt principatu Leonis Augusti, paulo postquam Petrus Fullo pulso Martyrio Antiochenam sedem occupasset. Non enim eo tempore Joannes a Petro factus est episcopus, sed aliquando post, cum regnante Basilisco idem Petrus ab Æluro Antiochiam remissus fuisset. Id manifestissime docet auctor gestorum de nomine Acacii quæ a Jacobo Sirmundo sunt edita: *Illo enim tempore quo de Petro damnato retulerat, non longe post etiam de Petro et Joanne scripserat; Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse. Sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugisse. Ibi, pulso Martyrio catholico*

VARIORUM.

(i) *Πέτρος Κναφεύς.* Turbaverat is Ecclesiam ab anno Chr. 463, ut Pagius ostendit ex Theophane, ad ann. 471, n. 3. De eo plura ap. Evagr. lib. III, cap. 5, 8, 16, et Valesii dissert. 1.

(j) *Ἐπίσκοπον Ἀπαμείας.* Erat *Apamia* metropolis Syriæ Secundæ, sive Salutaris. Porro Joannis ordinationem refert Pagius ad ann. Chr. 478, postquam Petrus Fullo tres annos sederat.

καθαιρέσεως (20). Γνοὺς δὲ ταῦτα Γεννάδιος, διδάσκει πάντα τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ κελεύει τὸν Κναφέα πεμφθῆναι εἰς ἐξορίαν (21). Ὅπερ προμαθὼν, φυγῇ χρησάμενος τὴν ἐξορίαν διέφυγεν· ψήφῳ δὲ κοινῇ Ἰουλιανὸς (22) τῇ ἐπισκοπῇ χειρίζεται.

A pum Apamiæ ordinavit. Quæ cum didicisset Gennadius, cuncta imperatori significavit. Imperator vero Petrum in exsilium mitti jubet. Qui cum id præscisset, fuga elapsus exsilium devitavit: ejus autem loco Julianus communi omnium consensu ad episcopatum promotus est.

κγ'. Ἐμπρησμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ (23) μέγας ἐγένετο, τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς (*k*), ἀπὸ τοῦ Νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας ἕως (*l*) τοῦ Ἀποστόλου Θωμᾶ [8] τῶν Ἀμαντίου. Μαρκιανὸς δὲ ὁ οἰκονόμος ἀνελθὼν εἰς τοὺς κεράμους τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, κατέχων τὰ Εὐαγγέλια εὐχαῖς καὶ δάκρυσι τὸν οἶκον ἀπαθῆ διεφύλαξε.

23. His temporibus magnum exstitit incendium die secundo Septembris. Quod a Neorio exorsum, usque ad ecclesiam Sancti Thomæ apostoli, quæ Amantii dicitur, pervenit. Marcianus vero œconomus cum in tectum ecclesiæ Sanctæ Anastasiæ conscendisset, Evangeliorum codicem manu gestans, precibus et lacrymis ædem illæsam servavit.

κδ'. Λέων ὁ βασιλεὺς προεβάλετο Καίσαρα Λέοντα τὸν Μικρὸν, τὸν Υἱὸν Ἀριάδνης τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς, καὶ Ζήνωνος τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἡ κόνις κατῆλθε (24), μηνὶ Νοεμβρίῳ, πυραικτούντων νεφῶν φανέντων τῶν ἐν οὐρανῷ πρότερον· ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας λέγειν, οὐρανόθεν κατενεχθῆναι.

B 24. Leo imperator Leonem Juniorem, Ariadnes filiæ suæ et Zenonis generi filium, Cæsarem renuntiavit. Eodem anno cinis decidit, cum nubes in cœlo ardere prius visæ essent: adeo ut omnes qui id videbant, ignem e cœlo demissum esse dicerent.

κε'. Λέων ὁ βασιλεὺς στρατὸν ἐν Ἀφρικῇ κατὰ Σινδηρίχου (25) ἐξέπεμψε. Καὶ τοσοῦτος ἦν ὁ στρατὸς, ὡς τοὺς ναύτας τοὺς τὸν στρατὸν διασώζοντας, χιλιάδας εἶναι ζ'. Βασιλίσκος δὲ πιστευθεὶς τὴν ἡγεμονίαν τοῦ στρατοῦ, ὁ ἀδελφὸς Βηρίνης τῆς γαμετῆς τοῦ Λέοντος, οὔπω τοῦ Σιμβρίχου [9] ἡττᾶσθαι μέλλοντος, χρήματα λαβὼν, πάντα προέδωκε παραινέσει Ἔσπαρος [7].

25. Leo imperator exercitum in Africam contra Gisericum misit. Hic autem exercitus adeo numerosus fuit, ut nautarum qui illum transportabant, septem millia fuerint. Basiliscus vero frater Verinæ Augustæ, cui totius exercitus cura commissa erat, cum Gisericus jamjam vincendus esset, accepta pecunia rem prodidit, hortatu Asparis.

κς'. Γεννάδιος νυκτὸς κατελθὼν (26) εἰς τὸ θυσια-

26. Gennadius cum noctu orandi gratia ad altare

VARIÆ LECTIONES.

[8] C. Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου. [9] C. Σινδηρίχου. [7] C. Ἄσπαρος.

VALESII ANNOTATIONES.

psit ad Simplicium papam, cujus excerpta referuntur in gestis de nomine Acacii. [Epistola autem Simplicii papæ, qua huic Relationi Acacii respondit, exstat in Collectione Romana quam edidit Lucas Holstenius (locus ex Luca Holstenio hic citatus parum sanus videtur; sic tamen exstat in ms. Val.) pag. 194, in qua de Joanne leguntur hæc verba: « De Joanne quoque Constantinopolitano, qui ab hæreticis Apamenum sacerdotium, quod ei qui presbyter aliunde fuerat, vel a Catholicis sumere non licebat, se hæreticum publicavit, et quod in se perperam factum est, improperium retorsit in auctorem, expellens ab Antiochia Petrum pervasorem ipsius, eamdem Ecclesiam ipse pervasit: sub anathemate a Christianorum consortio vel ipsa appellatione removemus. » Ex quibus verbis discimus Joannem hunc primo quidem fuisse Constantinopolitanum presbyterum, deinde vero relicta Ecclesia CPolitana, Antiochiam profectum esse una cum Petro Fullone.]

C nomine Acacii, quæ paulo ante citavi. Ex quibus corrigendus est Liberatus in Breviario, capite 18.

(20) *Ἀπὸ καθαιρέσεως.* In Chronico Theophanis, pag. 98, scriptum est ἀπὸ καθαιρέσεως ὄντα, quod idem valet ac καθαιρεθέντα.

(21) *Πεμφθῆναι εἰς ἐξορίαν.* In Oasitanum exsilium missus esse dicitur Fullo in vestis de

(22) *Ψήφῳ δὲ κοινῇ Ἰουλιανός.* Idem legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 98. De hoc Juliano Martyrii successore loquitur etiam Victor Thunonensis in Chronico.

(23) *Ἐμπρησμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ.* Exstat hic locus apud Theophanem in Chronico, p. 97, et apud Nicephorum in libro xv, capite 22. Porro de ecclesia Sancti Thomæ quæ τῶν Ἀμαντίου dicebatur, mentio fit apud Codinum in *Originibus Constantinopolitanis*, pag. 52.

(24) *Ἡ κόνις κατῆλθε.* Eadem verba leguntur in Chronico Theophanis, pag. 103.

(25) *Κατὰ Σινδηρίχου.* Nemo est qui non videat scribendum esse Γιζερίχου. Paulo post, ubi legitur οὔπω τοῦ Σιμβρίχου ἡττᾶσθαι μέλλοντος scribendum puto μόνον οὔπω τοῦ Γιζερίχου ἡττᾶσθαι μέλλοντος,, etc.

D (26) *Γεννάδιος νυκτὸς κατελθών.* Melius εἰσελθὼν scribitur apud Suidam in verbo Γεννάδιος. Idem refertur a Nicephoro in lib. xv, cap. 23, et apud Theophanem in Chronico. Sed in Theophane perperam excusum est φάντασμα δαιμονίου pro φάσμα.

VARIORUM.

(*k*) *Τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός.* Incendium cœpit in vigilia secundam diem Septembris præcedente: circa tempus in quo accendi lucernæ solent, inquit Evagrius, lib. II, cap. 13. Vid. Pag. ad ann. 465, n. a. W. Lowth.

(*l*) *Ἕως τοῦ Ἀποστόλου Θωμᾶ.* Ædem Sancti Thomæ ad meridiem statuit Zonaras hoc incendium enarrans: Πρὸς δὲ νότον ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ μέχρι τοῦ ναοῦ τῶν μεγάλων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάχχου. *Ad austrum ab æde sancti apostoli Thomæ usque ad ædem magnorum martyrum Sergii et Bacchi*, quæ stetit juxta portum Juliani, Νεώριον dictum.

descendisset, dæmoniacum quoddam spectrum vidit. Quod cum objurgasset, **569** audivit illud exclamans in hæc verba : Se ipso quidem superstite quiescere : postea vero Ecclesiam penitus vastaturum. Quod metuens Gennadius, cum Deum ardentissime precatus esset, paulo post e vita discessit.

27. Leo Junior Zenonem patrem suum in Circo imperatorem renuntiavit, et paulo post discessit e vita, cum decem duntaxat menses imperasset.

28. Basiliscus frater Verinæ, quæ conjux fuerat Leonis Augusti, cum Heracleæ in Thracia moraretur, adversus Zenonem conspiravit, Verina maxime opitulante et quibusdam ex senatu. Quo comperto, Zeno Ariadnem et quascunque potuit opes secum assumens, in Isauriam fugit.

29. Basiliscus in Campo imperator est renuntiatus. Qui mox Marcum filium suum Cæsarem nuncupavit, et Zenonida conjugem suam Augustam. Statimque bellum adversus fidem movere cœpit, Zenonide maxime contra orthodoxos eum incitante.

30. Basiliscus proposito edicto Ælurum revocavit. Petrus autem Fullo ex monasterio Acœmitensium, in quo latebat, egressus est. Denique quicunque Chalcedonensi synodo adversabantur, sumpta fiducia adversus eam insurrexerunt. Porro Ælurus, cum seditiosam atque incompositam Alexandrinorum turbam collegisset, una cum illis ex ædibus Basilisci supplicans ad ecclesiam processit, ipse asino vectus. Cumque ad locum qui Octagonus dicitur, pervenisset, graviter prolapsus est. Et

στήριον εὔξασθαι, εἴδέ τι φάσμα δαιμόνιον· ᾧ ἐπιτιμήσας ἤκουσε κράζοντος· ὡς αὐτοῦ μὲν ζῶντος ἐνδίδωσιν· ὕστερον δὲ λυμανεῖσθαι πάντως τὴν Ἐκκλησίαν. Ὅπερ δείσας ὁ Γεννάδιος, πολλὰ τὸν Θεὸν ἱκετεύσας, μετὰ μικρὸν ἐτελεύτησεν.

κζ'. Λέων ὁ Μικρὸς τὸν ἴδιον πατέρα Ζήνωνα βασιλέα ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ἀνηγόρευσε (27), δέκα μόνους μῆνας αὐτὸς βασιλεύσας· καὶ εὐθὺς ἐτελεύτησεν.

κη'. Βασιλίσκος ὁ Βηρίνης γαμετῆς τοῦ μεγάλου Λέοντος ἀδελφὸς, διατρίβων ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θράκης, βουλεύεται κατὰ Ζήνωνος, Βηρίνης μάλιστα συνεργούσης, καί τινων τῶν ἀπ' αὐτοῦ (28). Ὅπερ γνοὺς ὁ Ζήνων, λαβὼν τὴν Ἀριάδνην καὶ ὅσα ἠδυνήθη χρήματα, εἰς Ἰσαυρίαν ἔφυγεν.

κθ'. Βασιλίσκος ἐν τῷ Κάμπῳ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς, καὶ ποιεῖ αὐτοῦ (29) Καίσαρα Μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν, καὶ Αὐγοῦσταν Ζηνωνίδα τὴν γαμετὴν ἑαυτοῦ. Καὶ εὐθέως τῆς κατὰ τῆς πίστεως καταστροφῆς ἀπήρξατο, Ζηνωνίδος μάλιστα παρορμώσης κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας βασιλίσκον.

λ'. Ἀνεκαλέσατο διὰ τύπου Βασιλίσκος τὸν Αἴλουρον· καὶ ὁ Κναφεὺς δὲ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων· ἐκεῖ γὰρ ἐκρύπτετο· καὶ πάντες ὅσοι ἦσαν ἐχθροὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, παῤῥησίαν ἔλαβον κατ' αὐτῆς κινούμενοι. Συναγαγὼν οὖν ὄχλον ἄτακτον Ἀλεξανδρέων (30) ὁ Αἴλουρος, σὺν αὐτοῖς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Βασιλίσκου λιτανεύων, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἦρχετο, αὐτοῦ ἐκείνου ἐπὶ ὄνου ὀχουμένου. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὴν λεγομένην (*m*) Ὀκτάγωνον (31), κατηνέχθη πτώματι μεγάλῳ· καὶ κλα-

VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Βασιλέα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ ἀνηγόρευσε.* Idem habet Theophanes in Chronico, p. 103. Καὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ἔστεψε Ζήνωνα τὸν ἴδιον πατέρα ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου. Emendandus est igitur Victor Thunonensis in Chronico, ubi scribit, Leone minore Aug. cos., *Zenon a Leone Augusto filio in Septimo contra consuetudinem coronatur.* Lego : *In Hippodromo contra consuetudinem coronatur.* Id enim ut novum atque insuetum notat Victor, quod cum superiores imperatores Constantinopolitani jam inde a Valentis Augusti temporibus, in Septimo coronari soliti essent, primus Zeno in Hippodromo coronatus sit, sive ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου, ut loquitur Theophanes. Eadem voce utitur auctor Chronici Alexandrini in Constantino, Januario et Justo coss., ubi agit de circo quem Constantinopoli condidit Constantinus : Ποιήσας ἐν αὐτῷ κάθισμα θεωρίου βασιλικοῦ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐν Ῥώμῃ ὄντος. Id est, *Tribunal in eo fecit, unde imperator ludos circenses spectaret, ad similitudinem ejus quod est Romæ.* Addit idem scriptor eumdem Constantinum juxta Circum sive Hippodromum ædificasse palatium, et in eo construxisse ascensum per cochleam ad κάθισμα seu tribunal Circi. Ejusdem loci iterum meminit paulo post, Gallicano et Symmacho coss. Post Zenonem reliqui deinceps imperatores in Circo coronati sunt. De Anastasio id diserte testatur Theophanes in Chronico, p. 117.

(28) *Καί τινων τῶν ἀπ' αὐτοῦ.* Apud Theophanem in Chronico, pag. 103, ubi hic Theodori locus describitur, excusum est καί τινων τῆς συγκλήτου. Quam scripturam in interpretatione mea secutus sum.

(29) *Αὐτοῦ.* Deest in ms.

(30) *Ὄχλον ἄτακτον Ἀλεξανδρέων.* Posset etiam legi ἀτάκτων, quemadmodum scribitur apud Nicephorum in libro XVI, cap. 7, et apud Theophanem in Chronico, pag. 104.

(31) *Ἐπὶ τὴν λεγομένην ὀκτάγωνον.* Sic etiam legitur apud Theophanem in Chronico, pagina jam citata, ubi hic Theodori locus describitur, suppresso tamen ejus nomine. Sed difficultas est quidnam fuerit ὀκτάγωνον, utrum porticus, ad aliud quidpiam. Certe ædificium quoddam, seu opus publicum Constantinopoli ita dictum fuisse testatur Cedrenus in Justiniano, anno 5 ejus imperii : Τότε δὲ ἐνεπρήσθη καὶ τὸ ὀκτάγωνον. [Ejusdem mentio fit a Codino in *Originibus CP.*, pag. 42.]

VARIORUM.

(*m*) *Ὀκτάγωνον.* Si fides adhibeatur Codino, pag. 42, fuit locus ille in quo bibliotheca CPolitana stetit, cui præfuit Œcumenicus, cum duodecim viris aliis litteratis ; sicque appellatus quod octo constaret porticibus concameratis. Quod sane haud procul a vero abest, cum hæc vox feminino genere ferme semper a scriptoribus efferatur, ita ut ad βασιλικὴν fortean referri debeat, fueritque basilica octagona. (Du Cangius, in *CP. Christiana*, lib. II, pag. 152.)

σθέντος τοῦ ποδὸς αὐτοῦ, μετ' εἰσήνης ὑπέστρεψεν (32).

λα'. Βασιλίσκος μετὰ τύπου ἐκβαλὼν τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, ἐναντιούμενος δὲ ἀπέλυσε τὸν Αἴλουρον ἐπὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὸν Κναφέα εἰς Ἀντιόχειαν.

λβ'. Τύπῳ γενικῷ Βασιλίσκος τὴν σύνοδον ἐκβληθῆναι προσέταξεν. Ἐπέκειτο δὲ τοῦτο καὶ Ἀκάκιον ποιῆσαι· ὅπερ οὐκ ἴσχυσε, πάσης ὁμοῦ τῆς πόλεως ἀνδράσιν ἅμα καὶ γυναιξὶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κατὰ Βασιλίσκου συναθροισθείσης. Ἀκάκιος δὲ καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν θρόνον, καὶ τὸ θυσιαστήριον, μελανοῖς ἐνδύμασιν ἠμφίεσε. Δανιὴλ δὲ ὁ μέγας ἀπέβη τοῦ στύλου διὰ ζῆλον ἔνθεον, καὶ τῷ λαῷ καὶ Ἀκακίῳ συνεκκλησίαζεν.

λγ'. Φοβηθεὶς ὁ Βασιλίσκος τοῦ λαοῦ τὴν θερμότητα, ἐξῆλθε τῆς πόλεως, παραγγείλας τοὺς τῆς συγκλήτου μὴ συντυχεῖν Ἀκακίῳ. Ἠπείλει γὰρ ὁ λαὸς ἐμπυρίζειν τὴν πόλιν. Λαβὼν δὲ Δανιὴλ τὸ μοναχικὸν καὶ πλῆθος ἐκ τοῦ λαοῦ, ἐξῆλθεν ὅπου ἦν Βασιλίσκος. Καὶ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας αὐτῷ διελέχθη ὁ μοναχὸς Ὀλύμπιος (33).

λδ'. Μαθὼν Βασιλίσκος τὴν ἀπὸ Ἰσαυρίας κίνησιν Ζήνωνος, λαβὼν Ζηνωνίδα τὴν γαμετὴν αὐτοῦ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπελογήσατο τῷ Ἀκακίῳ καὶ κλήρῳ, καὶ μοναχοῖς, καὶ τὰ δίκαια τῷ θρόνῳ ἀπέδωκε (34), δι' ἑτέρου ἰδίκτου καταλύσας τὰ πρότερα.

λε'. Ζήνων κατὰ βραχὺ τὴν βασιλίδα κατέλαβεν. Ὅπερ προγνοὺς Βασιλίσκος, ἐλθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸν βασιλικὸν ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἀπέθετο στέφανον, καὶ ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ σὺν τῇ γαμετῇ Ζηνωνίδι προσέφυγεν. Ζήνων δὲ πρῶτον καταλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, εἰς τὰ βασίλεια εἰσῆλθεν.

λς'. Βασιλίσκος καὶ Ζηνωνὶς ἐν Βουσάμοις (35) ἐπέμφθησαν. Κἀκεῖ πολλὰ κακωθέντες, ἀπέθανον.

λζ'. Μαρκιανὸς ὁ σύγγαμβρος Ζήνωνος, ἀντῆρεν αὐτῷ, πρόφασιν λαβὼν, τὴν Λεοντίαν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν βασιλεύοντι τεχθῆναι τῷ Λέοντι· Ἀριάδνην δὲ τὴν Ζήνωνος ἔτι ἰδιοτεύοντι. Πολέμου κραταιοῦ μεταξὺ Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ γενομένου, κατακράτος Μαρκιανὸς περιγέγονεν. Καὶ πάντας συνελάσας τοὺς ὑπὲρ (36) Ζήνωνος ἐφρούρει εἰς τὰ

A fracto pede, cum ingenti ignominia recessit.

31. Basiliscus Chalcedonensem synodum damnans, eique aperte repugnans, cum imperiali diplomate Timotheum Alexandriam dimisit, et Petrum Fullonem Antiochiam.

570 32. Basiliscus generali sanctione Chalcedonensem synodum rejici jussit. Operam autem dabat ut idem quoque faceret Acacius. Verum id perficere nullo modo potuit, cum universa civitas una cum mulieribus et parvulis in ecclesiam conveniens Basilisco obstitisset. Quin etiam Acacius semetipsum et cathedram atque altare nigris vestibus obtexit. Magnus autem Daniel zelo fidei succensus, e columna descendit, et una cum plebe atque Acacio conventus ecclesiasticos frequentavit.

B

33. Basiliscus furorem populi metuens, ex urbe regia discessit, cum interdixisset senatoribus ne cum Acacio colloquerentur. Minabatur enim populus se urbem incensurum. Daniel vero, monachis et quibusdam ex populo secum assumptis, perrexit ad locum in quo erat Basiliscus. Et Olympius monachus magna cum libertate Basiliscum allocutus est.

34. Basiliscus cum Zenonem ex Isauria expeditionem contra ipsum movisse didicisset, assumpta uxore sua Zenonide in ecclesiam profectus, excusavit se Acacio et clero ac monachis. Sedi quoque Constantinopolitanæ jura sua restituit, alio edicto abrogans ea quæ prius constituerat.

C

35. Zeno brevi admodum tempore urbem regiam occupavit. Quo cognito Basiliscus ad ecclesiam profectus, imperialem coronam in sacra mensa deposuit, et ad baptisterium confugit cum uxore sua Zenonide. At Zeno ante omnia ecclesiam ingressus, Deo gratias egit. Deinde vero in palatium perrexit.

36. Basiliscus et Zenonis missi sunt Busama. Ibique gravibus ærumnis afflicti interierunt.

37. Marcianus Zenonis congener, adversus illum conspiravit, prætextum hunc arripiens, quod Leontia quidem ipsius uxor Leoni imperium adepto, Ariadne vero Zenonis uxor Leoni adhuc privato nata esset. Acri igitur prælio inter Zenonem ac Marcianum conserto, Marcianus longe superior evasit. Et cunctos qui a partibus Zenonis stabant

D

VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Μετ' εἰρήνης ὑπέστρεψεν.* Procul dubio scribendum est, μετ' αἰσχύνης, ut legitur apud Theophanem, et apud Nicephorum in locis jam citatis.

(33) *Διελέχθη ὁ μοναχὸς Ὀλύμπιος.* In Chronico Theophanis, pag. 105, ubi hic Theodori locus describitur, desunt hæc verba, ὁ μοναχὸς Ὀλύμπιος.

(34) *Καὶ τὰ δίκαια τῷ θρόνῳ ἀπέδωκε.* Intelligit jus patriarchicum, sive jus ordinationis metropolitanorum ac reliquorum episcoporum, quod Basiliscus datis antecyclicis litteris, restituit Ecclesiæ Constantinop., ut docet Evagrius noster in lib. III, cap. 7, ad quem locum vide, si placet, quæ notavi.

(35) *Ἐν Βουσάμοις.* De loco in quo Basiliscus tyrannus interiit, dissentiunt antiqui scriptores. Marcellinus quidem in Chronico, et ex illo Jordanes in libro *De successione regnorum*, Basiliscum in oppido Cappadociæ Limnis periisse tradunt, quibus consentit auctor Chronici Alexandrini; sed Victor Thunonensis in Chronico Basiliscum Sasimis Cappadociæ mortuum esse scribit cum uxore ac liberis. Quod quidem propius accedit ad scripturam Theodori nostri. Theophanes vero in Chronico, pag. 107, Basiliscum una cum uxore et liberis Cucusum Cappadociæ deportatum fuisse scribit.

(36) Ὑπέρ. Περὶ ms.

in fugam versos, intra palatium obsedit, Romulo ac Procopio ejus fratribus ipsum adjuvantibus. Postridie vero capti sunt, cum in balneo Zeuxippi lavarent. Et Marcianum quidem Zeno ab Acacio presbyterum ordinari jussit, et in Papyrii castellum abduci. Quo etiam Verina non multo post abducta est. Romulus vero et Procopius fuga elapsi, in Occidentis partes se receperunt.

βασίλεια, ἔχων συνεργοῦντας Ῥωμύλον καὶ Προκόπιον (37) τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Ἐν ὑστέρῳ δὲ λουόμενοι, ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἐχειρώθησαν. Καὶ τὸν μὲν Μαρκιανὸν χειροτονηθῆναι ὑπὸ Ἀκακίου πρεσβύτερον παρεσκεύασαν, καὶ εἰς τὸ Παπυρίου καστέλλιον ἐξέπεμψαν[a]. Ἐν ᾧ καὶ Βηρίναν μετ' ὀλίγον ἐξέπεμψαν. Ῥωμῦλος δὲ καὶ Προκόπιος διαφυγόντες, ἐπὶ τὴν δύσιν ἐσώθησαν.

ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

EX LIBRO SECUNDO.

571 1. Zeno cum Hillum metueret, episcopos dein-ceps vexare desiit. Calendio vero cum id ab imp. Zenone postulasset, Eustathii reliquias a Philippis urbe Macedoniæ, in qua mortuus erat Eustathius, Antiochiam deportavit. Eas Antiocheni maximo cum honore exceperunt, omnisque prope modum ætas extra urbem effusa, ad octavum decimum miliarium obviam eis processit. Hi vero qui Eustathii causa ad id usque temporis separatim collectas egerant, Ecclesiæ adunati sunt, post annos centum ab obitu Eustathii.

α'. Ζήνων φόβῳ τῷ πρὸς Ἴλλοῦν τῆς κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐνέδωκεν ἐνστάσεως. Καλανδίων δὲ αἰτήσας τὸν Ζήνωνα, τὸ λείψανον Εὐσταθίου εἰς Ἀντιόχειαν ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, ἔνθα καὶ ἐξώριστο καὶ ἀπέθανεν (*n*)· ὅπερ σὺν πλείστῃ τιμῇ οἱ πολῖται ἐδέξαντο ἀπὸ δεκαοκτὼ μιλίων (38) ἐξελθούσης τῆς πόλεως πάσης, ὡς εἰπεῖν, ἡλικίας. Οἱ δὲ δι' αὐτὸν μέχρι τότε ἀποσχιζόμενοι, τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡνώθησαν μετὰ ἑκατὸν ἔτη (*o*) τοῦ θανάτου Εὐσταθίου.

2. Barnabæ apostoli reliquiæ in Cypro sub arbore siliqua repertæ sunt : super cujus pectore erat Evangelium Matthæi, ipsius Barnabæ manu descriptum. Qua de causa Cyprii obtinuerunt ut metropolis ipsorum libera esset ac sui juris, nec Antiochenæ sedi amplius subjaceret. Id Evangelium Zeno deposuit in palatio, in æde Sancti Stephani.

β'. Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον κερατέαν, ἔχων ἐπὶ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον (39), ἰδιόγραφον τοῦ Βαρνάβα. Ἐξ ἧς προφάσεως (*p*) καὶ περιγεγόνασι Κύπριοι, τῷ αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν κατὰ αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν. Τὸ δὲ τοιοῦτον Εὐαγγέλιον, Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, ἐν τῷ ἄλλῳ Στεφάνῳ (40).

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. ἀπέστειλαν.

VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Ῥωμύλον καὶ Προκόπιον.* Idem legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 109. De motu Marciani et Procopii loquitur etiam Candidus Isaurus in lib. II *Hist.* et Malchus in Excerptis legationum, pag. 68 editionis Augustanæ, ubi Προκόπιον καὶ Βουσάλδον vocat quos Theodorus ac Theophanes Procopium et Romulum appellant. Contigit porro hic motus indictione quarta, Placido solo cos.

(38) *Ἀπὸ δεκαοκτὼ μιλίων.* Theophanes in Chronico, pag. 114, scriptum habet ἀπὸ δώδεκα μιλίων. Sed vulgatam Theodori nostri lectionem retinuit Nicephorus in lib. XVI, cap. 10. De hac translatione reliquiarum Eustathii, Victor Thunonensis ita scribit : *Post consulatum tertium Longini viri clarissimi, Calendio Antiochenus episcopus, reliquias prædecessoris sui Eustathii episcopi et confessoris, ex Philippis Macedoniæ colligit, et Antiochiam summo cum honore perducit.*

(39) *Τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον.* Hic Theodori locus exstat apud Suidam, aliquot vocibus auctior, in voce θύϊνα.

(40) *Ἐν τῷ ἄλλῳ Στεφάνῳ.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui ad oram sui codicis emendarunt ἐν τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ. Certe ecclesia Sancti

VARIORUM.

(*n*) *Ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων, ἔνθα καὶ ἐξώριστο καὶ ἀπέθανεν.* Eustathius *pulsus est in exsilium Trajanopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus est*, inquit Hieronymus, *De scriptoribus ecclesiasticis.* Post Hieronymi tempora, ut videtur, Eustathii corpus Trajanopoli Philippos delatum est, ubi cum per sæculum circiter quievisset, denuo Antiochiam translatum est, anno 484, juxta calculos Pagii ad ann. 482, n. 13. W. Lowth.

(*o*) *Μετὰ ἑκατὸν ἔτη.* Vide Valesium ad Socratem, lib. IV, cap. 14, ubi etiam habentur verba Victoris Thunonensis, quæ narrationem Theodori de translatione corporis Eustathii confirmant. W. Lowth.

(*p*) *Ἐξ ἧς προφάσεως.* Fallitur hac in re Theodorus : diu enim ante repertas sancti Barnabæ reliquias, Ecclesiæ Cypri libertatem suam asseruerunt, in concilio Ephesino, actione septima : nec ibi quidquam de sancto Barnaba in causæ suæ patrocinium afferunt. W. Lowth.

γ'. Ἵλλοῦς τελείως ἐξέφανεν τὴν πρὸς Ζήνωνα τυραννίδα. Καὶ ἐλθὼν ἐν Ταρσῷ, ἤγαγεν ἐκ τοῦ καστελλίου Παπυρίου τὴν βασιλίδα Βηρίναν, ἐκεῖ φρουρουμένην διὰ τὰ κατὰ Βασιλίσκον. Καὶ παρασκευάζει αὐτὴν, στέψαι βασιλέα Λεόντιον τὸν ὕπατον (q). Καὶ τούτου γενομένου, Βηρίναν μὲν πάλιν εἰς τὸ καστέλλιον ἔπεμψαν· αὐτοὶ δὲ εἰς Ἀντιόχειαν ἐπελθόντες, πάλιν βασιλικῶς ἔπραττον (41).

3. Hillus aperte adversus Zenonem tyrannidem arripuit. Cumque Tarsum venisset, Verinam Augustam eduxit ex castello Papyrio, in quo ob tyrannidem Basilisci custodiebatur. Persuasitque illi ut consulem Leontium imperatorem coronaret. Quo facto, Verinam quidem ad supradictum castellum remiserunt. Ipsi vero Antiochiam ingressi, pro imperatoribus se gesserunt.

δ'. Μετὰ πολλοὺς πολέμους, ἐπὶ τέσσαρα ἔτη φρουρούμενος ὁ Ἵλλοῦς καὶ Λεόντιος ἐχειρώθησαν προδοσίᾳ τῆς γαμετῆς Προμόνδου (42), ἐπὶ τοῦτο πεμφθέντος ἐκ τῆς βασιλίδος ὑπὸ Ζήνωνος· καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

4. Post multa prælia Hillus ac Leontius per quatuor continuos annos intra castellum Papyrium clausi, tandem proditione fratris uxoris Trocundi, quem Zeno ex urbe regia ad id submiserat, capti sunt, et capite truncati.

ε'. Ἐν Ἐδέσσῃ (43) τῇ πόλει διδασκαλεῖον Χριστιανικὸν ἦν Περσικῆς, ὥς φασι, διατριβῆς. Ἐξ οὗ τοὺς Πέρσας οἶμαι τὰ Νεστορίου φρονεῖν, τινῶν τοῖς τοῦ Νεστορίου χαιρόντων καὶ Θεοδώρου, προκαθημένων τοῦ τόπου (44), καὶ τὰ φίλα δόγματα τοῖς Πέρσαις παραδιδόντων.

572 5. In urbe Edessa erat schola Christiana Persicæ gentis, ut aiunt. Ex quo factum est, nisi me conjectura fallit, ut Persæ Nestorianam hæresim sequerentur, cum quidam qui Nestorii ac Theodori dogmata amplectebantur, ei scholæ præfuissent, et doctrinam quæ ipsis placebat, Persis tradidissent.

ς'. Ζήνων ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν. Ἀναγορεύεται δὲ εἰς βασιλέα ὑπὸ Ἀριάδνης τῆς Αὐγούστης ὁ Σιλεντιάριος [9], ἐκ τοῦ Δυρράχιου ὁρμώμενος. Περὶ οὗ ἀντέστη Εὐφήμιος ὁ ἐπίσκοπος αἱρετικὸν καλῶν, καὶ τῶν Χριστιανῶν ἀνάξιον (45). Ἀριάδνη δὲ, καὶ τῶν τῆς συγκλήτου συρόντων ἠνάγκαζον τὸν Εὐφήμιον. Ὁ δὲ οὐκ ἄλλως τοῦτο ποιῆσαι ἠνέσχετο, εἰ μὴ ὁμολογίαν ἔγγραφον παρ' αὐτοῦ ἐκομίσατο, ὡς εἰς ὅρον τῆς πίστεως δέχηται τὰ ἐν Καλχηδόνι δογματισθέντα. Ὅ καὶ πεποίηκεν.

6. Zeno imperator moritur. Cujus loco imperator ab Ariadne Augusta renuntiatus est Anastasius Silentiarius, oriundus Dyrrachio. Verum Euphemius episcopus electioni ejus obstitit, hæreticum illum vocans, et indignum qui Christianis imperaret. Ariadne tamen et senatores vim inferentes, Euphemium assentiri coegerunt. Ille non alia conditione id se facturum promisit, quam si confessionem scripto comprehensam ab eo suscepisset, quo profiteretur se pro definitione fidei amplecti ea quæ in Chalcedonensi synodo decreta fuerant. Quod quidem Anastasius præstitit.

ζ'. Μανιχαῖοι καὶ Ἀρειανοὶ ἔχαιρον Ἀναστασίῳ· Μανιχαῖοι μὲν, ὡς τῆς μητρὸς αὐτοῦ ζήλῳ [10] οὖ-

7. Manichæi, et Ariani ob Anastasii promotionem sibi gratulabantur. Manichæi quidem, eo quod ma-

VARIÆ LECTIONES.

[9] C. Ἀναστάσιος ὁ Σιλεντιάριος. [10] C. ζηλωτρίας.

VALESII ANNOTATIONES

Stephani erat in palatio, ut docet Codinus in *Originibus Constantinopolitanis*. Alexander monachus in Encomio sancti Barnabæ apud Surium in tomo III, de hac re ita scribit : *Evangelium illud imperator in manu sua sumpsit, et deosculatus est : auroque multo exornatum in palatio suo reposuit, ubi ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur.*

(41) *Πάλιν βασιλικῶς ἔπραττον.* Delenda est vox πάλιν, utpote superflua.

(42) *Προδοσίᾳ τῆς γαμετῆς Προμόνδου.* Hunc locum supplevi ex Theophanis Chronico, pag. 114, ubi ita scribitur, προδοσίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς γαμετῆς Προκούνδου, δόλῳ πεμφθέντος ὑπὸ Ζήνωνος. Verum in Theophane, perinde ac in Theodoro nostro corrigendum est Τροκούνδου. Fuit hic Trocundus frater Hilli magistri officiorum : qui consulatum gessit anno Christi 482, una cum Severino. Sic enim in Chronico Marcellini hic annus notatur, indictione v, Trocundo et Severino coss. Nec aliter in Chronico Alexandrino. Ex quo emendandum est Chronicon Victoris Thunonensis, in quo scriptum est, *Tricundio V. C. cos.*

(43) *Ἐν Ἐδέσσῃ.* Hujus Edessenæ scholæ nullam alibi mentionem reperio. Cassiodorus quidem in Præfatione *Divinarum Institutionum* scribit, sua adhuc ætate Nisibi scholam fuisse ecclesiasticorum dogmatum. Sed Cassiodorum memoriæ vitio lapsum esse existimo, et Nisibim urbem pro Edessa posuisse. Nisibis enim Cassiodori ætate sub ditione Persarum erat, jam inde a temporibus Joviani Augusti qui Persis eam tradiderat. De hac Edessena schola iterum loquitur Theodorus infra, ubi eam a Zenone sublatam esse dicit.

(44) *Προκαθημένων τοῦ τόπου.* Ante hæc verba subdistinctionem apposui, prorsus necessariam. Quod cum Musculus non animadvertisset, pessime hunc locum interpretatus est. Porro hæc verba duobus modis intelligi possunt : aut de iis qui huic Edessenæ scholæ præerant : aut de ipsis episcopis qui Edessenam Ecclesiam administrabant. Vocabulum enim τόπος utrumque significare non incommode potest. Certe Ibas Edessenus episcopus Nestorianam hæresim fovisse a plerisque existimatus est, ut constat ex actis Chalcedonensis concilii.

(45) *Καὶ τῶν Χριστιανῶν ἀνάξιον.* Rectius apud Theophanem in Chronico, pag. 117, adduntur hæc verba, τῆς βασιλείας.

VARIORUM.

(q) *Λεόντιον τὸν ὕπατον.* Leontium patricium vertit Pagius, ad annum 508, n. 4. W. Lowth.

ter illius sectæ ipsorum cultrix esset studiosissima. Ariani vero, propterea quod Clearchum avunculum Anastasii idem cum ipsis sentientem haberent.

8. Anastasius cum violentia chartam professionis suæ ab Euphemio repetiit.

9. Cum Isauri multa insolenter atque atrociter Constantinopoli perpetrassent, Anastasius cunctos ex urbe ejecit. Illi vero egressi, in apertam tyrannidem eruperunt, et usque ad Cotyaium Phrygiæ excursiones fecere. Contra quos imperator exercitum misit, ducibus Joanne Scytha et Joanne Gibbo. Porro cum id bellum quinque continuos annos durasset, Anastasius belli pertæsus, arcanum suum aperuit Euphemio Constantinopoleos episcopo, se nimirum pacem optare. Jussitque ut episcopos qui in urbe regia morabantur colligeret, et pro Isauris apud Imperatorem supplicaret. Euphemius vero verba Anastasii retulit Joanni Patricio, qui socer erat Athenodori, unius ex principibus Isaurorum. Ille confestim accurrens, cuncta imperatori nuntiavit. Ea res Anastasium Euphemio infensum reddidit.

573 10. Anastasius deinceps magis imperatorie contra Isauros motus, eos penitus debellavit. Missoque ad Euphemium Eusebio officiorum magistro, hæc Euphemio significavit. Preces tuæ, o magne vir, amicos tuos fuligine impleverunt.

11. Ii qui insidiabantur Euphemio, persuaserunt cuidam, ut e regione metatorii districto gladio caput Euphemii feriret. Verum Paulus defensor Ecclesiæ, cum esset procero corpore, vulnus pro Eu-

σης (46) αὐτῶν· Ἀρειανοὶ δὲ, ὡς Κλέαρχον τὸν θεῖον πρὸς μητρὸς Ἀναστασίου ὁμόδοξον ἔχοντες.

η'. Τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ βεβαίως (47) τὸν Εὐφήμιον ἀπήτησεν Ἀναστάσιος βασιλεύσας.

θ'. Πολλὰ τῶν Ἰσαύρων ἄτοπα καὶ ἀπάνθρωπα πραξάντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἅπαντας τῆς πόλεως [11] ἐξέβαλεν. Οἱ δὲ ἐξελθόντες, πρὸς τυραννίδα ὥρμησαν, καὶ ἕως τοῦ Κοτυαείου ἐξέδραμον (48). Καθ' ὧν ὁ βασιλεὺς στρατὸν ἐξέπεμψεν, καὶ Ἰωάννην τὸν Σκύθην, καὶ Ἰωάννην τὸν Κυρτόν. Τοῦ δὲ πολέμου ἐπὶ πέντε ἔτη κρατήσαντος (r), Ἀναστάσιος ἀποκαμὼν ἐθάρρησεν Εὐφημίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς εἰρήνης ἐφίεται, καὶ ἵνα συναγάγῃ τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους, καὶ δόξῃ ὑπὲρ τῶν Ἰσαύρων καλεῖν (49). Εὐφήμιος δὲ ἐξήγαγε τὸ λεχθὲν πρὸς Ἰωάννην Πατρίκιον, πενθερὸν Ἀθηνοδώρου ἑνὸς τῶν ἐξαρχόντων τῶν Ἰσαύρων. Ὁ δὲ δραμὼν, πάντα ἀναγγέλλει τῷ βασιλεῖ. Ὅπερ εἰς ἔχθραν τὸν βασιλέα κατὰ Εὐφημίου ἐξώπλισεν.

ι'. Ἀναστάσιος λοιπὸν βασιλικώτερον κινηθεὶς κατὰ τῶν Ἰσαύρων, τούτους κατακράτος ἐνίκησεν. Καὶ πέμψας πρὸς Εὐφήμιον Εὐσέβιον τὸν μάγιστρον, δηλοῖ πρὸς αὐτόν (50)· Αἱ εὐχαί σου... (51).

ια'. Οἱ ἐπίβουλοι Εὐφημίου τινὶ ὑποθέμενοι, παρεσκεύασαν ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου (52) ξίφος κατ' αὐτοῦ γυμνῶσαι, καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς Εὐφημίου ὁρμῆσαι. Ἀλλὰ Παῦλος ὁ ἔκδικος (s) τῆς Ἐκ-

VARIÆ LECTIONES.

[11] C. τῆς πόλεως τῆς βασιλίδος.

VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Ζήλῳ οὔσης.* Scribendum est ζηλωτρίας οὔσης, ut legitur apud Theophanem in Chronico, pagina 117, ubi hic Theodori locus describitur, dissimulato tamen ejus nomine.

(47) *Τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ βεβαίως.* Malim omnino scribere βιαίως, quemadmodum legitur in Chronico Theophanis, pag. 120.

(48) *Καὶ ἕως Κοτυαείου ἐξέδραμον.* Hæc uberius exposita leguntur apud Theophanem in Chronico, pag. 118. De hac clade Isaurorum ad Cotyæum Phrygiæ loquitur Marcellinus in Chronico, indictione 15, Anastasio Aug. et Rufo coss.

(49) *Ὑπὲρ τῶν Ἰσαύρων καλεῖν.* Scribendum est procul dubio παρακαλεῖν, quemadmodum legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 119. Paulo post, ubi legebatur πρὸς Ἰωάννην τὸν πρίκιον, emendavi τὸν πατρίκιον, ut legitur apud Theophanem. Error natus est ex scripturæ compendio.

(50) *Αἱ εὐχαί σου.* Post hæc verba asteriscus in editione Roberti Stephani appositus, locum hunc mutilum esse indicat. Verum ex Theophanis Chronico, pag. 120, locus supplendus est hoc modo : Αἱ εὐχαί σου, ὦ μέγα, τοὺς φίλους σου ἠσθόλωσαν. Id est, *Orationes tuæ, o magne vir, amicos tuos fuligine impleverunt.* Apud Cedrenum tamen in Chronico, ad annum 5 Anastasii. aliter scriptum invenit, hoc scilicet modo : Αἱ εὐχαί σου αἱ μεγάλαι τοὺς φίλους σου ἠσθόλωσαν. Sed Theophanis scriptura rectior mihi videtur. Porro Anastasius his verbis exprobrabat Euphremio patriarchæ, amicitiam et societatem cum gente Isaurorum : quibus nihil profuisse aiebat orationes Euphemii.

(51) In ms. notatur ad marginem λείπει.

(52) *Ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου.* Theophanes in Chronico, pag. 119, scriptum habet, πρὸ τοῦ μαρτυρίου; atque ita legit Anastasius Bibliothecarius, qui Theophanem Latine interpretatus est. Sed verior est scriptura Theodori nostri, ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου. Metatorium locus erat in ecclesia, in quem descendebat patriarcha post peractum officium, et ex quo procedebat ad altare, quemadmodum scribitur in Euchologio Græcorum : ubi idem esse dicitur cum diaconico, sive secretario. De metatorio locus est illustris in Vita imperatoris Leonis philosophi, qui ob quartas nuptias excommunicatus erat a patriarcha : Ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. Quæ verba leguntur etiam apud Cedrenum, pag. 495 editionis Augustanæ. Ex quo colligitur, metatorium separatum fuisse ab ecclesia, seu potius ab altari. Ejusdem loci mentio fit a Codino in *Originibus Constantinopolitanis.*

VARIORUM.

(r) *Τοῦ δὲ πολέμου ἐπὶ πέντε ἔτη κρατήσαντος.* Male vertit Valesius : Quinque annos continuos durasset : anno enim quinto finem accepit, inquit Pagius ad ann. 498, n. 6. W. Lowth.

(s) *Ὁ ἔκδικος.* Patronus erat ecclesiasticus, qui Ecclesiæ jura et privilegia sarta tecta conser-

κλησίας, μακρὸς ὤν, τὴν πληγὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀντὶ Εὐφημίου λαβὼν ἐκινδύνευσεν. Τὸν μέντοι τὸ ξίφος γυμνώσαντα, ἐκκλησιαστικός τις ἀνὴρ ἁρπάσας τὴν λεγομένην σέραν (53), ἀνεῖλεν.

ιβ'. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς τὰς ἐπιβουλὰς τῶν Ἰσαύρων ἐπιγράψας τῷ Εὐφημίῳ, καὶ ὡς γράμματα πεπομφότος τοῖς τυράννοις, συνήγαγεν τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους. Οἵ τινες βασιλεῖ χαριζόμενοι, ἀκοινωνίᾳ καὶ καθαιρέσει τὸν ἄνδρα ἠμείψαντο. Προχειρίζεται δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς ἐπίσκοπον Μακεδόνιόν τινα, τῆς Ἐκκλησίας πρεσβύτερον καὶ σκευοφύλακα. Ὁ μέντοι λαὸς δι' Εὐφήμιον ἐστασίαζον. Ἐν οἷς εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἔδραμον (54) λιτανεύοντες. Ἀλλ' οὐδὲν ὤνησαν. Τοῦ γὰρ βασιλέως ἐνίκα ἡ ἔνστασις.

A phemio excipiens, mortis periculum subiit. Porro eum qui gladium distrinxerat, vir quidam ecclesiasticus arrepta sera interfecit.

12. Anastasius imperator insidias Isaurorum Euphemio ascribens, et quod litteras ad tyrannos Isaurorum scripsisset : congregavit episcopos qui tum Constantinopoli morabantur. Illi cum imperatori gratificari studerent, excommunicationis ac depositionis sententiam in Euphemium tulerunt. Imperator vero Macedonium quemdam CP. Ecclesiæ presbyterum et vasorum custodem, ad episcopatum promovit. Et populus quidem Euphemii gratia seditionem excitavit. Postea etiam supplicando cucurrit ad circum. Verum nihil hoc eis profuit. Vicit

B enim imperatoris pertinacia.

ιγ'. Μακεδόνιος πεισθεὶς τῷ βασιλεῖ, τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος καθυπέγραψεν.

13. Macedonius imperatoris suasu, subscripsit Zenonis Henotico, id est unitivo edicto.

ιδ'. Οὗτος ὁ Μακεδόνιος ἀσκητικὸς ἦν καὶ ἱερὸς, ὡς ὑπὸ Γενναδίου τραφεὶς, οὗ καὶ ἀδελφιδοῦς (55), ὡς λόγος, ὑπῆρχεν.

14. Porro hic Macedonius erat summæ districtionis atque abstinentiæ et sanctitatis, utpote educatus sub Gennadio, cujus etiam nepos ex sorore fuisse dicitur.

ιε'. Εὐφήμιον εἰς Εὐχαΐτα (*t*) βασιλεὺς περιορισθῆναι προσέταξεν. Ὁ δὲ λόγον ᾔτησε διὰ Μακεδονίου λαβεῖν, ὡς ἐπιβουλῆς χωρὶς κατὰ τὸν τόπον ἀπάγεται. Ἐπιτραπεὶς δὲ τὸν λόγον δοῦναι ὁ Μακεδόνιος, ἐπαινετόν τι σκεψάμενος, ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ τοῦ Εὐφημίου ὄντος, τὸ ὠμοφόριον τὸ ἐπισκοπικὸν (56) ἑαυτοῦ ἀφαιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ διακόνου [11] προσέταξε, καὶ οὗτος (*u*) εἰσελθεῖν πρὸς τὸν Εὐφήμιον (57). Δανεισάμενος δὲ καὶ χρήματα, δέδωκε τῷ Εὐφημίῳ εἰς δαπάνας τῶν σὺν αὐτῷ.

15. Euphemium vero imperator Euchaita relegari præcepit. Qui fidem sibi dari per Macedonium postulavit, se absque insidiis in eum locum abductum iri. Cumque **574** Macedonio permissum fuisset ab imperatore ut verbum securitatis præstaret Euphemio, rem laude dignam gessit. Euphemio enim in ecclesiæ baptisterio adhuc commorante, diacono suo præcepit ut episcopale pallium ipsi auferret : atque ita ad Euphemium accessit. Pecuniam quoque mutuatus sub usuris, Euphemio ad eos qui cum illo erant alendos ac sustentandos donavit.

ις'. Φῆστός τις τῶν τῆς συγκλήτου Ῥώμης, πρὸς βασιλέα σταλεὶς Ἀναστάσιον διά τινας χρείας πολι-

16. Fêstus quidam senator urbis Romæ, ob civilia quædam negotia ad imperatorem Anastasium

VARIÆ LECTIONES.

[11] C. ἀρχιδιακόνου.

VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Τὴν λεγομένην σέραν*. Apud Theophanem in Chronico, p. 120, scriptum est, τῇ λεγομένῃ σείρᾳ, cujus interpres in annotationibus, genus gladii fuisse existimat. Ego vero adduci non possum ut credam gladio aut hasta armatos fuisse clericos, dum patriarcha ad altare procederet missarum solemnia celebraturus. Ego potius seram esse crediderim, qua fores obserantur. Eustathius ad Odysseam, χ' · Ἐντεῦθεν δὲ εἰλῆφθαι δοκεῖ καὶ ἡ ἰδιωτικῶς σέρα ἡ τὰς θύρας κλείουσα. [In veteri Glossario μοχλὸς θύρας exponitur *Sera*. Hinc in psalmo CXLVII, ubi Græcus codex ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, vulgata versio ita posuit, *Quoniam confortavit seras portarum tuarum*, ut testatur etiam Augustinus.] Cæterum Theophanes hic dissentit a Theodoro. Nam Theodorus noster insidiatorem Euphemii non a Paulo defensore occisum esse tradit, sed ab alio quodam clerico.

(54) *Ἐν οἷς εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἔδραμον*. Pro ἐν οἷς scribendum videtur ἐφ' οἷς, uti jam supra emendavi. Si quis tamen vulgatam lectionem retinere maluerit, non magnopere repugnabo. Videtur enim phrasis esse familiaris Theodoro nostro.

(55) *Οὗ καὶ ἀδελφιδοῦς*. Eadem habet Theophanes in Chronico, pag. 121, et Nicephorus in libro XVI. cap. 26. Interpres quidem Nicephori ἀδελφιδοῦν, fratris filium vertit. Musculus vero nepotem ex sorore. Medius inter utrumque Jacobus Goar, qui Theophanem latinitate donavit, nepotem simpliciter interpretatur.

(56) *Τὸ ὠμοφόριον τὸ ἐπισκοπικόν*. Quæri non immerito potest, qua de causa Macedonius Constantinopolitanus episcopus pallium sibi auferri præceperit. Mihi quidem videtur id honoris Euphemii causa fecisse, ne Euphemio præsente, et adhuc intra ecclesiam consistente, ipse in episcopatum ejus invasisse videretur; Euphemius enim per vim depositus fuerat.

(57) *Εἰσελθεῖν πρὸς τὸν Εὐφήμιον*. Musculus legisse videtur εἰσῆλθεν, quam scripturam magis probo. Apud Theophanem in Chronico, pag. 121, legitur εἰσελθὼν, δανειζόμενός τε, *etc.*

VARIORUM.

vabat et defendebat. De eo vide Jos. Bingham in *Originibus ecclesiasticis*, lib. III. cap. 11, § 3, etc.

(*t*) *Εὐχαΐτα*. Urbs Ponti Helenopolitani, seu Paphlagoniæ, in mediterraneis. BAUDRAND.

(*u*) *Οὗτος*. Legendum οὕτως. W. LOWTH.

missus, cum venisset Constantinopolim, hortatus est ut principis apostolorum Petri ac Pauli memoria magno cum honore cultuque celebraretur. Quamvis igitur antea quoque celebrata fuisset, deinceps post petitionem Festi, longe majori splendore ea festivitas peracta est.

17. Macedonius synodicas litteras ad Anastasium Romanæ urbis episcopum per hunc ipsum Festum mittere decreverat. Sed ne id faceret, prohibitus est ab imperatore. Porro Festus occulte, ut aiunt, imperatori suggesserat ut episcopo Romano persuaderet ut Zenonis Henotico subscriberet. Sed cum Romam venisset, Anastasium episcopum jam mortuum rêperit. Quare operam dedit ut per schisma promotus edicto illi subscriberet. Multis igitur pecunia corruptis, effecit ut præter receptum morem Romanus quidam **575** nomine Laurentius, epi-

A τικὰς, ἐλθὼν εἰς τὴν βασιλίδα, τῶν κορυφαίων ἀποστόλου (58) Πέτρου καὶ Παύλου τὴν μνήμην, σὺν πολλῇ τιμῇ καὶ σεβάσματι παρεκάλεσε γίνεσθαι. Ἐπιτελουμένης δὲ καὶ πρότερον, πλὴν ἐξ αἰτήσεως Φήστου, πολλῷ πλέον ηὐξήνθη τῆς τοιαύτης τὸ φαιδρὸν πανηγύρεως.

ιζ'. Διὰ τούτου τοῦ Φήστου [13] δίκας (59) Μακεδόνιος Ἀναστασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης πέμψαι ἠθέλησεν. Ἐκωλύθη δὲ τοῦτο παρὰ βασιλέως ποιήσασθαι. Φῆστος δὲ, ὡς λόγος, ὑπέθετο λάθρα τῷ βασιλεῖ (60), πείθειν τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος ὑπογράφειν. Ἐλθὼν δὲ ἐν

B Ῥώμῃ εὗρε τὸν ἐπίσκοπον Ἀναστάσιον (v) τελευτήσαντα. Διὸ σπουδὴν ἐποιήσατο διὰ σχήματα (61) τὸ ζητούμενον ὑπογράψαι. Ὑποφθείρας γὰρ χρήμασι πλείονας, παρεσκεύασε ψηφίσασθαι εἰς ἐπίσκοπον παρὰ τὸ ἔθος, Ῥωμανόν [14] τινα (62), ᾧ ὄνομα ἦν Λαυ-

VARIÆ LECTIONES.

[13] C. Φήστου συνοδικά. [14] C. Ῥωμαῖον.

VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Τῶν Κορυφαίων ἀποστόλου.* Scribendum puto τῶν ἀποστόλων κορυφαίου Πέτρου καὶ Παύλου. Petrus enim proprie et per excellentiam vocari solet a Græcis, *coryphæus apostolorum*, ut jam alii observarunt. Interdum tamen Petrus simul ac Paulus coryphæi dicuntur apostolorum. Ita Prudentius in libro *Περὶ στεφάνων*:

Hic nempe jam regnant duo
Apostolorum principes :
Alter vocatur gentium ;
Alter cathedram possidens
Primam, etc.

Quare scribendum erit hoc loco, τῶν κορυφαίων ἀποστόλων.

(59) *Διὰ τούτου τοῦ Φήστου δίκας.* Scribendum est procul dubio συνοδικάς. Certe apud Nicephorum in libro XVI, cap. 35, ubi hic Theodori locus describitur, legitur τὰ συνοδικὰ, supple γράμματα. Apud Theophanem autem in Chronico, pag. 123, scriptum est τὸ συνοδικὸν in singulari numero. De his porro synodicis litteris multa observavit Bernardinus Ferrarius in libro secundo *De ecclesiasticis litteris*, capite sexto. Nonnulla etiam scripsi in libro tertio *Observationum ecclesiasticarum* ad Socratem atque Sozomenum.

(60) *Ὑπέθετο λάθρα τῷ βασιλεῖ.* Musculus legisse videtur ὑπέσχετο, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Festus vero, sicut fertur, imperatori clanculum pollicitus est, persuasurum se Romano episcopo*, etc. Vulgatam tamen scripturam confirmat Nicephorus in capite tricesimo quinto libri XVI, ubi hunc Theodori locum ita refert : Ὁ δὲ Φῆστος λάθρα μᾶλλον βασιλεῖ προσιὼν ὑπετίθει ἱκανῶς ἔχειν καὶ Ἀναστάσιον τὸν πρόεδρον Ῥώμης πείθειν τῷ Ζήνωνος ἑνωτικῷ συντίθεσθαι, καὶ αὐτόχειρα τούτῳ ὑποσημαίνειν. Id est, ut Langus vertit : *Et Festus in secreto colloquio imperatori significavit, Anastasium Romanum antistitem se facile adducere posse ut Zenonis Henotico assentiretur, eique manu sua subscriberet.* Certe verbum ὑπέθετο id significat. Sic enim Theodorus noster id verbum usurpavit paulo ante, ubi de quodam sicario agit, qui Euphemium occidere, voluerat. Verum apud Theophanem in Chronico, pag. 123, ubi hic Theodori locus describitur, legitur συνέθετο : quod quidem magis placet. Hæc autem duo verba longe diversum efficiunt sensum. Prius enim illud ὑπέθετο, designat Festum id consilium dedisse Anastasio imperatori, ut persuadere conaretur Anastasio papæ ut Zenonis Henoticum susciperet. Alterum autem verbum συνέθετο, denotat Festum ab imperatore Anastasio sollicitatum, promisisse ei persuasurum se Anastasio papæ ut Zenonis Henotico subscriberet. Atque hic posterior sensus verior videtur.

(61) *Διὰ σχήματα.* Hunc locum Nicephorus ita expressit : διὸ σπουδὴν ἐποιεῖτο σχήματι τὸ ὑπεσχημένον καθυπογράφειν. Id est, ut vertit Langus : *Proinde operam dedit, ut vel per speciem aut simulationem, ea quam pollicitus fuerat, subscriptio perficeretur.* Ego vero scribendum esse existimo διὰ σχίσματα, ut hic sit sensus hujus loci : Festus Romam reversus, cum Anastasium papam mortuum deprehendisset, schisma in Ecclesia Romana excitavit, ut ejus occasione perficeret id quod pollicitus fuerat Anastasio imperatori.

(62) *Παρὰ τὸ ἔθος Ῥωμανόν τινα.* Dubitari non immerito potest cur præter consuetudinem id factum esse scribat Theodorus ; an quia moris non erat ut ex civibus Romanis eligeretur episcopus urbis Romæ. Sed hoc dici non potest, cum et Anastasius papa, qui paulo ante obierat, et multi ante illum episcopi urbis Romæ facti sint natione Romani, ut videre est in Vitis episcoporum Romanorum. Verba igitur illa, παρὰ τὸ ἔθος, non referuntur ad id quod proxime sequitur. Referenda sunt igitur potius ad id quod antecedit : ψηφίσασθαι εἰς ἐπίσκοπον παρὰ τὸ ἔθος. Neque enim hæc consuetudo fuerat Romanorum in electione episcopi urbis Romæ, ut decretum seu psephisma fieret de electione pontificis Romani. Hujusmodi enim decreta fiebant in electione metropolitanorum, ut docet canon 28 synodi Chalcedonensis. Sed neque hæc expositio mihi satisfacit. Nam et in patriarcharum electione decretum fieri consueverat, et omnium episcoporum subscriptione firmari, ut docet Theodoritus in lib. II *Hist.* cap. 31, agens de ordinatione Meletii Antiochensis episcopi. Dicendum igitur est potius, tunc præter consuetudinem

VARIORUM.

(v) *Ἀναστάσιον.* Anastasius II, Gelasii successor, ordinatus fuit die vicesima quarta mensis Novembris anni 496. Obiit pie septima decima Novembris anni 498. Vacavit sedes dies quatuor. Tum ordinatus est Symmachus. PAGIUS.

ρέντιος. χειροτονοῦνται οὖν δύο, ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων, ἐκ τῶν διακόνων Σύμμαχος · ἐκ δὲ τῶν ἄλλων, Λαυρέντιος. Δι' οὓς καὶ φόνοι, καὶ ἁρπαγαὶ, καὶ ἄλλα μυρία κακὰ κατὰ τὴν Ῥώμην γεγόνασιν. Ὡσαύτως τριῶν ἐνιαυτῶν (x) κρατησάσης τῆς τοιαύτης συγχύσεως, Θευδέριχος ὁ Ἄφρος (63) κρατῶν τότε τῆς Ῥώμης, εἰ καὶ Ἀρειανὸς ἦν, σύνοδον ἐπισκόπων ποιησάμενος, Συμμάχῳ μὲν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ῥώμης ἐκύρωσεν . Λαυρέντιον δὲ εἰς μίαν ἐπισκοπὴν πόλεως ὀνόματι Νοκερίας ἐνεθρόνισεν. Λαυρέντιος δὲ οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλ' ἔτι τῆς ἐπισκοπῆς Ῥώμης ἐφίετο. Ὅθεν ὁ Σύμμαχος καθαιρεθῆναι τοῦτον, καὶ ἐξορισθῆναι παρεσκεύασεν. Καὶ οὕτω; ἡ στάσις ἐπαύσατο.

A scopus eligeretur. Duo itaque ordinati sunt. Et a majori quidem parte ordinatus est Symmachus, unus ex diaconis; ab aliis vero Laurentius. Quibus de causis cædes ac direptiones, et alia mala innumerabilia Romæ sunt perpetrata. Cumque hujusmodi perturbatio tres continuos annos in urbe Roma perseverasset, Theodoricus Afer, qui tum Romæ regnabat, quamvis secta esset Arianus, collecta tamen episcoporum synodo, Symmacho quidem episcopatum urbis Romæ confirmavit : Laurentium vero cujusdam urbis, quæ Nuceria dicitur, episcopum constituit. Laurentius tamen haudquaquam quievit, sed episcopatum urbis Romæ adhuc ambire non destitit. Quam ob causam eum deponi et in exsilium mitti curavit Symmachus. Atque hoc
B modo seditio consopita est.

ιη'. Θευδέριχος ὁ Ἄφρος, διάκονόν τινα εἶχεν ὀρθόδοξον, ὃν πάνυ ἠγάπα καὶ ἔθαλπεν. Οὗτος δὲ ὁ διάκονος νομίζων Θευδερίχῳ χαρίζεσθαι, τῆς τοῦ ὁμοουσίου πίστεως ἀποστὰς (64), τοῖς Ἀρείου ἐφρόνησεν (65). Γνοὺς δὲ τοῦτο Θευδέριχος, τὸν οὕτως ἀγαπώμενον εὐθέως ἀπεκεφάλισεν, εἰπών · Εἰ τῷ Θεῷ πίστιν οὐκ ἐφύλαξας, πῶς ἀνθρώπῳ φυλάξεις συνείδησιν ὑγιαίνουσαν;

18. Theodoricus Afer diaconum quemdam orthodoxum habuit, quem unice diligebat ac fovebat. Hic rem gratam Theodorico facturum se arbitratus, a consubstantialis fide discedens, Arii dogma amplexus est. Quod ubi comperit Theodoricus, statim ei quem tantopere diligebat, caput amputavit, his verbis usus : Si Deo fidem non servasti, quonam pacto sinceram conscientiam homini servaturus es?

ιθ'. Πέρσαι κινηθέντες κατὰ Ῥωμαίων, πολλῶν κατέδραμον πόλεων · καὶ μάλιστα Ἀμίδης. Τοῦ δὲ βασιλέως πρὸς Πέρσας σπονδὰς ποιήσαντος, καὶ Βάνοι τοῦ Πόντου κατέδραμον (66).

19. Persæ, expeditione suscepta adversus Romanos multas urbes, ac præcipue Amidam invasere runt. Postea vero cum imperator Anastasius fœdus cum Persis fecisset, Tzani quoque in Pontum excursiones fecerunt.

κ'. Ἀναστάσιος δὲ εἰς τὰ πολεμικὰ ἀσχολούμενος, τῆς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπαύσατο βίας. Ἥνικα δὲ μικρὰν ἐκ τῶν πολεμίων ἄνεσιν ἔλαβεν, πάλιν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, κατὰ Μακεδονίου (67) ὡπλίζετο.

20. Porro Anastasius, quandiu quidem bellicis
C rebus districtus tenebatur, ab orthodoxorum persecutione abstinuit. Postquam vero paululum a bellicis occupationibus respiravit, denuo adversus Ecclesias et contra Macedonium insurrexit.

κα'. Πολλὰς ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἐκκλησίας ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἀνέκτισεν. Διὰ τὰς γινομένας ὑπὸ τοῦ λαοῦ στάσεις ἐν τῇ πόλει κατὰ τοῦ βασιλέως, ἐπενόησε τὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως ἀκολουθεῖν ταῖς

21. Anastasius imperator multas ecclesias Constantinopoli instauravit. Cæterum ob crebras populi seditiones quæ in urbe regia adversus ipsum fiebant, excogitavit Anastasius ut præfectus urbis

VALESII ANNOTATIONES.

id evenisse, ut uno jam electo pontifice, alter supereligeretur episcopus. Quod quidem raro admodum Romæ contigisse fatendum est, præterquam in pontificatu Damasi.

(63) *Θευδέριχος ὁ Ἄφρος*. Quæret hic quispiam, cur Theodoricus Gothorum rex Afer dicatur. Sic
D enim cognominatur, non solum a Theodoro nostro, sed etiam a Theophane ac Nicephoro. Equidem fateor hujus cognomenti causam mihi prorsus ignotam esse. Græci quidem Theodoricum hunc Valamerem cognominant, eo quod Valameris regis Gothorum filius esset, aut potius nepos. An fortasse Vafer cognominatus est, ob eximiam prudentiam atque astutiam : quod cognomentum postea Græci in ἄφρος mutarunt : cum Vafrum idem esse cum Afro existimarent. Sed hæc levis conjectura est.

(64) *Πίστεως ὑποστάς*. Scribendum est procul dubio ἀποστάς, ut legitur apud Suidam in voce Θευδέριχος, ubi hic Theodori locus describitur. Eamdem historiam ex Theodoro nostro describit Nicephorus in cap. 35, lib. 16. Verum ejus interpres gravi contumelia affecit Theodoricum, dum eum puerorum amore arsisse fingit : quod tamen non dicit Nicephorus. Sic enim ille : διάκονός τις τῇ ὑγιαινούσῃ πίστει στοιχῶν, περιμανῶς ἠγαπᾶτο τῷ Ἄφρῳ, καὶ παντὸς τοῦ ἡδοντος παρ' ἐκείνου ἀπήλαυε. Quæ sic vertenda erant : *Ministrum quemdam, catholicæ fidei sectatorem, Theodoricus Afer mirum in modum adamabat, et cuncta quæ illi jucunda essent, promptissime tribuebat.*

(65) *Τοῖς Ἀρείου ἐφρόνησεν*. Rectius apud Suidam scribitur, τὰ Ἀρείου ἐφρόνησεν.

(66) *Καὶ Βάνοι τοῦ πόντου κατέδραμον*. Scribendum procul dubio est καὶ Τζάνοι. Tzani, seu Zani populi erant Lazis finitimi et Armeniis : de quibus multa scripsi in adnotationibus ad librum XXV Ammiani Marcellini, haud procul ab initio. Hoc autem mendum natum est ex affinitate litterarum : nam τζ' et β magnam inter se habent similitudinem.

(67) *Κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, κατὰ τοῦ Μακεδονίου*. Lego κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Μακεδονίου. Vide Theophanem, pag. 128.

VARIORUM.

(x) *Τριῶν ἐνιαυτῶν*. Male vertit Valesius, *tres continuos annos;* cum tertio anno nondum completo seditio sopita fuerit, inquit Pagius ad ann. 500, n. 8. W. Lowth.

pone **576** sequeretur in publicis supplicationibus. Timebat enim zelum eorum qui pro quarta synodo tumultuabantur. Atque hic mos ab eo tempore deinceps invaluit.

λιταῖς (68). Ἐφοβεῖτο γὰρ τὸν ὑπὲρ τῆς τετάρτης συνόδου ζῆλον (69) τῶν τὰς ἐπελάσεις [15] ποιούντων. Ὅπερ λοιπὸν, ἐξ ἐκείνου ἔθος ἐγένετο.

22. Inimici Macedonii, Ascholium quemdam subornarunt, qui districto gladio Macedonium impeteret. Macedonius vero lenitatem animi sui declarans, munera ei dari præcepit. Idem etiam erga sacrilegos quosdam ab illo factum est.

κβ'. Εὐχώλιόν τινα (70) παρεσκεύασαν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Μακεδονίου μάχαιραν κατ' αὐτοῦ σπάσασθαι. Μακεδόνιος δὲ τὸ πρᾶον ἐπιδειξάμενος, δόματα δίδοσθαι Εὐχωλίῳ προσέταξε. Τὸ ὅμοιον δὲ, καὶ εἰς τινὰς ἱεροσύλους ἐποίει.

23. Heliæ Hierosolymorum episcopo præcepit imperator Anastasius ut synodum episcoporum qui sub ipso erant, colligeret, et quartam synodum condemnaret. Helias vero synodum quidem episcoporum minime convocavit. Ipse vero solus imperatori rescribens, Nestorium et Eutychem, Diodorum item ac Theodorum anathematizavit, et synodum Chalcedonensem.

κγ'. Ἡλίᾳ τῷ ἐπισκόπῳ τῶν Ἱεροσολύμων προσέταξε βασιλεὺς, σύνοδον ἀθροῖσαι τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ κατὰ τῆς τετάρτης συνόδου ψηφίσασθαι. Ἡλίας δὲ σύνοδον μὲν οὐ συνήθροισεν. Αὐτὸς (71) δὲ μόνος [16] ἀναθεματίζων Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ, Διόδωρον, καὶ Θεόδωρον, καὶ (72) τὴν ἐν Καλχηδόνι (γ) σύνοδον [17].

24. His ita gestis. Anastasius Macedonium violentius urgere cœpit ut ipse quoque idem faceret. Macedonius vero absque universali synodo, cui Romanus episcopus præsideret, nihil se facturum esse respondit. Hac de causa imperatoris odium adversus Macedonium excitatum est. Itaque imperator eos quidem qui ad Magnam ecclesiam confugerent, abripi permisit, hæreticorum autem ecclesiis libertatem et asili jus tribuit.

κδ'. Τούτων γινομένων, σφόδρα ὁ βασιλεὺς Μακεδονίῳ ἐπέκειτο πρᾶξαι τὰ ὅμοια. Ὁ δὲ, χωρὶς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐχούσης πρόεδρον τὸν τῆς μεγάλης Ῥώμης ἐπίσκοπον, οὐδὲν ποιεῖν ἔλεγεν. Ὅθεν εἰς ἔχθραν τὸν βασιλέα ἐκίνησε. Καὶ τοὺς μὲν προσφεύγοντας τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀποσπᾶσθαι παρεσκεύαζεν· ταῖς δὲ τῶν αἱρετικῶν ἐκκλησίαις ὅρους παῤῥησίας παρέσχετο.

25. Deuterius Arianorum apud Constantinopolim episcopus, cum quemdam Barbam ita dictum baptizaret, Domini traditionem respuens, ausus est inter baptizandum dicere : *Baptizatur Barba, in*

κε'. Δευτέριος τῶν Ἀρειανῶν ἐπίσκοπος ἐν Κωνσταντίνου πόλει, βαπτίζων τινὰ Βάρβαρον (73) οὕτω λεγόμενον, ἀθετῶν τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὡς ἐβάπτιζεν· *Βαπτίζεται Βάρβας*

VARIÆ LECTIONES.

[15] C. ἐπελύσεις. [16] μόνος ἔγραψε βασιλεῦ. [17] C. σύνοδον κρατύνων.

VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Ἀκολουθεῖν ταῖς λιταῖς.* Idem scribit Theophanes in Chronico, pag. 128, ubi non probo versionem interpretis, qui sic vertit : *Ut præfectus in conventibus ecclesiasticis, vel publicis processionibus imperatorem pone sequeretur, novo commento Anastasius edixit.* Atqui Theophanes non dicit præfectum urbis a tergo imperatorem secutum esse ; sed simpliciter jussum esse sequi. Non igitur imperatorem sequebatur a tergo præfectus urbis, sed populum urbis Constantinopolitanæ, ne forte seditionem commoveret. Neque enim semper imperator supplicationibus publicis intererat.

(69) *Τὸν ὑπὸ τῆς τετάρτης συνόδου ζῆλον.* Lego τὸν ὑπὲρ τῆς τετάρτης, *etc.*

(70) *Εὐχώλιόν τινα.* Melius apud Theophanem in Chronico, pag. 128, scriptum est Ἀχόλιον ; vel ut quidam manuscripti codices habent, Ἀσχόλιον. Sic Acholius Thessalonicensis episcopus, qui Theodosii senioris temporibus floruit, a quibusdam Achólius, ab aliis Ascholius nominatur. Eucholius autem Græcum non est.

(71) *Αὐτὸς δὲ μόνος.* Post hæc verba in editione Roberti Stephani lacuna est trium circiter verborum capax, quam ex Theophanis Chronico, pag. 129, ita suppleo : Αὐτὸς δὲ μόνος ἀντέγραψε τῷ βασιλεῖ ἀναθεματίζων, etc. Id est, *ipsæ vero solus rescripsit imperatori, anathematizans,* etc.

(72) *Καὶ τὴν ἐν Χαλχηδόνι σύνοδον.* Corrigendum est Theophanis Chronicum, pag. 130, in quo ita legitur : Καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀποδεχόμενος. Vox illa ἀποδεχόμενος adjecta esse videtur a quodam Heliæ Hierosolymitani Episcopi fautore, qui illum culpa liberare satagebat. Verum ipse Theophanes paulo post, hanc adjectionem refutat, et quartam synodum Chalcedonensem ab Helia Hierosolymitano episcopo condemnatam fuisse testatur. Sic enim scribit in eadem pagina : Ὁ δὲ βασιλεὺς Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἠνάγκαζεν ἀναθεματίσαι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον καθάπερ καὶ Ἡλίας Ἱεροσολύμων. Et iterum pagina 131 : Ἡλίας δὲ ὁ Ἱεροσολύμων καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἔγραψεν ἀποβάλλεσθαι. Id est : *Helias vero Hierosolymorum episcopus, Chalcedonensem synodum rejicere se scripto testatus est.* Delenda est igitur in Theophane vox ἀποδεχόμενος, quæ nec in codice Palatino habetur. Scio quidem Anastasium Bibliothecarium eam vocem in versione sua expressisse. Verum ejus interpretationem refutant ipsius Theophanis verba, quæ superius protulimus.

(73) *Βαπτίζων τινὰ Βάρβαρον.* Sic etiam legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 130. Verum ibi Vaticanus codex rectius scriptum habet Βάρβαν. Certe paulo post in Theodoro nostro dicitur Βάρβας. Victor Thunonensis in Chronico, ipsum episcopum Arianum ita appellat; sic enim scribit :

VARIORUM.

(γ) *Καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον.* Apud rigidiores Catholicos, a quibus hæc accepit Theodorus, idem erat synodum Chalcedonensem non recipere, ac Diodorum et Theodorum, qui in eo concilio approbati sunt, damnare. Pagius ad ann. 491, n. 8. W. Lowth.

εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, δι' Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Οὗτινος λεχθέντος, τὸ ὕδωρ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ γέγονεν ἀφανές· ὁ δὲ Βάρβας φυγὼν ἐξῆλθε, καὶ πᾶσι τὸ θαῦμα ἐποίει γνώριμον.

A *nomine Patris per Filium in sancto Spiritu.* Quibus dictis, aqua quæ in piscina erat, statim evanuit; Barba vero confestim inde aufugiens, rem cunctis declaravit.

κς'. Πολλοὺς ὁ βασιλεὺς κατὰ Μακεδονίου τρόπους ἐπενόει. Οἱ δ' ἀπόσχιστοι (74) ὄχλον μισθωτὸν συναθροίσαντες, ἐν Κυριακῇ εἰσῆλθον εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἀρχαγγέλου, τοῦ ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ τῶν Ψαλτῶν τὴν Τρισάγιον λεγόντων, οὗτοι μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ· *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, ἀποκρινόμενοι ἔψαλλον. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ Κυριακῇ, τὰ ὅμοια ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐποίησαν μετὰ βάκλων εἰσελθόντες. Ὁ δὲ λαὸς ζηλώσας, τὰ μὲν πρῶτα, φωναῖς ἀντέκραζον κράζουσι, καὶ ὑβρίζουσι ἀνθύβριζον. Ὕστερον δὲ μετὰ πολλῶν (75)· ὁ βασιλεὺς λοιπὸν ἀπαρακαλύπτως κατὰ Μακεδονίου κείμενος (76), ποτὲ μὲν τοὺς μοναχοὺς τοὺς ἀποσχίστας, ποτὲ δὲ τοὺς ἄρχοντας παρεσκεύαζεν, ὕβρεσιν ἀσέμνοις μετὰ κραυγῶν βάλλειν τὸν ἐπίσκοπον. Μεθ' ὧν ἦν καὶ Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ἁλικαρνασσοῦ τῆς Καρίας, καὶ Σεβῆρος ὁ μοναχός. Οἳ καὶ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτῶν γεγενημένοι πολέμιοι. Ὁ λαὸς σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, πλῆθος ἄπειρον, τοῖς ἡγουμένοις τῶν μοναχῶν συναθροισθεὶς διὰ τῆς πόλεως ἔκραζον· Καιρὸς, Χριστιανοὶ, μαρτυρίου. Τὸν πατέρα μηδεὶς καταλίπῃ. Ὑβριζον δὲ τὸν βασιλέα, Μανιχαῖον ἀποκαλοῦντες, καὶ τῆς βασιλείας ἀνάξιον. Ἐν οἷς ὁ βασιλεὺς φοβηθεὶς, τὰς πύλας τοῦ βασιλείου [18] πανταχόθεν ἀπέκλεισεν, καὶ πλοῖα εἰς τὸ φυγεῖν, τῷ παλατίῳ παρέστησεν.

577 26. Multas fraudes atque insidias adversus Macedonium imperator excogitavit. Schismatici vero cum turbam perditorum hominum mercede conductam in unum congregassent, die Dominico ingressi sunt in ædem Archangeli quæ est in palatio. Cumque Psaltæ hymnum Tersanctum canerent, ipsi cum appendice illa : *Qui crucifixus es pro nobis*, respondentes cecinerunt. Sequente item Dominica, in Magna ecclesia idem fecere, cum baculis introgressi. Populus vero zelo succensus, primo quidem voce tenus, clamantibus reclamare, B et conviciantibus convicia regerere cœpit. Postea vero plagis eos ac verberibus affecit. Post hæc imperator aperte Macedonium impugnans, nunc schismaticis monachis, nunc magistratibus auctor fuit, ut turpibus conviciis inclamantes episcopum appeterent. Inter hos erat Julianus episcopus Halicarnassi urbis Cariæ, et Severus monachus; qui et fidei, et suimet ipsorum hostes exstiterunt. Populi vero innumerabilis multitudo cum uxoribus ac liberis, adjunctis sibi præfectis orthodoxorum monachorum, per vicos urbis conclamabat : Christiani, tempus adest martyrii. Nemo patrem deserat. Conviciabantur etiam imperatori, Manichæum illum vocantes et indignum imperio. Tunc imperator metu perculsus, portas palatii undique occlusit, et navigia palatio admoveri jussit ad fugam capessendam.

κζ'. Ὁ βασιλεὺς ὁ πρώην ὀμώσας μὴ ἰδεῖν Μακεδόνιον ἔτι τῷ προσώπῳ, πέμψας παρεκάλει τοῦτον ἀσπάσασθαι. Ὁ δὲ λαὸς, εἰσερχομένου τοὺς τῶν μοναστηρίων διεμαρτύρατο· Τὸν πατέρα πρὸς ἡμᾶς ἔχομεν. Καὶ οἱ τῶν σχολῶν δι' ὅσων ἦλθεν εὐφημοῦντες ἐδέχοντο. Καὶ εἰσελθὼν, ἤλεγξεν Ἀναστάσιον, ὡς τῆς Ἐκκλησίας πολέμιον· ὁ δὲ μετὰ ὑποκρίσεως ἔδοξεν ἑνοῦσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ.

C 27. Imperator qui paulo antea juraverat nunquam se videre velle vultum Macedonii, tunc missis quibusdam ex palatio, eum hortatus est ut ad ipsum salutandum accederet. Dum igitur Macedonius ad imperatorem pergeret, populus præfectos monasteriorum contestatus acclamavit : Patrem nostrum nobiscum habemus. Milites præterea scholarum palatii, per quos transibat Macedonius, eum faustis acclamationibus exceperunt. Tandem vero cum ad Anastasium venisset, eum tanquam hostem Ecclesiæ coarguit. Tunc Anastasius simulatione utens, Ecclesiæ et episcopo visus est adunari.

VARIÆ LECTIONES.

[18] C. παλατίου.

VALESII ANNOTATIONES.

Patritio et Hypatio coss., Barbas quidam Ariani erroris episcopus, dum præsumit contra regulam supra baptizandum dicere : « Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto, » protinus aqua ex qua futurus erat baptizare hominem, nusquam comparuit : vas vero ipsum in quo aqua erat, confractum est. Vide Cedrenum ad annum 20 Anastasii.

(74) *Οἱ δὲ ἀπόσχιστοι.* Sic vocabantur obtrectatores synodi Chalcedonensis. Et Theodor usquidem noster paulo post, ἀποσχίστας μοναχοὺς vocat, eo quod horum antesignani essent monachi. Theophanes vero, pag. 132, clericos etiam et episcopos eis accenset. Inter Epistolas Ephremii Antiochensis episcopi, una fuit inscripta Πρὸς τοὺς ἀποσχίστας Καλλινίκου, id est, *Ad schismaticos monasterii Callinici*, ut testatur Photius in *Bibliotheca*, cap. D 228. Hi etiam alio nomine διαχρινόμενοι vocabantur, id est, *Separati*, ut ad Evagrium notavi.

(75) *Ὕστερον δὲ μετὰ πολλῶν.* Scribendum est μετὰ πληγῶν, ut legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 132, ubi hic Theodori locus compendiose refertur. Sed videntur plura hic desiderari, quæ ex Theophane ita suppleri possunt : Ὕστερον δὲ μετὰ πολλῶν πληγῶν αὐτοὺς ἐξήλασαν. Quam emendationem confirmat etiam Nicephorus in lib. XVI, cap. 45, ubi hunc locum Theodori describens, sic ait : Ὁ δὲ λαὸς ζήλῳ διαθερμανθεὶς αἰσχρῶς ἐκείνους τῆς ἐκκλησίας ἀπέλαυνον.

(76) *Κατὰ Μακεδονίου κείμενος.* Scribendum puto κινόμενος. Paulo post etiam lege μετὰ κραυγῶν.

28. Imperator existimans, si Macedonius judicaretur, plebem illum tanquam insontem, defensuram esse, noctu violenter eum abduxit Chalcedonem. Atque inde Euchaita illum deduci jussit. Sequenti die episcopum designavit Timotheum quemdam, presbyterum et vasorum custodem Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui vulgo **578** litrobulbes et colon vocabatur; ob facta quædam his nominibus respondentia.

κη'. Ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς ὅτι εἴπερ κριθείη ὁ Μακεδόνιος, ὁ λαὸς ὡς ἀθῴου ἀντιλήψεται, νυκτὸς αὐτὸν μετὰ βίας ἐπὶ τὴν Καλχηδόνα ἐξέπεμψεν. Κἀκεῖθεν παραπεμφθῆναι ἐν Εὐχαΐτοις προσέταξεν. Τῇ δὲ ἑξῆς προεβάλετο εἰς ἐπίσκοπον Τιμόθεόν τινα, πρεσβύτερον τῆς Ἐκκλησίας καὶ σκευοφύλακα· ὃν ἐκάλουν λιτροβούλην καὶ κόλωνα (77), διά τινα ἔργα τῶν ὀνομάτων ἁρμόδια.

29. Porro hic Timotheus, in quamcunque ecclesiam ingressus fuerat, nunquam illic missarum solemnia inchoavit, nisi prius Macedonii imagines illinc detractæ fuissent.

κθ'. Ὅπου δ' ἄν ποτε εἰσῆλθεν ἐν ἐκκλησίᾳ Τιμόθεος, εἰ μὴ πρότερον τὰς εἰκόνας Μακεδονίου (78) κατέσπασε, τῆς λειτουργίας οὐκ ἤρχετο.

30. Supplicationes publicas, quæ die Parasceves fiunt in ecclesia Deiparæ quæ est in Chalcopratiis, primus Timotheus excogitavit.

λ'. Τὰς κατὰ Παρασκευὴν λιτὰς, ἐν τῷ ναῷ τῆς Θεοτόκου ἐν τοῖς χαλκοπρατίοις Τιμόθεος ἐπενόησε γίνεσθαι.

31. Joannes synodi Chalcedonensis obtrectator, de Severo hæc narrat, Anastasium imperatorem juramentum scripto comprehensum a Severo accepisse, quod si quando Antiochensis episcopus fieret, nunquam omnino Chalcedonensem synodum anathemati subjecturus esset. Eumdem tamen ipso or-

λα'. Ἰωάννης (79) ὁ διακρινόμενος μετὰ Σεβήρου ἱστορεῖ (80) ὅτι ὅρκον ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος τοῦ Σεβήρου, ὅτι ἤ δ' ἂν γένηται Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, οὐδαμῶς τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου διὰ ἀναθέματος ἄψεται· καὶ ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τῆς χειροτονίας αὐτοῦ, ἀνελθὼν ἐπ' ἀμβωνος ταύτην ἀνεθεμά-

VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Λιτροβούλην καὶ κόλωνα.* Apud Theophanem in Chronico, pag. 133, excusum est : Λιτροβούλην καὶ κήλωνα. Ubi vide quæ notavit interpres. — Jacobus Goar ibi notavit, quod Κόλων recentioribus Græcis appelletur Cynædus ; quodque κήλων significet *fervidus in Venerem*. Observavit præterea, Theodorum nostrum λιτροβούλβην hic legere (quod Valesius etiam in sua interpretatione expressit) : quodque βουλβὸς, Latinis *bulbus*, olim eduliis fuerit admistus, quæ Veneris conciliandæ gratia parabantur. Quod itaque βουλβοῦ λίτρας *bulborum libras* excitandæ Veneri comederet Timotheus ; vel λιτρὶς βουλβοῦ, *bulborum* frequentius comestorum *arca* foret ac *loculus*.

(78) *Τὰς εἰκόνας Μακεδονίου.* Mos erat ut patriarcharum imagines in ecclesiis collocarentur. Nec vero patriarcharum solum, id enim minus mirandum esset, cum patriarchæ non minus quam imperatores ipsi colerentur : verum etiam orphanotrophorum, et aliorum clericorum imagines, honoris causa collocabantur in ecclesiis. Testatur id vetus auctor, Malchus, ni fallor, apud Suidam ἀκάκιος, ubi dicit eos qui ab Acacio beneficiis affecti fuerant, vivente adhuc Gennadio patriarcha, imagines ejus in cunctis ecclesiis erexisse ; præcipue vero in ecclesia quæ est juxta navale, Gennadium patriarcham, et Acacium depinxisse, atque inter hos medium Servatorem nostrum Jesum Christum, qui hæc Gennadio diceret : *Destrue hanc ecclesiam, et successoris tui temporibus illam restaurabo.* Scribe igitur apud Suidam : Καὶ μεταξὺ τοῦδε τὸν σωτῆρα λέγοντα τῷ Γενναδίῳ, etc. Scio quidem Baronium ad annum Christum 488 existimasse eas imagines Acacio positas fuisse, dum esset patriarcha ; sed Baronium refellunt verba Malchi apud Suidam, qui ecclesiam illam juxta navale, in qua imago erat Acacii, tessellato opere fabricata, sub Gennadio patriarcha absolutam esse testatur : nec verum est quod idem Baronius illic observat, primum ex patriarchis Acacium hunc honorem affectasse. Nam ex Suidæ loco a nobis allato aperte convincitur eum morem Gennadii temporibus jam invaluisse. [Præterea Flaviani et Anatolii episcoporum imagines in ecclesia collocatas fuisse docet Theodorus noster in Fragmentis e libro III J. Damasceni collectis. Porro quoties nomen alicujus patriarchæ e diptychis expungebatur, solebant quoque ejus imagines auferri ex ecclesia, ut docet Theodorus in Fragmentis, et Anastasius Bibliothecarius in Gestis Agathonis. Deinde abstulerunt de diptychis ecclesiarum nomina patriarcharum, vel de picturis ecclesiæ figuras eorum, aut in foribus, ubi esse poterant, auferentes ; id est Cyri, Sergii, etc.]

(79) *Ἰωάννης ὁ διακρινόμενος κατὰ Σεβήρου ἱστορεῖ.* Hunc Theodori locum descripsit Nicephorus in cap. 29 lib. XVI : Ἱστορεῖ δὲ Ἰωάννης ὁ αὐτῷ διακρινόμενος, etc. Quæ Nicephori verba Joannes Langus ita vertit : *Joannes porro, qui cum illo, Severo scilicet, judicio contendit, scripturam reliquit*, etc. Verum, ut libere dicam id quod res est, nec Langus, nec Nicephorus ipse intellexit quid esset διακρινόμενος hoc in loco. Obtrectatores Chalcedonensis synodi, qui Eutychis ac Dioscori doctrinam defendebant, διακρινομένους sese appellarunt, ut docet ipse Nicephorus in lib. XVIII, cap. 45. Ex horum numero fuit imperator Anastasius, uti docet Leontius Scholasticus in lib. V *De sectis* : Τῶν γὰρ διακρινομένων ἦν ὁ Ἀναστάσιος. Leunclavius quidem, qui Leontium Latine vertit, τοὺς διακρινομένους, *hæsitantes* perpetuo interpretatur : quod non probo. Melius Joannes Langus *segregatos* vertit. Ita enim hoc verbum usurpat Socrates Scholasticus in *Historia ecclesiastica*, ut memini legere. Et hæc quidem de voce διακρινόμενος. Cæterum hic Joannes videtur esse, qui ecclesiasticam Historiam scripserat libris decem : quorum quinque duntaxat priores a se lectos fuisse testatur Photius in *Bibliotheca*. Quibus in libris Joannes ille Chalcedonensem synodum probris onerabat, ut ibidem scribit Photius. Merito igitur a Theodoro nostro vocatur διακρινόμενος. Citatur hic διακρινόμενος non semel ab anonymo, qui Græce scripsit *De originibus Constantinop.* Et in septima synodo, actione 5, citatur locus ex *Historia ecclesiastica* Joannis Diacrinomeni, de Xenaia.

(80) *Κατὰ Σεβήρου ἱστορεῖ.* Scribendum est procul dubio, περὶ Σεβήρου, quemadmodum legisse videtur Musculus, cujus versionem hic magnopere laudo.

τισεν, αἰτηθεὶς ἐκ τῶν σπουδαστῶν αὐτοῦ (81). A

λβ'. Τιμόθεος τὸ τῶν τριακοσίων (82) δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων τῆς πίστεως Σύμβολον, καθ' ἑκάστην Σύναξιν λέγεσθαι παρεσκεύασεν, ἐπὶ διαβολῇ δῆθεν Μακεδονίου, ὡς αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ Σύμβολον· ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ τοῦ θείου πάθους, τῷ καιρῷ τῶν γινομένων ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου κατηχήσεων.

λγ'. Τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Στουδίτου [19] τελευτήσαντος, ἀπῆλθε Τιμόθεος ὁ ἐπίσκοπος εἰς τὸ μοναστήριον προβαλέσθαι (83) ἐπίσκοπον (84). Ὁ δὲ μέλλων χειροτονεῖσθαι, εἶπεν αὐτῷ, ὡς οὐκ ἀνέχετσι δέξασθαι χειροτονίαν ὑπὸ ἀνδρὸς τὴν ἐν Καλχηδόνι ἀναθεματίζοντος σύνοδον. Τιμόθεος δὲ ἔφησε πρὸς αὐτόν· Ἀνάθεμα παντὶ ἀνθρώπῳ, ἀποστρεφομένῳ ἢ ἀναθεματίζοντι τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον. Οὕτως οὖν ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, κατεδέξατο. Ἰωάννης δέ τις ἀρχιδιάκονος Μανιχαῖος ὑπάρχων, ὕβρεσι τὸν Τιμόθεον βάλλων, ὁραμὼν ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἐμήνυσεν. Ὁ δὲ μετάπεμπτον ποιησάμενος τὸν Τιμόθεον, χαλεπῶς αὐτὸν ἠτοίμασεν (85). Αὐτὸς δὲ ἠρνήσατο εἰπὼν, Ἀνάθεμα παντὶ ἀνθρώπῳ τὴν ἐν Καλχηδόνι δεχομένῳ σύνοδον. B

λδ'. Κάστρον ἐστὶ μεταξὺ Περσῶν καὶ Ἰνδῶν, ᾧ ὄνομα Τζουνδαδεέρο. Ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ χρήματα πολλὰ καὶ λίθους τιμίους κεῖσθαι μαθὼν Κωάδης ὁ βασιλεὺς, ταῦτα μαθεῖν ἐβασίλευσεν (86). Δαίμονες δὲ τὸν τόπον οἰκοῦντες, τοῦ ζητουμένου Κωάδην ἐκώλυον. Πᾶσαν τοίνυν μαγείαν ἐπιδειξαμένων τῶν μάγων αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἰσχυσάντων, ἦλθε διὰ τὴν Ἰουδαίων (87). Ἀποτυχὼν δὲ κἀκεῖθεν, συνεβουλεύθη διὰ τῶν Χριστιανῶν καταργῆσαι τοὺς δαίμονας. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Χριστιανῶν τῶν ἐν Πέρσαις, σύναξιν ἐπὶ τοῦτο τελέσας, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβὼν καὶ μεταδοὺς τοῖς συνοῦσι Χριστιανοῖς, τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ διώξας τοὺς δαίμονας, τῷ Κωάδῃ τὸ κάστρον ἀπόνως παρέδωκεν. Ὅπερ καταπλαγεὶς ὁ ἀνὴρ, πρωτοκαθεδρίᾳ τὸν ἐπίσκοπον ἐτί- C

32. Timotheus Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum, in singulis Collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id Symbolum : quod antea semel tantum recitabatur quotannis, die magnæ Parasceves, sive Dominicæ passionis, dum episcopus baptizandos catechizaret.

33. Cum præfectus monasterii Studitarum mortuus esset, Timotheus episcopus **579** perrexit ad monasterium, ut præfectum illic ordinaret. Sed is qui ordinandus erat, dixit Timotheo se ordinationem suscipere non posse ab eo qui Chalcedonensem synodum anathemate damnaret. Tunc Timotheus dixit ei : Anathema sit omnibus qui aversantur aut qui anathematizant synodum Chalcedonensem. Hoc modo is qui ordinandus erat, ordinationem Timothei suscepit. Joannes autem archidiaconus, cum esset Manichæus, conviciatus ob id Timotheo, currens ad palatium, ea quæ Timotheus dixerat, imperatori renuntiavit. Qui mox Timotheum ad se accersitum gravi ignominia affecit. At ille id a se dictum negavit, his verbis usus : Anathema omnibus qui Chalcedonensem synodum suscipiunt.

34. Castrum quoddam est in confinio Persarum atque Indorum, cui nomen Tzundadeer. Multas illic pecunias et pretiosos lapides servari cum audiisset Cavades Persarum rex, id occupare studuit ; sed dæmones qui eum locum custodiebant, Cavadis conatibus obstiterunt. Cum igitur magi ipsius omnem suam magiam adhibuissent, nec perficere quidquam potuissent, Cavades ad Judæorum magicen confugit. Sed cum ne istorum quidem opera quidquam profecisset, quidam ei consuluerunt ut Christianorum opera dæmones illos expelleret. Episcopus igitur Christianorum qui erant in Perside, cum ejus rei causa Collectam celebrasset, et sacra mysteria tum sumpsisset ipse, tum Christianis qui cum ipso erant distribuisset,

VARIÆ LECTIONES.

[19] C. Στουδίου.

VALESII ANNOTATIONES.

(81) *Αἰτηθεὶς ἐκ τῶν σπουδαστῶν αὐτοῦ*. Hæc verba ad Severum referenda sunt, qui, a familiaribus suis rogatus, synodum Chaldedonensem anathematizavit, ut ex hoc Theodori loco scribit Nicephorus in lib. XVI, cap. 19. Pessime igitur Musculus hæc ad Timotheum retulit Constantinopolitanum episcopum. D

(82) *Τιμόθεος τὸ τῶν τριακοσίων*. Idem scribit Nicephorus in cap. 33 lib. XVI, ubi hunc Theodori locum describit. Alii tamen auctores sunt, Petrum Fullonem primum in Ecclesia instituisse ut Nicænum Symbolum recitaretur in singulis Collectis, quemadmodum scribit Nicephorus in loco citato, et Theodorus noster infra.

(83) *Προβαλέσθαι ἐπίσκοπον*. Assentior viris doctis, qui jampridem emendarunt ἡγούμενον. Ita certe legit Theophanes in Chronico, pag. 135, et Nicephorus in libro XVI, cap. 25.

(84) *Ἐπίσκοπον*. Ἴσως, ἡγούμενος. C. ἡγούμενον.

(85) *Χαλεπῶς αὐτὸν ἠτοίμασεν*. Scribendum est procul dubio ἠτίμασεν, ut legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 135.

(86) *Ταῦτα μαθεῖν ἐβασίλευσεν*. Scribendum est τοῦτο λαβεῖν ἐβουλεύσατο, quemadmodum legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 130, nisi quod Theophanes, pro verbo ἐβουλεύσατο, scriptum habet ἐπεζήτει. Castri quoque appellatio nonnihil diversa est apud Theophanem.

(87) *Ἦλθε διὰ τὴν Ἰουδαίων*. Supple μαγείαν. Plures enim magicæ artis species fuerunt : prima Persica ; secunda Judaica, ut docet Plinius in libro tricesimo. Habuerunt certe Judæi exorcistas, qui dæmonas certis carminibus abigebant. [Horum mentio fit in Actibus apostolorum, cap. XIX.] C. διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων.

Crucis signo fugatis dæmonibus, absque negotio castrum Cavadi tradidit. Quam rem admiratus Cavades, primæ sedis prærogativam episcopo concessit, cum ad id usque temporis Manichæi ac Judæi Christianam religionem amplecti vellent, liberam facultatem.

μησεν, ἕως τότε Ἰουδαίων καὶ Μανιχαίων προτιμωμένων. Ὁ δὲ πᾶσι τοῖς Χριστιανίζειν ἐθέλουσιν ἄδειαν δέδωκεν.

potiorem locum obtinuissent. Sed et cunctis qui dedit facultatem.

35. Cum Alamundarus Saracenorum phylarchus Christianam religionem amplexus esset, Severus duos ad illum episcopos misit, quo erroris sui labe eum inficeret. Sed Deus id præveniens, ut phylarchus ab iis qui Chalcedonensem synodum suscipiebant, baptizaretur, effecit. Porro cum ii qui a Severo missi fuerant, doctrinam rectæ fidei dogmatibus adversantem phylarcho tradere conarentur, fraudem quamdam commentus est Alamundarus ad doctrinam eorum convincendam. Finxit enim se litteras accepisse, quibus ipsi nuntiabatur Michaelem archangelum fato functum esse. Cumque illi id fieri non posse dicerent : Quonam igitur modo, subjecit phylarchus, Christus Deus tantum exsistens, crucis mortem sustinuit, si **580** duas naturas non habuit : cum ne angelus quidem pati pudore suffusi, vale non dicto, recesserunt.

λε'. Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου Σαρακηνῶν Χριστιανίσαντος, δύο ἐπισκόπους ἔπεμψεν ὁ Σεβῆρος, ἐφ' ᾧ τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ φυλάρχῳ κακίας. Θεὸς δὲ προφθάσας, ὑπὸ τῶν δεχομένων τὴν σύνοδον τὸν ἄνδρα βαπτισθῆναι πεποίηκεν. Τῶν ὑπὸ Σεβήρου (88) σταλέντων, ἐναντία τῶν ἀληθινῶν δογμάτων σπουδαζόντων διδάξαι τὸν φύλαρχον, δράμα (89) εἰς ἔλεγχον τῶν λεγομένων συνέθηκε. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ δόξαι γράμματα δέχεσθαι μηνύοντα, ὅτι Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο. Τῶν δὲ τοῦτο λεγόντων ἀδύνατον, Πῶς οὖν, ὁ φύλαρχος ἔφησεν, Εἰ μὴ δύο ὁ Χριστὸς, Θεὸς γυμνὸν σταυρὸν κατεδέξατο (90), ὅτε μηδὲ ἄγγελος πάσχειν ἢ ἀποθνήσκειν πέφυκεν; Οὕτως οὖν οἱ Σεβήρου αἰσχυνθέντες, ἀσυντάκτως ὑπανεχώρησαν (91).

vel mori possit? Hoc modo episcopi partis Severi,

36. In obitu Macedonii episcopi, terribile quiddam accidisse narrant. Mortuus enim crucis signo tumulum signasse dicitur. Theodorus vero unus ex iis qui cum illo familiariter versabantur, cum jurejurando affirmavit, vidisse se in somnis Macedonium ipsum ista sibi dicentem : Excipe ista quæ dico, et abiens lege Anastasio. Ego quidem vado ad patres meos, quorum fidem servavi. Dominum autem interpellare non cessabo, donec tu venias, et ambo ad judicium accedamus.

λς'. Μακεδονίου τελευτῶντος τοῦ ἐπισκόπου, φοβερόν τι συμβῆναί φησιν (z) Νεκρὸν γὰρ ὄντα σφραγίσασθαι τῷ τάφῳ (92). Θεόδωρος δέ τις τῶν συνόντων αὐτῷ, ὄναρ ἰδεῖν ἐπωμόσατο αὐτὸν Μακεδόνιον αὐτῷ λέγοντα· Ἔκλαβε καὶ ἀπελθὼν (93), ἃ λέγω Ἀναστασίῳ ἀνάγνωθι. Ἐγὼ μὲν ἀπέρχομαι πρὸς τοὺς πατέρας μου, ὧν καὶ τὴν πίστιν τετήρηκα. Οὐ παύσομαι δὲ ὀχλῶν τῷ Δεσπότῃ, ἄχρις οὗ ἔλθῃς, καὶ τὴν δίκην εἰσέλθωμεν.

37. Anastasius imperator repente moritur, cum vixisset annos octoginta octo, imperasset autem annos septem ac viginti, ac tres menses. Renuntiatus autem est imperator Justinus, vir provectæ ætatis, qui, a militia exorsus, ad senatorium usque ordinem pervenerat, et in omni vita egregius semper exstiterat. Idem rectæ fidei cultor erat ardentissimus. Patriam habuit Illyricum. Uxor ejus Lupicina dicebatur, quam, posteaquam Augusta nuncupata est, populus Euphemiam nominavit.

λζ'. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄφνω, ζήσας ἔτη ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ, βασιλεύσας δὲ ἔτη εἴκοσι καὶ ἑπτὰ, καὶ μῆνας τρεῖς. Προήχθη δὲ βασιλεὺς Ἰουστῖνος, ἀνὴρ πρεσβύτατος, ἀπὸ στρατιωτῶν ἀρξάμενος, καὶ διὰ πάντων ἄριστος φανείς· τῆς δὲ ὀρθῆς πίστεως ἔμπειρος (a) ζηλωτὴς γενόμενος· Ἰλλυριὸς ὢν, καὶ σύμβιον ἔχων ὀνόματι Λουπικίαν, ἣν γενομένην Αὐγοῦσταν, Εὐφημίαν οἱ δημόται (94) ὠνόμασαν.

VALESII ANNOTATIONES.

(88) *Τῶν ὑπὸ Σεβήρου.* In codice Regio hæc scribuntur a capite.

(89) *Δράμα. Ἴσως*, γράμμα, cod. Reg.

(90) *Θεὸς γυμνὸν σταυρὸν κατεδέξατο.* Assentior Savilio, qui in margine sui codicis adnotavit scribendum sibi videri γυμνός. Ita certe scribitur apud Theophanem in Chronico, pag. 136, ubi hic Theodori locus describitur, et apud Nicephorum Callistum in cap. 35 libri XVI, et apud Cedrenum in Chronico.

(91) *Ἀσυντάκτως ὑπανεχώρησαν.* Idem adverbium legitur apud Nicephorum in loco supra laudato. Verum nec Langus, nec Musculus ejus vocis vim ac significationem intellexere. Ἀσυντάκτως idem valet ac μὴ συνταξάμενοι· hoc est, *Vale non dicto abierunt.* Utitur eadem voce Theodoritus in epistola 80 ad Eutrechium præfectum prætorio : Οἶδε γὰρ ὅπως εἰς τὴν Ἀντιόχειαν εἰσιὼν, ἀσυντάκτως ἐξῆειν ; id est, *Scit enim quomodo Antiochiam cum venissem, vale non dicto abierim.*

(92) *Σφραγίσασθαι τῷ τάφῳ.* Apud Theophanem in Chronico, pag. 138, nec non apud Cedrenum legitur τῷ σταυρῷ· quam scripturam vulgatæ lectioni Theodori nostri longe præferunt viri docti qui Theophanem notis illustrarunt. Neque enim Macedonius crucis signo tumulum suum obsignavit ; sed populum qui aderat, ut se adhuc patriarcham esse ostenderet. Certe si tumulum duntaxat signo crucis obsignasset Macedonius, dicendum erat σφραγίσασθαι τὸν τάφον, non autem τῷ τάφῳ.

(93) *Ἔκλαβε καὶ ἀπελθών.* Ἔκβαλε καὶ ἄπελθε cod. Reg. C. ἔβαλε.

(94) *Δημόται.* Δημῶται cod. Reg.

VARIORUM.

(z) *Φησίν.* Male vertit Valesius *narrant* : vertendum in singulari *narrat*, scil. Theodorus. W. Lowth.

(a) *Ἔμπειρος.* Legendum ἔμπυρος. W Lowth.

λη'. Σηπεδόνι τὸ σῶμα (95) διεφθάρη Νεστόριος. Καὶ ἀνακληθεὶς ἀπὸ Ὀάσεως ἐφ' ᾧ μεταστῆναι εἰς ἕτερον τόπον, τῷ θανάτῳ προέλαβε τὴν ἀνάκλησιν.

λθ'. Μετὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἀνατολικοὺς συμβίβασιν, συγγράψαι λέγει τὸν Θεοδώριτον κατὰ τῶν δώδεκα Κεφαλαίων Κυρίλλου.

μ'. Ῥαβουλὰς Ἐδέσης ἐπίσκοπος, τυφλὸς ἦν. Ἀνδρέας δὲ τῶν Σαμοσάτων (96) ἐνεκάλει ὡς γράψαντα (97) κατὰ τῶν δώδεκα Κεφαλαίων Θεοδωρίτου.

μα'. Οἱ ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοί, περὶ τοῦ ἁγίου Συμεῶνος μαθόντες ὅτι ἐπὶ κίονος ἵσταται, μεταπεμψάμενοι τῷ ξένῳ (98) τοῦ πράγματος (πρῶτος γὰρ αὐτὸς τοῦτο ἐπενόησεν), ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ ἔπεμψαν. Εἶτα ἐγνωκότες τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὸν στέφανον, πάλιν αὐτῷ ἐκοινώνησαν.

μγ'. Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν σχήματι ἰδιώτου πρὸς τὸν ὅσιον Συμεῶνα ἀφανῶς παρεγένετο· ἠγάσθη δέ [20].

μγ'. Δύο ἐπισκόπων ἀμφισβητούντων, ὀρθοδόξου καὶ Ἀρειανοῦ· τοῦ μὲν Ἀρειανοῦ, διαλεκτικοῦ ὄντος· τοῦ δὲ ὀρθοδόξου, θεοσεβοῦς καὶ πιστοῦ· ὁ ὀρθόδοξος προῦτεινεν, ὥστε ἀφιεμένους τὸν λόγον εἰς πυρὰν εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸ εὐσεβέστερον [21]. Τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ παραιτησαμένου, αὐτὸς εἰσελθὼν, ἀπὸ τῆς πυρᾶς διελέγετο, καὶ ἀπαθὴς ἐφυλάττετο.

μδ'. Πέτρον φησὶ τὸν Μογκὸν, τὸ λείψανον Τιμοθέου τοῦ Σαλοφακιόλου ἀνορύξαι. Ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδώριτος (99).

38. Nestorii corpus putredine consumptum est. Cumque revocatus esset ab Oasi, ut in alium locum transferretur, revocationem illam fatali morte prævenit.

39. Post reconciliationem cum Orientalibus, Theodoritus contra duodecim Cyrilli Capitula scripsisse dicitur.

40. Rabula episcopus Edessæ, cæcus erat. Accusavit autem Andream Samosatensem episcopum, quod contra duodecim Capita Cyrilli scripsisset,

41. Monachi Ægypti, cum sanctum Symeonem supra columnam stare didicissent, **581** rem novam atque insolitam condemnantes : hic enim primus ejusmodi stationem excogitaverat : excommunicationis libellum ad eum miserunt. Postea vero cum ejus vitam ac merita certius cognovissent, communionem ejus amplexi sunt.

42. Marcianus imperator privati habitu sumpto, ad sanctum Symeonem occulte ventitabat, eumque maxime admirabatur.

43. Cum duo episcopi contra se invicem disputarent, quorum alter quidem orthodoxus, alter autem erat Arianus; et Arianus quidem dialecticam callebat, orthodoxus vero pius erat ac fidelis : orthodoxus conditionem hanc tulit Ariano, ut omissa disputatione in rogum se conjicerent, atque ita ostenderetur, utrius ipsorum doctrina magis pia esset. Cumque Arianus conditionem illam admittere recusasset, orthodoxus in rogum insiliens, inde disseruit cum adversario, et illæsus permansit.

44. Petrus Mongus reliquias Timothei Salophacioli effodisse dicitur. Idem quoque scribit Theodoritus.

VARIÆ LECTIONES.

[20] C. καὶ ἐγνώσθη. [21] C. τὸν εὐσεβέστερον.

VALESII ANNOTATIONES.

(95) *Σηπεδόνι τὸ σῶμα.* Hucusque excerpta ex libro secundo ecclesiasticæ Historiæ Theodori Lectoris. Quæ vero deinceps sequuntur, videntur esse Nova Collectanea ejusdem scriptoris : quæ Nicephorus, cum Theodori Lectoris Historiam diligentius perlegisset, ex eodem scriptore collegit, et appendicis loco hic adjecit.

(96) *Ἀνδρέας δὲ τῶν Σαμοσάτων.* Hunc locum certissima conjectura emendavi hoc modo : Ἀνδρέαν δὲ τῶν Σαμοσάτων, etc. Etenim Andreas Samosatensis episcopus, mandatu Joannis Antiocheni episcopi, scripsit adversus duodecim Cyrilli Capitula, una cum Theodorito, ut testatur Liberatus in Breviario, cap. 4, et ex illo Baronius ad annos Christi 430 et 431. Quare in fine hujus capitis scribendum est omnino : Ὡς γράψαντα κατὰ τῶν δώδεκα Κεφαλαίων μετὰ τοῦ Θεοδωρίτου. Porro quod paulo ante affirmat Theodorus noster, Theodoritum, post reconciliationem inter Ægyptios atque Orientales factam, scripsisse adversus duodecim Cyrilli Capitula, id est anno Christi 432, id nullatenus probabile mihi videtur. Cæterum hic Andreas Samosatensis episcopus, in secunda Ephesina synodo depositus est a Dioscoro, ut in Chron. testatur Theophanes. [Scripta est ad eum epistola Theodoriti 24.] — Theodoretus in Præfatione sui Pentalogii : *Priusquam conventus apud Ephesum celebraretur, duodecim Capitulis strictim ac aperte restitimus, ut præscius horum fieret intellectus etiam studiorum et rationis expertibus. Quia vero se manifestum, qui ista protulit, in concilio declaravit, et plures ex eis qui convenerant, imperiti penitus, nec ulla dogmatis imbuti notitia, pia hæc arbitrati sunt ; operæ pretium visum est iterum contra niti, sermonemque distendere, et succisam blasphemiam multipliciter confutare.* Quibus ex verbis Lupus in notis ad caput 20 Synodici adversus Tragœdiam Irenæi (quod Valesius non viderat) recte deducit, Theodoretum bis contra Capitula scripsisse, breviter ante synodum Ephesinam, prolixe post ipsam. Hæc ex Pagio *ad ann.* 430, n. 17, citavit W. Lowth.

(97) *Γράψαντα.* Γράψαντι, cod. Reg.

(98) *Μεταπεμψάμενοι τῷ ξένῳ.* Scribendum videtur μεμψάμενοι τῷ ξένῳ. Vulgata enim scriptura ferri non potest. Paulo post etiam corrigendum est, ἀκοινωνησίαν αὐτῷ ἔπεμψαν· id est, γράμματα τῆς ἀκοινωνησίας.

(99) *Ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδώριτος.* Id certe non exstat in quinque libris ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti quos habemus. Hi enim libri usque ad imperium Theodosii Junioris duntaxat progrediuntur. Quod si quis contendat opus ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti decem libris comprehensum fuisse, a vicennalibus scilicet Constantini Magni usque ad imperium Leonis Augusti, ut scribit Gennadius in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ; ne sic quidem verum esse poterit quod in his Excer-

45. Expulso Petro Mongo ob cadaver Timothei e tumulo effossum, et ob synodum, ordinatus est Joannes. Quo item expulso, rursus Petrus episcopatum recuperavit, pollicitus se synodum Chalcedonensem anathemate damnaturum non esse.

46. Scribit Theodorus noster Calendionem Constantinopoli ordinatum fuisse, cum Theodorito consentiens.

582 47. Scribit etiam eumdem Calendionem Tersancto hymno adjecisse, *Christe rex*, propter eos qui adjecerant appendicem illam, *Qui crucifixus es pro nobis*.

48. Ait Theodorus noster, Petrum Fullonem instituisse ut sacrum chrisma in ecclesia coram

A με'. Πέτρου τοῦ Μογκοῦ ἐκβληθέντος διὰ τὸ λείψανον Τιμοθέου καὶ τὴν σύνοδον (1), Ἰωάννης χειροτονεῖται. Καὶ τούτου δὲ ἐκβληθέντος, πάλιν Πέτρος εἰσῆλθεν, ὑποσχόμενος τὴν σύνοδον μὴ ἀναθεματίζειν.

μς'. Καλανδίωνα λέγει ἐν Βυζαντίῳ χειροτονηθῆναι (2), συμφωνῶν τῷ Θεοδώρῳ (3).

μζ'. Καλανδίωνα λέγει προσθῆναι τῷ Τρισαγίῳ (4), *Χριστὲ βασιλεῦ*, διὰ τοὺς προτεθεικότας, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*.

μη'. Πέτρον φησὶ τὸν Κναφέα ἐπινοῆσαι τὸ μυστήριον [a] ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ (5) ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[a] τὸ μύρον.

VALESII ANNOTATIONES.

ptis legitur. Neque enim principatu Leonis Augusti, sed Zenonis temporibus, Petrus Mongus Salophacioli reliquias ex sepulcro effodit. Baronius ad annum Christi 494 Theodoritum Juniorem hic intelligi censet : ex cujus ecclesiastica Hist. locum affert Joannes Damascenus. [Verum in Damasceno pro Theodorito scribendum esse Theodorum recte monuit Billius : quem nos in Fragmentis Theodori Lectoris, quæ in hac editione collegimus, secuti sumus. Quare hoc loco pro Θεοδώριτος malim scribere Θεόδωρος. Hæc igitur ultima Fragmenta, quæ incipiunt ab illo capitulo σηπεδόνι τὸ σῶμα, non sunt Theodori Lectoris, sed alterius ignoti.]

(1) *Καὶ διὰ τὴν σύνοδον*. Id est, *ob synodum Chalcedonensem*, quam idem Petrus Mongus publice in Ecclesia anathematizaverat.

(2) *Καλανδίωνα λέγει ἐν Βυζαντίῳ χειροτονηθῆναι*. Post mortem Stephani Junioris Calendio in ejus locum subrogatus, Antiochenam Ecclesiam gubernavit, Trocundo et Severino coss., anno Christi 482, ut ex epistola Simplicii papæ docte observavit Baronius. Hunc Acacius Constantinopolitanus episcopus, jussu Zenonis Augusti, episcopum ordinavit Constantinopoli, sicut et decessorem ejus Stephanum prius ordinaverat, quemadmodum scribit Theophanes in Chronico, pag. 150. Idem etiam confirmat Nicephorus in lib. xv, cap. 28, his verbis : Μετὰ δὲ Στέφανον Καλανδίων τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημῶν τοὺς τῆς ἐπισκοπῆς οἴακας ἐγχειρίζεται. Sed et in gestis de nomine Acacii, quæ Jacobus Sirmundus in lucem edidit, id ipsum diserte refertur his verbis : *Cujus Acacii audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, ejecto catholico Calendione quem ipse ordinaverat, ad Antiochenam mittit Ecclesiam.* Denique Simplicius papa in epistola ad Acacium Constantin. episcopum id ipsum non obscure significat. Quid enim aliud sonant hæc verba : *Antiocheni exordium sacerdotis qua ratione serius fuerit indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen et ipse, vel synodus ejus indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, exstitimus : quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum*, etc. Quis enim reatus? quæ necessitas excusanda fuit apud Simplicium, nisi quod Calendionem contra leges ecclesiast. Constantinopoli ordinaverat Acacius, jussu Zenonis Augusti, ut ex Theophane supra monuimus? Denique Candidus Isaurus in lib. III Historiæ idem testatur, ita scribens : Ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς Ἀνατολῆς ταράσσοντος Ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱεράσθαι Ἀντιοχείας ἀπέσταλκε. Id est : *Quemadmodum Zeno, dum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Calendionem, ut episcopus esset Antiochiæ.* Porro non primus ex Constantinop. episcopis Acacius Antiochensem episcopum ordinare præsumpsit. Sed jam antea Anatolius Constant. episcopus Antiochenum episcopum, Maximum scilicet, sine ullo exemplo, contra statuta canonum, ordinare præsumpserat, ut scribit Leo papa [in epist. 53 ad Anatolium, et] in epist. 54 ad Marcianum, quæ data est XI Kal. Junii, Herculano V. C. cos., qui fuit annus Christi 452, id est, 4 annis post ordinationem Maximi. Tanto temporis spatio Leo papa istud Anatolii factum dissimulaverat.

(3) *Συμφρονῶν τῷ Θεοδώρῳ*. Musculus legisse videtur συμφωνῶν, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Calendion Theodoro consentiens, Byzantinus episcopus ordinatus fertur.* Ego vero scribendum existimo : Συμφωνῶν τῷ Θεοδωρίτῳ· id est : *Calendionem Constantinopoli ordinatum fuisse scribit Theodorus, cum Theodorito consentiens.* Sic paulo ante horum Fragmentorum collector notavit Theodorum nostrum de Petro Mongo idem retulisse quod scripserat Theodoritus, ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδώριτος, ubi Theodoritum Juniorem intelligo, diversum a Theodorito episcopo Cyri : qui prioris Theodoriti Historiam eccles., adjectis quinque aliis libris, continuaverat.

(4) *Καλανδίωνα λέγει προσθῆναι τῷ Τρισαγίῳ*. Ex hoc loco emendandus est Theophanes in Chron., pag. 115, ubi de Petro Fullone ita scribit : Πρότερον δὲ τῷ Τρισαγίῳ προσέθηκεν, *Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*. Πέτρος δὲ πάλιν ἐλθὼν περιεῖλεν τὸ, *Χριστὲ βασιλεῦ*. Scribendum est omnino in hoc Theoph. loco : Πρότερον δὲ ὁ Καλανδίων τῷ Τρισαγίῳ, etc Quod diserte confirmat Theodorus noster, et Niceph. in cap. 28 libri XV. Vidit hoc ante nos Jac. Sirmondus in notis ad epist. 3 Aviti. Cujus sententiam immerito reprehendere conatus est Franc. Combefisius vir doctiss. in Adnot. ad Chron. Theophanis. Quid enim certius ea conjectura Sirmondi, quam Theodorus testimonio suo confirmat, et quam ipsa Theophanis verba necessario videntur exigere? Cum enim dicat Theophanes, Πέτρος δὲ πάλιν ἐλθών, etc., omnino significat alium fuisse a Petro, qui clausulam illam addiderat Trisagio : *Christe rex*. Calendionis igitur nomen eo loco omissum est negligentia librariorum. Scio quidem Cedrenum Combefisii sententiæ astipulari. Sed major est apud me Theodori Lectoris auctoritas, quam Cedreni.

(5) *Τὸ μυστήριον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*. Scribendum est procul dubio, τὸ μύρον, ut viri docti jam pridem observarunt. Ita certe Savilius in margine sui codicis emendavit. Quam emendationem confirmat

ἁγιάζεσθαι· καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐν τοῖς Θεοφανίοις ἐπίκλησιν (6) ἐν τῇ ἑσπέρᾳ γίνεσθαι· καὶ ἐν ἑκάστῃ εὐχῇ τὴν Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι· καὶ ἐν πάσῃ Συνάξει τὸ Σύμβολον λέγεσθαι (7).

A omni populo consecraretur : utque invocatio super aquas die festo Theophaniorum fieret sub vesperam; item ut in omni precatione nomen Deiparæ proferretur; denique ut in singulis Collectis Symbolum recitaretur.

μθ'. Ζήνων ὁ βασιλεὺς ἀντικαταστρέψας τὴν ἐν Ἐδέσῃ τῶν Περσῶν καλουμένην διατριβήν, ὡς τὰ Νεστορίου καὶ Θεοδώρου παραδιδοῦσαν διδασκαλίαν, ἠθέτησεν.

49. Zeno imperator scholam quæ Persarum vocabatur, in urbe Edessa sitam sustulit atque evertit, utpote quæ Nestorii ac Theodori doctrinam auditoribus insinuaret.

ν'. Πάντων, ὡς λέγει, τῶν ἄλλων πατριαρχῶν συναινεσάντων τῷ Ἑνωτικῷ τοῦ Ζήνωνος, μόνος Φῆλιξ ὁ Ῥώμης οὐκ ἐκοινώνησεν.

50. Cum omnes alii patriarchæ, ut refert Theodorus noster, Zenonis Henotico consensissent, solus Romanæ urbis episcopus Felix communicare ei noluit.

να'. Κωάδης τὸν ἴδιον θεῖον Βλάσσον (8) βασιλεύοντα τυφλώσας, Περσῶν ἐβασίλευσεν.

51. Cavades cum Blassum patruum suum excæcasset, regnum Persicum occupavit.

νβ'. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς, Κωάδου χρήματα παρ' αὐτοῦ ζητήσαντος, ἀπεκρίνατο, Εἰ μὲν δανείσασθαι βούλει, τὸ γραμματεῖον ποίησαι (9)· εἰ δὲ ἄλλως, οὐ δίδωσι. Καὶ ὅτι διὰ τοῦτο Κωάδης κατὰ Ῥωμαίων ἐστράτευσεν.

B 52. Anastasius imperator, cum Cavades pecuniam ab eo flagitasset, respondit, si mutuam accipere vellet, cautionem scriberet : sin minus, nihil se daturum esse. Atque ob hanc causam Cavades bellum intulit Romanis.

νγ'. Ἀναστάσιος ἀνέστειλε τὸ Χρυσάργυρον, καὶ τὰ κυνήγια ἔπαυσεν (*b*), καὶ τὰς ἀρχὰς ὠνίους οὔσας, προῖκα παρεῖχεν.

53. Anastasius Chrysargyrum abolevit, et venationes amphitheatri sustulit, et magistratus qui antea venales erant, gratis contulit.

νδ'. Ἐν Νεοκαισαρείᾳ σεισμοῦ τηνικαῦτα μέλλοντος γίνεσθαι, στρατιώτης τις ἐπὶ τὴν πόλιν ὁδεύων, δύο στρατιώτας ἀπιόντας ἐν αὐτῇ ἐθεάσατο, καὶ τούτων ὄπισθε ἕτερον κράζοντα· Φυλάξατε τὸν οἶκον ἐν ᾧ ἡ θήκη Γρηγορίου ἐστί. Καὶ ὁ μὲν σεισμὸς ἐγένετο, καὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἔπεσεν. Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Θαυματουργοῦ διεσώθη.

583 54. Per idem tempus, cum terræmotus futurus esset in urbe Neocæsarea, miles quidam ad urbem illam proficiscens, duos milites eo pergentes vidit, et alium pone sequentem qui ita clamabat : Servate ædem in qua est arca Gregorii. Statimque terra moveri cœpit. Et urbis quidem ipsius maxima C pars collapsa est. Ædes vero Gregorii Thaumaturgi mansit incolumis.

VALESII ANNOTATIONES.

Niceph. in cap. 28 lib. xv, et Cedr. in Chron. 249, edit. Basil. Porro de hac sancti unguenti seu chrismatis consecratione, quæ fiebat feria 5 magnæ Hebdomadis, vide Euchologium Græcorum, pag. 628 et seq., et quæ illic notavit Jacobus Goar, vir harum rerum peritissimus.

(6) *Καὶ τὴν ἐν τοῖς Θεοφανίοις ἐπίκλησιν.* Apud Niceph. in lib. v, cap. 28, scriptum est ἐπίκλυσιν, male. Sic enim habet Nicephorus : Φασί γε μὴν τὸν Κναφέα Πέτρον καὶ τέσσαρα ταῦτα κάλλιστα τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἐπινοῆσαι. Τὴν τοῦ θείου μύρου κατασκευὴν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι. Τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις Θεοφανείοις τῶν ὑδάτων ἐν ἑσπέρᾳ θείαν ἐπίκλυσιν. Quæ sic vertit Langus : *Petrum Cnapheum quatuor ista Ecclesiæ catholicæ commodissima repetisse ferunt, ut sacrum unguentum in populi totius præsentia consecraretur, ut ad vesperam sanctorum Theophaniorum unda in sacrum lavacrum infunderetur.* Verum in Niceph. emendandum est, ἐπὶ τῶν ὑδάτων θείαν ἐπίκλησιν, quemadmodum scribitur etiam in Cedreni Chronico. Cæterum assentior Jacobo Goar, qui in adnot. ad Euchologium, pag. 467, Petrum Fullonem id solum instituisse censet, ut aquarum benedictio in pervigilio Theophaniorum fieret ad vesperam, cum antea hujusmodi benedictio media nocte fieri consuevisset, ut ex Joanne Chrysost. recte observavit idem Jacobus Goar, vir de Græcorum ritibus ac cæremoniis optime meritus.

(7) *Ἐν πάσῃ Συνάξει τὸ Σύμβολον λέγεσθαι.* Musculus vertit : *Ut in quavis synaxi Symbolum diceretur.* Xylander vero ita interpretatur : *Ut in quavis Cœnæ mysticæ celebratione Symbolum fidei recitaretur.* Langus vero ita vertit : *Ut Symbolum sanctum, quod semel tantum antea magno et sancto Parasceves die dici solitum fuerat, in quavis synaxi et conventu ecclesiæ decantaretur.* Συνάξεις generaliter dicebantur omnes sacri conventus : præcipue tamen ii in quibus sacra mysteria peragebantur. Ob hanc enim maxime causam populus fidelium in ecclesiam conveniebat, ut sacrificium Dominicum perciperet. Quare cum Petrus Fullo instituisse dicitur ut in quavis synaxi Symbolum recitaretur, de missarum solemnibus id intelligendum est : in quibus etiam nunc Symbolum fidei recitatur. Porro ex hoc loco suspicari quispiam fortasse possit, horum Fragmentorum auctorem diversum esse a Theodoro Lectore. Nam Theodorus Lector paulo ante scribit, Timotheum Const. episcopum, primum instituisse ut Symbolum Nicænum in singulis Collectis recitaretur. Nisi forte dicamus Timotheum id primum instituisse Constantinopoli, quod Petrus Fullo longe antea instituerat Antiochiæ. Sane ritus isti qui a Fullone primum instituti esse dicuntur, non illico ab omnibus Ecclesiis usurpati sunt, sed progressu temporis paulatim inoleverunt.

(8) *Βλάσσον.* Theoph. in Chr., pag. 106, βλάσιν vocat.

(9) *Γραμματεῖον ποιῆσαι.* Idem tradit Theophanes in Chronico, p. 124 editionis Regiæ.

VARIORUM.

(*b*) *Τὰ κυνήγια ἔπαυσεν.* Truculentas et horrendas Circi venationes, quibus bestiarii cum feris, certissimo vitæ periculo, pugnas inibant, intellige. De Chrysargyro vid. Evagr. lib. III, cap. 39, 40.

55. Ecclesiæ Romanæ hunc esse morem ait Theodorus noster, ut res immobiles non possideat : sed si forte possessiones ei obvenerint, confestim eas vendat, et pretium in tres portiones distribuat : quarum una quidem tradatur Ecclesiæ, altera episcopo, tertia vero clero. Idem etiam fit in reliquis rebus quæ non sunt soli.

A νε'. Ἔθος λέγει τῇ Ἐκκλησίᾳ εἶναι τῆς Ῥώμης, ἀκίνητα μὴ κρατεῖν δίκαια (10)· ἀλλ' εἰ καὶ περιέλθωσιν, εὐθέως πιπράσκεσθαι, καὶ εἰς μοίρας τρεῖς (11) διαιρεῖσθαι τὸ τίμημα· καὶ τὸ μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ δίδοσθαι, τὸ δὲ τῷ ἐπισκόπῳ, τὸ δὲ τῷ κλήρῳ· οὕτω δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν.

56. Cabades legem tulit Persis, ut uxores inter ipsos communes essent. Cujus rei causa regno expulsus, regis Hunnorum auxilio regnum suum recuperavit.

νς'. Κωάδης νόμον ἔθετο (12) παρὰ Πέρσαις, ὥστε κοινὰς τὰς γυναικᾶς ὑπάρχειν. Καὶ διὰ τοῦτο διωχθεὶς ἐκ τῆς βασιλείας, διὰ τοῦ βασιλέως τῶν Οὔνων ταύτην ἀπέλαβεν.

57. Anastasius imperator urbem Daras ædificavit. Ea vero jam ædificata, Bartholomæum apostolum in somnis vidit, dicentem suscepisse se urbis custodiam. Quare Anastasius Bartholomæi reliquias illuc misit, et in ea urbe deponi præcepit.

νζ'. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἔκτισε τὸ Δάρας. Καὶ κτίσας, ὅναρ τεθέαται Βαρθολομαῖον (13) λέγοντα τὸν ἀπόστολον, ὡς αὐτὸς τὴν φυλακὴν ἐπετράπη τῆς πόλεως. Διὸ τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐκεῖ πέμψας ἀπέθετο.

58. Immireni gens est Persis subjecta, ad extremos Noti fines habitans. Et ab initio quidem Judæi fuerant, jam inde a regina Austri quæ ad Salomonem olim venit. Postea gentiles facti sunt. Anastasii vero temporibus Christianam religionem amplexi sunt, et episcopum acceperunt.

νη'. Ἰμμιρηνοί (14) ἐστιν ἔθνος τελοῦν ὑπὸ Πέρσας· οἰκοῦσι δὲ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ Νότου. Ἰουδαῖοι δὲ ὑπῆρχον ἀνέκαθεν, ἐκ τῆς ἐλθούσης (15) πρὸς Σολομῶντα βασιλίδος τοῦ Νότου. Ἐγένοντο ἐθνικοί. Οἱ αὐτοὶ δὲ ἐπὶ Ἀναστασίου ἐχριστιάνισαν, καὶ ἐπίσκοπον ἔλαβον.

59. Severus cum Anastasio imperatori, adjecta jurisjurandi religione, pollicitus esset se nihil novi commoturum esse adversus synodum Chalcedonensem, eodem ipso quo ordinatus est die, jusjurandum violans, supradictam synodum anathemate damnavit.

νθ'. Σευῆρος ὅρκον δοὺς (16) Ἀναστασίῳ τῷ βασιλεῖ, ὡς οὐδὲν κινήσοι ποτὲ κατὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη, παραβὰς τὸν ὅρκον, ἀνεθεμάτισεν αὐτήν.

60. Constantinus Magnus Deique amantissimus imperator, regnavit annos triginta et unum, menses decem.

ξ'. Ἐβασίλευσε Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας καὶ φιλόχριστος βασιλεύς, ἔτη τριάκοντα καὶ ἕν, μῆνας δέκα.

61. Constantius ejus filius imperavit annos viginti quatuor, dies quinque. Hujus temporibus allatæ sunt Constantinopolim reliquiæ sanctorum apostolorum

ξα'. Ἐβασίλευσε Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη εἰκοσιτέσσαρα, ἡμέρας ε'. Καὶ ἐπὶ αὐτοῦ, εἰσῆλθον ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὰ λείψανα (17) τῶν ἁγίων

VALESII ANNOTATIONES.

(10) Ἀκίνητα μὴ κρατεῖν δίκαια. Hunc locum non intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Ecclesiæ Rom. mos esse fertur, ut jura non sint immota.* Savilius autem ad oram sui cod. hæc verba ita interpretatur : *Ecclesia Romana possessiones accipere non solet rerum immobilium.* Δίκαια igitur improprie hoc loco sumitur pro bonis seu corporibus. Sed non assentior Savilio, qui κρατεῖν interpretatur, *possessiones accipere.* Melius vertisset, *retinere possessionem.* Neque enim Ecclesia Rom. possessiones sibi oblatas recusabat accipere ; sed acceptas non servabat. Illico enim eas vendebat, apostolicorum temporum morem in hac parte studens imitari. Primi enim illi Christiani possessiones suas vendere solebant, earumque pretia offerebant ad pedes apostolorum, ut in eorum Actibus legimus. Hæc tamen consuetudo Ecclesiæ Romanæ brevi post immutata est. Quippe temporibus Gregorii Magni patrimonium beati Petri per omnes provincias imperii Romani late diffusum erat, ut ex ejus Epistolis discimus.

(11) *Εἰς μοίρας τρεῖς.* Melius dixisset Theodorus εἰς μοίρας τέσσαρας. Quatuor enim, tam de reditu Ecclesiæ, quam de oblatione fidelium fiebant portiones. Prima erat pontificis ; secunda clericorum ; pauperum tertia ; quarta fabricis Ecclesiæ deputabatur, ut scribit Gelasius papa in cap. 27. [Vide Glossarium Francisci Pithœi ad Novellas Juliani, in voce *Partes.*]

(12) *Κωάδης νόμον ἔθετο.* Idem scribit Theophanes in Chronico, pag. 106.

(13) *Ὅναρ τεθέαται Βαρθολομαῖον.* Idem refert Niceph. in cap. 37 lib. XVI, ex hoc Theodori nostri loco.

(14) *Ἰμμιρηνοί.* Niceph. in cap. 37 lib. XVI, *Immeras* vocat, ubi hunc Theod. nostri locum describit. Ego *Homeritas* esse existimo. Omnia enim quæ Immirenis tribuit Theodorus, Homeritis plane conveniunt. Etenim Homeritæ ad extremos fines habitant Oceani meridiani, et metropolim habent Saba ; cujus loci regina olim ad Salomonem visendum profecta est. Præterea origine sunt Judæi, orti ex Chettura Abrahæ. Postea vero ad superstitionem gentilium desciverunt, ut docet Philostorgius in l. III Hist. ecclesiasticæ.

(15) *Ἐκ τῆς ἐλθούσης.* Niceph. legisse videtur, ἐλθόντες μετὰ τῆς ἐλθούσης πρὸς Σολομῶντα βασιλίδος τοῦ Νότου. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐγένοντο ἐθνικοί. Obstat tamen id quod apud Theoph. et alios legimus, Homeritas Justiniani demum temporibus fidem Christi suscepisse.

(16) *Σευῆρος ὅρκον δούς.* Idem relatum jam fuit in lib. II Excerptorum ex Theod. Lectore. Unde non immerito quispiam suspicari possit hanc appendicem ex alio scriptore collectam esse.

(17) *Εἰσῆλθον ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα.* Idem refertur in Fastis quos nomine Idatii edidit Jacob. Sirmondus. Constantio octavum et Juliano Cæsare coss. *His coss. introierunt Constan-*

ἀποστόλων, Τιμοθέου μὲν πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰουλίων· Ἀνδρέα δὲ καὶ Λουκᾶ, πρὸ πέντε Νόννων Μαρτίων· καὶ κατετέθησαν ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐγκαινισθέντι μεγάλῳ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων.

lorum, Timothei **584** ante diem octavum Kalendas Julias : Andreæ autem et Lucæ ante diem quintum Nonas Martias : et depositæ sunt in magna ecclesia Sanctorum Apostolorum ab ipso dedicata.

ξβ'. Ἐβασίλευσε Θεοδόσιος ὁ Μέγας ἔτη δεκαέξ. Ἐν οἷς ἐβασίλευσε σὺν αὐτῷ Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς ἔτη δώδεκα· ἐπὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου βασιλείας, ἀπετέθη κελεύσει αὐτοῦ εἰς τὸ μαρτύριον τῆς Ἁγίας Εὐφημίας ἐν τῇ Πέτρᾳ (18) τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων Τερεντίου καὶ Ἀφρικανοῦ, τῇ προδεκάτῃ Καλανδῶν Ὀκτωβρίων.

62. Theodosius Magnus imperavit annos sexdecim. In quibus Arcadius, ejus filius, una cum eo imperavit annis duodecim. Ejusdem Theodosii Magni temporibus, reliquiæ sanctorum martyrum Terentii et Africani, ejusdem imperatoris jussu depositæ sunt in martyrio Sanctæ Euphemiæ quod est in Petra, ante diem decimum Kalendas Octobres.

ξγ'. Ἐβασίλευσεν Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου, ἐν μηνὶ Ἰαννουαρίῳ, ιζ', μετὰ πέντε χρόνους τῆς ἀναγορεύσεως τοῦ οἰκείου πατρός. Καὶ ἐτελεύτησε μηνὶ Μαΐῳ πρώτῃ (*c*), βασιλεύσαντος τὰ πάντα ἔτη εἰκοσιτέσσαρα, μῆνας τρεῖς, ἡμέρας δεκατέσσαρας. Ἀφ' ὧν τὰ μετὰ τοῦ πατρὸς ἔτη δώδεκα· λοιπὰ τὰ κατὰ μόνην, ἔτη δώδεκα, ἡμέρας τρεῖς. Ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ ἐπὶ Ἀττικοῦ πατριάρχου, εἰσηνέχθη ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ (19), καὶ ἀπετέθησαν ἐν τῷ προφητείῳ (20) αὐτοῦ πλησίον τοῦ Ἑβδόμου, πρὸ δώδεκα Καλανδῶν Ἰουλίων (*d*).

63. Arcadius filius ejusdem Magni Theodosii, imperare cœpit mense Januario, die decimo septimo, post annos quinque quam pater ipsius imperator fuerat nuncupatus. Mortuus est Kalendis Maii, cum imperasset in universum annis viginti quatuor, mensibus tribus, diebus quatuordecim. Ex quibus cum patre quidem imperavit annis duodecim; imperavit autem solus reliquos annos duodecim, dies tres. Ejusdem Arcadii temporibus, Attico patriarchatum obtinente, allatæ sunt Constantinopolim reliquiæ sancti Samuelis, et depositæ sunt in ecclesia ejusdem prophetæ, prope Septimum, ante diem duodecimum Kalendas Julii.

ξδ'. Ἐβασίλευσε ὁ νέος Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Ἀρκαδίου, μηνὶ Ἰαννουαρίῳ, καὶ συνεβασίλευσε τῷ πατρὶ ἔτη ἑπτά, καὶ μῆνας τρεῖς. Ἐτελεύτησε μηνὶ Ἰουλίῳ κη' ἰνδικτιῶνος τρίτης. Καὶ κατέθεντο τὰ λείψανα αὐτοῦ, μηνὶ τῷ αὐτῷ τριακοστῷ· βασιλεύσας τὰ πάντα ἔτη λβ'(*e*), μῆνας δύο· ἀφ' ὧν τὰ

64. Theodosius Junior, filius Arcadii Augusti, imperare cœpit mense Januario. Imperavit una cum patre annos septem, menses tres. Mortuus est die vicesimo octavo mensis Julii, indictione tertia. Et die tricesimo ejusdem mensis depositæ sunt ejus reliquiæ, cum imperasset in universum annos qua-

VALESII ANNOTATIONES.

tinopolim reliquiæ apostoli Timothei, die Kalendas Junias. Et anno sequente, Constantio nonum et Juliano iterum coss. *His coss. introierunt Constantinopolim reliquiæ sanctorum apostolorum Andreæ et Lucæ, die* v *Nonas Mart.* Eadem quoque leguntur in Chr. Alexandrino, Constantio Aug. octavum et Juliano coss. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ Πανέμῳ α' Τιμοθέου τοῦ ἁγίου τὰ λείψανα ἠνέχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. Quæ sic vertenda sunt : *His coss. mensis Panemi, seu Julii, die prima allata sunt Constantinopolim reliquiæ sancti Timothei*, etc., ubi vides auctorem Chronici Alexandrini, quod spectat ad diem, consentire cum Fastis Idatii : in mense vero dissentire.

(18) *Ἐν τῇ Πέτρᾳ.* Hujus basilicæ Sanctæ Euphemiæ martyris mentio fit in *Orig. Const.* p. 47 et 60, τὴν δὲ Ἁγίαν Εὐφημίαν τὴν Πέτραν Ἀναστάσιος ὁ δίκορος καὶ ἡ Ἀριάδνη ἀνήγειραν. Ex hoc tamen Theodori testimonio apparet, basilicam istam diu ante principatum Anastasii stetisse. Hæc porro basilica cognominata est in Petra, ad discrimen alterius basilicæ Sanctæ Euphemiæ martyris, quæ erat in Hippodromo, cujus mentio fit in *Orig. Constant.*

(19) *Λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουήλ.* De hac translatione reliquiarum Samuelis prophetæ ex Palæstina Constantinopolim usque, videndus est B. Hieronymus in lib. *Adversus Vigilantium*, ubi ita scribit : *Sacrilegus dicendus est et nunc Aug. Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Judæa transtulit in Thraciam. Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed et fatui judicandi, qui rem vilissimam et cineres dissolutos, in serico et vase aureo portaverunt. Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, et tanta lætitia, quasi præsentem viventemque prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palæstina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, et in Christi laudem una voce resonarent.*

(20) *Ἐν τῷ προφητείῳ.* Ecclesia in honorem prophetæ ædificata, vocabatur προφητεῖον, eodem modo quo ecclesia in honorem apostoli constructa, ἀποστολεῖον, et ecclesia in honorem martyris exstructa, μαρτύριον dicebatur. Sic in actione tertia conc. Const. sub Mena, pag. 693, Ἔφησαν δὲ προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τοῦ προφητείου, etc., ubi ecclesiam Samuelis prophetæ intelligendam puto, quæ simpliciter et absolute προφητεῖον dicebatur. Ecclesia quidem S. Joannis Bapt. quæ erat in Septimo, ipsa quoque προφητεῖον vocabatur, ut notavit Meursius in Glossario. Sed frequentius μαρτύριον dicta est, ut docet locus Menæi ibidem prolatus a Meursio. Cæterum ex eo quod hic studiose relatum legimus : quorum sanctorum reliquiæ, et quibus temporibus Constantinopolim delatæ sint, satis apparet Theod. Lectorem hujus operis auctorem esse. Qui cum lector esset Ecclesiæ Const., diligenter in Historia sua recensuit omnium sanctorum reliquias, quibus urbs regia erat communita.

VARIORUM.

(*c*) *Μηνὶ Μαΐῳ πρώτῃ.* Hinc corrigendus Zosimus, qui Arcadium x Kal. Septemb. mortuum tradit. Vid. Pagi ad ann. 408, n. 2. W. Lowth.

(*d*) *Πρὸ δώδεκα Καλανδῶν Ἰουλίων.* XIV Kal. Junii, juxta Chronicon Alexandrinum, apud Pagium ad ann. 406, n. 15. W. Lowth.

(*e*) *Ἔτη λβ'.* Legendum μβ', ut patet ex sequentibus. W. Lowth.

draginta duos, menses duos. Ex quibus imperavit quidem una cum patre annos septem, menses tres : solus vero imperavit annos triginta quatuor, menses undecim. Eo regnante, depositæ sunt reliquiæ sanctorum Stephani, Laurentii et Hagnes, **585** in martyrioS ancti Laurentii, die vicesima prima mensis Septembris. Et eodem die celebratur illic eorum memoria usque ad hodiernum diem. Ejusdem Theodosii temporibus, Proclo patriarchatum administrante, allatæ sunt reliquiæ Joannis Chrysostomi, et depositæ sunt in basilica Sanctorum Apostolorum ante diem quintum Kalendas Februarias.

A μετὰ τοῦ πατρὸς ἔτη ἑπτά, μῆνας τρεῖς· λοιπὰ τὰ κατὰ μόνας ἔτη τῆς βασιλείας αὐτοῦ λδ', μῆνας ἕνδεκα. Ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀπετέθησαν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων Στεφάνου καὶ Λαυρεντίου καὶ Ἁγνῆς, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ Ἁγίου Λαυρεντίου, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. Καὶ τελεῖται μέχρι σήμερον ἐκεῖσε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ μνήμη αὐτῶν. Ἔτι ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ Πρόκλου πατριάρχου, ἠνέχθη τὸ λείψανον τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ κατετέθη ἐν τοῖς Ἁγίοις Ἀποστόλοις πρὸ πέντε Καλανδῶν Φεβρουαρίων.

65. Leo Augustus imperare cœpit indictione decima, mense Februario, coronatus ab Anatolio patriarcha. Mortuus est mense Januario, indictione duodecima. Fiunt anni ejus imperii septemdecim. Eo regnante, et Gennadio patriarchatum administrante, allatæ sunt Sirmio reliquiæ sanctæ Anastasiæ, et depositæ sunt in martyrio ejusdem quod est in porticu Domnini.

B ξε'. Ἐβασίλευσεν [ὁ Λέων Αὔγουστος] ἰνδικτιῶνος δεκάτης, μηνὶ Φεβρουαρίῳ στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου, καὶ ἐτελεύτησε μηνὶ Ἰαννουαρίῳ, ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης. Γίνονται ἔτη τῆς βασιλείας αὐτοῦ δεκαεπτά. Ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σερμίου τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίου (*f*) ἐμβόλοις.

(*f*) Ita et apud Stephanum, mendose pro Δομνίνου, ut apparet ex Chronico Alexandrino et scriptoribus Byzantinis. Edit.

THEODORI LECTORIS FRAGMENTA.

Ex Actione quinta Synodi septimæ.

Ex ecclesiastica Historia Theodori Lectoris.

C *Θεοδώρου Ἀναγνώστου ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.*

Persa quidam Xenaias nomine : quem cum Calendio episcopatus sui tempore deprehendisset adulterantem ecclesiastica dogmata, et vicos evertentem, ex regione ejecit. De hoc multa, quæ a diversis hominibus cum diligenti inquisitione accepi, ex parte commemorabo. Cum enim, Perside relicta, dominum suum fugisset.... *Et aliquanto post :* Eum Petrus in locum Cyri Hierapolitanorum episcopum constituit. Quem haud multo post episcopi quidam ex Perside advenientes, vernulam esse coarguerunt, et divini baptismatis exsortem. Quo comperto Petrus, parum curans quidnam faciendum esset, sufficere ei dixit episcopalem ordinationem ad supplementum sacri baptismatis.

Πέρσης τις Ξεναΐας ἐπικληθείς· ὃν ἐν τοῖς αὐτοῦ ἱερατικοῖς χρόνοις ὁ Καλενδίων εὑρηκὼς τὰ ἐκκλησιαστικὰ νοθεύοντα, καὶ τὰς κώμας ἀναστατοῦντα, ἀπελαύνει τῆς χώρας. Περὶ τούτου, ἃ πολλὰ παρὰ διαφόρων ἀκηκοὼς ἠκρίβωσα, ἀπὸ μέρους λέξω. Ἀπὸ γὰρ τῆς τῶν Περσῶν χώρας οἰκεῖον δεσπότην πεφευγώς. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Τοῦτον ὁ Πέτρος ἀντὶ Κύρου τῇ Ἱεραπολιτῶν ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπον ἐκπέμπει. Ὃν μετ' οὐ πολὺ ἐπίσκοποι ἐκ τῆς Περσικῆς παραγενόμενοι οἰκότριβα ἤλεγχον, καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀμέτοχον. Ὅπερ μεμαθηκὼς ὁ Πέτρος, τί δέοι γενέσθαι μὴ φροντίσας, ἔφησεν ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν τοῦ ἐπισκόπου χειροτονίαν πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς θείας μυήσεως (1).

Ex Suida in voce Διόδωρος.

586 Diodorus monachus primum fuit, Juliani et Valentis temporibus, postea vero episcopus Tarsi Ciliciæ. Scripsit hic libros complures, ut testatur Theodorus Lector in Historia ecclesiastica. Quorum hi sunt tituli : Interpretationes in universum Vetus

Διόδωρος μονάζων, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ καὶ Οὐάλεντος, ἐπισκοπήσας Ταρσῶν τῆς Κιλικίας. Οὗτος ἔγραψεν, ὥς φησι Θεόδωρος Ἀναγνώστης ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ, διάφορα. Εἰσὶ δὲ τάδε· Ἑρμηνεῖαι εἰς τὴν Παλαιὰν πᾶσαν· Γένεσιν, Ἔξ-

VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Τῆς θείας μυήσεως.* Post hunc locum Theod. Lect. recitatur in synodo 7 locus alter ex Hist. eccl. Joan. Diacrinomeni. Quem quidem locum desumptum esse existimo ex Hist. eccl. Th. Lect., qui de Xenaia loquens, Joannis Diacrin. Historiam adduxerat. Sic enim de Severo Acephalo scribens, eumdem Joannem Diacrinomenum laudat auctorem, ut videre est pag. 563.

οδον, καὶ ἐφεξῆς· καὶ εἰς Ψαλμοὺς, καὶ εἰς τὰς τέσσαρας Βασιλείας· εἰς τὰ Ζητούμενα τῶν Παραλειπομένων· εἰς τὰς Παροιμίας· Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας· εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν· εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων· εἰς τοὺς Προφήτας· Χρονικὸν, διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων· εἰς τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια· εἰς τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων· εἰς τὴν Ἐπιστολὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ· περὶ τοῦ εἷς Θεὸς ἐν Τριάδι· κατὰ Μελχισεδεκιτῶν· κατὰ Ἰουδαίων· Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως· Περὶ ψυχῆς· καὶ κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων· πρὸς Γρατιανὸν Κεφάλαια· κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης (2)· περὶ σφαίρας καὶ τῶν ἑπτὰ ζωνῶν, καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας· περὶ τῆς Ἱππάρχου σφαίρας· περὶ Προνοίας· κατὰ Πλάτωνος περὶ Θεοῦ καὶ θεῶν· Περὶ φύσεως καὶ ὕλης· ἐν ᾧ, τί τὸ δίκαιόν ἐστι· περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλανημένης· ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν· πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν· κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου, πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος· κατὰ τῶν λεγόντων ζῶον τὸν οὐρανόν· περὶ τοῦ, Πῶς ἀεὶ μὲν ὁ Δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα· πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ ἀΐδίου ὄντος· κατὰ Πορφυρίου περὶ ζώων καὶ θυσιῶν.

A Testamentum : in Genesim scilicet, in Exodum, et in reliquos deinceps libros. In Psalmos, et in quatuor libros Regnorum. Quæstiones in Paralipomena, in Proverbia. Quænam differentia sit inter theoriam et allegoriam. In Ecclesiasten. In Canticum canticorum, in Prophetas. Chronicum, in quo Eusebii Pamphili error in computatione temporum emendatur. In quatuor Evangelia. In Actus apostolorum. In Epistolam Joannis evangelistæ, de hoc quod unus est Deus in Trinitate. Contra Melchisedecitas. Contra Judæos. De resurrectione mortuorum. De anima, et de diversis hæresibus super ejusdem animæ natura. Capitula ad Gratianum. Contra astronomos et astrologos et contra fatum. De sphæra et de septem zonis, et de contraria pro-
B gressione astrorum. De sphæra Hipparchi. De Providentia. Contra Platonem de Deo ac diis. De natura et materia. In quo, et quid sit justum. De Deo et de materia Græcorum, falsa atque aberrante. Quod invisibiles substantiæ, non ex elementis, sed ex nihilo creatæ sint una cum elementis. Adversus Euphronium philosophum, per interrogationem et responsionem. Contra Aristotelem de corpore cœlesti. Quonam modo calidus sit sol. Adversus eos qui dicunt cœlum esse animal. Qua ratione Creator quidem sempiternus sit, res creatæ non item. Qua ratione in Deo sit velle et non velle, tametsi Deus æternus sit. Contra Porphyrium de animalibus et de victimis.

Ex Theophanis Chronico, *p.* 139.

Τὸν Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπον Θεόδωρος ἱστορικὸς C πατριάρχην ὀνομάζει, ἀλόγως (3), μὴ εἰδὼς τὸ διατί.

Episcopum Thessalonicæ Theodorus historicus patriarcham vocat absque ulla ratione : nec cur ita eum appellet, satis ipse novit.

Vetus Scholion ad caput vicesimum primum libri tertii Evagrii.

Οὐ λέγει οὗτος ἐνταῦθά γε τρανῶς τὸν Ἀκάκιον ὑπὸ τοῦ Ῥώμης καθαιρεθῆναι. Θεόδωρος δὲ μέντοι καὶ ὁ Κίλιξ Βασίλειος τρανῶς αὐτό φασι.

Evagrius quidem hoc loco aperte non dicit Acacium ab episcopo Romano depositum fuisse. Verum Theodorus et Basilius Cilix diserte id affirmant.

Ex Actione prima septimæ Synodi œcumenicæ.

Ἐκ (4) τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Θεοδώρου Ἀναγνώστου, βιβλίου πέμπτου. Διόσκορος γὰρ παρὰ τὸ τοῖς κανόσι δοκοῦν, ἑαυτῷ τὴν χειροτονίαν ἐπιτρέψας τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐπισκοπῆς, προχειρίζεται εἰς τὴν αὐτῆς προεδρίαν Ἀνατόλιόν τινα, τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τὰς ἀποκρίσεις (5) ἐν Κωνσταντινουπόλει ποιούμενον, ἔχων παρευθὺς καὶ Εὐτυχῆ συλλειτουργοῦντα. Πρὸς ὃν

Ex Theodori Lectoris Historiæ ecclesiasticæ libro quinto. Dioscorus enim contra canonum præscripta, Constantinopolitani episcopi **587** ordinationem sibi assumens, ad ejus Ecclesiæ præsulatum eligit Anatolium quemdam, qui tum Constantinopoli apo-
D crisiarius erat Ecclesiæ Alexandrinæ : habens præsto Eutychem quoque missas cum ipso celebrantem. Cui Anatolius facete dixit : ignorabat enim quid

VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης.* Diodorus Tarsensis libros octo scripserat contra Fatum, quorum excerpta habentur in Bibliotheca Photii, c. 223.

(3) *Πατριάρχην ὀνομάζει, ἀλόγως.* Fallitur Theoph. qui Thessal. episcopum male a Theodoro Lect. patriarcham vocari dicit. Nam Thess. episc. optimo jure patriarcha dictus est, utpote qui primas esset totius Illyrici. Primates enim, sive ἔξαρχοι, olim patriarchæ dicebantur, ut jam pridem monuit Jac. Sirmondus. Vide, si placet, quæ notavi ad lib. III Evagrii, cap. 6, et ad lib. V ejusdem Evagrii.

(4) Hoc insigne fragmentum de ordinatione Anatolii episcopi Constantinopolitani, quæ facta est Asterio et Protogene coss. anno Christi 449, Baronii diligentiam fugit. Depromptum autem est ex libro primo Historiæ Theodori. Nam Theodorus Lector Historiam suam exorsus est a fine librorum Socratis. Cum ergo Socrates desierit in episcopatu Procli CP., Theodorus Lector Historiam suam inchoavit ab exordio Flaviani, id est ab anno Christi 446. Quare in titulo hujus Fragmenti scribendum est, βιβλίου πρώτου.

facturus esset Dioscorus : Cuncta ad quæ venisti loca sanctificasti. Agebantur autem hæc consulatu Protogenis et Asterii.

A Ἀνατόλιος χαριέντως ἔφη (τὸ γὰρ μέλλον ἠγνόει)· Ὅπου περιπεπάτηκας, ἡγίακας. Ἐπράττετο δὲ ταῦτα κατὰ τὴν ὑπατείαν Πρωτογένους καὶ Ἀστερίου

Ex libro III *Joannis Damasceni De imaginibus.*

Ex Historia ecclesiastica Theodori Lectoris Constantinopolis, de quodam Palladio hæretico. Episcopus autem Antiochiæ Palladius, imperatori gratificari studens, eos qui sancta Chalcedonensis concilii decreta sequebantur, aversari cœpit, et sanctorum Patrum imagines deposuit.

Ex ejusdem Historia ecclesiastica, de iis qui Dioscori partes sequebantur. Eo enim audaciæ proruperat, ut beatorum qui illic fuerant episcoporum B nomina ex sacris diptychis sustulerit, eorumque imagines deposuerit, ac tyrannice combusserit.

Ex eadem Historia ecclesiastica, de Timotheo hæretico, qui post Macedonium Constantinopolitanam sedem suscepit. Impius iste in sacris conventibus, ingrediens in venerabiles ædes, jubebat sedulo inspici num forte Macedonius alicubi in tabula depictus inveniretur. Nec nisi ea tabula prius deposita fuisset, missas ibi celebrabat.

Ex eadem Historia ecclesiastica, de Juliano, et de Timotheo Constantinopolitano episcopo. Quidam ex iis qui seditionibus delectabantur, Timotheo episcopo indicarunt Julianum hunc a supra memorato Macedonio susceptum ac sustentatum fuisse, C et quam ob causam ita susceptus fuisset. Eum igitur Timotheus per ministros suos ad se adductum, præsentibus etiam civilibus magistratibus, in episcopali æde Chalcedonensem synodum anathemati subjicere compellebat. Senex vero imaginibus mortuorum antistitum, Flaviani et Anatolii archiepiscoporum Constantinopolis, qui illic depicti erant, quorum opera Chalcedonensis synodus confirmata fuerat, supplicans exclamavit : Si sanctam synodum admittere recusatis, deponite imagines episcoporum, eosque e sacris diptychis expungite.

588 *Ex Historia ecclesiastica Theodori historici Constantinopolitani, de Gennadio archiepiscopo Constantinopolitano.* Alia quoque de illo adjiciam stupenda prorsus atque admiranda. Cum pictor qui- D

Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Θεοδώρου Ἀναγνώστου Κωνσταντινουπόλεως, περί τινος αἱρετικοῦ Παλλαδίου. Ὁ δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Παλλάδιος, πρὸς χάριν βασιλέως διαπραττόμενος, τοὺς τοῖς ἐν Καλχηδόνι ἁγίοις δόγμασιν ἑπομένους ἐμυσάττετο, καὶ τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων εἰκόνας καθεῖλεν.

Τῆς αὐτῆς Ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς, περὶ τῶν τὰ Διοσκόρου φρονούντων. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἐληλύθει τῆς τόλμης, ὥστε καὶ τὰ τῶν ἐκεῖ γεγονότων μακαρίων ποιμένων ὀνόματα, τῶν ἱερῶν διπτύχων ἀνεῖλε, καὶ τὰς αὐτῶν εἰκόνας καθεῖλε, κατακαύσας τυραννικῶς.

Τῆς αὐτῆς Ἱστορίας, περὶ τοῦ διαδεξαμένου τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως μετὰ Μακεδόνιον αἱρετικοῦ. Οὗτος ὁ ἀνόσιος, ἐν ταῖς συνάξεσιν ἀπερχόμενος, τοὺς σεπτοὺς οἴκους ἀναθεωρεῖσθαι κελεύων, εἴπου μὴ γεγραμμένον ἐν εἰκόνι εὕρισκε Μακεδόνιον, ταύτην εἰ μὴ καθεῖλεν, οὐκ ἂν ἐλειτούργει. Vide pag. 563.

Τῆς αὐτῆς Ἱστορίας, περὶ Ἰουλιανοῦ καὶ Τιμοθέου, τοῦ καὶ Αἰλούρου. Τοῦτον τὸν Ἰουλιανὸν, γνωρίζουσί τινες τῶν ταῖς ταραχαῖς χαιρόντων, Τιμοθέῳ τῷ ἐπισκόπῳ ὑπὸ τοῦ προλεχθέντος Μακεδονίου συγκροτηθέντα, καὶ δι' ἣν αἰτίαν συνεκροτεῖτο. Διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ θᾶττον παρενέγκας, παρόντων καὶ πολιτικῶν ἀρχόντων ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ἠνάγκαζε τὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἀναθέματι ὑποβαλεῖν. Δεόμενος δὲ ὁ γέρων ταῖς εἰκόσι τῶν κατοιχομένων ἱερέων, Φλαβιανοῦ καὶ Ἀνατολίου τῶν ἀρχιεπισκόπων, ἐν Κωνσταντινουπόλει κεχρωματισμένων, δι' ὧν ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος τὸ κῦρος ἐκτήσατο, ἐκραύγαζεν· Εἰ μὴ θέλετε ἀφῆσειν τὰ τῆς λελεγμένης ἁγίας συνόδου, ἀναθεματίσαι τὰς τῶν ἐπισκόπων εἰκόνας, καὶ τῶν ἱερῶν διπτύχων ἀπαλεῖψαι.

Θεοδώρου ἱστοριογράφου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας, περὶ Γενναδίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. Ἕτερα δὲ αὐτοῦ παραθήσομαι, καταπλήξεως μεστά.

VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τὰς ἀποκρίσεις.* Liberatus in Breviario, cap. 12, scribit Anatolium apocrisiarium fuisse Dioscori Alexandriæ episcopi. Sic enim habet : *Ordinatusque pro eo Anatolius diaconus, qui fuit Constantinopoli apocrisiarius Dioscori.* Utrum vero apocrisiarium episcopi ab apocrisario Ecclesiæ distinguere oporteat, dubitare quis fortasse possit. Habebant enim majores Ecclesiæ suos apocrisiarios apud principem, ut docet Justinianus in Novellis. Porro Patres synodi septimæ eo loco probare conantur improbandas non esse ordinationes ab hæreticis factas, idque astruunt exemplo Anatolii, qui a Dioscoro hæretico ordinatus est episcopus Constantinopolis. Sed responderi potest Dioscorum, tunc cum Anatolium ordinavit, hæreticum non fuisse. Sed neque postea in Chalcedonensi synodo ob ullam hæresim damnatus est, ut patet ex sententia damnationis a Patribus synodi in eum prolata. Justinianus quoque in Expositione fidei scribit Dioscorum non ob ullum in fide errorem, sed tantum propter ecclesiasticum statum a sancta Romana Ecclesia post mortem anathemate damnatum fuisse. Ipse etiam Anatolius idem dixerat in concilio Chalcedonensi, act. 5, his verbis : *Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.* Quæ verba referuntur etiam a Nicolao papa in Epistola ad Michaelem imp.

Ζωγράφος τις, τὴν εἰκόνα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ γράφων, τῶ χεῖρε ἀπέψυκτο. Καὶ ἐλέγετο ὡς ὑπὸ Ἕλληνός τινος τὸ ἔργον ἐπιταγὲν τῆς εἰκόνος, ἐν τῷ προσχήματι τοῦ ὀνόματος τοῦ Σωτῆρος γεγράφηκεν ἐξ ἑκατέρου τὰς τρίχας ἐπὶ κεφαλῆς διεστώσας, ὡς μὴ τὰς ὄψεις καλύπτεσθαι. Τοιούτῳ γὰρ σχήματι Ἑλλήνων παῖδες τὸν Δία γράφουσι, πρὸς τὸ τοὺς ὁρῶντας νομίζειν, τῷ Σωτῆρι τὴν προσκύνησιν ἀπονέμεσθαι. Vide p. 554.

A dam Christi Domini nostri imaginem pingeret, manus ei exaruerunt. Dicebatur autem opus illud pagani cujusdam mandato, sub specie ac nomine Servatoris nostri pinxisse, crinibus ex utraque capitis parte ita discretis, ut facies nullatenus tegeretur. Hac enim forma gentiles Jovem solent depingere : eo scilicet consilio ut qui imaginem illam cernerent, Servatorem sibi viderentur adorare.

Τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Θεοδώρου τετάρτου τόμου (6). Ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν ὑπατείαν (7), κατὰ τὸν μῆνα τὸν Δεκέμβριον, ἔχοντα αὐτὸν εἰκάδα καὶ πέμπτην ἡμέραν, θαῦμα φοβερὸν καὶ ἐξαίσιον, πᾶσάν τε ἀκοὴν ἀνθρώπων καταπλῆττον γεγένηται. Ὀλύμπιος γάρ τις τοὔνομα, Εὐθυμίου τοῦ τῆς Ἀρείου θρησκείας ἐξάρχοντος, τὸν βαδιστὴν παραχορεύοντα (8), ἐν τῷ λουτρῷ τοῦ παλατίου Ἑλενιανῶν γενόμενος κατὰ τὸν προμαλάττοντα (9), καὶ θεασάμενός τινας τῶν λουομένων, τὴν τοῦ Ὁμοουσίου δόξαν σεμνύνοντας, ἔφη αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· Τί γάρ ἐστιν ἡ Τριάς; ποίῳ δὲ τοίχῳ οὐκ ἐπιγέγραπται; Καὶ κρατήσας τῶν ἑαυτοῦ ἀναγκαίων ἔφη· Ἴδε, κἀγὼ Τριάδα ἔχω. Ὥστε κινηθέντας τοὺς ἐκεῖ εὑρεθέντας, μέλλειν αὐτὸν διαχειρίζεσθαι· ἀλλ' εἰρχθησαν ὑπό τινος Μάγνου πρεσβυτέρου τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ περιτειχίσματι, ἀνθρώπου θαυμαστοῦ, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύοντος, φήσαντος πρὸς αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἂν διαλάθῃ τὸν τῆς παντεφόρου δίκης ὀφθαλμὸν, ἀκριβεῖ λόγῳ γράφοντα. Αἰδοῖ δὲ τοῦ ἀνδρὸς τῆς ταραχῆς παυσαμένων, ἐξανέστη ὁ Ὀλύμπιος, καὶ τῇ ἐμβάσει τῶν θερμῶν (a), ὡς ἔθος, χρησάμενος, ἔξεισιν ἐπὶ τὴν τῶν ψυχρῶν ὑδάτων δεξαμενὴν, ἥτις λαμβάνει τὰ ὕδατα ἐκ πηγῆς τικτομένης μέσον τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου τοῦ εὐαγοῦς οἴκου τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ὃν ἐν παλαιοῖς

Ex Theodori ecclesiast. Historiæ lib. IV. Sub eodem consulatu, quinto ac vicesimo die mensis Decembris, miraculum horrendum prorsus et inusitatum accidit, et quod cunctis audientibus stuporem incutiat. Quidam enim, Olympius nomine, juxta equum ambulatorem Euthymii Arianorum episcopi incedere solitus, cum esset in lavacro palatii Helenianarum in cella tepidaria, et quosdam ex lavantibus fidem Consubstantialis laudantes animadvertisset, hæc quæ sequuntur protulit verba : Quidnam vero est Trinitas, aut quo in pariete minime depicta est? Simul apprehensis virilibus : Ecce ego quoque Trinitatem habeo. Adeo ut omnes qui illic aderant, commoti illum interficere vellent. Sed ne id facerent prohibiti sunt a quodam Magno, ecclesiæ Sanctorum Apostolorum presbytero, viro admirabili, Deique cultore studiosissimo, qui in ambitu palatii repertus, ipsis affirmavit quod vir ille nunquam subterfugiturus esset justitiæ oculum, cuncta spectantem et diligentissime adnotantem. Cum igitur hominem reveriti, tumultum compressissent, surrexit Olympius. Et aquæ calidæ solio, ut moris est, usus, ad frigidæ aquæ piscinam egreditur, quæ aquas excipit ex fonte qui oritur in medio venerandi altaris sanctæ Ecclesiæ protomartyris Stephani, olim ab Aureliano viro summis ma-

VALESII ANNOTATIONES.

(6) Hujus egregii Fragmenti titulus in editione Basiliensi ita scriptus est : Τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Θεοδωρίτου, etc. Sed cum Theodoritus usque ad Anastasii imperatoris tempora minime pervenerit, recte Jacobus Billius in Notis ad librum tertium Joannis Damasceni De imaginibus observat scribendum esse Θεωδώρου. Atque ita conjeceram priusquam Notas ejus legissem. Certe stylus et scribendi character, Theodorum Lectorem aperte indicat.

(7) *Ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν ὑπατείαν.* Quibus consulibus id miraculum contigerit, docet Victor Thunonensis in Chronico ita scribens : *Joanne Scytha et Paulino coss., Olympius quidam Arianus in balneis quæ Elianæ vocantur, ad regiam urbem, sanctam et consubstantialem Trinitatem blasphemans, tribus ignis siclis, angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidæ aquæ perfusus, vitam impie simulque prodigiose finiit.* Eamdem historiam referunt auctor Historiæ Miscellæ, in libro XV, Ado Viennensis, et Sigebertus in Chronico. Qui tamen in Africa id gestum esse scribunt, contra fidem atque auctoritatem Victoris atque Theodori. Vidit hunc errorem Baronius : qui tamen et ipse lapsus est, cum id miraculum retulit anno Christi 494, cum in annum Christi 498 referre debuisset, ut testatur Victor Thunonensis.

(8) *Τὸν βαδιστὴν παραχορεύοντα.* Scribendum est procul dubio παραχορεύων. Refertur enim ad vocem Ὀλύμπιος. His igitur verbis Theodorus significat, Olympium hunc Euthymii Arianorum apud Constantinopolim episcopi pedissequum fuisse, seu stratorem, qui juxta equum subsultim incederet. Nam βαδιστὴς equus est qui βάδην ambulat, id est molli gressu. Hujusmodi certe equi episcopis magis conveniunt. Hesychius, καλπὴς, ἵππος βαδιστής. Plura de his equis congerit Salmasius in Notis ad Historiam Augustam, pag. 245.

(9) *Κατὰ τὸν προμαλάττοντα.* Idiotismus est familiaris Theodoro. Ut enim paulo ante dixit τὸν βαδιστὴν, subaudiens ἵππον, ita nunc dicit τὸν προμαλάττοντα, subaudiens οἶκον. Intelligit autem Theodorus cellam tepidariam. Quatuor enim erant cellæ in balneis : prima tepidaria unctuaria ; secunda sudatoria dicebatur ; tertia, assa cella ; quarta, frigidaria, ut scribitur in Dialogo Adriani et Epicteti.

VARIORUM.

(a) *Τῇ ἐμβάσει τῶν θερμῶν.* Balnea intra ecclesiarum ambitum interdum struebantur. Vide celebrem legem *De asylis*, 9, Cod. Theod. tit. 45, l. 4. W. Lowth.

gistratibus functo exstructæ. Ex quo existimo, ut aqua illa haudquaquam expers sit divinæ Providentiæ. In hanc ille cum descendisset, confestim egressus est, clamans: Miseremini mei, miseremini. Et carnes suas scalpens, ab ossibus avellebat. Tunc vero amici qui circa illum erant, eum comprehenderunt, et linteo involutum in cubili collocarunt pene exanimem. Deinde hominem interrogarunt, quidnam ei contigisset? Quibus Olympius hæc respondit: Vidi hominem candidis indutum vestibus, qui supra me stans in piscina, tres siclas aquæ calidæ mihi superfudit, ita dicens: Noli impie loqui. Post hæc ejus necessarii cum illum in lecticam imposuissent, in aliud balneum transtulerunt, quod erat vicinum ecclesiæ Arianorum. Sed cum eum ex linteo quo involutus erat eximere vellent, cunctas ejus carnes simul dilacerarunt. Atque hoc modo moriens animam exhalavit. Ea res per universam fere regiam civitatem divulgata est. Aiebant autem nonnulli de Olympio qui hæc passus est, eum ante aliquot annos relictis partibus eorum qui Consubstantialis fidem profitebantur, Arianorum baptismum suscepisse. Porro cum ea res ad imperatorum notitiam pervenisset, imperabat autem tunc Anastasius, jussit ut miraculum istud in tabula depictum supra piscinam collocaretur. Joannes autem quidam, diaconus ac defensor supra memoratæ sanctæ ecclesiæ protomartyris Stephani, vir qui pro defensione fidei Consubstantialis ardentissimum zelum perpetuo declaravit: tum ipse nomen suum inscripsit imagini, tum nomina eorum ascripsit, qui tunc lavantes miraculum viderant, et ubi singuli eorum habitarent, eorum denique qui balneis ministrabant vocabula adjecit. Quæ quidem imago ad hoc usque tempus in fronte quadriporticus oratorii jam toties a nobis memorati defixa, testis est hujus rei. Sed quoniam post hoc miraculum, alterum subsecutum est, nefas est id præterire, cum ejusdem argumenti sit. Quod quidem licet nostræ ætatis homines præterierit, non pigebit tamen commemorare. Ariani enim cum hunc de hæresi ipsorum triumphum percrebrescere viderent, curatorem palatii Helenianarum, utpote qui balnearum administrationi præpositus esset, enixe rogarunt ut imaginem illam deponeret atque absconderet. Qui prætextum commentus satis speciosum, humorem scilicet qui ex aquis nascebatur, tabulam ut corruptam sustu- **589**

A ἔκτισεν ἀξιώμασιν ἀρχοντικοῖς διαλάμψας Αὐρηλιανός. Ἐνθένδε ἠγοῦμαι θείας ἐπαψίας τὸ ὕδωρ ἁξιοῦσθαι. Ἐν ᾗ καταβὰς, θᾶττον ἐπαναβαίνει, κραυγάζων, Ἐλεήσατέ με, ἐλεήσατε. Καὶ κνήθων αὐτοῦ τὰς σάρκας, τῶν ὀστῶν ἀπεμέριζε. Πάντες δὲ περὶ αὐτὸν γενόμενοι, καὶ κρατήσαντες, σινδόνι περιτυλίξαντες, ἀνέκλιναν ψυχορραγοῦντα. Ἐπηρώτων δὲ, τί ἂν εἴη τὸ συμβάν. Καί φησιν ὁ Ὀλύμπιος· Ἄνδρα κατεῖδον λευχειμονοῦντα, ἐπιβάντα μοι κατὰ τῆς νεροφόρου, καὶ τρεῖς σίκλας θερμοῦ περιχέαντά (10) μοι, καὶ λέγοντά μοι· Μὴ δυσφήμει. Λαβόντες δὲ αὐτὸν φορείῳ οἱ αὐτῷ διαφέροντες, μετεκόμισαν ἐν ἑτέρῳ λουτρῷ προσκειμένῳ τῇ τῶν Ἀρειανῶν ἐκκλησίᾳ. Θελόντων δὲ αὐτῶν ἀποτυλίξαι τὴν σινδόνα ἀπ' αὐτοῦ, συνεξέπαιρον πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ. Καὶ

B οὕτως νεκρωθεὶς, ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. Γνωστὸν δὲ ἐγένετο τοῦτο σχεδὸν καθ' ὅλης τῆς βασιλίδος. Ἐφήμιζον δέ τινες περὶ τοῦ πεπονθότος, ὡς χρόνοις τισὶν, ἀπὸ τῆς τὸ Ὁμοούσιον δοξαζούσης θρησκείας, εἰς τὴν Ἀρείου μετεβαπτίσατο λατρείαν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ἀκοαῖς βασιλέων ἐπλησίασεν (Ἀναστάσιος δὲ ἦν), ἐπέτρεψεν εἰκόνι χρωματισθὲν τὸ τεράστιον, ὕπερθεν τῆς νεροφόρου καταπαγῆναι. Ἰωάννης δέ τις διάκονος, καὶ ἔκδικος τοῦ προλεχθέντος εὐαγοῦς οἴκου Στεφάνου τοῦ τῶν μαρτύρων πρώτου, ἀνὴρ, εἰ καί τις ἄλλος, ζῆλον ὑπὲρ τοῦ Ὁμοουσίου δόγματος ἐκάστοτε ἐνδεικνύμενος, καὶ αὐτὸς εἰκόνι κατέγραψεν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς· τῶν γὰρ

C ἐκεῖσε λουομένων καὶ θεασαμένων τὰ ὀνόματα κατέγραψε, καὶ ἔνθα εἴη ἕκαστος οἰκῶν, ἔτι τε καὶ τῶν τοῖς ὕδασιν ὑπηρετούντων. Μαρτυρεῖ δὲ ἡ εἰκὼν, ἄχρι τοῦ παρόντος πεπηγυῖα ἐν τῷ ἐμβόλῳ τοῦ τετραστόου, τοῦ πολλάκις εἰρημένου εὐκτηρίου. Ἐπειδὴ δὲ τῷ θαύματι θαῦμα ἐπηκολούθησεν, οὐχ ὅσιον παριδεῖν, τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τυγχάνον. Ὅπερ, εἰ καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ὑπερῆλθε, λέγειν οὐκ ὀκνήσω. Θεασάμενοι γὰρ οἱ τῆς Ἀρείου συμμορίας ἐπικρατοῦντα θρίαμβον, ἐλιπάρησαν τὸν τοῦ παλατίου Ἑλενιανῶν τὴν φροντίδα πεπιστευμένον, ὡς ἐξάρχοντα καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ διοικήσεως, καθελόντα κατακρύψαι τὴν εἰκόνα. Ὃς πρόφασιν εὐμήχανον εὑράμενος, τὴν ἐκ τῶν ὑδάτων προσγινομένην νοτίδα, ὡς σκυλθεῖσαν τὴν εἰκόνα ἀφελόμενος, φησὶν, ἐπὶ διορθώσει, κατέκρυψεν. Ἦν ὁ βασιλεὺς, ἐγκυ-

D κλίους ἐπιδημίας τελῶν εἰς ἕκαστον τόπον βασιλικὸν, παραγενόμενος κἀκεῖσε, τὴν εἰκόνα ἐπεζήτει· καὶ οὕτως αὖθις τῷ τοίχῳ κατεπάγη. Παρὰ πόδας δὲ τὸν Εὐτυχιανὸν (11) (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ Διαιταρίῳ)

VALESII ANNOTATIONES.

(10) *Καὶ τρεῖς σίκλας θερμοῦ περιχέαντα.* Iisdem verbis usus est Victor Thunonensis, ut supra vidimus: *Tribus ignis siclis, angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidæ aquæ perfusus.* Ego *siclas* idem significare puto quod *situlas*: ac profecto libentius legerim σίτλας. Situlas certe aquæ calidæ hic intelligi apparet ex voce *perfusus*, quam addit Victor. Sed auctor Historiæ Miscellæ et Ado ac Sigebertus, cum hanc vocem non intelligerent, Olympium ignito jaculo ab angelo percussum esse finxerunt. Gregorius Magnus in libro primo Dialog. cap. primo, *et cum situla lignea, sicut moris est, mancipium ad fontem perrexit.* Vetus interpres vertit, μετὰ ξυλίνης σίκλας. Sic enim legitur in manuscripto codice, ut testatur Meursius in Glossario. Sed fallitur idem Meursius, qui σίτλας corrigendum esse censet.

(11) *Τὸν Εὐτυχιανόν.* Idem narrat Theophanes in Chronico, pag. 122, ex Theodoro nostro, ut apparet. Eum enim Theophanes in Chronico suo solet describere.

ὀργή τις θεοδίκαστος παραλαβοῦσα, τὸν μὲν δεξιὸν ὀφθαλμὸν διαῤῥεῦσαι πεποίηκε· κακίστως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ περισείουσα μέλη, προσελάσαι παρεσκεύασε τῷ εὐαγεῖ εὐκτηρίῳ, ἔνθα πεπίστευται ἀναπαύεσθαι μέρος ἱερῶν λειψάνων τῶν θεσπεσίων Πανταλέοντος καὶ Μαρίνου, ἐπικαλουμένου τοῦ τόπου Ὁμόνοια, ἐκ τοῦ, ἐκεῖ συνελθόντας τοὺς ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπους ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου βασιλέως, κοινήν τινα καὶ συμπεφωνημένην διδασκαλίαν τοῦ τε ὁμοουσίου τῆς θείας Τριάδος ποιήσασθαι, καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου τρανῶσαι τὴν ἐκ Παρθένου πρόσληψιν, ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν τεκτήνασθαι. Ἡμέρας τε περίπου ἑπτὰ προσκαρτεροῦντος, καὶ ὀνοῦντος οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ διαβρωθέντων αὐτῷ καὶ τῶν διδύμων, μεσούσης μιᾶς τῶν νυκτῶν, ὁ λαχὼν ὑποδιάκονος τὴν παννύχιον εὐχὴν, ὁρᾷ κατ' ὄναρ βασιλέα τινα ἑπιστάντα, καὶ τῇ χειρὶ ὑποδεικνύοντα τὸν ἀσθενῆ, λέγειν· Πῶς ὑπεδέξω τοῦτον; Τίς δὲ ὁ ἐνταῦθα ἀγαγών; Οὗτος ὁ μετὰ τῶν εἰς ἐμὲ δυσφημούντων συμφραξάμενος. Οὗτος ὁ κατακρύψας τὴν εἰκόνα τοῦ θαύματος. Διαναστὰς δὲ ὁ κληρικὸς, τὸ ὀφθὲν διηγήσατο, φήσας, τῶν ἀδυνάτων τυγχάνειν, ἰαθῆναι τοῦτον τῆς μάστιγος. Τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ, ὁ Εὐτυχιανὸς, ὥσπερ εἰς ὕπνον ἐκ τῶν ὀδυνῶν ὑπαχθεὶς, ὁρᾷ τινα νεανίαν εὐνοῦχον παράσσι λαμπρῷ ἡμφιεσμένον (12), λέγοντα αὐτῷ, Τί ἔχεις; Ὡς δὲ, Ἀποθνήσκω, ἔφη, κατατηκόμενος καὶ θεραπείας μὴ τυγχάνων, ἤκουε λέγοντος, ὡς Οὐδείς σοι δύναται βοηθῆσαι· ὁ γὰρ βασιλεὺς δεινῶς ὀργίζεται κατὰ σοῦ. Ἠντιβόλει οὗτος, καί φησι· Τίνα κινήσω; ἢ τί ποιήσω; Ὁ δέ φησιν, Εἰ θέλεις ἀνεθῆναι, ἄπιθι συντόμως ἐν τῷ λουτρῷ Ἑλενιανῶν, καὶ ἐγγύθεν τῆς εἰκόνος τοῦ καυθέντος Ἀρειανοῦ ἀναπαύθητι. Παραυτὰ δὲ διυπνίσας, ἕνα τῶν ὑπηρετούντων ἐφώνει. Ἐξεπλάγησαν δέ· τριῶν γὰρ ἡμερῶν ἤδη παρελθουσῶν, ἀφωνίᾳ συνείχετο. Καί φησι πρὸς αὐτοὺς ἀπάγειν αὐτὸν κατὰ τὸ προσταχθὲν διεκελεύσατο. Φθάσας δὲ τὸν τόπον, καὶ πρὸς τὴν εἰκόνα τεθείς, ἐξέπνει. Τὴν γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος διάστασιν τῆς ψυχῆς, ἐλευθερίαν ἀνέσεως ὁ ὀφθεὶς ἀγορεύων, ἠλήθευσεν.

lit et occultavit, restituturum eam se fingens. Verum imperator cum ex more singula urbis palatia inviseret, ad hoc quoque palatium progressus, imaginem illam requisivit. Atque ita parieti rursus affixa est. E vestigio autem Eutychianum, id enim nomen erat Diætario, divina percussit **590** indignatio : ita ut dexter oculus ei diffluxerit. Sed et reliqua corporis membra ita afflixit, ut eum ad sanctam ecclesiam cogeret accedere, in qua requiescere creditur pars reliquiarum sacrarum Pantaleonis et Marini, divinorum martyrum. Qui locus homoncea cognominatur, propterea quod centum et quinquaginta episcopi, principatu Theodosii Magni illic congregati, concordem omnes et unanimem protulerunt doctrinam, tum de consubstantiali Trinitate, tum de incarnatione Domini nostri ex Maria Virgine. Sed cum septem circiter continuos dies illic moratus, nihil utilitatis perciperet, quin et testiculi ei computruissent; subdiaconus cui sortito obvenerat ut tota nocte pervigil Deum oraret, videt in somnis regem quemdam sibi astantem, manuque illum qui ægrotus jacebat, indicantem ac dicentem : Quomodo hunc suscepisti ? Quis vero istum huc adduxit? Hic consensit cum iis qui de me impie loquuntur. Hic est qui tabulam, in qua depictum erat miraculum, occultavit. Clericus itaque exsurgens, id quod viderat enarravit, negans fieri posse ut is hac calamitate liberaretur. Eadem vero nocte Eutychianus, cum ex doloris acerbitate in somnum delapsus esset, adolescentem quemdam eunuchum videt, splendida indutum veste, hæc ipsi dicentem : Quid tibi vis? Cumque ille respondisset : Pereo, contabescens, nec curationem ullam invenio, audivit illum dicentem : Nemo potest tibi opitulari. Rex enim vehementer tibi succenset. Ipse vero orans et supplicans : Quem, inquit, movebo, aut quid faciam? At ille : Si vis, inquit, sanari, ad Helenianarum balneum contende. Et juxta imaginem Ariani combusti requiesce. Statimque expergefactus unum ex ministris vocavit. Quod factum omnes admirati sunt; tres enim dies jam elapsi fuerant ex quo usum vocis amiserat. Mandavit igitur illis ut se abducerent eo quo fuerat imperatum. Cumque ad locum venisset, et juxta imaginem collocatus fuisset, statim exspiravit. Is enim qui in somnis ei visus fuerat, per liberationem, separationem animæ et corporis designans, vera prædixerat.

Fragmentum subsequens, quod in collectaneis Theodori editis desideratur, ex codice Vaticano 1455, *p.* 233, *edidit Jos. Maria Suaresius in notis ad S. Nili opera, pag.* 614.

Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Θεοδώρου Ἀναγνώστου Κωνσταντινουπόλεως. Πόσαι αἱ τῆς πίστεως ἐκθέσεις.

Ex Ecclesiastica Historia Theodori Lectoris Constantinopolis. Quot sint fidei Expositiones.

Αὗται μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει τότε ἀνεγνώσθη-

Istæ quidem Constantinopoli tunc lectæ fuerunt;

VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Παράσσι λαμπρῷ ἡμφιεσμένον.* Scribendum puto παραγαύδει· est autem παραγαύδις genus vestimenti seu tunicæ quam Latini *albam paragaudem* vocabant. Vide Casaubonum et Salmasium in Notis ad Historiam Augustam.

nos vero labyrinthum Expositionum tandem aliquando cum perfecissemus, numerum illarum collegimus. Etenim post fidem Nicææ editam, dein Antiochiæ in Encæniis, sivè renovata Ecclesia, aut potius excitato Dominico, ex Hieronymo, Socrate, Sozomeno et Athanasio duplices Expositiones suggesserunt. Tertia vero est, quæ tradita fuit ab his qui cum Narcisso erant in Galliis, et oblata imperatori fuit Constanti. Quarta autem ab Eudoxio missa nuper his qui erant in Italia; Sirmii vero tres enuntiatæ sunt, quarum una Arimini post consulatum Eusebii et Hypatii lecta fuit; octava est quæ fuit condita Seleuciæ, quam qui cum Acacio erant legerunt. Ultima denique, quæ Constantinopoli cum additione edita fuit, nam appositum ei fuit, nec essentiam, neque subsistentiam in Deo dicere. Isti Ulphilas Gotthorum episcopus tunc primum consensit, anteriori namque tempore eam, quæ Nicææ fuit stabilita, fidem amplexus est, subsecutus Theophilum, qui Gotthorum episcopus Nicænæ synodo interfuit, subscripsitque. Hæc quidem de ista re dicta sint.

A σαν· ἡμεῖς δὲ τὸν λαβύρινθον τῶν ἐκθέσεων ὁπότε διανύσαντες τὸν ἀπαριθμισμὸν αὐτῶν συνηγάγομεν· μετὰ γὰρ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, ὕστερον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῖς ἐγκαινίοις δισσὰς ἐκθέσεις ὑπηγόρευσαν, τρίτη δέ ἐστιν ἡ ἐπιδοθεῖσα ὑπὸ τῶν περὶ Νάρκισσον ἐν ταῖς Γαλλίαις τῷ βασιλεῖ Κωνστάντι. Ἄρτι [τετάρτη] δὲ ἡ δι' Εὐδοξίου τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ πεμφθεῖσα. Ἐν δὲ Σιρμίῳ τρεῖς ὑπηγορεύθησαν ὧν μία ἐν Ἀριμίνῳ μετὰ τῆς ὑπατείας. . . . . (Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου, *legerem e Gothofredo in Chronol. Cod. Theodos. ad annum Christi N.* 359) ἀνεγνώσθη. Ὀγδόη δέ ἐστιν ἡ ἐν Σελευκείᾳ, ἣν οἱ περὶ Ἀκάκιον ἀνεγνώκεισαν· τελευταία δὲ ἥτις ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τῆς προσθήκης ἐκδέδοται. Προσέκειτο γὰρ αὐτῇ μήτε οὐσίαν, μήτε ὑπόστασιν B ἐπὶ Θεοῦ λέγειν. Ταύτῃ καὶ Οὐλφίλας τῶν Γότθων ἐπίσκοπος τότε πρῶτον συνέθετο· τῶν γὰρ ἔμπροσθεν χρόνων, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἠσπάζετο ἑπόμενος Θεοφίλῳ ὃς τῶν Γότθων ἐπίσκοπος ὢν τῇ ἐν Νικαίᾳ Συνόδῳ παρὼν καθυπέγραψε. Τοσαῦτα μὲν περὶ ταῦτα εἰρήσθω.

ANNO DOMINI DXXV.

PROCOPIUS PRESBYTER TYRORUM.

NOTITIA.

(Fabric. *Biblioth. Græc.* tom. VII, 566, edit. Harless.)

Procopius, presbyter, qui ex Dorotheo, Tyri episcopo, circa a. C. 525 composuit Commentarium de LXX discipulis Christi et duodecim apostolis, quem post Cangii editionem, ego anno 1713 recudendum dedi ad calcem librorum de Vita Moysis, notis Gilb. Gaulmini illustratorum. Fabr. Procopius totam illam disputationem Dorotheo cuidam, Tyri, ut ferunt, temporibus Constantinorum et Juliani, episcopo, affinxisse videtur Saxio *Onom.* II, pag. 25, et Hambergero *Zuv. Nachr.* II, pag. 740 sq., de Dorotheo illo, sub cujus nomine editus est tractatus de LXX Domini discipulis Græce cum versione Lat. et Observatt. Guil. Cave in ejusdem *Hist. litt. SS. eccl.* tom. I, pag. 164, Gr. ac Lat. in Chronico Paschali, pag. 426 sqq. ed. Paris. — Latine in *Bibl. PP. max.* tom. III, p. 426, add. Oudin. *Comm. de SS. Eccles.* tom. I, pag. 1378. I. G. Walch. *Hist. eccles. N. T.* p. 1497. Harl.

PROCOPII COMMENTARIUS DE LXX DISCIPULIS ET XII APOSTOLIS.

(*Exstat ad calcem* Chronici Paschalis. *Vide hujusce* Patrologiæ *tom. XCII, col.* 1059 *seqq.*

THEODORUS SCYTHOPOLITANUS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XI, p. XI.)

I. Theodosio Scythopolitano antistiti, qui anno 536 A synodo Hierosolymitanæ sub Petro patriarcha celebratæ adversus Anthimum et alios hæreticos interfuit (1), successisse videtur Theodorus de quo hic sermo. Hic primum, ut Lequienium assectemur (2), in Origenistarum tumultibus post sancti Sabæ ad cœlum transitum exortis, Origenistis se adjunxit : unde Theodoro Ascidæ factus acceptissimus, Scythopolitanus præsul creatus est Qua de re audiendus Cyrillus Scythopolitanus in Vita sancti Sabæ, quam edidit Cotelerius (3) : « Cum Theodorus, inquit, cognomento Ascidas (4), Neolauritarum dux et princeps, postea Cæsareæ Cappadociæ præsul,... staret a partibus Isochristorum (5), eosque tueretur, multosque ipsorum episcopos Palæstinæ ac hegumenos constitui fecisset, nec non Theodorum Novæ Lauræ præpositum procurasset fieri Crucis custodem et Sythopolitanorum metropolitam, » etc. Hæc autem narrat Cyrillus paulo ante Petri patriarchæ obitum. Mox enim subdit (6) : « Abbas ergo B Conon ejusque comites, Constantinopoli diversis ærumnis per Ascidam subjecti, patientia victoriam reportarunt. Aliquot enim interjectis diebus, cum e vita discessisset Petrus archiepiscopus, » etc. Obiit autem Petrus Hierosolymorum antistes, ut scriptores communius tradunt (7), anno 544, qui Joanni successerat anno 524. Ex quibus ergo temporum notationibus emendandus annus 531, cui ante quam his Prolegomenis conscribendis manum admoveremus, Theodori nostri libellum illigandum ubs re duximus, quem potius ad annum saltem 553 ablegare oportebat, ut ex infra dicendis compertum fiet. Constat enim ex ejus inscriptione oblatum illum fuisse inter cæteros Eustochio Hierosolymitano patriarchæ; qui Petro jam defuncto, cum Macarius, in ejus locum assumptus, fuisset brevi exauctoratus, sedem Hierosolymitanam conscendit. Sic autem effertur ejus inscriptio : *Libellus Theodori episcovi Scythopoleos. Religiosissimo et in Dei custodia posito, post Deum domino Justiniano, et beatissimis patriarchis Eutychio, Apollinario, Domnino et Eustochio, Theodorus misericordia Dei episcopus Scythopolitanorum.* Quo de opusculo hæc Montfauconius (8) : « Libellus Theodori Scythopolitani oblatus est Justiniano imperatori, et patriarchis Eutychio Constantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Antiocheno et Eustochio Hierosolymitano. Is ipse Theodorus, postquam Origenis, quem atheum et impium vocat, errores sectatus fuerat, tandem resipiscens, ejus dogmata hoc in libello anathemate damnat, ac duodecim anathematismis totidem impia doctrinæ Origenianæ capita proscribit. Utrum autem Origenes errores illos omnes vere docuerit, non convenit inter doctos. Prodit autem egregium opusculum ex codice XXXIV Bibliothecæ Coislinianæ. »

(1) *Concil.* tom. V, p. 1259 e.
(2) Lequien. *Or. Christ.* tom. III, p. 692.
(3) Cotel. *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 372 seq., num. 89.
(4) Ibid. num. 83, pag. 361.
(5) Lucem dabit Evagrius *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 38, sub finem ; quo loci adducuntur verba Neolauritarum ac Theodori Ascidæ de æqualitate cum Christo, ἐν τῇ ἀποκαταστάσει, in restitutione. (COTELERIUS, in Notis, ibid. p. 624 b.)
(6) Cotel. *Monum. Eccl. Gr.* t. III num. 90, p. 373.
(7) Pagi ad ann. 546, § 9.
(8) Montf. præfat. ad Bibl. Coislin. num. 7.

II. Verum de hoc Theodori libello disserentem audire præstat eruditum Lequienium (9) : « Porro, inquit, observandum diligenter, Theodorum in eo libello, quem Eutychio Constantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Antiocheno et Eustochio Hierosolymitano patriarchis, qui omnes anno 553 actis 5 synodi generalis, tres quidem manu propria, Eustochius vero per tres vicarios subscripserunt, adhuc sedentibus edidit (subindeque intra illud spatium temporis quod fluxit ab anno 552, quo, mense Aug. exeunte, Mennæ defuncto Eutychius suffectus est, ad annum 559, quo Domninus obiit illorum primus mense itidem Augusto), nihil omnino eloqui de Origenis damnatione in illa quinta synodo generali peracta : nec Didymum et Evagrium vel leviter nominare, quos vulgo scriptores una cum Origene in ea synodo v perhibent damnatos. Nunquid solemnem hanc tacuisset Theodorus Origenis proscriptionem, ex qua tantum laudis redundasset in Justinianum imperatorem præfatosque patriarchas, si latam fuisse novisset ? Hæc certe mentio præsenti materiæ nec extranea erat, nec a Theodoro negligenda, præsertim cum ea proscriptio plurimo dedecore dogmata Origeniana, quæ ejurabat, aspergeret. »

(9) Lequien. l. c. pagg. 693 seq.
(10) Ibid. pagg. 210 seqq.
(11) Tillem. *Mem.* tom. X, pag. 397.

III. « Scriptum autem, subdit, hoc opusculum Theodori post quintam synodum generalem palam fit ex silentio Cyrilli Scythopolitani, qui, licet lucubrationem suam de Vita sancti Sabæ ultra tempus hujus synodi generalis, cujus meminit, producat ; nihil tamen dicit de reditu Theodori Scythopolitani præsulis ad sanam doctrinam, iis rejectis Origenianis erroribus, propter quorum professionem, ipso teste, Theodorus Ascidas, maximus Origenistarum monachorum protector, eumdem ad illam sedem promoveri curaverat. Posterior itaque fuit retractatio illa Theodori, nondumque facta fuerat quando Cyrillus opus suum de Vita sancti Sabæ absolvit. Hinc vero non parum corroborari videtur C assertio supra ventilata (10), qua statuimus gravioribus momentis, in synodo v generali nihil re ipsa de Origene, Didymo et Evagrio damnandis tractatum aut definitum fuisse. Tillemontius ait (11), de damnatione Didymi cum Origene et Evagrio per synodum quintam generalem, *non ignorari multa suppetere dicenda*, quæ ad sæculum sextum pendenda remittit : his utique verbis innuens, damnationem illam Origenis, Evagrii et Didymi summis involvi difficultatibus. In indice episcoporum hujus synodi quintæ, Theodorus iste Scythopolitanus non legitur, nec aliud quidquam de eo nobis compertum est. » Hactenus cl. Lequienius.

IV. Porro in his viri docti verbis modo relatis non sibi omnino constare auctor mihi videtur. Primum enim ait, patriarchis Constantinopolitano,

Alexandrino, Antiocheno et Hierosolymitano in synodo v generali *adhuc sedentibus*, suum *edidisse Theodorum libellum;* postmodum vero *scriptum* ejusdem *Theodori opusculum post* ipsam *quintam synodum generalem*, ex Cyrilli Scythopolitani opere de Vita sancti Sabæ arguere se posse opinatur: quæ quidem dicta sibi adversari noscuntur. Præterea cadant, an recto stent talo conjecturæ, quas ex utriusque scriptoris, Theodori ac Cyrilli, silentio ducit vir eruditus, dubitaverim equidem. Potuit enim Theodorus Origenis proscriptionem quam in ea synodo v generali peractam fuisse vulgo creditur, in libello suo præterire, *adhuc* in concilio *sedentibus* Patribus oblato; ubi nondum scilicet causa Origeniana fuerit agitata; vel cui potius agitandæ occasionem se præbiturum suis anathematismis confideret ipse Theodorus; vel denique ignorans num Origenis errores essent in eo concilio damnandi. Ad Cyrillum vero quod attinet, quid mirum si, Vitæ sancti Sabæ scribendæ præcipue intentus, narrationem præterierit de Scythopolitani episcopi reditu ad sanam doctrinam, quæ quidem operi suo contexendo haud necessaria videbatur? Quid vero si, ut equidem censeo, palinodiam cecinerit Theodorus, stante adhuc concilio v generali, post cujus celebrationem opus suum concinnasse Cyrillum certo constat, quippe qui eo in opere ejusdem concilii meminerit? Ut propterea nemo jure conficere posse videatur, quod tamen Lequienius contendit, suum nempe libellum conscripsisse Theodorum, postquam opus de Vita sancti Sabæ Cyrillus absolvit; eo tantum nomine, quod Scythopolitani antistitis retractationis mentionem haud injecerit, jam abunde satis manifestam, dum concilium v generale adhuc celebraretur.

THEODORI SCYTHOPOLITANI

LIBELLUS DE ERRORIBUS ORIGENIANIS.

* EX BIBLIOTHECÆ COISLINIANÆ CODICE XXXIV.

(GALLAND. *Vet. Patr. Biblioth.* t. XI, p. 294.)

Libellus Theodori episcopi Scythopolitani.

Piissimo, et in Dei custodia posito, post Deum domino Justiniano, et beatissimis patriarchis Eutychio, Apollinario, Domnino et Eustochio, Theodorus, misericordia Dei episcopus Scythopolitarum.

Quoniam nuper, utpote homo, quædam sentiebam ab atheo et impio Origene prolata circa præexsistentiam et restitutionem: nunc autem lectis accuratius divinis Scripturis et sanctis deiferisque Patribus, clare edoctus ejusmodi impia dogmata cum Græcorum stultitiis et Manichæorum fabulis consentire, imo etiam cum Arianicis blasphemiis, et Judaicis quæ a Nestorio sive ab impio Theodoro excogitatæ sunt; cumque compererim vos piissimos sanctissimosque archiepiscopos et patriarchas, Eutychium hujusce imperialis urbis antistitem, Apollinarium Alexandrinorum, Domnum Theopolitarum seu Antiochenorum, et Eustochium Hierosolymitanorum, ejusmodi dogmata utpote exsecranda jure abhorrere ac omnino ejicere; ac in more sit eos qui pœnitentiam agunt ac errorem confitentur suum, a sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia recipi: ideoque ego gratiam maximam profiteor Deo vestræque piissimæ serenitati, nec non memoratis beatissimis patriarchis, qui mihi procurarunt ut ab hoc animæ pernicioso damno liberarer et omnino eruerer. Cum autem justum sit talem impietatem scripto damnare, præsentibus meis libellis profiteor et juro per sanctam

B *Λίβελλος Θεοδώρου ἐπισκόπου Σκυθοπόλεως.*

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφυλάκτῳ μετὰ Θεὸν δεσπότῃ Ἰουστινιανῷ, καὶ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις Εὐτυχίῳ, Ἀπολιναρίῳ, Δομνίνῳ, καὶ Εὐστοχίῳ, Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῶν Σκυθοπολιτῶν.

Ætatis ambiguitas, qua superius laborare diximus scripta Eusebii, æque nobis videtur urgere opusculum aliud, quod in codice Vaticano pari ferme ætate confectum dicitur. Græcus est prolixus dialogus inter Timotheum Christianum et Aquilam Judæum, isque habitus dicitur Alexandriæ, dum illius Ecclesiæ Cyrillus magnus clavum teneret : stylus tamen operis paulo sequiorem ætatem videtur innuere. Constat dialogus longo vaticiniorum examine, quibus demonstratur Jesum revera Deum esse, et exspectatum illum a Judæis Messiam, suadente Christiano, contradicente Judæo, donec hic postremus victas dat manus; petitoque baptismatis beneficio, ad Cyrillum episcopum abluendus deducitur. Sed enim Cyrillus, ut baptizandi Aquilæ ministerium atque honorem in Timotheum conversionis auctorem transferret, qui laicus cæteroqui erat, ipsum una ut videtur die diaconum simul presbyterumque ordinavit ; quo facto Timotheus Judæum baptismate tinxit secumque stabili contubernio deinde habuit. Haud forsan erat inutile hunc religiosum dialogum typis imprimere, nisi me ipsius prolixitas deterruisset. Titulum saltem operisque clausulam hic ascribam.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΙΟΥΔΑΙΟΥ

ΩΝ ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ ΤΟΥ ΜΕΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΤΙΜΟΘΕΟΥ, ΤΟΥ ΔΕ ΙΟΥΔΑΙΟΥ ΑΚΥΛΑ, ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΕΝ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΙΣ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ.

DIALOGUS CHRISTIANI ET JUDÆI

QUORUM NOMINA, CHRISTIANI QUIDEM TIMOTHEUS, JUDÆI VERO ACYLA APUD ALEXANDRIAM HABITUS IN DIEBUS CYRILLI SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI EJUSDEM URBIS.

INITIUM.

Manifestationis Salvatoris et Domini nostri Jesu Christi quæ contigit, et per universum orbem propheticarum vocum adimpletarum, etc.

C Τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ γενομένης, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῶν προφητικῶν φωνῶν πληρουμένων.

CLAUSULA.

Christianus dixit : At quid tibi videtur de his? Judæus dixit : Vere suasisti me omnino illum esse Deum deorum et Dominus dominorum, et Rex regum, et graviter deliquisse patres nostros inferen-

Ὁ Χριστιανὸς εἶπεν · Καὶ τί σοι δοκεῖ περὶ τούτων ; Ὁ Ἰουδαῖος εἶπεν · Ἐπ' ἀληθείας ἔπεισάς με πάντοθεν, ὅτι αὐτός ἐστιν Θεὸς θεῶν, καὶ Κύριος τῶν κυρίων, καὶ Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ ὅτι πλημ-

μελείας ἐπλημμέλησαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπενέγκαντες χεῖρας ἐπ' αὐτόν· νῦν, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τί ποιήσας σωθῶ, ἀνάγγειλόν μοι. Ὁ Χριστιανὸς εἶπεν· Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεώς σου, ἀνάστα, βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· ἵνα ἀκούσῃς καὶ σὺ μετὰ τῶν ἀκουόντων παρὰ τοῦ ἱεροψάλτου Δαβίδ· *Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.* Ταῦτα εἰπὼν ὁ Χριστιανὸς ἀνέστη, διὰ τὸ τὸν ὄχλον ἐπιφωνεῖν τῶν πιστῶν καὶ λέγειν· *Νικᾷ ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν*, εὐφημεῖν τε τὸν βασιλέα καὶ τὸν ἰσάγγελον ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ Ἰουδαῖος ἀναστὰς καὶ πεσὼν εἰς τοὺς πόδας τοῦ Χριστιανοῦ, καὶ ὑψώσας τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἐν κλαυθμῷ ἔλεγεν τῷ Χριστιανῷ· Ἐκζητήσει Κύριος τὴν ψυχήν μου ἐκ τῶν χειρῶν σου, ἐὰν μὴ ποιήσεις με Χριστιανόν. Καὶ ἀνέστησεν αὐτὸν ὁ Χριστιανὸς εἰπὼν μένειν αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον . . . (1) τέκνον· τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν· σὺ κεκοπίακας, σὺ λάβε πρῶτον τὸν καρπὸν αὐτοῦ· τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ἐν κλήρῳ, ὁρμέως ὁ ἐπίσκοπος ἦλθεν εἰς τὸ Κυριακὸν, καὶ δοὺς εἰρήνην χειροτονεῖ αὐτὸν διάκονον· καὶ πάλιν δοὺς εἰρήνην ποιεῖ αὐτὸν πρεσβύτερον, καὶ δίδωσιν αὐτῷ λοιποὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς λειτουργίας· καὶ διδοῦσιν αὐτῷ διφθέριον γεγραμμένον τὰς ἐπικλήσεις καὶ εὐχὰς τῆς ἀκολουθίας. Καὶ ἀπελθὼν ὁ ὁσιώτατος λοιπὸν πρεσβύτερος Τιμόθεος μετὰ τῶν λοιπῶν ἱερέων καὶ διακόνων ἐν τῷ τόπῳ ἔνθα ἦν ὁ Ἀκύλας ἀπεκδεχόμενος, καὶ λαβὼν αὐτὸν εἰσήγαγεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ἐποίησαν τὴν ἀκολουθίαν, καὶ ἐβάπτισαν αὐτὸν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετονομάσαντες αὐτὸν Θεόγνωστον· ὃς μεταλαβὼν τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἐγένετο δοχεῖον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὁ ποτὲ Ἰουδαῖος, νῦν δὲ Χριστιανὸς διὰ τοῦ Θεοῦ, ὁ ποτὲ λύκος, νῦν δὲ πρόβατον Χριστοῦ γενόμενος. Καὶ ἔλαβεν αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος Τιμόθεος ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἅμα δοξάζοντες Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tes ei manus : nunc, o homo Dei, quid facturus sum ut salvus sim, renuntia mihi. Christianus dixit : Si credis ex toto corde tuo et ex tota mente tua, et ex tota virtitute tua, et ex tota intelligentia tua, surge, baptizare, et ablue peccata tua, invocato nomine Domini Jesu, ut audias et tu, inter audientes, ex sacro psalmista David : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* [a]. His dictis surrexit Christianus, dum exclamaret multitudo fidelium et diceret : *Vincit fides Christianorum;* et benediceret tanquam regem et angelis æqualem episcopum. Surgens Judæus et se sternens ad pedes Christiani, et vocem elevans cum lacrymis locutus est Christiano : Requiret Dominus animam meam ex manibus tuis, nisi feceris me B Christianum. Et sublevavit eum Christianus dicens illi manere ibimet : et ingressus ad sanctissimum episcopum : . . . . . Fili, laborantem agricolam oportet primum fructum percipere. Tu laborasti, tu cape primum fructum tuum. Illo tamen dicente, quia non sum de clero, protinus adivit episcopus domum Domini, et dans pacem imposuit ei manus in diaconum, et rursus dans pacem fecit illum presbyterum, et dedit illi cæteros presbyteros et diaconos ad ministerium liturgiæ : qui dans illi membranam scripta habentem nomina et preces ministerii, et exiens venerabilis jam presbyter Timotheus cum cæteris presbyteris et diaconis in loco ubi erat Acula exspectans, et apprehendens illum introduxit in ecclesiam, et fecerunt liturgiam, atque C baptizaverunt eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, mutato nomine in Theognostum : qui participans ineffabilibus mysteriis factus est templum Spiritus sancti, ille qui antea Judæus, nunc autem Christianus per gratiam Dei; qui antea lupus, nunc ovis Christi factus. Et recepit illum presbyter Timotheus in propria ipsius domo, et erant ubique simul glorificantes Patrem et Filium et Spiritum sanctum : cui omnis gloria, honor, potestas, et adoratio, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Psal. xxxi, 1.

(1) Deest hic aliquid in codice ; quanquam defectus est in media membranæ ms. pagella, non in transitu unius ad alteram, ita ut de folio amisso in hoc codice suspicari non liceat.

APPENDIX

AD OPERA TIMOTHEI HIEROSOLYMITANI.

MONITUM IN SEQUENTEM HOMILIAM.

(Jac. Gretser, t. II, p. 313.)

Orationem Timothei presbyteri Antiocheni habemus ex Bibliotheca Cryptæ Ferratæ ope et opera Hieronymi Brunelli, Societatis nostræ sacerdotis, qui etiam exemplari ad nos misso non paucas correctiones aujecit, quas in editione secuti sumus, neque speciatim percensere operæ pretium est. Etsi enim quis suspicari posset hanc homiliam esse dictam media Quadragesima : in festo τῆς Σταυροπροσκυνήσεως, eam tamen hoc loco collocare placuit, ne hoc festum omni prorsus encomio careret; præsertim cum illi qui in festo τῆς Σταυροπροσκυνήσεως concionantur, Evangelium sancti Marci sequantur, et explicent; hic S. Lucæ.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΤΑΥΡΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΙΝ

ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

—

TIMOTHEI ANTIOCHENI

IN CRUCEM ET IN TRANSFIGURATIONEM

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

—

Multis et variis armis exercitatus miles communitur, quando adversus Barbarorum phalangas prælium suscipit : et ducem suum, Romanum imperatorem sequens, undique armis cingitur, tutumque se ab hostibus præstare studet. Atque hæc quidem externus miles facit. At vero fidelis Christique amans homo cœlestem imperatorem animo sequi paratus, una eademque militari pharetra totum dæmonum agmen valet exstinguere. Quod si dæmonum agmen crucis pharetra exstinguit, perspicuum omnino est eam omni Barbarorum impetu et quasi procella esse superiorem : quemadmodum Propheta dicit : *Paratus sum, et non sum turbatus* [1]. Et rursus : *Posuit me ut sagittam electam, et in pharetra sua abscondit me* [2]. Unde Christus Dominus, expers principii, æternus, perpetuus Rex, tempore incarnationis suæ, invicta crucis arma ostendens iis qui ipsi obtemperare volunt, etiam nunc nos exhortatur, quemadmodum paulo ante audivisti in Evangelio secundum Lucam : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* [3].

Quid ais, amice? non multis opus est armis spirituali militi, qui cœlestem Regem animo sequi velit. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me.* O rem admirabilem : nondum crux a Judæis fabricabatur, et crucis tropæum fidelibus monstrabatur. O almam crucis vim et efficacitatem! Gratiæ quidem tempore, ipso oculorum aspectu firmatam et radicatam; legis vero tempore, experientia auxilii et Mosaicis figuris adumbratam. Esse autem victricem crucis

Πολλοῖς καὶ διαφόροις ὅπλοις ὁ γεγυμνασμένος ὀχυροῦται στρατιώτης, ἡνίκα κατὰ τῆς βαρβαρικῆς φάλαγγος τὴν πολεμικὴν ἐξεγείρει μάχην· ὃς καὶ τῷ ἰδίῳ κατακολουθῶν Ῥωμαϊκῷ βασιλεῖ πανταχόθεν τοῖς ὅπλοις σφίγγεται, ἀχείρωτον ἑαυτὸν τοῖς ὑπεναντίοις φυλάττειν σπουδάζων. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ὑλικὸς στρατιώτης. Ὁ δὲ πιστὸς καὶ φιλόχριστος ἄνθρωπος κατόπιν τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως βαίνειν ἐθέλων τῇ ψυχικῇ διαθέσει, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ στρατιωτικῇ φαρέτρᾳ ἅπαν τὸ τῶν δαιμόνων ἰσχύει καταργῆσαι στίφος. Εἰ δὲ τὸ τῶν δαιμόνων στίφος ἡ σταυρικὴ καταργεῖ φαρέτρα, παντὶ που δῆλον, ὡς καὶ πάσης τῆς ὑπεναντίας ὑπερέχει βαρβαρικῆς καταιγίδος, κατὰ τὸν προφήτην τὸν λέγοντα· *Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην.* Καὶ αὖθις· *Ἔθηκέν με ὡς βέλος ἐκλεκτὸν καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέν με.* Ἔνθεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ὁ ἄναρχος καὶ ἀδιάδοχος, καὶ ἀτελεύτητος βασιλεὺς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τὸ σταυρικὸν ὑποδεικνὺς ἀκαταμάχητον ὅπλον τοῖς ἐθέλουσιν αὐτῷ πειθαρχεῖν, ἔτι καὶ νῦν ἔλεγεν προτρεπτικῷ λόγῳ, καθὼς ἀρτίως ἠκουσας ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ· *Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.*

Τί λέγεις, ὦ φίλε; μὴ πολλῶν ὅπλων τῷ πνευματικῷ στρατιώτῃ, τῷ κατόπιν τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως βαίνειν ἐθέλοντι τῇ ψυχικῇ διαθέσει. *Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.* Ὦ τῶν παραδόξων πραγμάτων! οὐδέπω ὁ σταυρὸς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐτεκτονεύετο, καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον τοῖς πιστοῖς ἐπεδείκνυτο. Ὦ σταυροῦ παντότροφος ἐνέργεια, ἐν τῇ χάριτι μὲν τῇ ὄψει τῆς ὁράσεως ἐνριζωθεῖσα· ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῇ πείρᾳ τῆς

[1] Psal. CXVIII, 60. [2] Isa. XLIX, 2. [3] Luc. IX, 24.

βοηθείας ἐν τῷ Μωσαϊκῷ σχηματισμῷ προαναζωγραφθεῖσα. Ὅτι δὲ καὶ πρὸ τῆς χάριτος ἐν τῷ νόμῳ ἡ σταυροφόρος νικοποιὸς ἐνέργεια ἐν τῷ Μωσαϊκῷ σχηματισμῷ ἐκ πολλῶν χρόνων προανεζωγράφθη, ἔστιν ἀρτιζήλῳ παραστῆσαι τὸ σημαινόμενον λόγῳ. Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καθὼς ἴστε σαφῶς, πρὸς τὸν ἀλλόφυλον παρατάξει πολεμικῇ ἀντιπαραττόμενος, ὡς εἶδεν ἐν τῇ συμβολῇ τῶν ἀλλοφύλων καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ὑπερέχοντα τὸν ἀλλόφυλον τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ὑπερισχύοντα ἐν ἀγῶσιν γενόμενον, ἐμήνυσε τῷ Μωϋσῇ λέγων· *Πρόσευξαι, θεράπων τοῦ Θεοῦ, Μωϋσῇ, ὅτι ὑπερισχύει ὁ ἐναντίος, ὑπαίρεται ὁ ἀλλόφυλος*, προσκόμισον εὐχήν. Ἰσχυροτέρα γὰρ βελῶν ἡ γνησίμη πρὸς Θεὸν ἱκεσία. Τί οὖν Μωϋσῆς θείου Πνεύματος δεξάμενος ἀποκάλυψιν; ποίῳ τρόπῳ καθήκει τοὺς ἐναντίους τροπώσασθαι; Ἀνελθὼν ἐν τῷ τείχει οὐκ ἔκλινεν γόνυ, οὐ καθῆκεν τὴν κεφαλὴν, οὐκ ἐβόησεν φωνὴν, ἀλλὰ τὰς χεῖρας ἐξέτεινεν τὴν κεφαλὴν ὕψωσεν, τοῦ σταυροῦ τὸ σχῆμα κατήρτισεν, ὅθεν τοῦ Μωϋσέως τὰς χεῖρας ἐκτείναντος καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ σχῆμα προκαταρτίσαντος, ἐμηνύετο τοῖς παροῦσιν, ὅτιπερ οὐχὶ τῶν χειλέων κρυπτὴ κίνησις, ἀλλ' ὁ τοῦ σταυροῦ σχηματισμὸς τὸ κλέος τῆς νίκης ἐδέχετο. Τί γὰρ τὸ συμβάν; Ἕως ου Μωϋσῆς ἐκτεταμένας εἶχεν τὰς χεῖρας, ὑπερίσχυεν Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ. Μόνον δὲ κοπωθεὶς Μωϋσῆς, ὡς ἄνθρωπος καθῆκεν τὰς χεῖρας, ὑπερίσχυεν ὁ ἀλλόφυλος, ὅθεν τοῦτο γνόντες οἱ παρόντες, ὅτιπερ ὁ σχηματισμὸς ἦν ὁ τὴν νίκην λαμβάνων, ὑπεστήριζον δύο ἄνδρας ταῖς Μωσαϊκαῖς χερσὶ, τὸν Ἀαρὼν καὶ τὸν Ὢρ· Ἀαρὼν τῆς Ἰσραηλιτικῆς ἀρχῆς, καὶ Ὢρ τῆς βασιλικῆς. Ἔδει γὰρ τὸν σταυρὸν ὑπὸ ἱερωσύνης καὶ βασιλείας συγκρατεῖσθαι. Ὅθεν μετὰ τὸν σταυρικὸν σχηματισμὸν τροπωθέντων τῶν ἐχθρῶν, νίκης κραταιᾶς γενομένης, ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Μωϋσῆν. *Γράψον* μοι τοῦτο *εἰς μνημόσυνον, εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν.*

Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει διὰ τοῦ σταυροῦ τὸν τύραννον ἐτροπώσατο. Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ διὰ ξύλου ὑγροῦ τὸν θάνατον ἐβλάστησεν. Ὁ Κύριος διὰ ξύλου ξηροῦ τὴν ζωὴν ἀνέθηλεν, ἀκαταμάχητον ὅπλον τοῖς πιστοῖς τὸν Σταυρὸν ἐγχειρήσας, ὅθεν ἀρτίως ἔλεγεν· *Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.* Ταῦτα δὲ πρὸ πάντων ὁ Κύριος ἔλεγεν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς. Οἶδε γὰρ αὐτοὺς πρὸ τῆς ἀναστάσεως δειλοὺς, ὀλιγοψύχους, ἀνθρωπίνῳ πάθει κρατηθέντας, καὶ μόνην τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀληθινὴν εἶναι λέγοντας, φωτὸς καὶ ἀπολαύσεως πεπληρωμένην, οὐχὶ δὲ παλιγγενεσίαν ἑτέραν ἀμείνω τῆς παρούσης ζωῆς. Ὅθεν ὁ Κύριος δεικνὺς αὐτοῖς τὴν παλιγγενεσίαν ἀξιαγαστοτέραν εἶναι τῆς παρούσης ζωῆς, ἐπ' ὄψεσιν αὐτοὺς πληροφορεῖ. Ἤκουσαν γὰρ αὐτοῦ ἀρτίως λέγοντος· Δεῖ με ἀπελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Ταῦτα οἱ ἀπόστολοι τῇ ἀκοῇ προσδεξάμενοι, ἀντέβαλλον πικρῷ στόματι, πρὸς ἀλλήλους φάσκοντες· Ξένα τὰ τοῦ διδασκάλου παρεγγυήματα, ἀλληγορικὸν λόγον ἡμῖν λέγει, ὅτι Δεῖ με ἀνελθεῖν εἰς Ἱερου-

vim et efficacitatem ante gratiam in lege adhuc, jam inde a multis sæculis a Moyse præfiguratam, non longe petita oratione licet confirmare. Jesus filius Nave, ut probe nostis, acie contra alienigenas instructa, ut vidit in conflictu alienigenarum et Israelitarum, alienigenas Israelitis in certamine superiores, id Moysi indicavit dicens : *Ora, serve Dei Moyses, quoniam prævalet adversarius, extollitur alienigena* [4]; adhibe preces. Preces enim puro sincero-que animo ad Deum fusæ, telis fortiores sunt. Quid igitur fecit Moyses divini Spiritus revelatione illustratus? quomodo adversarios pellere instituit? Conscenso muro non flexit genu, non demisit caput, non edidit vocem, sed manus extendit, caput erexit, crucis figuram expressit. Ex quo factum est ut, Moyse manus extendente, figuramque crucis præsignificante, intelligerent ii qui coram præsentes aderant, victoriæ decus non occultæ labiorum motioni, sed crucis figuræ tribuendum. Quid enim evenit? quandiu Moyses extentas tenuit manus, prævaluit Jesus Nave. At quam primum Moyses defatigatus, utpote homo, demisit manus, prævaluit alienigena. Itaque cum, qui aderant, cognovissent ex figura illa pendere victoriam, constituerunt duos viros, qui manus Moysis suffulcirent, Aaronem et Hur : Aaronem de Israelitico magistratu, Hur de regio. Sciebat enim crucem sacerdotio et regno conservari. Versis ad extremum hostibus, partaque insigni per crucis figuram victoria, Deus ad Moysen : *Scribe* mihi hoc, inquit, *in monumentum, in generationes eorum* [5].

Quare Dominus quoque in humana natura tyrannum per crucem fugavit. Primus homo Adam mortem per humidum lignum proseminavit : Dominus vitam per lignum aridum progeneravit, invictaque fidelibus arma tradidit. Unde paulo ante dixit : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* Hæc autem ante omnes suis dixit discipulis. Sciebat enim illos ante resurrectionem timidos, pusillanimes, humana affectione occupatos, præsentem tantummodo vitam prædicare ut veram, lucisque et voluptatis plenam, regenerationis alterius præsente vita melioris ignaros. Ut ergo demonstraret eis regenerationem præsenti vita mirabiliorem jucundioremque esse, hujusce rei notitiam ipsis eorum oculis subjecit. Audierant enim eum paulo ante dicentem : Oportet me ire in Jerusalem, et multa pati, et occidi, et tertia die resurgere. Hæc illi auribus hausta, acerbo inter se animo conferebant, ac dicebant : Nova sunt hæc magistri mandata ; allegorico sermone utitur, quod ait : Oportet me ire in Jerusalem, et occidi. Quibus in rebus sita erit spes nostra?

[4] Exod. XVII,12. [5] ibid. 14.

frustra, ut videtur, cum sequimur relictis navibus, retibus, curaque familiari. Ut immortales, animati eramus; rebamur nos discipulos esse ejus qui mortuos excitaret; et in contrarium versa est spes nostra. Allegorice ad nos dicit: Oportet me occidi, et tertia die resurgere. Si post tres dies resurget, cur moritur? cur sese inimicis tradit? Si post tres dies resurget a mortuis, vana sunt dicta ejus. Quis unquam a mortuis resurrexit? Elias assumptus est, et non comparuit; Moyses mortuus, in ignoto sepulcro tumulatus, etiamnum manet in eo loco. Quibus nemo potentior, operibusque supra naturæ facultatem editis fuit celebrior. Horum neuter iterum comparuit, et magister noster, ut ait, tradetur, idque ad violentam mortem, et post tres dies resurget? Decipit nos ut idiotas et indoctos; nihil fiet eorum quæ dicit.

Ob hanc igitur acerbam apostolorum cogitationem, multum laboravit ut eos certos securosque redderet, nec discipulos suos fluctibus infidelitatis sineret hauriri. Citius eis dubitationem ademit, cum adhuc in terra inque corpore degerent, demonstrata, ipsisque corporeis oculis subjecta divina resurrectionis potentia, constituitque in conspectu eorum Moysen et Eliam mortuos, quos illi mente revolverant, excellenti gloria præditos, crucisque negotium et passionem Hierosolymis sustinendam sua ipsorum voce commemorantes, ut oculis auribusque impressa manerent. Hæc ita sese habere, audivisti paulo ante Dominum ad eos dicentem: In veritate dico vobis (O Domini bonitatem! jurat dubitantibus), hoc est, jurejurando confirmo vobis ut, quoniam verbis meis fidem non habetis, vel sic persuadeam: *In veritate dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei* [6]. Quodnam regnum? Gloriam fidelibus post hujus vitæ exitum repositam, futuram gloriam.

ἔνθεν ἔξοδον, τοῖς πιστοῖς ἀποκεκληρωμένην δόξαν,

Quid ergo subjicit evangelista? Factum est post hæc verba, fere dies octo. Celeriter fidem facit Dominus, mox desiderium satiat. Assumit Jesus *Petrum, et Jacobum, et Joannem, et ascendit in montem, ut oraret. Et dum oraret, facta est species vultus ejus altera, et vestitus ejus albus et refulgens.* Et ecce duo viri astiterunt ei, Moyses et Elias, gloria fulgentes, *qui dicebant excessum ejus, quem complecturus erat in Jerusalem* [7]. Quem excessum? Crucis passionem, contumeliam illam, a servis inflictas alapas, latronis a dextra crucifixi salutem. Cuinam dicebant? Ambigentibus, Petro, et Jacobo, et Joanni. Quoniam, inquiunt, Domino non obtemperatis, vel nobis servis credite. *Petrus autem, et qui cum eo erant, gravati erant somno. Illi evigilantes viderunt majestatem ejus, et duos vi-*

[6] Matth. xvi, 28. [7] Luc. ix, 28-31.

σαλήμ, καὶ ἀποκτανθῆναι. Ἐν τίσιν ἔσται ἡ ἡμετέρα ἐλπίς; μάτην, ὡς ἔοικεν, ἀκολουθοῦμεν, καταλελοίπαμεν τὰ πλοῖα, καὶ τὰ δίκτυα, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν οἴκων· ὡς ἀθάνατοι διεκείμεθα, δοκοῦντες μαθητεύειν τῷ νεκροὺς ἐγείροντι, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον περιετράπη ἡ ἐλπὶς ἡμῶν. Ἀλληγορῶν ἡμῖν λέγει, ὅτι Δεῖ με ἀποκτανθῆναι, καὶ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Εἰ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρεται, τί καὶ ἀποθνήσκει; Τί καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἑαυτὸν παραδίδωσιν; Εἰ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρεται ἐκ νεκρῶν, μάταια τὰ λεγόμενά ἐστιν. Τίς ποτε ἐκ νεκρῶν ἀνέστη; Ἠλίας ἀνελήφθη καὶ οὐκ ἐφάνη· Μωϋσῆς ἀπέθανεν, ἐν ἀγνώστῳ τάφῳ κονιορτωθείς, καὶ ἔτι μένει ἐν τῷ τόπῳ. Ὧν οὐδεὶς δραστικώτερος ἐν τῷ βίῳ ηὑρηται. Τούτων οὐδεὶς ἀνεκάλυψεν, καὶ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, καθὼς διαγορεύει, μέλλει παραδίδοσθαι, καὶ τοῦτο βιαίῳ θανάτῳ, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρεται; πλανᾷ ἡμᾶς ὡς ἰδιώτας, οὐδὲν ἔσται τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων.

Διὰ ταύτην οὖν τὴν τῶν ἀποστόλων χαλεπὴν διανόησιν, πολὺς ὢν ἐν πληροφορίᾳ ὁ Κύριος, οὐκ ἐγκαταλιμπάνει τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς τῇ τρικυμίᾳ τῆς ἀπιστίας νήχεσθαι. Θᾶττον δὲ καὶ πληροφορεῖ, ἐπὶ γῆς ἔτι καὶ ἐν σώματι τῶν ἀποστόλων διαγόντων, ὑποδεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἀδάστακτον δύναμιν σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς θεοπρεπῆ τῆς ἀναστάσεως δύναμιν· παραστήσας ἐναντίον αὐτῶν Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν τοὺς νεκροὺς, κατὰ διάνοιαν ὑπ' αὐτῶν λογισθέντας, ἐν ἀπροσίτῳ δόξης στολισθέντας, καὶ τὰ τῆς σταυρικῆς ἐν Ἱεροσολύμοις πραγματείας διηγουμένους πάθη ἐν ἰδιοφώνῳ φθογγῇ, ὅπως ὄψει καὶ ἀκοῇ στοχειωθέντα προσμένωσιν. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως, ἠκούσαν ἀρτίως τοῦ Κυρίου λέγοντος πρὸς αὐτούς· *Ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν* (ὢ τῆς Δεσποτικῆς ἀγαθότητος! ἐπόμνυται τοῖς διστάζουσι), τοῦτ' ἔστι, Μεθ' ὅρκου λέγω ὑμῖν, παρ' ὃ τοῖς λόγοις μου οὐ πιστεύετε, νῦν ὑμᾶς πληροφορῶ· *Ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Ποίαν βασιλείαν; Τὴν μετὰ τὴν τὴν μέλλουσαν δόξαν.

Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστής; Ἐγένετο μετὰ τοὺς τούτους ὡς ἡμέραι ὀκτώ. Σύντομος ἡ τοῦ Κυρίου πληροφορία, θᾶττον παρέχει τὴν ἐπιπόθησιν. Παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς *Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Ἐν δὲ τῷ προσεύξασθαι αὐτὸν, ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.* Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρεστήκεισαν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, *Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἤμελλε πληροῦν ἐν Ἰερουσαλήμ.* Ποίαν ἔξοδον; τὸ σταυροῦ πάθος, τὴν ἐκεῖ ὕβριν, τὰ τῶν δούλων ῥαπίσματα, τὴν τοῦ ἐκ δεξιῶν λῃστοῦ σωτηρίαν. Τίνι ἔλεγον; Τοῖς ἀμφιβάλλουσι, Πέτρῳ, καὶ Ἰακώβῳ καὶ Ἰωάννῃ, λέγοντες πρὸς αὐτοὺς, πὰρ ὃ τῷ Δεσπότῃ οὐ πειθαρχεῖτε, κἂν ἡμῖν τοῖς δούλοις πι-

στεύσατε. Ὁ δὲ Πέτρος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. Διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας συλλαλοῦντας αὐτῷ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πέτρος· Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ὧδε ἡμᾶς εἶναι· ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωϋσῇ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ μίαν· μὴ εἰδὼς ὃ λέγει. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτούς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ εἰσελθεῖν αὐτοὺς ὑπὸ τὴν νεφέλην. Καὶ Ἰδοὺ ἐκ τῆς νεφέλης φωνὴ λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε.

ros, loquentes cum eo. Et dixit ei Petrus : *Domine, bonum est nos hic esse : faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Eliæ unum, nesciens quid diceret. Hæc eo loquente facta est nubes, et obumbravit eos. Timuerunt autem cum intrarent in nubem. Et ecce vox de nube dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite* [8].

Τί λέγεις, ὦ φίλε ; Εἶδες πόσην πληροφορίαν ὁ Δεσπότης Χριστὸς τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἐν τῇ γῇ ἔτι διάγουσιν, μετὰ ὀκτὼ ἡμέρας αὐτοπροσώπως παρέσχεν, ἐμφανίσας αὐτοῖς τὸ ἀπρόσιτον αὐτοῦ τῆς θεότητος κάλλος, οὐχ ὅσον ἦν, ἀλλ' ὅσον ἠδύναντο βαστάσαι ἀνθρώπων ἀνύστακτα βλέφαρα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἀνεφάνισεν. Ὁμοίως δὲ Μωϋσῆν, καὶ Ἠλίαν ἀνθηροτέρους τῆς προτέρας ζωῆς παρέστησεν, διηγουμένους τὰ τοῦ σταυροῦ μέλλοντα γίνεσθαι τεκμήρια· πρὸς τὸ συνιδεῖν τοὺς ἀποστόλους, ὅτι κατ' αὐτοὺς οὐδεὶς δεσπόζει τῶν δικαίων θάνατος, καὶ ἵνα μισήσωσι τὴν παροῦσαν ζωὴν κατὰ τὸ φάσκον θεῖον ῥητόν, ὅτι *Οἱ δίκαιοι εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσι, καὶ ἐν Κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν παρὰ Ὑψίστῳ, ὡς τὸν τῶν ἀντιπάλων ἀγῶνα νικήσαντες.* Ὅθεν ὁ Πέτρος ὄψει πληροφορηθεὶς, λοιπὸν ἀπὸ τῆς λύπης εἰς χαρὰν μετηνέχθη, κατανοήσας τὸν Δεσπότην, καὶ τὴν ἀπρόσιτον αὐτοῦ δόξαν, μεταξὺ Μωϋσέως καὶ Ἠλίου δορυφορούμενον. Καὶ πόθεν αὐτοῖς ἡ γνῶσις ὅτι Μωϋσῆς ἦν καὶ Ἠλίας ; ἐκ τῶν τεκμηρίων· ὁ γὰρ Ἠλίας σὺν τῷ ἅρματι παρέστη, καὶ ὁ Μωϋσῆς τὰς πλάκας βαστάζων. Τί δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι τοὺς τρεῖς τούτους μόνους ἀνήγαγεν, τῶν δὲ προφητῶν οὐδένα, εἰ μὴ Μωϋσῆν, καὶ Ἠλίαν, καὶ διὰ τί τούτους μὲν τοὺς τρεῖς, ἐκείνους δὲ τοὺς δύο ; ἵνα πληρωθῇ τὸ Παύλου ῥητόν· *Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.* Ἐκ τῶν καταχθονίων ἀνήγαγεν τὸν Μωϋσῆν, ἐκ τῶν ἐπουρανίων Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην.

Quid ais, amice ? Vidistine quam certam fidem Christus Dominus ambigentibus apostolis, et in terra etiamnum degentibus, post octo dies coram præsens ipse fecerit, ostensa eis inaccessa Divinitatis pulchritudine, non quanta erat, sed quantum poterant portare infirmi oculi, et quomodo suam gloriam monstraverit ? Similiter autem Moysen et Eliam clariores quam in vivis fuissent, exhibuit, futura crucis signa commemorantes. Ut intelligerent apostoli justis nullam mortem prævalere, et ut odissent præsentem vitam, juxta divinum illud dictum : *Justi in perpetuum vivunt, et apud Dominum est merces eorum, et spes illorum apud Altissimum, quippe hostibus in certamine superiores* [9]. Unde Petrus rei certitudine ipsis oculis perspecta, deinceps dolorem cum gaudio commutavit, considerans Dominum, et inaccessam ejus gloriam, inter Moysen et Eliam stipatum. At unde sciebant Moysen et Eliam esse ? e signis. Elias enim cum curru adfuit, Moyses cum tabulis. Quid vero attinuit tres tantum in montem ducere, et ex prophetis neminem, nisi Moysen et Eliam ? et cur illos quidem tres, hos autem duos ? ut impleretur dictum Pauli : *In nomine Jesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, et infernorum* [10]. Ex infernis subduxit Moysen, ex cœlestibus deduxit Eliam, ex terrestribus Petrum, Jacobum et Joannem.

Ἔνθεν ὁ Πέτρος μεταβληθεὶς ἀπὸ τῆς λύπης εἰς τὴν χαρὰν προσῆλθε τῷ Κυρίῳ, λέγων· *Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, μίαν σοὶ, μίαν Μωϋσῇ, μίαν Ἠλίᾳ.* Ἔγνωμέν σου νῦν ἐκ τῶν παρόντων, τῆς βασιλείας τὴν ἀκαταμάχητον δόξαν. Τί οὖν ἐκφοβῶν ἡμᾶς ἔλεγες· Δεῖ με ἀνελθεῖν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι ; Τί σεαυτὸν πρὸς θάνατον τοῖς ἐχθροῖς προτείνεις ; καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. Οὐδεὶς τολμᾷ οὐδὲ τῶν ἀρχιερέων οὐδὲ τῶν τοῦ παμπόλλου πλήθους ἀνελθεῖν ἐνταῦθα. Εἰ δὲ ἀνέλθωσι, καθ' ἑαυτῶν ἀνέρχονται. Ἔχεις γὰρ ἐνταῦθα τοὺς δραστικοὺς στρατοπεδάρχας Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν. Ὁ Ἠλίας πῦρ αὖθις κατ' αὐτῶν βρέξει, ὁ Μωϋσῆς Φαραωνίῳ τύπῳ πάντας αὐτοὺς πνικτῷ τάφῳ παραπέμψει. *Καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς, μίαν σοὶ, μίαν Μωϋσῇ, μίαν Ἠλίᾳ.*

Quamobrem Petrus, tristitia in lætitiam versa, accessit ad Dominum, dicens : *Præceptor, bonum est nos hic esse, et faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum.* Cognovimus ex ista tua transfiguratione ingentem regni tui gloriam. Quid ergo ut perterrefaceres nos, dixisti : Oportet me ascendere in Jerusalem, et occidi, et tertia die resurgere ? cur teipsum inimicis ad mortem tradis ? bonum est nos hic esse. Nemo audet neque ex pontificibus, neque ex omni multitudine huc ascendere. Quod si etiam ascenderint, cum suo damno ascendent. Habes enim hic potentissimos duces Moysen et Eliam. Elias ignibus eos opprimet, Moyses ad Ægyptium illum modum eos omnes uno sepulcro confertos obruet. *Bonum est nos hic esse, et faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum.*

[8] Luc. IX, 32-35. [9] Sap. V, 16 [10] Philipp. II, 10.

Dominus autem ad eum : Quid ais, Petre? Tria tabernacula construere cogitas. Simul me et Dominum, et similem servis facis? Occasionem blasphemiæ Ario et Eunomio præbes, cum creaturas mihi habitationem vis assignare. Hiccine habitabo, et extra paternum inveniar sinum? Assumpsi quidem humanitatem, sed non circumscribitur, neque comprehenditur æterna potestas mea. Quid vero tibi in mentem venit, Petre? Quæ non didicisti, facere aggrederis? retia didicisti contexere; nunc etiam tabernacula exædificare? Tibine parebo, an mundum salvabo? Hiccine maneam? Et quis Adam excitabit? Quis Evam liberabit? Quis mundum redimet? Tuine solius curam geris, ac non totius mundi? Evangelista igitur excusans Petrum, ait : *Nesciens quid diceret.* Ac veniam consecutus est, quoniam nesciens locutus est.

Postquam Dominus Petrum verbis castigaverat, Petrus, ut verisimile est, respondit : Tanta est, Domine, demissio tua, ut in tabernaculo habitare dignatus, eaque modestia etiam ante tempus gratiæ usus fueris. An non in tabernaculum Abrahæ ingressus es? An non suscepit te patriarcha? An non vitulum præbuit? An non quæ tibi placebant, præstitit? An non benedictione merita ejus compensasti? At Dominus ad Petrum : Ita est, Petre. Ingressus sum in tabernaculum Abrahæ, et ingressus mansi. Sed animadverte fidem, et scientiam, et victoriam Abrahæ. Tertium me agnovit cum duobus angelis. Num tria tabernacula fabricatus est? Num me cum servis comparavit? An non unam ad suscipiendum hospitio Dominum mensam paravit? Imitare Abraham, et fac tabernaculum. Quid igitur evangelista? *Et ecce nubes lucida obumbravit eos.* Quosnam? Moysen et Eliam. Quare? ut apostoli quoque pro certo cognoscerent quanta gloria potirentur. Timuerunt autem dum in nubem ingressi sunt, et magnitudinem gloriæ trementes perceperunt apostoli. Ingressis vero illis, desuper paterna vox facta est dicens : *Hic est Filius meus dilectus.* Adversus paternam vocem, et quam clare distincteque rem expresserit. Præsentibus enim Moyse et Elia, non dixit : *Hic est Filius meus dilectus :* ne decepti apostoli existimarent hunc aut illum esse : sed postquam illi evanuerunt, tum verum demonstrans, dixit : *Hic est Filius meus dilectus.*

Veniant Judæi, veniant ex omni hæresi, divinitatis adulteratores, audiant auctoritatem : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic solus, non ut Græci decepti, multos putaverunt. Hic quem ego vobis cœlitus ostendo, non quem insipientes Judæi exspectant. Hic per omnia mihi Patri consubstantialis, non ut hæretici quidam eum in servorum ordinem redegerunt. Hic qui mecum ante ævum exsistit. Hic qui mundum spiritu compegit. Hic qui Adamum formavit;

Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν· Τί λέγεις, Πέτρε; Τρεῖς σκηνὰς κατασκευάζειν διανενόησαι; Ὁμοιότροπόν με καὶ ὁμοδέσποτον τοῖς δούλοις διατίθης; Ἀφορμὴν βλασφημίας Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ καταλιμπάνεις, μετὰ κτισμάτων τὴν κατοίκησίν μου θέλων ποιήσασθαι. Ὧδε κατοικήσω, καὶ ἔξω τῶν πατρικῶν εὑρεθήσομαι κόλπων; Μετέρχομαι μὲν γὰρ τῇ ἀνθρωπότητι, οὐ περιγράφομαι δὲ τῇ ἀνάρχῳ ἐξουσίᾳ μου. Τί δὲ ἐνοήθης, Πέτρε; ἃ μὴ μεμάθηκας μετέρχῃ; δίκτυα μεμάθηκας κατασκευάζειν, μὴ καὶ σκηνὰς περιαυλίζειν; Σοὶ πειθαρχήσω, ἢ τὸν κόσμον σώσω; Ὧδε μείνω; καὶ τίς τὸν Ἀδὰμ διυπνήσει; Τίς τὴν Εὔαν ἐλευθερώσει; Τίς τὸν κόσμον ἐξαγοράσει; σεαυτοῦ μόνον ἐπιμέλειαν ποιεῖς, οὐχὶ δὲ τοῦ σύμπαντος κόσμου; Ὅθεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀπολογούμενος ὑπὲρ Πέτρου, ἔλεγεν· *Μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.* Καὶ συγγνώμην ἐδέξατο, ἐπειδὴ οὐκ εἰδὼς ἐλάλησεν.

Ὅθεν τοῦ Κυρίου ἐπισκήψαντος τῷ Πέτρῳ, ὁ Πέτρος, ὡς εἰκὸς, ἔφη· Διότι, Δέσποτα, ἡ συγκατάβασίς σου τοιαύτη, κατεδέξω καὶ ἐν σκηνῇ κατοικῆσαι, καὶ πρὸ τῆς χάριτος μετριάσας, οὐχὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ ἐχώρησας; Οὐχ ὑπεδέξατό σε ὁ πατριάρχης; Οὐχὶ μόσχον παρέσχηκεν; Οὐχὶ τὰ δοκοῦντα διεπράξατο; Οὐχὶ εὐλογίαν αὐτῷ ἀντιμισθίαν ἐβράβευσας; Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Πέτρον· Ἀληθὴς ὁ λόγος, εἰσῆλθον εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ εἰσελθὼν κατεσκήνωσα. Ἀλλ' ὅρα τὴν πίστιν καὶ τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν νίκην τοῦ Ἀβραάμ. Τρίτον με κατενόησεν σὺν δυσὶν ἀγγέλοις. Μὴ τρεῖς σκηνὰς ἐπετέλεσεν; Μὴ συνέκρινέ με τοῖς δούλοις; Οὐχὶ μίαν πρὸς τὴν Δεσποτικὴν δεξίωσιν ἡτοίμασε τράπεζαν; Μίμησαι τὸν Ἀβραὰμ, καὶ ποίει τὴν σκηνήν. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστής; *Καὶ ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς.* Τίνας; Μωϋσῆν, καὶ Ἠλίαν. Διὰ τί; Πρὸς τὸ πληροφορηθῆναι καὶ τοὺς ἀποστόλους, ἐν ποίᾳ δόξῃ καθεστήκασιν. Ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐκείνους ὑπὸ τὴν νεφέλην, τὴν ὑπερβολὴν τῆς δόξης τρέμοντες ἐδέξαντο οἱ ἀπόστολοι. Μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν ἐκείνους, ἄνωθεν πατρῴα φωνὴ ἐγένετο λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* Ὁρᾶτε τὴν πατρῴαν φωνὴν, καὶ πῶς ἀσύγχυτον αὐτὴν ἐφύλαξεν. Παρόντων γὰρ Μωϋσῆ καὶ Ἠλίᾳ, οὐκ εἶπεν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς*, ἵνα μὴ φαντασθέντες οἱ ἀπόστολοι δόξωσιν ἐκεῖνον εἶναι ἢ ἐκεῖνον· ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐκείνους ἀφανεῖς εἶναι, τότε τὸν ἀληθῆ ἀποδεικνὺς ἔλεγεν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.*

Παρέστωσαν Ἰουδαῖοι, παρέστωσαν ἐκ πάσης αἱρέσεως, οἱ τῆς θεότητος παραχαράκται, ἀκουσάτωσαν τῆς αὐθεντίας· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Οὗτος μόνος οὐχ ὡς οἱ Ἕλληνες ἀπατηθέντες πολλοὺς ἐνόμισαν. Οὗτος, ὃν ἐγὼ οὐρανόθεν ὑμῖν ἀποδείκνυμι· οὐχ ὃν οἱ ματαιοφρονοῦντες Ἰουδαῖοι προσδέχονται. Οὗτος ὁ κατὰ πάντα ἐμοὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, οὐχ ὡς οἱ αἱρετικοί τινες εἰς δοῦλον ἐμείωσαν. Οὗτος σὺν ἐμοὶ πρὸ τῶν αἰώνων προϋπάρχων. Οὗτος ὁ τὸν κόσμον

πνεύματι συμπηξάμενος. Οὗτος ὁ τὸν Ἀδὰμ διαπλάττων, ᾧ συνεβουλευόμην ποιῆσαι ἄνθρωπον. Οὗτος ὁ λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον. Οὗτος ὁ τὸν Ἐνὼχ παραδόξως μεταθεὶς ἐξ ἀνθρώπων. Οὗτος ὁ ὁρώμενός τε καὶ νοούμενος. Οὗτος ὁ σὺν ἐμοὶ ὤν, καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος ἑστώς. Οὗτος ὁ μεθ' ὑμῶν συναναστρεφόμενος, καὶ ἐκ τοῦ Γεννήτορος μὴ χωριζόμενος. Οὗτος ὁ ἄχρονος, ὁ ἄναρχος, ὁ ἀδιάδοχος, ὁ ἀΐδιος, ὁ ἀναλλοίωτος, ὁ ἀκατάληπτος, ὁ ἄφραστος, ὁ ἀπερινόητος. Οὗτος ἔστιν, οὐκ ἐγένετο, οὐκ ἐκτίσθη. Ἔστι κατὰ φύσιν, οὐ κατὰ χάριν. Ἔστιν οὐ τῷ χρόνῳ τὸ εἶναι λαβών. Ἔστιν, ἦν γὰρ καὶ πρώην, καὶ ὑπῆρχεν. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τῷ χρόνῳ ἐγενόμην Πατήρ, ἀλλὰ πάντοτε ὑπάρχω Πατήρ. Εἰ δὲ πάντοτε ἐγὼ Πατήρ, πάντοτε καὶ οὗτος Υἱὸς, πάντοτε καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ σὺν ἐμοὶ, καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A cum quo consilium de faciendo homine communicavi. Hic qui e limo terræ hominem finxit. Hic qui Enoch mirabiliter transtulit ex hominibus. Hic qui et visu et intellectu percipitur. Hic qui mecum est, et in monte stetit. Hic qui vobiscum versatur, et a Genitore non separatur. Hic sine tempore, sine principio, æternus, immutabilis, incomprehensibilis, ineffabilis, incogitabilis. Hic est, non factus est, non creatus est. Est natura, non gratia. Est, non tempore cœpit esse. Est; erat enim etiam ante, et exsistebat. Neque enim ego in tempore factus sum Pater, sed semper sum Pater. Quod si semper ego Pater, semper et hic Filius, semper et Spiritus sanctus, qui mecum, et cum Filio una adoratur et conglorificatur nunc et B semper, et in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.

TIMOTHEI III ALEXANDRINI
FRAGMENTA DOGMATICA.

MONITUM.

(Ang. Mai., *Spicileg. Rom.* t. III, p. 708.)

Inseram hic homiliam Timothei III Alexandrini patriarchæ hæretici, ex Syriaco codice Vaticano 103 sumptam (vide *Script. vet.* t. V part. II, p. 39), quæ etsi idem argumentum Christi Dei et hominis, a Monophysitis sæpe corruptum, tractat, nihil tamen reprehensione dignum continere videtur. Timotheus hic Alexandriam anno Christi 519 adiit, anno autem 535 mortem cum vita commutavit. Homiliæ autem, cujus titulum infra recitabimus, mediocre fragmentum Græce, id est in originario sermone, conservavit Cosmas Indicopleusta lib. x, p. 332 (1) inter Patrum auctoritates ab ipso consarcinatas. Integram vero codex Syrus prædictus exhibet; quare mihi placet partes quidem priorem et postremam apud Syros tantummodo exstantes Latine exhibere, mediam vero apud Cosmam superstitem, Græce attexere; ita ut ex utraque lingua totus hic sermo lectoribus repræsentetur.

Homilia Timothei archiepiscopi Alexandrini, dicta in ambone ecclesiæ Dionysii, cum lecta fuissent evangelica verba Joannis, « Jesus autem fatigatus est itinere, et sedit [11]*. » Habita est die Dominica,* XXII *Maii, indictione quarta.*

Paulo aliter Græcus titulus :

Τιμοθέου, ἐν τῇ Κυρίου ἐκκλησίᾳ Κυριακῇ οὔσης, Παχὼν κβ', ἰνδ. ε', ἀναγνωσθέντος τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου· « Ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο. »

INCIPIT HOMILIA.

Dominus et Deus noster Jesus est ipsa veritas, fiducia ac lux. Nulla in hoc est difficultas, nihil abstrusum, nihil quæstioni obnoxium; sed se talem credi perfecte voluit, qualis reapse est.

Τοιγαροῦν ἐπειδὴ Θεός ἐστιν ἅμα καὶ ἄνθρωπος ὁ C αὐτὸς, πιστοῦται διὰ τῶν ἔργων ἀμφότερα, καὶ λανθάνειν τοὺς ὁρῶντας οὐκ ἀνέχεται. Ὅτι μὲν γὰρ φύσει Θεός τέ ἐστι, διὰ τῶν ἔργων καὶ διὰ τῶν σημείων ἐπιδείκνυται, λεπροὺς καθαίρων, φωτίζων τυφλοὺς, καὶ παρειμένους ῥωννὺς, καὶ τεθνηκόσι δίδοὺς ζωήν· καὶ τὸ δὴ μέγιστον (ταῦτα γὰρ ἴσως

Quia itaque una Deus et homo ipse est, utramque simul ex operibus comprobatur; ita ut spectatoribus non latere possit. Nam quod natura Deus sit, ex operibus et signis ostenditur, dum leprosos mundat, cæcos illuminat, paralyticos roborat, mortuis vitam elargitur : quodque maximum est; nam hæc prius memorata prophetæ quoque ediderunt

[11] Joan. IV, 6.

(1) Vide hujusce *Patrologiæ*, t. LXXXVIII, col. 437.

diserte et cum fiducia dicit : *Ego et Pater unum sumus.* Verum his quidem, uti jam dixi, deitatis magnitudo comprobatur. Quod autem etiam homo sit, neque id item latere vult et ignorari, ut eos inde præverteret et frangeret, qui eum phantastice advenisse putant; dum clare et aperte passionibus se subdit : at quibus passionibus? iis scilicet quæ propter infirmitatem, non propter peccatum, carni familiares sunt; esuriem dico, sitim, somnum, defatigationem. Hæc quippe, quæ natura, non voluntate contingunt, eadem patientes peccato non contaminant. His itaque Dominus peccato vacuis passionibus carnem suam obsequi declaravit : manifeste commonstrans, se natura et veritate, non autem specie tantum hominem factum esse.

A καὶ προφῆται κατώρθωσαν), διαῤῥήδην παῤῥησιαζόμενος καὶ λέγων· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἀλλὰ τοῖς μὲν, ὡς ἔφην, πιστοῦται τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θεότητος. Ὅτι γε μὴν καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀληθῶς ὁ αὐτὸς, οὐδὲ τοῦτο βούλεται λαθεῖν, προανακόπτων τοὺς τὴν φαντασίαν νοσοῦντας, δεικνὺς ἐναργῶς πάθεσιν ὑπουργῶν· καὶ ποίοις πάθεσιν; ὅσα δι' ἀσθένειαν, οὐ δι' ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ προσῳκείωται, τὸ πεινῆν λέγω, καὶ διψῆν, καὶ ὑπνοῦν καὶ κοπιᾶσθαι. Ταῦτα γὰρ φύσει, καὶ οὐ προαιρέσει συμβαίνοντα, ἁμαρτίαν τοῖς ὑπομένουσιν οὐ προστρίβεται. Τούτοις οὖν ὁ Κύριος τοῖς ἀναμαρτήτοις πάθεσιν, ἔφησε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα πειθαρχεῖν, δεικνὺς σαφῶς ὡς φύσει καὶ ἀληθείᾳ, καὶ οὐ δοκήσει, γέγονεν ἄνθρωπος.

Idcirco ille esuriit, qui quinque panibus quinque hominum millia satiavit; sitivit is, qui de lapide potum Israeli in deserto elicuit; laboravit is, qui dixit, *Venite ad me, omnes qui laboratis et gravia onera fertis, et ego reficiam vos*[12]. Item dixit : *Tristis est anima mea usque ad mortem*[13], ille qui lacrymas ex omnium facie abstergit. Illum denique dormisse etiam audimus, qui ait non dormire neque dormitare eum qui Israelem custodit. Cum igitur audis, o sodes, has humiles passiones, cave ne ab excelsa divinitate unigeniti Filii Dei discedas. Ait præterea divus evangelista, Jesum ex Judæa secessisse; id quod ob multa significanda patravit; primo ut suam divinitatem ostenderet; iterum ut demonstraret se tempore idoneo interfectores suos vitare, ne isti audacter Deum tentarent; denique ne ante statutum tempus ansam perfidis Judæis præberet, ut suum peccatum perficerent : quare etiam ab his quæsitus ad necem, turbæ immistus delituit. Idcirco discipulos quoque monuit, ne in viam gentium abirent, nec in Samaritanorum urbem introirent. Ergo hæc omnia tempestive optimeque acta sunt; nam et cum morabatur, proderat; et peregrinans, opem ferebat; et cum aliis suberat, tamen docebat; et cum in concione fidenter versabatur, orabat; atque in omnibus animarum salutem operabatur. Cui sit honor in æternum! Amen.

—

Quæ subsequuntur fragmenta quinque, excepta sunt e Gallandii Vet. Patr. Biblioth., t. XI, p. 565, 566.

Timotheus in illud : *Pater, si possibile est, transeat.*

C Τιμόθεος εἰς τό· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω. »

Id fert natura, ut semper anima in corpore manere expetat, ac discessionem ex vita ægre ferat. *Iterumque in ecclesia Sancti Sarapammonis clamabat :* His porro majora mihi a Patre tribuentur, resurrectio ex mortuis, renovatio naturæ, ac corruptionis loco, vivificatio.

Φύσις γὰρ ἀεὶ τὴν ψυχὴν ἐμφιλοχωρεῖν ἐν τῷ σώματι, καὶ δυσχεραίνειν πρὸς ἀποδίωσιν. *Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἁγίῳ Σαραπάμμων ἐβόα·* Καὶ μείζονα δὲ τούτων δοθήσεταί μοι παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, φύσεως ἀνακαινισμὸς, καὶ ἀντὶ φθορᾶς, ζωοποίησις.

Ejusdem, in sancta Theophania, in ortum Christi, die Choiac tricesima, indictione decima.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια, εἰς τὴν γενέθλιον τοῦ Χριστοῦ, ἡμέραν Χοιὰκ Λ', Ἰνδ. ι'.

Peperit Virgo hominem perfectum impeccabilem. *Et paucis interpositis :* Circumcidamur cum Christo, ut una cum illo purgemur.

Ἔτεκεν ἡ Παρθένος ἄνθρωπον τέλειον, ἀναμάρτητον. *Μετ' ὀλίγα·* Συμπεριτμηθῶμεν, Χριστῷ, ἵνα καὶ συγκαθαρθῶμεν αὐτῷ.

Et iterum in ecclesia Sancti Theodori, die octava Tubi, indictione decima.

Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἁγίῳ Θεοδώρῳ, Τυβὶ η', Ἰνδ. ι'.

Nam per id quod apparebat, ejus quod latebat vim ostendit.

D Διὰ γὰρ τοῦ φαινομένου ἔδειξε τὴν δύναμιν τοῦ κρυπτομένου.

Ejusdem, in templo, in festo Pachon.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Παχών.

Dei quidem proprium est miracula edere, elementis imperare, futurorum prædictionem enuntiare; hominis vero mansueti et communem vitam

Θεοῦ μὲν ἴδιον τὸ θαυματουργεῖν, καὶ τοῖς στοιχείοις ἐκτάττειν, καὶ τῶν μελλόντων ποιεῖσθαι τὴν προαγόρευσιν· ἀνθρώπου δὲ ἡμέρου καὶ κοινωνικοῦ,

[12] Matth. xi, 28. [13] Matth. xxvi, 38.

ἡ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς συνουσία, ἡ πρὸς τοὺς μαθητὰς καὶ γνωρίμους ὁμιλία. Διά τοι ταῦτα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ, καὶ δι' ἡμᾶς γεγονὼς ἄνθρωπος, καὶ τὴν τῆς θεότητος ἐπιδείκνυται δύναμιν, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος φυλάττει τοὺς νόμους· ὅπερ ἦν τε καὶ ἔστι διὰ τῶν σημείων πιστούμενος, καὶ ὃ γενέσθαι κατηξίωσε, διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνύμενος.

A agentis, parentes honorare, cum fratribus versari, discipulos et notos alloqui. Ideo Dominus noster Jesus Christus, cum Deus ex Deo sit, ac propter nos homo factus sit, et vim deitatis ostendit, et leges humanitatis servat : quod semper est et fuit ex signis comprobans, ac id quod fieri dignatus est, operibus commonstrans.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμέρᾳ, Παχὼν κε', ἰνδ. θ', εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, τὸ λέγον, « Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. »

Ejusdem, in quadragesima assumptionis Domini die, Pachon. vicesima quinta, indictione nona, in dictum Evangelii secundum Joannem : « Expedit vobis ut ego vadam [14]. »

Ἀλλ' οἷα καὶ νῦν τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀοιδίμους μαθητὰς εἰρημένα κατανοήσωμεν, *Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω.* Διὰ τὴν ὑμῶν σωτηρίαν ἐπὶ τῆς γῆς παραγέγονα, διὰ τὴν ὑμῶν ὠφέλειαν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι καλόν. Ἀσώματος κατῆλθον δι' ὑμᾶς, ἐκεῖ γενέσθαι μετὰ τοῦ σώματος συμφέρον· πρὸς οὐρανὸν γὰρ ὑμῶν ἑλκῦσαι τὸ γένος προῄρημαι· δεῖ με μετὰ σαρκὸς τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθέδραν ἀπολαβεῖν. Ἐγκαινίσαι με δεῖ τὴν ξένην πορείαν, καὶ δεῖξαι βατὸν τοῖς ἀνθρώποις τὸν οὐρανόν. Ὁδεύω πρῶτος διὰ τοῦ ἀέρος, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὕστερον ἁρπαγῆτε εἰς ἀέρα ἐν νεφέλαις εἰς τὴν ἡμετέραν ἀπάντησιν. Καὶ τοῦτον ἀκοῦσαι ᾠήθην τὸν ἀναγινώσκοντα, πῶς τὸν ἄνθρωπον διαῤῥήδην βοᾷ δυσχεραίνοντα πρὸς ἀποβίωσιν· καὶ τοῦτον διὰ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀφθαρσίαν καὶ ἀνακαινισμὸν φύσεως λαμβάνοντα καὶ ζωοποίησιν, τὸν πρώην πάθεσιν ὑπουργοῦντα καὶ κοπούμενον διὰ τὴν περικειμένην ἀσθένειαν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ὅτι ἑλκυσθέντα, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας ἠξιωμένον, καὶ τὴν ξένην πορείαν πρῶτον δραμόντα, καὶ βατὸν πρῶτος ἀνθρώπων τὸν οὐρανὸν ποιήσαντα.

Verum illa quæ præclaris discipulis jam dicta sunt consideremus : *Expedit vobis ut ego vadam.* Salutis vestræ causa in terram veni, utilitatis vestræ gratia ut in cœlum ascendam opus est. Incorporeus descendi propter vos; ut illuc cum corpore concedam, consentaneum est : genus vestrum in cœlum trahere decrevi : oportet me cum carne ad dexteram Patris sedem recipere. Ut iter olim extraneum jam novum parem, utque cœli aditum apertum hominibus ostendam, necesse est. Primus per aerem iter habeo, ut et vos demum in aerem in nubibus obviam nobis rapiamini. Hunc me audire putabam legentem, quo pacto scilicet hominem qui tanto mortis horrore tenetur, cum clamore compellet : hunc nempe qui per passionem et resurrectionem, incorruptionem et naturæ renovationem et vivificationem accipit; qui prius ob astantem infirmitatem passionibus et defatigationi subjectus erat; qui in cœlum pertractus et sessione ad dexteram Patris dignatus est; qui extraneam et insolitam viam prior decucurrit, ac primus hominum cœlum adiri posse commonstravit.

Ὦ τῶν ἀσυμφώνων συμφωνία! ὦ τῶν ἀποσχιστῶν ἀκούσιος συνάφεια! ὦ τῶν λοιδόρων οὐχ ἑκούσιος εὐφημία, ἦγουν συγκατάθεσις! πῶς κατὰ πάντα οὐκ ἐδείχθημεν τέκνα τῆς Ἐκκλησίας; Φασὶ δηλονότι, Ὁδὸν οὐκ ἐτρίψαμεν. Πῶς οὐ κατὰ πάντα κατάκριτοι οἱ τούτοις πᾶσιν ἀπειθοῦντες, ἢ ἀντιλέγοντες; Πῶς οὐ κατὰ πάντα μεμαρτυρημένη ἡ ἡμετέρα γραφὴ γνήσιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως γέννημα; Θεὸς μάρτυς, εἶτα ἀπόστολοι, προφῆται, ἁγίων Πατέρων πολυώνυμος χορός.

O rerum minime consonantium consonantiam! o involuntariam schismaticorum concordiam! o conviciatorum non spontaneam laudum emissionem sive consensum! cur non per omnia Ecclesiæ filii comprobamur? Aiunt scilicet, Viam non trivimus. Qui non penitus damnandi sint, qui his omnibus non obtemperant, sed contradicunt? Qua ratione hæc scripta nostra tot testimoniis firmata, ut germanus ecclesiasticæ traditionis fetus non habeantur? Deus testis est; hinc apostoli, prophetæ, et sanctorum Patrum celebratissimus chorus.

[14] Joan. XVI, 7.

MONITUM.

(Ang. Mai, *Script. vet. Biblioth.*, V, 541.)

Timothei patriarchæ Alexandrini sermo quidam exstat in codice Arabico Vat. CLXXII, ex Græco sine dubio translatus; quia nunquam Arabice Timotheus locutus est. Codicis descriptionem ex Assemani schedis sumptam habes in nostro voluimine IV *Script. vet.*, p. 312; non sine mendo tamen Timotheus ibi

dicitur patriarcha Alexandrinus XXII, cujusmodi potius fuit Timotheus senior orthodoxus, cui successit Theophilus magni Cyrilli patruus. Jam vero cum in hoc sermone Timotheus Cyrillum patriarcham memoret, imo se diserte Dioscori successorem affirmet, sequitur ut is sine dubio Timotheus Ælurus sit, impius ille ac turbulentus, concilii Chalcedonensis osor, ut etiam inventum ejus ab Anglis scriptum demonstrat, qui sedem Alexandrinam semel et iterum occupavit. Hunc ego sermonem cum merito aliquo historico commendari viderem, nolui negligere, præsertim quia et alibi (*Spicil. Rom.* t. III, p. 708) ejusdem Timothei Oratiunculam edidi, quam partim Cosmas quoque Indopleusta non indignam excerpto putaverat. Cæterum quia nonnulla in hoc sermone fabulosa propemodum videbantur, aut minutiora, quæ mihi certe festinanti injucunda erant, partes ejus nonnullas levi, ut reor, dispendio prætermisi.

TIMOTHEI ALEXANDRINI SERMO.

Sermo brevis quem dixit Timotheus Alexandriæ patriarcha, de tempore quo magnum indictum fuit sanctum concilium, deque dedicatione magni monasterii sancti nostri Patris Pachomii apud Fau, quod Dei voluntate, et Theodosio imperatore mandante ædificatum fuit a reverendo Poctore eremitarum præsule ; quæ dedicatio peracta fuit die quinta mensis Athyr.

Hodie nobis adesto, o prophetarum vocalissime, et seraphinorum spectator, qui olim clamasti dicens : *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, et planta Domini juxta terminum ejus* [15]. Recte prorsus, o propheta sancte, universo orbi nuntiasti altare hoc Domini, supra quod animæ nondum tum creatæ attollendæ erant atque offerendæ. Cur tu cætera, quæ primis mundi sæculis altaria exstiterunt, non memorasti? Minime, inquit propheta, quia in illis bruta animalia immolabantur; verumtamen in hoc nostro verus Dei Agnus offertur, qui mundi peccata tollit. Planta autem est monasterium hoc Domino ædificatum, propter famulum ejus Pachomium, qui ibi adest, atque innumerabilium dicatarum Deo animarum turbam ibidem facit consistere. Is enim primus, juxta apostolorum doctrinam communis vitæ genus, seu contubernium, instituit; primus ipse, planta fuit, via, rector, ac legislator monasteriorum quotquot in orbe sunt. Nam quod verbum dixit prophetæ Deus de hoc monasterio, idem Patri nostro sancto Pachomio dictum fuit, nempe tibi fundamentum fore, et sine fine nomen gloriosum.

Nunc rem audite, charissimi, quam ego oculis vidi et manibus contrectavi. Quo tempore pater meus Cyrillus Alexandriæ patriarcha erat, sanctus autem Poctor eremitas apud Taphnaiam regebat, illustris denique propheta Scianuthes eremitis æque in Athriba monte præerat; imperator Theodosius hos ad concilium vocavit, quod insani Nestorii causa celebrandum curabat. Jam Poctor lectis, quas acceperat a sancto Cyrillo et ab imperatore, litteris magnopere doluit, quia ante id tempus nulli ipse concilio interfuerat. Cunctis itaque convocatis fratribus ait : Audite, fratres mei benedicti : vocat me ad concilium imperator; vos interim institutum servate, in lege ac mandatis Domini ambulate, prout Patres nostri jusserunt; et preces pro nobis fundite, ut nos Deus restituat vobis incolumes, etc.

Cum vero ad patris nostri Scianuthæ monasterium sanctus Poctor venisset, ab illis monachis receptus, eisdemque comitantibus nave inscensa, Alexandriam descenderunt; quo ingressi, adventum suum sancto Cyrillo patriarchæ nuntiarunt, qui magnopere visis illis lætatus est, mutuisque osculis salutarunt. Porro et ipse negotiis expeditis, navim simul conscendit, quam Deo favente intra paucos dies Constantinopolim appulerunt : urbemque ingressi, extra palatii portam substiterunt, quasi abjectæ conditionis homines, nemine invento qui imperatorem de ipsorum adventu certiorem faceret. Interim elato supercilio imperatorem frequenter adibat Nestorius, opibus suis fidens : donec infimum quemdam, qui imperatorem adibat, cernens Poctor, rogavit ut sibi admissionem a principe impetraret : quo reapse rem significante, mandavit imperator ad se homines introduci; quibus conspectis, de sella consurgens osculum dedit, jussitque secum sedere; hique vicissim imperatori regnoque ejus benedixerunt.

Deinde imperator introductis ad se sancto patriarcha Cyrillo et sancto Scianuthe, reverenter cum iis de fide verba fecit, aitque se illos ad hoc concilium vocasse, ut Nestorii negotium atque dicta examinarent. Interim, venerandi Patres, apud me esse sinite reverendum Poctorem; vos vero, episcopi, cum Nestorio Ephesi congregemini, qua ex urbe actiones vestras synodicas ac disputationes ad me mittetis, quarum mihi reverendus Poctor explanator erit. Tunc Poctori imperator palatii partem tanquam ejus suique monasterii propriam assignavit. Sanctus vero Cyrillus cum Scianuthe ad concilium prout imperator jusserat perrexerunt; ibique multis exantlatis laboribus, Nestorium impium excommunicarunt Deo volente, faventibus sancti

[15] Isa. XIX, 19.

Poctoris precibus, Christi demum præcipuo auxilio. Tum sanctus Poctor operam dedit ut imperator Nestorium exsulem relegaret in Ægyptum in loco cui nomen Sansalge; quem ille incoluit, donec ulceribus blasphemiæ ejus adversus Christum dominum vindicibus, horrenda morte periit. A

Post hæc postulavit ab imperatore sanctus Poctor, ut sibi opem conferret ob ædificandam apud suum monasterium amplam ecclesiam, quæ regni ejus monumentum esset : Quandoquidem aula, inquit, in qua fratres orantes conveniunt, angusta est. Item petiit arcem fieri adversus barbaros munimentum; agrum quoque sibi dari serendis oleribus, quia his unice fratres vescerentur : fossam denique circumduci, et in platea palæstram effici. Cui annuens imperator, etc. *Sequitur ædificationis descriptio, post quam sic pergit narratio :* Ædificio incepto, liminibusque superioribus positis atque columnis, mortuus est religiosus imperator Theodosius; cui Marcianus successit; eratque eo tempore magna fames, et in Ecclesia perturbatio. Tunc in exsilium pulso patriarcha (Dioscoro), apparuit sancto Poctori angelus Domini, monuitque ut, sumpto pane, patriarcham inviseret, et mœrentem cum filiis suis solaretur. Sine mora igitur ad exsulis patriarchæ stationem accessit; eoque salutato, postea de more venit ad metropolim : cui illic demortuo datus est successor in monasterio Mardarius. Deinde vita excessit reverendissimus pater C meus Dioscorus in exsilio; cujus me successorem, meritis licet contrariis, in sede Alexandrina crearunt. Exin obiit imperator Marcianus, regnavitque post eum Leo; moxque intra paucos dies Ecclesiæ tempestas quievit. B

Sanctus autem senex Mardarius ecclesiæ ædificium absolvit die xx mensis Thoth; neque Alexandriam tantummodo venit, nobisque rem significavit, verum etiam Constantinopolim usque ad imperatorem perrexit, quem ita affatus est : En Deo tuaque majestate favente, templo coronidem imposuimus, quod imp. Theodosii jussu, et sancti Poctoris cura cœptum fuerat. Jubeat ergo dominus noster imperator consecrari templum in nomine patris nostri ac prophetæ Pachomii. Cui imperator : Redi, inquit, ad monasterium tuum, et dedicationi necessaria para; nam patriarchas ad illam peragendam ipse mittam, etc. *Sequitur rei minuta narratio. Episcopi adfuisse dicuntur DCCCXXIV, quos inter ipse Timotheus; monachi sex mille, præter alios monachos bis mille et trecentos, quos Mardarius ex suis XXIV monasteriis evocaverat; hique omnes sacram corporis Christi communionem biduo suscepisse dicuntur. Dedicatio denique cum missarum solemniis die 25 mensis Athyr peracta fuit. Quæ diffusius in sermone dicta, partim etiam incredibilia (præsertim quia Timotheus hæreticus Monophysita angelorum et Christi colloquiis se honoratum jactat), a nobis omissa fuerunt.*

Ex Anastasio presbytero apud nos Script. vet. *t. VII, p. 35.*

α'. Τιμόθεος Αἴλουρος, ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ἐν τῇ γραφείσῃ παρ' αὐτοῦ ἐπιστολῇ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα διὰ τοῦ σελεντιαρίου Διομήδους ἔφη· — Τριάδα γὰρ οἶδα τελείαν, ὁμοούσιον, τῇ δόξῃ καὶ τῇ ἀϊδιότητι οὐδὲν ἑαυτῆς πλέον ἢ ἔλαττον ἔχουσαν· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς Νικαέων οἱ μακάριοι Πατέρες τιν' ἐδίδαξαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1. Timotheus Ælurus, hostis ille veritatis, in epistola ad Leonem imp. scripta per Diomedem silentiarium ait. — Trinitatem enim agnosco perfectam, consubstantialem, gloria et æternitate omnino inter se æqualem. Ita enim beati quoque CCCXVIII Patres apud Nicæam congregati docuerunt : pariterque de ipsius Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi incarnatione.

Tum in epistola Justiniani imp. tom. cit. p. 304 *et* 303, *sic impie Timotheus loquitur*

β'. Τιμόθεος ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ τρίτου βιβλίου, ὅπερ ἐν Χέρσωνι συνέγραψε· — Φύσις δὲ Χριστοῦ μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται. *Πάλιν Τιμόθεος ὁ βλάσφημος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἀντιῤῥητικῶν αὐτοῦ λόγων, οὕτως λέγει·* — Οὐ γὰρ φύσεως ἔχει λόγον ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσις, ἀλλ' οἰκονομίας ὑπὲρ φύσιν πραττομένης ὑπὸ Θεοῦ ἐκ μὲν τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης ἡμῶν φύσεως ἤτοι οὐσίας. Διὸ καὶ ὁμοφυὴς καὶ ὁμογενὴς καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν λέγεται κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἤτοι τὴν ἐκ γυναικὸς γέννησιν· οὔτε δὲ φύσις οὔτε οὐσία κοινοῦ τινος ἀνθρώπου προσηγόρευται πώποτε τὸ ἄχραντον καὶ ὁμογενὲς ἡμῖν σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου. D

2. Timotheus octavo capitulo libri tertii, quem Chersone scripsit. — Christi vero natura, sola deitas est, quanquam ille incarnatus est. *Denuo Timotheus blasphemus in Antirrheticorum sermonum suorum secundo sic ait.* — Non enim naturæ rationem tenet, Dei Verbi incarnatio, sed œconomiæ supernaturalis a Deo patratæ ex communi humanaque nostra natura seu substantia. Quam ob rem Christus et connaturalis et homogeneus et consubstantialis nobis dicitur secundum œconomiæ rationem, sive ex muliere nativitatem. Neque tamen natura vel substantia alicujus communis hominis appellatum fuit unquam immaculatum nobisque homogeneum Dei Verbi corpus.

γ'. *Πάλιν Τιμόθεος καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ τοῦ εἰρημένου τρίτου βιβλίου λέγει τάδε·* — Δείξωσιν ἡμῖν Διφυσῖται τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ διαφορὰν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, εἰ δύνανται.

3. *Rursus Timotheus quarto suo dicti tertii libri capitulo hæc ait.* — Demonstrent nobis diphysitæ duarum Christi naturarum differentiam, quam ipsi dicunt, si certe queuni.

4. Adhuc Timotheus hæreticus, propheticum hoc dictum recitat : *Annuntians hominibus Christum suum, et Dominus Deus omnipotens nomen illi.* Dein prave id explanans addit. — Ipse ergo per semet nuntiavit hominibus. Hunc videns sol, in meridie occidit. Verumtamen id hominis causa, seu propter humanam naturam, non evenisset. Præter quam quod virginitatem omnino violavisset hominis natura. Nam si homo naturaliter communi lege fuisset, qui in virginis utero homo formandus erat, profecto haud inde editus partu fuisset, nisi soluta antea virginitate.

A δ'. Καὶ πάλιν Τιμόθεος ὁ αἱρετικὸς προβάλλεται προφητικὴν ῥῆσιν λέγουσαν οὕτως· *Ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, καὶ Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.* Εἶτα κακῶς ταῦτα ἐξηγούμενος ἐπάγει· — Αὐτὸς οὖν δι' ἑαυτοῦ ἀπήγγειλεν τοῖς ἀνθρώποις· τοῦτον ἰδὼν ὁ ἥλιος ἔδυ μεσημβρίᾳ· ἀλλ' οὐκ ἐδέχετο τοῦτο δι' ἀνθρώπου γενέσθαι, ἤτοι διὰ φύσεως ἀνθρωπίνης· ἢ γὰρ ἂν πάντη τε καὶ παντελῶς ἔλυεν τὴν παρθενίαν ἡ ἀνθρώπου φύσις· εἰ γὰρ ἦν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν καὶ νόμον ὁ μέλλων ἀποτελεῖσθαι ἄνθρωπος ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου, οὐκ ἂν ἐτέχθη ἐξ αὐτῆς, εἰ μὴ πρῶτον τῆς παρθενίας λυθείσης.

Ex Leontio apud nos Script. vet.. *t. VII, p.* 138.

5. Timothei Æluri hæretici Monophysitæ, ex ejus cum Alexandrino Calonymo dialogo. — Cyrillus est Alexandrinorum episcopus. Hic dum multifariam orthodoxiæ doctrinam explicans, inconstantem se præbet, contraria dogmata tradere coarguitur : qui postquam unam pronuntiavit dici debere Dei Verbi incarnatam naturam, mox dogma suum dissolvit, ac duas in Christo naturas profiteri deprehenditur. Qui carne passum Dei Verbum declaraverat, postea contra ait, nullatenus illud excepisse pro nobis passionem. Sic ergo dictis ipse suis contradicens, hanc grassantem in Ecclesiis vixque placabilem pugnam sevit; vehemente veluti flamma, sanæ fidei doctrinam incendens. Nisi demum divinitus apparens Severus patriarcha sacris scriptis suis inconstantiam volubilitatemque Cyrilli sanavisset : ceu quidam amans filius, dedecus parentis sui veste propria contegens.

B ε'. Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου τοῦ αἱρετικοῦ τοῦ Μονοφυσίτου, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Ἀλεξανδρέα Καλώνυμον διαλέξεως· — Κύριλλός ἐστιν ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος· οὗτος γὰρ διαφόρως τὸ σοφὸν τῆς ὀρθοδοξίας διαρθρώσας κήρυγμα, παλίμβολος φανείς, τἀναντία δογματίσας ἐλέγχεται· ἐπεὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην χρῆν λέγειν ὑποθέμενος, ἀναλύει τὸ ὑπ' αὐτοῦ δογματισθὲν, καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ πρεσβεύειν ἁλίσκεται (1)· καὶ ὅ γε σαρκὶ παθεῖν τὸν Θεὸν ἀποφηνάμενος Λόγον, τοὐναντίον φησὶν οὐδενὶ τρόπῳ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξασθαι πάθος· ἀλλ' ἐναντίος τοῖς οἰκείοις λόγοις γενόμενος, τὴν νῦν κρατοῦσαν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις δυσδιάλλακτον μάχην ἐνέσπειρε, καὶ ὥσπερ τινὰ φλόγα λαβροτάτην ἐξάψας, τὸν τῆς ὑγιοῦς πίστεως λόγον C ἐνέπρησεν. Εἰ μὴ θεόθεν φανεὶς ὁ πατριάρχης Σεβῆρος (2) τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἰάσατο Κυρίλλου τὸ ἄστατον καὶ παλίμβολον, καθάπερ τις φιλοπάτωρ υἱὸς λώβην τοῦ φύσαντος οἰκείοις ἐσθήμασιν ἀμφιάσας (3).

(1) Cyrillum duas sæpe Christi naturas affirmavisse, nos quoque ostendimus in nuper editis ejus opusculis. Sed bene est, quod ipse quoque Monophysitæ hanc Cyrilli sententiam in ejusdem scriptis agnoverint.

(2) Quoniam Severum patriarcham nominat Timotheus, hic quidem Ælurus, ut perperam in titulo dicitur, esse nequit, qui pluribus ante Severi patriarchatum annis obiit. Est ergo hic potius Timotheus III, æque hæreticus, qui juniori Dioscoro successit, habuitque hospitem vel familiarem Alexandriæ Severum, et cujus etiam disputatio quædam a Liberato cap. 19 memoratur.

(3) Citatus a Leontio Æluri locus exstat etiam in tom. VI, p. 515, supplementorum Mansi ad Concilia ; sed ibi incaute continuantur tanquam Æluri verba quæ sunt Leontii.

ANNO DOMINI DXXXV.

THEODOSIUS ALEXANDRINUS.

NOTITIA.

(Ang. Mai, *Spicileg. Rom.* t. III, p. 710.)

Timotheo successit in Alexandrina cathedra, pessimis erroribus jam maculata, Theodosius qui novæ sectæ factus est auctor Theodosianorum seu Corrupticolarum. Et quidem hæreticos Theodosianos memorat adhuc Alexandriæ vigentes sequente sæculo, id est septimo, sanctus Sophronius mirac. XII, p. 170. — Hujus quoque Theodosii fragmenta aliquot recitat Græce Cosmas lib. x, p. 331 (1), sed quæ cum copiosis nostris Arabici codicis 101, ad quem denuo revertimur, minime congruunt.

(1) Vide hujusce *Patrologiæ* t. LXXXVIII. 435.

FRAGMENTA THEOLOGICA.

EPISTOLA

QUAM IN SUA AD ALEXANDRINUM PATRIARCHATUM PROMOTIONE SCRIPSIT THEODOSIUS AD SEVERUM ANTIOCHIÆ PATRIARCHAM.

Confiteor Verbum Deum consubstantiale esse Patri suo Deo, idemque quominus cum eo exsisteret nunquam cessasse, lumen de lumine, veritatem de veritate, viventem Patris imaginem unde habet exsistentiam, et postremo sumpta carne factum esse hominem. Affirmamus iis, qui sapienter amanterque grande audiunt mysterium, Verbum natura Deum, factum insuper esse hominem, quin tamen a sua vera divinitate cessaverit; paupertatem sponte suscepisse, et nihil omisisse quod pertinet ad humanitatem; unumque effectum cum carne (1), sine proprietatum suarum mutatione; carnem dico cum suis passionibus, et cum anima rationabili ac intelligente; similitudinem nostram in cunctis assumpsisse absque peccato. Aiunt enim Scripturæ quod iniquitatem non fecerit, neque dolus inventus fuerit in ore ejus. Æquum enim erat ut quam habuit Adamus naturam, in ea quoque victoriam consequeretur, mortemque destrueret. Quamobrem Paulus ut nos doceret qua de causa Salvator noster factus sit homo, ait: *Quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti*[a]. Si nos, de quibus dæmon triumphavit, certæ cujusdem naturæ essemus, Deus autem Verbum aliam, A præter nostram, assumpsisset naturam, cum qua unum essentialiter factum esset, eamque impassibilem atque immortalem dum carnem sumebat, reddidisset, ceu quidam hæresiarchæ (2) audacter dixerunt; tunc inanis fides nostra foret, neque magnum quid videretur quod de diabolo Dominus triumphavisset. Rursus nisi Christus victoriam de eo retulisset, neque in sua carne eas qualitates habuisset quæ sine peccato consistere possunt, scilicet nisi ejus caro par nostræ esset, tum quod ad essentiam attinet, tum etiam quod ad patiendum; denique nisi mortem carne sua destruxisset, nunquam stimulus mortis destructus fuisset, id est peccatum, consequenterque ne mortis quidem imperium exstinctum fuisset. Sed cum is reapse de Davidis semine originem traxerit; nostrique, fratrum quippe suorum, similitudinem in cunctis asciverit, excepto peccato, ut sapiens ait Paulus, morte sua triumphavit, quam sponte in suam carnem recepit natura passibilem; quæque vere passiones nostras exceperat, quotquot peccato earent: triumphavit, inquam, de eo qui mortis imperium tenet. Quanquam ut Deus vere est impassibilis. Quid ni igitur tali de victoria gloriemur, de servitio in libertatem vindicati? Quis non miretur mysterium Scripturarum, quæ expellunt Eutychem, atque alienum ab Ecclesia cum fautoribus suis declarant. B

[a] Hebr. II, 14, 15.

(1) Non *Christum unum* hic intelligit cum orthodoxis Theodosius, sed *unam naturam* cum Monophysitis designat; quæ est perpetua in horum scriptis labes, Ægyptiorum scilicet, Syrorum, atque Armeniorum, quotquot ei hæresi adhærent.

(2) Eutychem intelligit.

EPISTOLA

EJUSDEM THEODOSII PATRIARCHÆ ALEXANDRINI, SCRIPTA DE EXSILIO (3) AD CHRISTIANUM ALEXANDRIÆ POPULUM.

Christiani cum sitis, fratres, postulatis a me ut rectum fidei dogma vobis annuntiem. Atqui ego probe compertum habeo eum, qui doctos docturus sit, haud oportere esse idiotam, ne tanquam pauper divitem hominem ad suum convivium invitet. Brevis autem intellectus mei modulus est, atque ut Moyses olim ait, loqui non audeo, et linguæ tardioris sum. Interim tamen ut vestros animos, o Dei amatores, recreem, vobis significo me rectam et nullo modo distortam fidem retinere : aioque credere me in Deum patrum meorum, Deum omnipotentem, atque in ejus prædilectum Filium Dominum nostrum Jesum Christum, necnon in Spiritum sanctum vivificantem, juxta decreta trecentorum decem et octo Patrum Nicææ congregatorum, necnon illorum centum quinquaginta qui in urbe regia convenerunt, et cæterorum qui Ephesi conventum celebrarunt, impiumque Nestorium deposuerunt; necnon illorum qui Apollinarem similiter exauctoraverunt, unamque Dei Verbi naturam (4) nobis credendam proposuerunt. Confiteor insuper unum esse quem adoramus Filium, Deum simul et hominem. Confiteor sanctam Mariam Virginem matrem esse Dei Verbi, quod a Deo Patre est, ipsamque illud in carne peperisse. Confiteor salutares a Domino nostro Jesu Christo passiones pro redemptione nostra perlatas, ipsumque in carne passum, in carne mortuum pro nobis, seque primogenitum mortuorum constituisse, qui vita est, vitæque, utpote Deus, donator. Cunctis hæresiarchis anathema dico, iis præsertim qui malorum horum fuerunt auctores. (*Pergit Theodosius anathematizare nominatim Nestorium, Theodorum, Theodoretum Cyrilli adversarium, et Ibam; deinde Andream quemdam, quodque horribilius est, totum concilium Chalcedonense (quod sanctum concilium præcipue invisum Ægyptiis hæreticis ait S. Sophronius mirac.* XXXIX, *p.* 487), *et Leonem papam, a quibus ait in duas divisum fuisse naturas individuum Emmanuelem. Mox prosequitur :*) Anathema item dico Eutycheti, iisque omnibus qui Dominum nostrum Jesum Christum consubstantialem nobis carne negant, divinitate autem Patri. Anathema demum illis dico, qui duodecim sancti patris nostri Cyrilli capitula vel aliud quidvis ex ejus voluminibus oppugnaverunt(5).

Hæc breviter dilectioni vestræ exposuimus. Nunc magni prophetæ Moysis verba consideremus, qui duas confici tubas de puro argento mandavit, ut eis sacerdos cum opus foret Israeliticum populum ad testimonii tabernaculum convocaret. Sapiens Cyrillus interpretatur sic, nempe Dei sacerdotes non semel sed iterum congregari debere. Sic enim verus Israel ad concilium vocatur, mens videlicet quæ Deum spectat ; traditurque doctrina fidelis de divinitate, et de incarnatione quam nostri causa est operatus ; ut homo interior creetur, novus, inquam homo ad imaginem sui creatoris. Quamobrem nos quoque spiritalis illius tubæ, divi nimirum Cyrilli, doctrinas sanctas amplexi sumus.

Consolamur vos omnes, fideles verique Israelitæ, cunctique festinemus ad verum testimonii tabernaculum, quod nobis unicus Christus sanguine suo acquisivit. Denuo igitur dico credoque in Deum omnipotentem, atque in unum Dominum Jesum Christum, ex Patre natum ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Hic propter nostram salutem factus est caro ex Maria Virgine, Spiritu sancto operante, homoque nobis omnino similis evasit, excepto peccato; quia *iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* [b]. Hinc oportet ut Adami natura, in qua retulit victoriam, coronam triumphalem consequatur per Christi mortem. Cum enim is vivens crucifixus fuit, vita est factus, mortisque destructor. Hanc admirabilis unionis causam declaravit Apostolus dicens : *Quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, et liberaret eos. Nunquam enim angelos sed potius semen Abraham apprehendit* [c]. Profecto non erat Deo arduum eum destruere qui mortis tenet imperium; sed enim insuper li-

[b] I Petr. II, 22. [c] Hebr. II, 14-16.

(3) Notæ sunt ex ecclesiastica historia vices variæ et fugæ atque exsilia Theodosii.

(4) En apertus Monophysismus. Quin adeo ex fragmento quod *Script. vet.* t. VII, p. 73, dedimus, apparet Theodosium unicam quoque Christi operationem, ut Monophysitæ solent, credidisse.

(5) Nota est Monophysitarum æterna stropha, qui sibi ducem ingratiis sanctum Cyrillum præposuerunt. Id potissimum in suo Philalethe seu Cyrillo, de quo opere apud nos inedito locuti alibi sumus, fecit Severus ; quem salse in poemate deridet Pisida v. 112.

Ὦ πανταχοῦ Κύριλλον εἰς μέσον φέρων,
Φρονῶν δὲ μηδὲν τῶν ἐκείνου δογμάτων.

O qui Cyrillum semper buccis concrepas,
Nullique ejusdem dogmati consentis !

Sic fere Janseniani sanctum Augustinum habere se ducem jactant.

berare eum voluit, quem dæmon devicerat; ideoque ex eo sumpsit, quod reapse sumpsit; passionesque etiam recepit, quatenus eum decebant, nec peccato reddebant obnoxium. Secus vero, si Verbum ad nos venisset cum cœlesti corpore, vel carnem sine passionibus innocuis suscepisset, ut volunt Phantastici, ad gloriam minime pervenire mus. Nunc quia ipse de semine Abrahæ ortus est, seque similem fratribus suis effecit in omni re, præter peccatum, ut hactenus diximus; cumque passiones in carne exceperit, mortemque etiam nostri gratia, qui alioquin quatenus Deus impassibilis immortalisque est, pulchram enimvero gloriam acquisivimus, atque ab amaræ mortis mini expediti sumus.

Sic igitur, fratres mei dilectissimi, credite. (*Cumulat deinceps furiosus homo anathematismos suos contra orthodoxos, qui duas in Christo naturas confitentur. Deinde prosequitur contra phantasticos, et incorrupticolas, aliosque hæreticos.*) Si quis dixerit Verbum ante resurrectionem suam habuisse corpus sine passionibus iis quæ carent peccato, ita ut A phantasmati aut umbræ simile fuerit, anathema sit. Si quis dixerit vivificum Christi corpus in sepulcro fuisse corruptum, anathema sit; etenim scriptum est [d], animam ejus in inferno non permansisse, neque corpus ejus corruptionem vidisse. Si quis dixerit, in sacro corpore pretiosoque sanguine Christi, quæ super altare extollimus dum ipsorum liturgiam perficimus (6), mortem ejus ac passionem commemorantes, passionem aut mortem aut corruptionem intervenire, anathema sit.

Hæc firma ac rata apud vos omni tempore sint. Aliam quoque sanctissimæ Trinitatis personam confitemur, vivificum nempe Spiritum qui a Patre procedit, æqualiterque cum Patre ac Filio semper glorificatur. Valete in Domino. Meum vobis, charissimi, in Domino amorem significo. Vos pro mea quoque infirmitate orate, ut clementissimus Dominus noster in recta fide nos servet ad extremum spiritum, quæ nostra unica spes est. Patri, Filio ac Spiritui sancto laus sit nunc et semper per omnia sæculorum sæcula. Amen.

[d] Psal. xv, 10.

(6) En novum testimonium palmare perspicuum de corporis sanguinisque Christi præsentia in tremendo altaris mysterio. Et quidem vix apud Orientales ecclesias vestigium ullum, aut ne vix quidem, contrarii erroris conspicitur. Confer etiam sequentem homiliam.

HOMILIA (7)

DICTA A THEODOSIO ARCHIEPISCOPO ALEXANDRINO,

QUA CONFITETUR TRINITATIS SANCTÆ ÆQUALITATEM, CONTRA SUORUM TEMPORUM PERFIDOS.

Sonora illa prophetæ Isaiæ vox ait cap. vi, cum magnam Dei gloriam vidisset: *Vidi Dominum exercituum sedentem super solium excelsum atque sublime; Seraphim eum circumibant; sex alæ erant uni, et sex alæ alteri; duabus facies suas velabant, duabus item pedes suos; duabus denique volabant; et clamabant invicem alter alteri dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum* [e]. Quibus vocibus tria nomina innuebant, Patrem scilicet, Filium, et Spiritum sanctum, tres personas, tres subsistentias. Dixerunt *Dominus exercituum* ut nobis effatim demonstrarent unum esse Deum. Dixerunt unum simulque tres, quia Deus in tribus hypostasibus est seu personis, unus tamen quod attinet ad naturam, sicuti una est Trinitas sancta. Harum personarum una est potestas, una gloria, una deitas, unum imperium. Pater antea non sic exstitit ut postea Filium genuerit, aut Spiritum sanctum; sed ita æternus est Pater, ut coæterni sint ei Filius ac Spiritus sanctus. Filius genitus est a B Patre, Spiritus autem ab eodem diffusus. Una est Trinitas increata. Neque vero Filius creatus fuit, sed a Deo Patre genitus; Spiritus denique ex hoc ipso diffusus. Aversemur itaque amaram illam vocem verbaque diabolica Arii veritatis hostis, cujus nomen non est commemorandum. Cuncti enim cœlestes ordines exhorruerunt, cum is duram illam protulit vocem, Filium nempe Dei esse creatum. Perfidiam æque repudiemus hostium Spiritus sancti, qui bellum ei inferunt, dum sub alieno imperio constitutum affirmant; quo dicto hi perfidi adversarii imperfectionem in sanctam Trinitatem invehunt. Neque item maledicta Sabellii verba admittamus, qui unam in Trinitate sancta agnoscit personam.

Profecto haud ita nos docuerunt multis oculis præditi Seraphim, quos in illum ignem intendere non valebant, nempe in Dominum exercituum, cujus gloria cœli ac terra redundant. Jam qui aspicit terram et facit eam tremere Deus Verbum, C

[e] Isa. vi, 1-3.

(7) Dicta fuit hæc homilia postquam in exsilium pulsus fuerat.

qui est in sinu Patris, consubstantialis per omnia Patri, hic cœlo descendit, et in sancta Maria Virgine incarnatus est, homoque est factus non phantasmatis instar, sed secundum rei veritatem, propter humani generis salutem ; sumpsitque sibi de ipsa substantia nostra corpus, commune nobiscum, excepto peccato, anima et mente præditum, anima, inquam, rationali ; unumque secum corpus effecit secundum personam, sine confusione aut commistione, mutatione vel conversione. Non est mutata in corpus deitas, neque corpus transiit in deitatem, sed utraque natura in suis quæque limitibus manet (8). Neque hæ duæ sunt divisæ naturæ ; minime gentium ; quod ait Nestorius, qui divisit indivisibilem, unicum scilicet Christum in duas naturas (9) post ineffabilem unitionem, duosque in Deo recepit pro unico Filio Jesu Christo Domino nostro, indivisibilem Deum dividens, et quaternitatem pro Trinitate constituens. Ait enim debere nos credere in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, atque in Christum ; divinam illam proclamans vocem quæ in Evangelio clamat : *Ego et Pater unum sumus* [f] ; et : *Qui videt me, jam vidit Patrem meum* [g]. Quod si forte hanc duplicitatem admittimus, prout impius Nestorius loquitur, utrum ex duobus adoraturi sumus? Deumne an hominem ? Si adorare nos dicimus natum de Virgine Christum, seu Emmanuelem, qui interpretatur *nobiscum Deus*, voce Patris reprehendemur clamantis super Jordane : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [h]. Haud quippe dixit, Hic est Filius Mariæ, sed dixit : *Is in quo mihi complacui*, Filius meus est dilectus, non secundum humanitatem sed secundum divinitatem ; neque enim Mariæ filius est secundum divinitatem (*si separatim spectetur*), sed secundum œconomiam humanitatis, quam de Deipara Maria sumpsit sine humano semine, ita ut fieret unus cum corpore secundum personam. Atque ita Deus Verbum salutiferam passionem in suo corpore excepit, quocum unus erat secundum personam.

Postea deflectit paulatim Theodosius ad doctrinam Monophysiticam, invehiturque manifeste in sanctum Leonem Rom. pontificem propter illam dogmaticam ad Flavianum Constantinopolitanum epistolam, cujus auctorem Græca Ecclesia columnum fidei appellavit. Theodosius vero in duas non solum naturas sed et personas divisum ab eo Christum dicit falsissime et calumniosissime. Ait quippe inter cætera Leo : : Unus idemque est, quod sæpe dicendum est, vere Dei Filius, et vere hominis filius. › Et mox : ‹ Unitas personæ in utraque natura intelligenda est. › Et denique : ‹ Unum Dei Filium et Verbum confitemur et carnem. › Pergit deinde Theodosius ad quæstiones sancti Dionysii Alexandrini cum Paulo Samosateno ; quo fit ut novum jam testimonium hinc lucremur veritatis ejus epistolæ Dionysianæ, de qua diu sermo est in præfatione novissimæ editionis Romanæ operum prædicti patris, qui cum meliore dogmate ac fama Theodosio in Alexandrina sede præivit. Meminit etiam errorum Manichæorum, Phantasiastarum, et Eutychianorum adversus Domini incarnationem. Etenim exploratum est Monophysitas ab Eutyche quoque dissensisse, cujus crassam hæresim Severus aliique recentiores valde temperarunt. Denique Julianum quoque Halicarnassensem reprehendit Theodosius qui Incorrupticolarum princeps erat. Jam multis interpositis, veritatem cum errore permiscens, sic ait : Christum in duabus naturis non dicimus post unitionem, sed cum Patribus nostris sanctis dicimus Christum deitate et humanitate constare ; atque hæc duo unum efficere secundum personam. Quare et affirmamus cum magno apostolo Petro Christum passum esse in carne, quanquam spiritu viventem ; passum corpore, in quo erat divinitas. Nec dicimus quidquam passionum ad deitatem usque pervenisse ; id enimvero potius negamus ; sed deitatem cognovisse passiones dicimus, quæ corpori inferebantur. Etenim si forte affirmaremus passiones corporis deitati fuisse incognitas, phantasma cum Eutyche confingeremus, etc.

Objicit deinde sibi tanquam ab Ario locum illum ‹ Ego sapientia, Deus creavit me in initio operum suorum. › Quam locutionem non de Verbi deitate, sed de corpore a Verbo assumpto intelligendam esse contendit. Hoc, *inquit*, corpus deitati unitum, sapientia Dei est ; corpus hoc, Ecclesiæ caput est, princeps et primogenitus mortuorum. Idcirco Christus dictus est Emmanuel, nempe Deus nobiscum, sive homo et Deus. Idcirco item hoc corpus, Verbo copulatum, appellatur initium operum Dei, etc. *Multa prætereo, quæ in hanc sententiam ex prophetis Evangeliisque Theodosius dicit, inter quæ etiam crimen patripassianum a se et a sua secta amovere nititur. Dicit enim manifeste deitatem passionibus cunctis esse superiorem ; Christum passum et mortuum uti hominem, impassibilem et immortalem esse uti Deum. Demum sic concludit de Christo unico loquens ex deitate atque humanitate composito cum insigni testimonio de corpore et sanguine Domini in Eucharistia præsentibus.* Si hoc, *inquit*, corpus quod sumimus, atque hic pretiosus sanguis, non sunt Dei Verbi, sed hominis tantum corpus et sanguis, tunc ipsi Judæi nos increpabunt, qui vitam ipsorum coram propriis oculis suspensam viderunt, neque tamen ei crediderunt ; increpantesque dicent : Cur nos reprehenditis, quasi Deum crucifixerimus?

[f] Joan. x, 30. [g] Joan. xiv, 9. [h] Matth. iii, 17.

(8) Si hic sisteret Theodosius, error ejus videretur λογομαχία.

(9) Intellige duas separatas naturas, quæ erat Nestorii sententia, putantis Christo homini supervenisse deitatem, veluti fere alicui prophetæ, conjunctione quadam morali et gratiosa.

Tunc et omnes gentes nos irridebunt, quia hominis corpore et sanguine vescimur, et quia spem nostram in homine collocamus, etc. *En igitur ut Orientales ecclesiæ, quanquam hæreticæ, de corpore et de sanguine Domini sub panis vinique specie latentibus non dubitabant!*

FRAGMENTA ALIA.

I.

Θεοδοσίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, εἰς τὴν τεσσαρακοστὴν τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμέραν (10).

Theodosii episcopi Alexandrini, in quadragesimam assumptionis Domini diem.

Σήμερον ἡ ἀνθρώπινος (sic) φύσις, σκευαγωγεῖται εἰς οὐρανὸν, σήμερον οὐρανὸς ἀνοίγεται καὶ ἄνθρωπος εἰσέρχεται *.

Hodie humana natura in cœlum transfertur: nodie cœlum aperitur et homo illuc ingreditur.

Τοῦ αὐτοῦ ἐν ἑτέρᾳ ἐξηγήσει (11).

Ejusdem in alia concione.

Οὐ μέγα εἰ Θεὸς διάβολον ἥττησεν **.

Non magnum est, quod diabolum Deus vicerit.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν, τοῦ Εὐαγγελίου ἀναγνωσθέντος, τό· « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω, » καὶ τὰ ἑξῆς (12).

Ejusdem in Magna Ecclesia, post lectionem Evangelici dicti: « Pater, si possibile est, transeat, » etc.

Σαρκὸς τὰ πάθη ταύτης, καὶ τοῦ πάθους γνωρίσματα ἀγωνία, καὶ ἱδρὼς, λύπη καὶ ψυχῆς ταραχὴ, τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σύμβολα ***.

Carnis hujus passiones, atque passionis indicia sunt, mœror, sudor, tristitia, animæ perturbatio, humanæ naturæ symbola.

Θεοδοσίου Ἀλεξανδρείας (13). B *Theodosii Alexandrini.*

Ὡς λοιπὸν καὶ ἐνέργειαν εἶναι τῆς συναμφοτέρου θεοπρεπῆ μίαν· ἐπειδὴ ἑνὸς εἶναι καὶ τῆς αὐτοῦ φαμεν τὰ θεοπρεπῆ πάντα καὶ ἀδιάβλητα πάθη.

Cæterum una quoque utriusque divina est operatio, siquidem omnes divinos ac vituperio carentes affectus uni eidemque tribuere solemus.

(10) Galland., *Vet. Patrum Biblioth.* t. XI, p. 564.

* *Et Cosmas :* Quid ad hæc adversarii dicturi sunt? Quomodo ille tum quoad figuram, tum quoad dogma, nostris non testimonium præbeat? Papæ! quantam veritatis vim, quæ adversarios vel invitos ad se pertrahat!

(11) Galland., *loc. cit,*

** *Ad hæc Cosmas.* O rem miram! Hic quoque vel ipsa veritas inauspicatam illorum contentionem patefacit. Nam si non magnum esse dicit Deum cum diabolo pugnantem vincere: contrarium enim proferre extremæ dementiæ fuerit: Deo quippe, non modo diabolus, sed etiam omnis creatura subjecta est, ac pro nihilo reputatur; qui non palam sit ipsum significare hominem esse qui cum diabolo pugnat et superat? Id enim magnum plane est, prius quippe dixerat hominem, ut victorem, in cœlum ingressum esse. Quod autem hunc scopum teneat, ille rursum vociferando significat his verbis: *Oportebat enim, oportebat sane hanc naturam debellatam, corona exornari;* ac si diceret, hæc ipsa natura quæ a diabolo superata est, in paradiso, videlicet homo; quem resurrectione meliorem effectum esse, plerumque ac multis enarravit; hunc, inquam, in cœlum adductum esse cum fiducia pronuntiavit.

(12) *Ibid.*

*** *Idem Cosmas.* Papæ rem miram! Hæc illi nobiscum rixantes, Ecclesias scindentes, ac tyrannice agentes proferunt. Ubinam scriptum est ipsum in agone fuisse et sudavisse, nisi apud Lucam dicentem: *Et factus in agonia, prolixius orabat: et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Apparuit autem ei angelus de cœlo confortans eum* [i]? Quo pacto audent illa dicere, dum e contrario eos qui talia enarrare audent, condemnant? Annon planum est eos contentiose agere? Hoc autem prætermisso, ad decessorem ejus qui nuper obiit, Timotheum juniorem veniamus, palamque faciamus hunc etiam vel invitum scriptis nostris astipulari Scribit itaque illum ipsum locum explicans in periodo in sanctum Pascha, in ecclesia Sancti Victoris post lectionem Isaiæ prophetæ dicentis: *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente sine voce :* ac in expositione, post factam hujus dicti mentionem, *Pater, si possibile est, transeat calix iste,* sic habet: Φύσις γὰρ ἀεὶ, etc. (*supra col.* 267 C, *in Timotheo*).

(13) Ang. Mai, *Script. Vet.* t. VII, 73.

[i] Luc. XXII, 44.

ANNO CONTROVERSO.

EUSEBIUS ALEXANDRINUS

ET

EUSEBIUS EMESENUS *.

NOTITIA.

(Ang. Mai. *Spicileg. Rom.* t. IX, I-XI.)

I. Eusebii, qui passim in codicibus dicitur episcopus Alexandrinus, primus quod sciam post renatas litteras mentionem fecit Franciscus Turrianus in Defens. canonum apost. et epist. decret., qui et ejusdem brevia fragmenta recitavit pp. 166, 182, 518, 519 edit. Florent. an. 1572; tum, p. 120, diserte de ipso ait : « Fuit autem hic Eusebius ante annos MCCC, quem Antherus, vicesimus post Petrum pontifex, scribit in epistola sua translatum fuisse ex parva civitate Alexandriam. » Sed enim Antheri quidem epistolam Isidorianam seu spuriam esse scimus ; a Turriano autem necessario dissentimus, quod nempe Eusebius tertii sæculi homo fuerit. Causa vero errandi Turriano fuit, quia Eusebium Alexandrinum, tertio sæculo sub Dionysio episcopo diaconum, et deinde episcopum Laodicenum, confudit cum nostro Eusebio item episcopo, qui sine dubio paulo sequiore ævo vixisse credendus est ; quanquam certe Joanne Damasceno vetustior est, a quo persæpe in Parallelis laudatur (1), recitatis sermonum ejus locis, qui reapse partim in editione nostra nunc occurrunt. Imo Eusebius Joanne etiam seniore monacho antiquior est, a quo bis saltem in Parallelis æque suis citatur p. 777 et p. 782, quem Joannem Lequinius in Admon. ad Parall. t. II, p. 275, integro sæculo Damasceno illo celebri vetustiorem esse docet, utpote qui sub Heraclii imperatoris initiis scripserit. De nostro Eusebio Fabricius quoque cum Harlesio curiose locutus est *B. Gr.* t. VII, pp. 394, 406, 409. Item diligenter G. Cavæus t. I, p. 133 et II D, p. 8. Kollarius pariter in scholiis ad Lambecium lib. v, p. 49 usque ad 52, nonnullas memoravit Eusebii hujus Homilias, quas etsi humili stylo scriptas, editione tamen non indignas judicavit propter veterem et catholicam quam tradunt Ecclesiæ disciplinam. Magnus Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus plures Eusebii Alexandrini Homilias commemorat pp. 82, 84, 91, 99, 103, 112 ; ne alios bibliographos qui se invicem exscribunt commemorem. Præ cæteris tamen doctius fortasse de hoc Eusebio disseruit in adnotationibus ad Damasceni *Parallela* t. II, p. 666 seq., Lequinius, rursusque in *Oriente Christ.* t. II, 905, cujus locos attulit in sua Præfatione Gallandius *B. PP.* t. VIII, p. XXIII seq. Et primo quidem Lequinius, ut Alexandrinum Eusebii episcopatum (de quo nos infra) negaret, arbitratus fuerat mendum fuisse amanuensium, qui fortasse scripserint *Eusebius episcopus Alexandriæ* pro *Eusebius episcopus ad Alexandrum*. Etenim cum in suis sermonibus sæpe loquatur Eusebius cum Alexandro, rem veram se acu tetigisse Lequinius existimaverat. Sed eam postea opinionem, titulis codicum plurimorum commotus, retractavit in *Or. Christ.* loc. cit. Reapse præter fere constantem codicum inscriptionem, nunc demum ex Eusebii vita a nobis divulgata prorsus apparet, ipsum vel fuisse Alexandriæ episcopum (et quidem illius magnæ Ægyptiæ); vel si forte illa Eusebii vita non est verax, certe jam patet, cur præcipue sit dictus in titulis episcopus Alexandrinus; quia nimirum hæc affirmatio ex biographia prædicta manavit, atque in codicum titulos transiit.

II. Porro nostri Eusebii biographiæ, quam Græce tantum ob voluminis angustias edidimus, p. 703-713, hoc est summarium. Fuit vir quidam, nomine Eusebius, sacris disciplinis et omni virtutum genere præditus, vitam monasticam in monte prope magnam Alexandriam professus, quo in loco variis homi-

* Eusebium Alexandrinum ab Eusebio Emeseno sejungere noluimus, quia eorum opera vix ab invicem queunt distingui. Edit. Patr.

(1) In editione Lequinii t. II, pp. 316, 331, et seq. nec non 391, 393, 422, 425, 470, 472, 561, 576, 597 seq. 657, 665, 666-668, 671, 675, 697, 701, et fortasse alibi.

num morbis cœlesti vi medebatur, eosque alloquio vitæque suæ exemplo ad meliorem frugem trahebat. Breviter hæc biographus; etenim se alio libro (qui periit) monasticas Eusebii virtutes copiosius narrasse dicit. Quia igitur et monachus fuit Eusebius et deinde episcopus, ideo in codicibus variat interdum appellatio, veluti in primo sermone qui est *De jejunio*, unus codex Vat. habet titulum : Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· in alio autem codice (cujus fortasse alio tempore propter lectionis varietatem ratio habebitur) legitur : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου μοναχοῦ. Pergit deinde biographus narrare, quod hominis fama permotus Cyrillus episcopus Alexandrinus, ad eum visendum cum clero accesserit, cujus adventu alloquioque humilis monachus magno pudore suffusus fuit. Postea vero idem Cyrillus, cum sibi ægrotanti finem vitæ adesse cognovisset, convocatis ad se clero et urbis proceribus, suasisse illis dicitur, ut successorem suum paterentur esse Eusebium : missaque semel et iterum ad eum legatione, ægre denique impetratum est, ut sanctus monachus Alexandriam veniret, ubi manu Cyrilli consecratus est; quo facto, mortem Cyrillus cum vita commutavit. Ac ne forte ambigamus quisnam fuerit hic Cyrillus, subdit historicus hunc fuisse ipsum, qui contra Nestorium hæreticum decertavit, quique habitis contra eum concionibus, persuasit imperatori (Theodosio Juniori) ut corruptæ doctrinæ hominem episcopali sede deponeret. Hic est, prosequitur historicus, qui Trinitatis fidem recte prædicavit, et Deiparæ titulum sanctæ Mariæ asseruit. Atque ut reliquam Eusebii vitam absolvat, sermone alio idem biographus narrat quomodo novus Alexandriæ episcopus Eusebius publicis per dominicos dies concionibus magnos in populo fructus fecerit, et mira civium gratia floruerit. Cæteroqui zelo ejus Alexandrum quemdam restitisse, senatorii ordinis virum, haud minus fortunæ copiis quam vitiis abundantem; quem tamen sanctus episcopus, invocata Dei ope, ad colloquium suum pellexit, in quo tantopere artificiosa prudentique oratione valuit, ut Alexandrum ex impio pium effecerit; ideoque is et in sermonum Eusebii initiis non semel loquens intervenit, ut videmus. Postremo ultimum vitæ actum describens historicus, tertio in sermone suo inducit Eusebium mirum quoddam narrantem, quod ei juveni obvenerat Hierosolymis somnium, dum ibi religionis causa peregrinaretur; in cujus colloquii cum Alexandro fine, nuntiat Eusebius, se post annos episcopatus septem (alia mox lectio viginti numerat) jam morti appropinquare; ideoque constituto sibi ordinatoque successore ipso Alexandro, in eum montem atque eremum referri se jussit, unde olim rogante Cyrillo descenderat : quo reapse in loco pie mortuus est atque sepultus. Denique in hac biographia narratur, librum religiosissimæ Eusebii vitæ in ecclesia fuisse repositum : sermones autem ejusdem perscriptos fuisse ab ipsius notario Joanne, eorumque schedas episcopo Alexandro traditas : quo item mortuo, rursus Joannem notarium schedas illas ad se recepisse, moxque adhibito calligraphiæ perito Mosobio, sermones omnes accurata scriptione in librum redegisse, quem ad orthodoxorum perpetuam utilitatem eruditionemque voluit publice exstare. — De Eusebio narratio hactenus, cujus auctor olim notarius ejus Joannes fuit, nos vero nunc editores.

III. Quod ergo Eusebius Alexandriæ (et quidem Ægyptiæ) episcopus sive archiepiscopus fuerit, dicit in primis historicus a nobis nunc divulgatus Joannes. 2.) Epistola illa, quam memoravimus, Antheri papæ, quæ supposititia quidem, ut pleræque Isidorianæ, sed tamen antiqua est : quamobrem quærendum superest undenam Pseudo-Antherus notitiam hanc hauserit; neque enim ad Joannis notarii sermonem provocare licet, qui de translatione Eusebii episcopi ab una ad aliam diœcesim non loquitur. Mirum quoque videtur quod Isidorus actorem fabulæ suæ (si ea ita est) Eusebium hunc ignotum propemodum in Occidente hominem, delegerit. 3.) Nicephorus Callistus Hist. lib. XIV, cap. 39, quod est de episcoporum translatione, notitiam illam, ex Isidoro sine dubio sumptam, repetit. (Et tamen apud Leunclavium in *Jure Gr. Rom.* p. 293, inter enumeratas plurimas episcoporum translationes, hæc Eusebii non legitur.) 4.) Codex Vindobonensis CCXLIX apud Lambec. cum Koll. libro v, p. 302, continet Eusebii nostri sermonem *De eleemosyna*, quem ego in Vatt. codd. nondum aspexi, ideoque libro meo comprehendere haud licuit; cujus titulus et initium ibi scribitur sic : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος περὶ ἐλεημοσύνης, εἰς πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον. Incipit : Φέρε εἰς μέσον τὸν λόγον σήμερον, ἀγαπητοὶ, προθήσωμεν περὶ ἐλεημοσύνης. 5.) In ascetico Niconis adhuc inedito opere apud Montf. Bibl. Coislin. p. 111, necnon apud Lambec. loc. cit., et in codice Vat. ejusdem operis, memorantur Macarii Alexandrini Quæstiones ad magnum Eusebium Alexandriæ (nempe episcopum) Ἐκ τῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας. Hic autem idem videtur qui in sancti Sabæ vetere Vita dicitur papa Eusebius (2). Profecto tituli duo et *magni* et *papæ*, tribuuntur Eusebio nostro in codice etiam Vat. 662. f. 245 b, ubi sermoni, apud nos sexto, *de mortibus improvisis* præponitur inscriptio τοῦ μεγάλου Εὐσεβίου πάπα Ἀλεξανδρείας. Certe Macarii Ægyptii non leve est testimonium, imo prope peremptorium : neque enim Macarius quinti sæculi homo ad Eusebium Alexandrinum, Laodiceæ tertio sæculo episcopum, scribere, vel cum eo colloqui potuit. 6) Sexto loco testes accedunt Joannes monachus, ut supra diximus, itemque Joannes Damascenus, in cujus opere cit. p. 666, diserte in margine

(2) Apud Cotelerium, *Monum. Eccl. Gr.* t. III, pp. 341, 361, 366.

editionis Lequinius adnotat, titulum episcopi adjunctum Eusebio in ms. fuisse. 7.) Postremo in sexcentis, id est plurimis, ut ait Lequinius, codicibus Eusebius hic Alexandrinus episcopus vocitatur.

IV. His tamen cuicunimodi auctoritatibus adversatur 1.) quod in serie episcoporum Alexandrinorum, satis alioqui cognita, hic Eusebius non legitur, neque item post eum Alexander, quem noster historicus successorem affirmat. 2.) Cyrillo magno non Eusebium, sed Dioscorum successisse constat, Dioscoro autem Proterium, qui ambo eum catalogi locum occupant, in quo notarius Joannes Eusebium suum collocat atque Alexandrum. 3.) Stylus humilis nostri Eusebii a magni Cyrilli sæculo abesse videtur; quanquam nos ejus rei probabilem fortasse rationem attulimus in scholiis ad sermonem tertium, p. 28. Quid ergo huic controversiæ faciemus? Ut nodum ejus si fieri potest dissolverent, duas rationes excogitarunt docti homines et præsertim Lequinius. Primo enim pro Alexandria Ægyptia, aliam cognominem intelligi volunt, præsertim Syriæ Alexandriam. Atqui id gratuito fingitur: etenim quoties in scriptis veterum sine alio adjuncto ponitur Alexandria, Ægyptiacam illam πάνυ nemo non intelligit. Tum vero Joannes historicus et notarius, unde codicum inscriptiones natas reor, diserte loquitur de Ægypti Alexandria. Secundo Lequinius *Or. Ch.* t. II, p. 905, putavit fieri posse ut Eusebius noster reapse exstiterit Alexandrinus in Ægypto Melchitarum (id est orthodoxorum) episcopus: sed illo duntaxat tempore, quo illa sedes publice vacavit sub prioribus Saracenorum califis annis octoginta. Verumtamen Alexandriæ expugnatio nonnisi anno DCXLI accidit, mortuo jam Heraclio, sub quo, ut diximus, Parallela scribebat Joannes monachus, qui Eusebii nostri sermones laudat. Ejus igitur episcopatus in Saracenica Ægypti tempora vix aut ne vix quidem potuit incidere. Manet ergo prope integra, judicio meo, difficultas, quod nempe Eusebius in monumentis variis dicatur Ægyptiæ Alexandriæ episcopus vel archiepiscopus, neque tamen ea res cum historia illius Ecclesiæ, neque cum catalogis episcoporum conciliari posse videatur. Nisi forte suspicari licet (quod mihi nunc obiter in mentem venit) inter orthodoxi Cyrilli obitum et Dioscori hæretici assumptionem, tumultus graves Alexandriæ exstitisse inter catholicos et novæ sectæ fautores, quorum priores orthodoxum Eusebium, a Cyrillo electum, secuti sint, alii vero impium Dioscorum. Certe statim post Dioscorum regio jussu pulsum duplex quodammodo apparuit Alexandriæ episcopatus: etenim pius Proterius cum Timotheo hæretico alternans scribitur: deinde Petrus Mongus æque hæreticus et Joannes Talaias catholicus, ut ex *Orientis Christiani* tomis cognoscitur.

V. Ergo hac lite sub judice relicta, de codice loquar, qui mihi plerosque omnes Eusebii sermones suppeditavit. Est is idem vetustus codex membraneus, sub numero positus 1633, sæculo circiter duodecimo scriptus, quem apud Tusculum in monasterio Basiliano Cryptæ-Ferratæ vidisse olim se ait Fr. Turrianus in opere supra citato, p. 182; qui codex consequentibus annis in Vaticanam bibliothecam cum aliis multis revocatus fuit. Mendosus sane et ab imperitissimo librario scriptus liber, cujus errores in singulis prope versiculis purgandi fuerunt: scriptura enim iotacismis, solœcismis, aliisque hujusmodi corruptelis scatet. Continentur hoc exemplari sermones XVIII Eusebii, et tres insuper Joannis notarii de rebus gestis ejusdem Eusebii, cum ipsorum indiculo, in quo quidem viginti ponuntur tituli, sed duorum desunt ipsi sermones.

Sermonum tituli, ad paulo commodiorem ordinem revocati, sunt hi:

I. Περὶ νηστείας, *De jejunio.*
II. Περὶ ἀγάπης, *De charitate.*
III. Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου, καὶ τίνος ἕνεκεν ἐνηνθρώπησεν, *De incarnatione Domini, et quam ob causam incarnatus sit.*
IV. Πρὸς τὸ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ τὸν ἀῤῥωστοῦντα, καὶ εἰς τὸν Ἰώβ, *Adhortatio ad gratias Deo agendas in infirmitate, et de Jobo.*
V. Περὶ τοῦ ἔχοντος μεταδιδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, καὶ περὶ πρεσβυτέρων, *Quod is qui habet, impertiri debeat ei qui non habet, et de presbyteris.*
VI. Περὶ τῶν ἀποθνησκόντων εἰς τὰς παγίδας, *De mortibus improvisis.*
VII. Περὶ νεομηνίας, καὶ Σαββάτων, καὶ περὶ τοῦ μὴ φυλάττειν φωνὴν ὀρνέων, *De neomenia, et Sabbatis, et de non observandis avium vocibus.*
VIII. Περὶ μνείας ἁγίων, *De commemoratione sanctorum.* Exstabat hic sermo Latine tantummodo in Bibliotheca Lugdunensi Patrum, tom. XXVII, pag. 479. Græce vero a nobis nunc primum vulgatur.
IX. Hunc nos in alio Vatic. codice, nempe 1782, deprehendimus Eusebii sermonem hoc titulo: Τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου λόγος περὶ ἐσθιάσεως (vel ἐστιάσεως), *Beati Eusebii sermo de epulo.* Quamobrem cæteris auctoris nostri sermonibus inseruimus.
X. Εἰς τὴν γέννησιν, *In Domini nativitatem.*
XI. Περὶ τοῦ βαπτίσματος, *De baptismo Domini.*
XII. Περὶ τοῦ, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; *De verbis illis, Tu es qui venis, an alium exspectamus?*
XIII. Περὶ παρουσίας Ἰωάννου εἰς ᾅδην, καὶ εἰς τὸν διάβολον, *De adventu Joannis ad inferos, et de diabolo.*

XIV. Εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, *De Juda proditore.*

XV. Εἰς διάβολον καὶ εἰς τὸν ᾅδην, *De diabolo et orco.*

XVI. Sequuntur sermones tres Joannis notarii, seu narrationes de vita obituque Eusebii ; videlicet : Βίος Εὐσεβίου τοῦ Ἀλεξανδρείας πρὸ ἐπισκοπῆς, *Vita Eusebii Alexandrini ante episcopatum.*

XVII. Περὶ ἐπισκοπῆς τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου, καὶ πῶς ἐπεστρέψατο τὸν Ἀλέξανδρον, *De beati Eusebii episcopatu, et quomodo Alexandrum ad meliorem vitæ rationem converterit.*

XVIII. Διήγησις ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, *Narratio quomodo ad sanctam civitatem profectus fuerit.* Ita codicis titulus ; verumtamen ipse sermo non ejus tantummodo profectionem ad sanctam Hierosolymorum urbem narrat, sed etiam obitum et sepulturam, scriptorumque ab eo sermonum recensionem atque custodiam.

XIX. Εἰς τὴν Κυριακήν, *de die Dominica.* Exstat Græce et Latine in Gallandii Veneta Patrum bibliotheca t. VIII, p. 252. Idem sermo exstat in Syriacam conversus linguam cod. Vat. 368, cujus etiam vulgatam interpretationem ms. habeo. Legendum est autem *Eusebii* pro *Alexandri* apud nos *Script. vet.* t. V, part. II, p. 43, num. 34.

XX. Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου, *De passione Domini.* Titulus hic legitur in codice olim Cryptæ-Ferratæ nunc Vat., sed sermo abest, quem ipsum tamen nos observavimus in aliis codicibus quatuor Vaticanis. Cæteroquin hic sermo editus legitur inter Chrysostomi spurios ed. Montefauc. t. XI, p. 793. Quamobrem a nobis omissus fuit.

XXI. Εἰς τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου, *De resurrectione Domini.* Incipit : Ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Exstat pariter inter spurios Chrysostomi t. X, p. 787. Hunc ergo æque prætermisimus. Cæterum hic merito sermo laudatus fuit ut Eusebianus a S. Joan. Damasceno in *Parallelis*, p. 598, et a Turriano ex codice nostro in Defens. epist. Pontif. p. 166.

XXII. Εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου, *De ascensione Domini.* Incipit : Ἐπειδὴ χάριτι Θεοῦ. Hunc quoque omisimus, quia occurrit inter suppositos Chrysostomo, t. XIII, p. 247. Laudatur vero tanquam Eusebii a Turriano, op. cit. p. 182. Ergo nos primo nunc patefecimus verum duorum sermonum auctorem, Chrysostomo perperam in aliquot codicibus et editionibus ascriptorum. (Namque illum *de resurrectione*, Eusebio esse tribuendum, jam ante nos dictum fuerat in alphabetico homiliarum Chrysostomi indice apud Fabricium *B. Gr.*, ed. nov. t. VIII, p. 466.)

XXIII. Εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν, *De secundo Domini adventu.* Editus dudum hic fuit a nobis Græce ex alio codice Vaticano *AA. class.* t. X, p. 595.

XXIV. Περὶ ἀστρονόμων, *De astronomis.* Desideratur hic sermo (*a*) propter folium ablatum in codice nostro (quanquam inest ejus titulus) ; nisi forte superest ejus clausula, ut infra diximus, p. 709 ; sed continetur in codice Regio Parisiaco 2933, teste Lequinio in *Or. Ch.* t. II, p. 906. Imo ejus Fragmenta laudat sanctus Joannes Damascenus in *Parallelis*, Opp. t. II, p. 316 et 391, necnon Joannes monachus in *Parallelis* item suis p. 783.

XXV. Περὶ ἐλεημοσύνης, *De eleemosyna.* Servatus est tantummodo titulus in codice Vaticano, sermo vero ipse superest in codice Vindobonensi CCXLIX, ut modo diximus.

Ex Lucæ Holstenii summi viri epistola 33 cognoscimus, eum quatuor ex his Eusebii sermonibus paravisse typis, octavum, decimum nonum, vicesimum, atque vicesimum tertium, quos tamen seu morte seu occupationibus aliis impeditus nunquam vulgavit. Nos vero, præter illum, quem, ut diximus, inter classicos auctores posuimus, Græce quidem cum nostra interpretatione Latina, primum, secundum et tertium initio voluminis ; Græce autem tantummodo, propter arctatum spatium, duodecim alios, qui æque latebant, prope tomi calcem p. 652-703 : postremoque loco tres illos de rebus Eusebii gestis, uti par erat, subtexuimus. Certe nos minime pudet in lucem produxisse auctorem, quem sanctus Joannes Damascenus præ cæteris toties laudavit, et quem præter interna pietatis et orthodoxiæ merita, a Macario et a codicis Vaticani inscriptione *magni* titulo donatum videmus.

(*a*) Hunc et sequentem postea Maius edidit in *Biblioth. nova.* Adi infra col. 311.

NOTITIA ALTERA.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. VIII, p. XXIII.)

I. De Eusebio qui vulgo dicitur episcopus Alexandrinus, incerta omnia : adeo ut de illius ætate deque episcopali sede, nihil firmi est in promptu quod statuatur. Complures quidem eruditi viri hoc et superiore sæculo adnisi sunt, quo hunc Ecclesiæ scriptorem haud sane incelebrem, compertum haberent redderentque ; sed irrito ferme conatu eos laborasse quisque facile intelliget, qui ab iis varie disputata versare simulque conferre studuerit. Inter eos vero qui hujusmodi pensum sibi conficiendum sumpsere, maxime omnium doctissimus Lequienius eminuisse, mea quidem sententia, videtur. Sic igitur ille (1) : « Diu, inquit, multumque quæsivi, quis tandem

(1) Lequien. ad Jo. Damasc. *Parall.* litt. π, tit. 29, Opp. tom. II, pag. 666.

Eusebius iste fuerit, cujus operum frequentia passim in Parallelis nostris occurrunt excerpta. Hunc viri quidam non indocti pro Eusebio Cæsariensi acceperunt. Quia vero Homiliæ sive Sermones ex quibus fragmenta hæc omnia sumpta sunt, in variis variarum bibliothecarum manuscriptis Eusebio Alexandrino episcopo tribui solent, quemadmodum Rupefucaldinus Parallelorum codex hoc loci habet: Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· aliunde autem in Alexandrinorum pontificum Catalogis nullus Eusebius reperitur: hinc critici alii arbitrati sunt auctorem hunc diversum non fuisse ab Eusebio Alexandrinæ Ecclesiæ diacono, qui post sæculi III medium floruit, et Laodiceæ in Syria episcopus fuit. »

II. « Verum Eusebii nostri sermonum excerpta quæ in utrisque Parallelis exstant, longe recentioris ætatis scriptorem produnt, qui post IV sæculum vixerit, adeoque post Cæsariensem. Et certe simplicior ejus atque impolitior oratio ab Eusebii Cæsariensis stilo et dictione toto cœlo discrepat. In spuria quidem Antheri papæ ad episcopos Bœticæ et Toletanæ epistola mentio fit Eusebii cujusdam, *qui de parva quadam civitate, apostolica auctoritate mutatus sit in Alexandriam.* Quem locum Nicephorus capiti *De translationibus episcoporum* adjicere non dubitavit (2). Sed cum vanissimum sit falsæ illius Antheri epistolæ testimonium, nihil eo confici potest, unde evincatur aliquem olim exstitisse præsulem Alexandrinum nomine Eusebium, qui in hujus urbis pontificum indicibus non compareat. »

III. « Non me fugit alias ab Ægypti metropoli civitates in Oriente ejusdem cognomines reperiri. At quo minus Eusebium illum de quo nunc agitur, alicujus urbis Alexandrinæ præsulem fuisse definiam, prohibent tres ejus tractatus; ex quibus intellexi librariorum oscitantia factum esse, ut, quia sermones suos ad Alexandrum quemdam habuit, cum scribere debuissent, Εὐσεβίου ἐπισκόπου πρὸς Ἀλέξανδρον, omissa præpositione πρός, posuerint Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Primus tractatus Latine exstat tomo ultimo Biblioth. Patrum Coloniensis et Lugdunensis, incipitque ab his verbis: *Quadam die sanctorum in urbe commemorationes celebrabantur: cum accedens Alexander ad Eusebium episcopum dixit: Venerande Pater*, etc. Secundum notat Sylburgius in Catalogo codicum mss. Palatino-Vaticanorum num. 63, hac inscriptione: *Eusebii ad Alexandrum sermo in sancta Dominica post dimissam concionem.* Tertium denique reperi in bibliotheca Regia cod. 2923, cum hoc titulo: Εὐσεβίου ἐπισκόπου καὶ μοναχοῦ, περὶ ἀστρονόμων· *Eusebii episcopi et monachi, de astronomis.* Sicque incipit. Ἡμερῶν διελθουσῶν οὐκ ὀλίγων προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος λέγει τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ· Κύριε, ἤκουσα παρά τινων, ὅτι κατ' ἄστρον γεννᾶται ἄνθρωπος, καὶ ὅτι ὅσοι ἀστέρες εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, τοσοῦτοί εἰσιν ἄνθρωποι ἐπὶ γῆς· καὶ ὅταν ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ ἐκλείπει· καὶ ὅταν γεννηθῇ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ προστίθεται. Ἐπειδὴ οὔτε τὸ γεννηθῆναι ἐκλείπει, οὔτε τὸ ἀποθανεῖν. Ὁ δὲ μακάριος ἤρξατο λέγειν· Ὢ πόση ἄνοια ἔγκειται τοῖς κακοῖς, καὶ πόσα ἁμαρτάνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες. *Diebus non paucis transactis, accedens Alexander dixit beato Eusebio episcopo: Domine, audivi a quibusdam hominem secundum astrum gigni, et tot homines in terra esse quot astra in cœlo: ut quando moritur homo, sidus ejus deficiat; et quando nascitur, sidus ejus addatur: quoniam neque generatio, neque mors deficit. Beatus vero sic dicendi* A *initium fecit: O quanta dementia malis hominibus insedit, et quam graviter peccant qui sic loquuntur!* Atque his confutatis subdit: Εἰσί τινες καταρώμενοι τοὺς ἀστέρας, ὅταν κατά τινος ὀργίζονται, καὶ λέγουσιν· Οὐαὶ τῷ ἄστρῳ σου! *Sunt nonnulli qui astris maledicunt, quando adversus aliquem irascuntur, aiuntque: Væ astro tuo*, etc. Quæ nempe habentur in Parallelis Rupefucaldinis litt. μ, tit. 7. »

IV. « Cum regius codex Eusebium *episcopum et monachum* duntaxat nuncupet, inde conjicere licet eum nullius certæ sedis episcopum fuisse, sed ob egregias virtutes episcopum consecratum, qui variis locis ubi necessitas postularet, prodesset. Tales episcopos in Syriæ partibus multos olim exstitisse discimus in primis ex Sozomeno (3), qui narrat Lazarum, Barsem et Eulogium monachos creatos episcopos esse, non urbium aliquarum, sed honoris causa: itemque Prapidium, qui in multis pagis episcopali munere fungebatur. In Vita sancti B Sabæ (4) fit quoque frequens mentio Joannis episcopi et hesychastæ, seu solitarii aut monachi, τὸν θεσπέσιον Πατέρα ἡμῶν Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον καὶ ἡσυχαστήν. Ὁ πολὺς ἐν ἀρετῇ ἡσυχαστὴς καὶ ἐπίσκοπος Ἰωάννης. Hic porro civitatis alicujus antistes non erat, sed vitam omnem in monasteriis agebat. In eadem porro etiam sancti Sabæ Vita Eusebius quidam occurrit, quem Cyrillus Scythopolitanus hujus Vitæ scriptor *papam* cognominat (5): Οἱ περὶ τὸν πατριάρχην Ἐπιφάνιον καὶ πάπαν Εὐσέβιον καὶ τὸν ἐπίσκοπον Ἐφέσου Ὑπάτιον. *Epiphanius patriarcha* (*Constantinopolitanus*), *Eusebius papa et episcopus Ephesi Hypatius.* Itemque (6): Κατ' αὐτὸν δὲ τὸν χρόνον παρεγένετο ἐν Παλαιστίνῃ ὅ τε πατριάρχης Ἐφραίμιος καὶ ὁ πάπας Εὐσέβιος, διὰ τὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας Παύλου ἐκβολήν. *Circa hoc tempus in Palæstina venerunt Ephræmius patriarcha Antiochenus et papa Eusebius, propter Pauli episcopi Alexandrini ejectionem.* Ex his C et aliis quæ subinde Cyrillus narrat, apparet Eusebium hunc episcopali potestate ornatum fuisse, qui tamen certam sedem non haberet: meæque sententiæ doctissimum Cotelerium faventem reperi. Eum vero sermonum illorum quorum fragmenta varia in Parallelis afferuntur, fuisse parentem affirmare non ausim. »

V. Hactenus V. C. qui et alibi eumdem locum retractans, hæc habet (7): « Sexcentis in codicibus Græcis hinc inde reperiuntur Eusebii Alexandrini nomine inscripti Sermones de variis argumentis, quorum excerpta quædam exstant in Parallelis etiam Rupefucaldinis Joannis cujusdam monachi, quæ asservantur in bibliotheca collegii Parisiensis Ludovici Magni, Joanne Damasceno, ut ostendi, longe anteriora. Nullus vero in patriarcharum Alexandrinorum serie Eusebius occurrit ante decimi saltem sæculi medium, nec certe deinceps. Hinc, mea quidem sententia, ille sermonum scriD ptor vel Alexandriæ Syriæ episcopus fuerit, vel Alexandrinæ sedis Melchiticæ administrator, omni illo quo ea vacavit tempore, sub prioribus calisis Saracenis, totis octoginta annis. » Hæc ille in recensione episcoporum ecclesiæ Alexandriæ, quæ sita est in provincia Ciliciæ II.

VI. Porro Eusebii nostri, de quo hucusque late atque erudite edisserentem Lequienium audivimus, complura exstant litterarum monumenta, recensita Fabricio (8). Eadem postmodum exactius digessit Joannes Guilielmus Janus sub initium præfationis ad ejusdem Eusebii *Orationem de die Dominico*, quam Latine redditam Lipsiæ in lucem extulit

(2) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, cap. 33.
(3) Sozom. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 33 et 34.
(4) Vita S. Sabæ § 21, apud Cotel. *Mon. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 248.
(5) Ibid. § 70, pag. 341.
(6) Ibid. § 85, pag. 364.
(7) Lequien. *Or. Christ.* tom. II, pag. 905.
(8) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. V, pag. 275.

anno MDCCXX. Eam vero descripsit vir eruditus ex apographo Langbæniano, desumpto ex optimæ notæ codice membranaceo octingentorum amplius annorum in bibliotheca Bodleiana asservato; cujus tamen lacunas aliquot supplevit ex altero ms. Vatjcano, ex quo eamdem Orationem edere statuerat Holstenius. Recensita itaque atque ad textum exacta editoris Lipsiensis versione, ejusmodi egregium opusculum in sectiones distinctum typis excuden- A dum consignavimus. Cæterum hic sub finem illud adnotare libet, quod de auctoris ætate conjecit laudatus Fabricius (9); eum nimirum sæculo IV vixisse, si fuerit ipse μέγας ille Εὐσέβιος Ἀλεξανδρείας, ad quem Macarius scripserat quæstiones suas, quarum fragmenta in mss. anonymi locis communibus asceticis occurrunt, de quibus verba facit Lambecius (10). Neque ab eodem sæculo IV Eusebium nostrum removet cl. editor.

(9) Ibid.

(10) Lamb. lib. V, pag. 154 seq.

EUSEBII ALEXANDRINI VITA,

AUCTORE JOANNE MONACHO, EJUS NOTARIO.

(ANG. MAI, *Spicil. Rom.*, IX, 705.)

Α'. *Τοῦ ἁγίου Εὐσεβίου Βίος πρὸ ἐπισκοπῆς.* B

[Cod. f. 344.] Γέγονεν ἀνήρ τις τῶν εὐσεβῶν ὧν ἔγνωμεν πλησίον Ἀλεξανδρείας τῆς μεγαλοπόλεως οἰκῶν ἐν τόπῳ ἐπὶ ἔτη ἱκανά· καὶ ὁ ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ ἀληθινὸς, δίκαιός τε καὶ ὅσιος, κεκοσμημένος πάσῃ ἀρετῇ, καὶ ἐκλάμπων ἐν πάσῃ ἀγαθῇ πολιτεία, μάλιστα ἐν τῇ ἀσκήσει τῶν μοναχῶν ἐνάρετος ὑπὲρ φύσιν, ὑψηλὸς ἐν λόγῳ, ἥσυχος τῷ τρόπῳ, πρᾶος τῇ ἕξει, κοινὸς ἐν τῷ βίῳ, ἐπιτιμῆσαι γαληνὸς, ἐπιστρέψαι καὶ παρακαλέσαι εὐπρόσιτος, ἀπροσωπόληπτος, ἄδολος, εὐπαῤῥησίαστος εἰς Θεὸν, καὶ ἅπαξ ἁπλοῦς. Πρώτην δὲ χάριν ταύτην ἐκέκτητο παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰληφὼς, πασῶν τῶν Γραφῶν τὴν ἑρμηνείαν ἐν τῇ γλώσσῃ κατεῖχεν. Οὗτος ὁ ἀνὴρ δικαίως καὶ ἐπιτηδείως ἐπεκλήθη Εὐσέβιος, γέγονε τοῖς κατορθώμασι πάνυ εὐσεβέστατος. C Καὶ τί πειρῶμαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετὴν διαγράφειν τῇ μετρίᾳ μου γλώττῃ; Πολλάκις γὰρ πολλὰ πειρατήρια κινήσας κατ' αὐτοῦ ὁ διάβολος οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν μεταστῆσαι τοῦ τρόπου, οὔτε εὐσεβοῦς λογισμοῦ μετήνεγκε, οὔτε ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως, καὶ τοῦ κανόνος μετάγειν ἢ μεταστῆσαι· ἦν γὰρ ὁ λογισμὸς αὐτοῦ ἅλατι ἠρτυμένος. Οὗτος τοίνυν ὁ μακάριος τοσοῦτον πλῆθος ἐθεράπευσεν δαιμονιζομένων, ὡς ἀριθμῷ μὴ ὑποβληθῆναι, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀῤῥωστήματα ἐθεράπευσεν ἐν τῷ ὄρει διάγων· ὑπῆρχε δὲ παρακλητικὸς καὶ πᾶσι συμπαθέστατος, λυπουμένους παρεμυθεῖτο, ὀλιγοψύχους παρεκάλει μὴ ὀλιγορεῖν, ἁμαρτωλοὺς ἐδίδασκεν σωφρονεῖν, λέγων· Μικρά ἐστιν ἡδονὴ καὶ ὀλίγη ἡ ἀνάπαυσις, καὶ εἰς αἰῶνα ἡ κόλασις καὶ ἡ αἰσχύνη· μὴ δι' ὀλίγην ἡδονὴν καταλλαξώμεθα τὴν αἰώνιον ἀπόλαυσιν. Τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγένετο ἵνα τοὺς πάντας κερδήσῃ, μιμούμενος τὸν Ἀπόστολον. Γέγονε τοίνυν περιττὸς ἀνὴρ, ὥστε πάντας τοὺς ἀκούοντας περὶ αὐτοῦ παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει, καὶ ὀφελεῖσθαι παρ' αὐτοῦ.

Ἔφθασε δὲ ἡ περὶ αὐτοῦ φήμη μέχρι τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ὁ ἐπίσκοπος λαβὼν τὸν κλῆρον ἀνέβη πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει πρὸς συντυχίαν αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν

I. *Sancti Eusebii Vita ante episcopatum.*

Inter pios homines quos prope magnam Alexandriam cognovimus, exstitit vir per certos annos eodem loco defixus. Qui pius et verus, justus et sanctus, omni ornatus virtute, omni præstans conversatione, præsertim vero monasticis studiis ardentissimus, oratione sublimis, vita tranquillus, moribus amabilis, societate amœnus, castigantibus mansuetus, exhortantibus et monentibus facilis, in omnes æquabilis, sincerus, candidus in Deum, et omnino simplex. Præprimis vero, gratiam hanc a Spiritu sancto adeptus, Scripturarum omnium interpretationem callebat. Vir iste merito et apte Eusebius nomine vocabatur. Mandata Dei summo studio perficiebat, et quid viri virtutem imbecilli ore describere tentem? Nam sæpius omnimodo machinatus est adversus eum diabolus, nec voluit eum a proposito seducere, nec a pia conversatione avertere, nec mentem mutare, nec ab institutis avocare; nam mens ejus sale condita. Hic igitur beatus vir tot homines a dæmonio liberavit, ut numerari nequeunt, ac multas alias infirmitates per montana curavit. Benigno misericordique animo instructus afflictos solabatur, pusillanimes ad spem revocabat, peccatores ad saniora ferebat, dicendo: Parva est voluptas et brevis usus; at æternum durat pœna et confusio. Noli propter brevem voluptatem æterna dimittere gaudia. Omnibus omnis fiebat ut omnes lucrifaceret, Apostolum imitatus. Evasit igitur peritus doctor ita ut quicunque de eo audierint, ad montana se conferrent studiose, multiplicique modo ab eo levarentur.

Pervenit autem hujus fama ad aures sancti Cyrilli Alexandriæ episcopi. Qui, die quadam, assumpto clero, eum in montanis visitavit. Ubi hunc advenientem conspexit beatus Eusebius, cucurrit

ei obviam, et flexis genibus salutavit eum, uti in omnes advenas agere solebat. Beatus autem et sanctus Cyrillus jussit eum surgere, diu precatus. Consurgens igitur beatus Eusebius ait: Quis sum ego vilis et peccator, ut Dominus meus ad me veniat? Qua mente accedis ad hominem stultum? Talis enim erat, beatus, humilis, omnium peripsema, ut verba Apostoli usurpem. Nam intus omni nuda virtute instructus, nunquam efferri visus est, sed is permansit qui fuerat, nondum suscepta monachorum disciplina, seipsum terram vocans et pulverem juxta fidelis Abraam vocem. Multa inter se de monachorum disciplina habuerunt, ac demum commendavit se sanctus Cyrillus beati Eusebii precibus, et a montanis recessit Deo gratias agens quod talem virum contigerit. Beatus autem Eusebius non cessabat divinarum Scripturarum studio delectari et juvari. Hæc breviter de ejus conversatione in hoc libro memorari quasi præteriens, ut viri ingenium omnibus innotescat: cæteras virtutes quas inter monachos excoluit, in alio libro descripsi.

A τὸν ἐπίσκοπον ὁ μακάριος Εὐσέβιος ἐρχόμενον, ἑδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν προσεκύνησεν αὐτῷ, ὡς ἦν αὐτῷ εἰωθὸς ποιεῖν εἰς πάντας τοὺς ἀπερχομένους πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει. Ὁ δὲ μακάριος καὶ ἅγιος Κύριλλος ἔστησεν αὐτὸν παρακαλέσας ἐπὶ ὥραν πολλήν. Ὁ δὲ μακάριος Εὐσέβιος ἀναστὰς λέγει αὐτῷ· Τίς εἰμι ἐγὼ ἐξουδενωμένος καὶ ἁμαρτωλὸς, ὅτι ὁ κύριος μου παρεγένετο πρός με; Τί λογισάμενος ἦλθες πρὸς ἄνθρωπον μωρόν; Τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ μακάριος, ταπεινὸς, πάντων περίψημα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Ἐντὸς αὐτῇ γὰρ ἀρετῇ κεκοσμημένου αὐτοῦ ὑπάρχοντος, οὐδέποτε ἔπαρσις αὐτῷ γέγονε, ἀλλ' οὕτως ὑπῆρχεν ὡς μήτε ἀρξάμενος τὴν ἄσκησιν, λέγων ἑαυτὸν γῆν καὶ σποδὸν ὑπάρχειν, κατὰ τὸ ῥητὸν τοῦ πιστοῦ Ἀβραάμ. B Οἱ δὲ πολλὰ πρὸς ἀλλήλους διαλεχθέντες περὶ τῆς τῶν μοναχῶν πολιτείας, ὅ τε ἅγιος Κύριλλος παρεκάλει τὸν μακάριον Εὐσέβιον εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ κατέβη ἐκ τοῦ ὄρους εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ ἐπὶ τὴν συντυχίαν τοῦ ἀνδρός· ὁ δὲ μακάριος Εὐσέβιος διῆγεν ἀγαλλόμενος καὶ τρυφῶν ἐν τῇ τῶν θείων Γραφῶν μελέτῃ. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ βραχέα τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ὧν ἐμνημονεύσαμεν ὡς ἐν παρόδῳ, ἵνα μόνον γνώριμον τὸν ἄνδρα καταστήσωμεν· τὰς δὲ λοιπὰς αὐτοῦ ἀρετὰς κατὰ τὴν ἄσκησιν αὐτοῦ ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ συνεγραψάμεθα.

Nunc referam oportet quomodo episcopalem sedem conscenderit. Episcopus Alexandriæ beatus Cyrillus, cum morbo laboraret quo ad Dominum ablatus est, convocavit omnem clerum et senatores civitatis et principes quoque, ac sedens super lectum, cœpit eos his affari: Ecce advenit mihi hora requiei, pergo ad patres meos, confecto dierum meorum curriculo. Nam tempus hoc fluxum, ut honor caducus, et vita brevis, et divitiæ velut araneæ tela solvuntur. Beatus qui animam potuerit Deo soli servare irreprehensibilem, et sinceram ei reddere qualem ab eo accepit. Quis autem ita conversatus est sicut Eusebius, ille perfectus monachus qui in montanis degit. Novi certo illum vas esse electionis; hunc ego pastorem in locum meum constituere cupio dignissimum. Hunc ego antequam clauderentur oculi mei in sedem episcopatus mei collocare cupio, et tam egregio pastori egregias committere oves. Nam magna prorsus viro inest gratia, variis eum vidi dotibus exornatum, in omni pietate et dignitate perfectum. Quid vobis videtur, fratres et filii dilectissimi? Cui unanimes responderunt: Næ, domine noster et Pater venerande, decet sanctum sancto committere gregem suum; his quoque, magister, declarasti tuam in gregem tuum charitatem, qui vel ad Dominum evasurus de nobis curas.

Λοιπὸν δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν πῶς ἦλθεν εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον. Ἐγένετο τοίνυν τὸν μακάριον Κύριλλον τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας ἀῤῥωστῆσαι, δι' ἧς καὶ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Κύριον· καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν κλῆρον καὶ τοὺς ὑπάρχοντας C ἐν τῇ πόλει ἄνδρας βουλευτικοὺς καὶ πάντας τοὺς μεγιστᾶνας, καὶ ἀνακαθίσας ἐπὶ τῆς κλίνης, ἤρξατο λέγειν αὐτοῖς· Ἰδοὺ καιρὸς τῆς ἀναπαύσεώς μου ἐφέστηκεν, καὶ πορεύομαι πρὸς τοὺς πατέρας μου, τελέσας τὸν δρόμον τῶν ἡμερῶν μου· ἡ γὰρ ζωὴ αὕτη ματαία ἐστὶν, καὶ ἡ τιμὴ πρόσκαιρος, καὶ ὁ βίος ὀλιγοχρόνιος, καὶ ὁ πλοῦτος ἀράχνη διαλυομένη. Μακάριος δέ ἐστιν ὅστις δυνηθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μόνον φυλάξαι τῷ Δεσπότῃ αὐτῆς ἀμεμπτον καὶ παραστῆσαι αὐτὴν ἀκέραιον, οἷάν τε καὶ παρέλαβεν παρ' αὐτοῦ. Καὶ τίς οὕτως ἠγωνίσατο ὡς Εὐσέβιος ὁ πανάρετος μοναχὸς ἐν τῷ ὄρει διάγων; ἔγνων γὰρ ἀληθῶς ὅτι σκεῦός ἐστιν ἐκλογῆς. Ἰδοὺ βούλομαι αὐτὸν καταστῆσαι ποιμένα ἀντὶ ἐμοῦ οὐκ ἐλάχιστον D τυγχάνοντα· θέλω οὖν ἔτι τῶν ὀφθαλμῶν μου ἀνεῳγμένων, τοῦτον καταστῆσαι ἐν τῷ θρόνῳ τῆς ἐπισκοπῆς μου, καὶ αὐτῷ παραδοῦναι τὴν καλὴν ποίμνην τῷ καλῷ ποιμένι. Μεγάλη γὰρ ἀληθῶς ἐν τῷ ἀνδρὶ χάρις οἰκεῖ, καὶ πάνυ κεκοσμημένον αὐτὸν ἑώρακα, καὶ τέλειον ἐν πᾶσιν εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι· τί οὖν ὑμῖν δοκεῖ, ἀδελφοί μου καὶ τέκνα μου ἀγαπητά; Ἀποκριθέντες δὲ πάντες ἑνὶ στόματι εἶπαν· Ναὶ, κύριε ἡμῶν καὶ Πάτερ τίμιε, πρέπει τὸν δίκαιον δικαίῳ προσνέμειν τὴν ἰδίαν ποίμνην· καὶ ἐν τούτοις, δέσποτα, ἔδειξας τὴν ἀγάπην τὴν περὶ τῆς ποίμνης σου, ὅτι καὶ πορευόμενος πρὸς τὸν Κύριον περὶ ἡμῶν ἐφρόντισας.

Ad hæc tunc episcopus: Ascendite in montem, et persuasurum adducite ad me. Ascenderunt igitur ad eum præcipui e clero, et principes civitatis et data salute cœperunt dicere: Necesse est ut episcopus et Pater noster fias. Nam placuit pio

Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ ἐπίσκοπος· Ἀνέλθατε ἐν τῷ ὄρει, καὶ πείσαντες αὐτὸν, καταγάγετε αὐτὸν πρός με. Τότε ἀνῆλθον πρὸς αὐτὸν κεφαλαῖοί τε τῶν κληρικῶν, καὶ οἱ μεγιστᾶνες τῆς πόλεως, καὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν ἤρξαντο λέγειν, ὅτι Δεῖ σε ἐπίσκοπον

καὶ Πατέρα ἡμῶν γενέσθαι· τοῦτο γὰρ ἔδοξεν τῷ πνευματικῷ ἡμῶν Πατρὶ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, σοὶ καταλείπειν τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς· αὐτὸς γὰρ πορεύεται πρὸς Κύριον. Ὁ δὲ μακάριος Εὐσέβιος προσεκύνησεν αὐτοὺς καὶ εἶπεν· Δέομαι ὑμῶν, κύριοί μου, προχειρίσασθε τὸν δυνάμενον δέξασθαι τὴν ἀρχὴν ταύτην. Ἐγὼ γὰρ ἀνάξιος ὑπάρχων καὶ ἀσθενὴς, καὶ σώματι καὶ ψυχῇ. Τῶν δὲ ἐπὶ πλεῖον παρακαλούντων αὐτὸν, ἔλεγεν, ὅτι Ἀμήχανόν ἐστιν ἐξελθεῖν με τῆς ἐρήμου. Ἰδόντες δὲ τὸ ἀκίνητον τοῦ ἀνδρὸς ἐφοβήθησαν ἐπὶ πολὺ παρενοχλεῖν αὐτῷ, καὶ ἀφέντες αὐτὸν κατέβησαν ἐκ τοῦ ὄρους καὶ ἀνήγγειλαν τῷ ἐπισκόπῳ, ὅτι Ἀμήχανον αὐτόν ἐστιν ἐπακούειν τοῖς ἡμετέροις λόγοις. Τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ἀναστὰς ὁ μακάριος Εὐσέβιος ἐλογίσατο ἐν ἑαυτῷ λέγων, ὅτι Ἐὰν μὴ ἀναχωρήσω τοῦ τόπου τούτου, καὶ ἀπέλθω εἰς ἀνεπίγνωστον τόπον, οὐκ ἔστιν με ἐκφυγεῖν τὸ βάρος τοῦτο. Ἀναστὰς οὖν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Θηβαΐδος ἔρημον. Ποιήσαντος δὲ αὐτοῦ δύο μιλίων πορείαν, ἰδοὺ φωνὴ ἐγένετο αὐτῷ οὐρανόθεν· Ποῦ πορεύῃ, Εὐσέβιε; ἀνάστρεφε εἰς τὸν τόπον σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ χάρις μου ἔσται μετὰ σοῦ. Ὁ δὲ ἔμφοβος γενόμενος ἐπέστρεψεν εἰς τὴν μονὴν αὐτοῦ δοξάζων τὸν Θεόν.

A patri Cyrillo episcopo tibi sedem suam relinquere. Ipse enim ad Dominum festinat. Beatus autem Eusebius, reddita salute, respondit: Precor vos, domini mei, quærite qui illam auctoritatem sustinere valeat. Ego enim indignus et imbecillis corpore et animo. Instantibus vero illis, declaravit: Impossibile est me ex deserto egredi. Qua conspecta viri constantia, non sunt ausi eum amplius turbare, et omisso eo, descenderunt de monte, nuntiaveruntque episcopo se nullo pacto Eusebium ad sententiam suam trahere potuisse. Nocte autem illa consurgens beatus Eusebius ita secum cogitavit: Ni ex hoc loco recessero, et ignotam petiero regionem, non licebit mihi onus hoc effugere. Aufugit igitur eadem nocte in desertum Thebaidis. Jam duo B millium iter perfecerat, cum subito eum vox de cœlo allocuta est: Quo pergis, Eusebi? redi in pace ad cellam tuam, gratia mea tecum erit. Qui territus rediit ad solitudinem suam monenti Deo parens.

Ὁ δὲ μακάριος Κύριλλος πάλιν τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ πέμπει πᾶσαν τὴν πόλιν μετὰ λύχνων καὶ κηρίων τοῦ παρακαλέσαι αὐτὸν· μόνον χάριν συντυχίας σου, πρὶν ἢ ἐξέρχομαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ θέλω συντάξασθαί σοι, καὶ εἰ οὐ θέλεις ὑπακοῦσαι ἡμῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἀναγκάζων σε. Οἱ δὲ ἀπελθόντες ἔπεισαν αὐτὸν πρὸς ταῦτα. Ὁ δὲ μακάριος ἀναστὰς κατέβη εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰσελθὼν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, προσεκύνησεν αὐτόν. Ὁ δὲ μακάριος Κύριλλος ἤρξατο C περὶ τῆς ἐπισκοπῆς αὐτὸν διαλέγεσθαι, καὶ ἐκ τῶν Γραφῶν παραβολὰς αὐτῷ ἐνεγκὼν, ἐποίησεν αὐτὸν χειροτονηθῆναι. Τότε συγκαλεσάμενος ὁ μακάριος Κύριλλος τοὺς πέριξ ἐπισκόπους εἰς τὴν Κυριακὴν ἐχειροτόνησεν τὸν μακάριον Εὐσέβιον, καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ. Διελθούσης δὲ τῆς Κυριακῆς, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, ἥτις ἐστὶν πρὸς δευτέραν, ὁ ἁγιώτατος Κύριλλος ἀπέλυσεν ἐν Κυρίῳ, πληρώσας τὸν δρόμον τοῦ βίου ἄμεμπτα. Οὗτος ἦν Κύριλλος ὁ κατὰ τοῦ ἁθλίου Νεστορίου αἱρετικοῦ πολλὰ ἀγωνισάμενος· οὗτος ὁμιλήσας κατὰ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ, ἔπεισεν τὸν βασιλέα καθελεῖν τὸν κακόφρονα, καλῶς κηρύξας τὴν πίστιν τῆς ἁγίας Τριάδος· οὗτος ἦν Κύριλλος ὁ καλοκήρυξ τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας· ὅθεν καὶ σὺν αὐτῇ αὐλίζεται ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Μετὰ δὲ τὴν τούτου τελείωσιν, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐνεθρόνισαν τὸν μακάριον Εὐσέβιον, καὶ ἀπῆλθεν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, παραθέμενοι ἀλλήλους τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Beatus Cyrillus altera die rursus omnem civitatem misit cum lucernis et ceris, orans eum ut se saltem invisere dignaretur, antequam ipse e corpore migraret. Tecum colloqui contingat, aiebat; nemo autem recusanti vim afferat. Persuasus his Eusebius surrexit, ac descendit ad urbem, et episcopum accedens salutavit. Beatus autem Cyrillus cœpit de episcopatu verba facere, et allatis Scripturarum testimoniis, perfecit ut illi manus imponerentur. Convocatis igitur viciniorum episcopis, beatus Cyrillus imposuit manus die Dominica beato Eusebio, et gaudio magno exsultavit tota civitas. Atque elapsa illa die, nocte eadem quæ ante feriam secundam, obiit in Domino sanctissimus Cyrillus, irreprehensibiliter confecto vitæ curriculo. Idem fuit hic Cyrillus qui tam fortiter miseri Nestorii hæresim repugnavit. Idem, debellata hæresi, regi suasit ut insanum interficeret, fidem sanctæ Trinitatis egregie professus. Idem Cyrillus sanctam Dei Genitricem Mariam inclyte prædicavit; quamobrem cum eo simul in cœlorum regno celebratur. Mortuo autem hoc, sequenti die beatum Eusebium in sedem defuncti constituerunt, et abiit D quisque in civitatem suam, commendantes se vicissim Patri, et Filio, et sancto Spiritui in sæcula sæculorum. Amen.

Β'. *Περὶ τῆς ἐπισκοπῆς τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου, καὶ πῶς ἐπεστρέψατο τὸν Ἀλέξανδρον.* —

(Cod. f. 345.) Ὁ μακάριος Εὐσέβιος, δεξάμενος τὴν χάριν τῆς ἐπισκοπῆς, καθ' ἑκάστην Κυριακὴν ἦν προσομιλῶν περὶ τῆς μετανοίας καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρώπων· καὶ πολλοὶ τῶν πονηρῶν καὶ ἁμαρτωλῶν κατανυχθέντες ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἐπέστρεφον ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν

II. *De episcopatu beati Eusebii et quomodo Alexandrum ad saniora revocaverit.*

Beatus Eusebius, accepta episcopatus gratia, quaque die Dominica concionabatur de pœnitentia et salute humanarum animarum. Multi peccatores pravique homines, doctrina ejus commoti, a malis operibus recesserunt, et Deum placaverunt pœnitentia, ita ut omnes dicerent: Gratia Domini Io-

quitur per labia ejus; et tota civitas gaudebat de beati viri episcopatu. Exstabat autem in illa urbe homo, nomine Alexander, omnino perversus et exsecrabilis, ita ut nunquam multitudinem peccatorum suorum recordaretur, nec ullo pacto a malis pravisque operibus revocari potuisset, imo nec monentium verba audiret, sed potius reprehendentes abominaretur. Hic tamen illustri loco natus, utpote senatoris filius, et divitiarum copia civibus suis omnibus præstabat.

σατο τοὺς νουθετοῦντας αὐτόν. Ἦν δὲ γένους μεγάλου σφόδρα ὑπὲρ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ.

Quadam igitur die familiares Alexandri episcopum Eusebium accedentes, narraverunt ei gesta Alexandri pravosque ejus mores. Quo audito, ingemuit beatus ad Dominum de intimo corde, et lacrymis effusus: Domine Jesu Christe, ait, qui propter peccata nostra in terram descendisti, et crucem passus es, et in ipsa cruce latronem in paradisum induxisti, et ex publicano evangelistam effecisti, et meretricem pro virgine extulisti, Domine, qui dixisti: *Petite et dabitur vobis*[1], compunge cor creaturæ tuæ, aperi ei januam pœnitentiæ, ne permittas eam ultimo perire, sanctissime Magister, quia benedictus in sæcula. Ad eos autem qui ei de Alexandro retulerant: Euntes, ait, dicite ei quod Eusebius eum continuo venire jubet, secreti quid detecturus. Quod si petierit quid illud secretum ait, respondite mihi margaritam pretiosam esse allatam, quam ipsi vendere cupio. Qui abeuntes omnia uti jussi fuerant, retulerunt.

Re audita, venit lætus Alexander, episcopum adivit, salutavitque ingressus. Beatus, prehensa ejus manu, intravit in interius cubiculum et sedente utroque cœpit ita loqui per parabolam: De gravi te consulo, et si recte responderis, largior tibi margaritam, quam daturum me promisi; gratis eam accepi, gratis tibi dabo. Intendebat beatus, de margarita loquens, pœnitentiam a Domino peccatoribus concessam. Respondens Alexander: Die age, inquit, domine mi, et quod pes effoderit meus præstabo angelico viro.—Cui igitur episcopus: Si te hodie vocaret rex, diceretque: Ecce judicium me manet cras et terribilis pœna per tres dies, nec est qui, me absente, regnum meum sustineat. Indue igitur purpuram vestem, impone capiti tuo coronam meam, annulum meum apta digito tuo, aureum sceptrum dextera retine, ascende in sedem meam regalem, inside curru aureo, et guberna regnum per hos tres dies, at deinceps a supplicio liber, domo te ejiciam in æternum, ut non amplius in regno meo appareas. Quod si hoc nolueris, subi pro me pœnas quas per tres dies passurus sum, et triduano perlato supplicio per reliquum vitæ tempus regni mei particeps efficieris. Quid

[1] Luc. VI. 38.

A τῶν πονηρῶν, καὶ διὰ μετανοίας ἐξιλεώσαντο τὸν Θεόν, ὥστε πάντας λέγειν ὅτι χάρις Θεοῦ ἐστιν λαλοῦσα διὰ τῶν χειλέων αὐτοῦ, καὶ ἦν χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐν τῇ ἐπιστασίᾳ τοῦ μακαρίου ἀνδρός. Ἦν δέ τις ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ὀνόματι Ἀλέξανδρος, σφόδρα πονηρὸς καὶ ἐναγής, ὥστε οὐδέποτε ἔλαβεν εἰς μνήμην τῶν ἰδίων κακῶν τὸ πλῆθος, οὔτε δέ τις ἐδυνήθη ἀποστῆσαι αὐτὸν τῶν κακῶν καὶ πονηρῶν αὐτοῦ πράξεων, οὐδὲ εἰς ἔννοιαν ἐδέχετο τὰ τούτων ῥήματα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐδελύσ-
· ὑπῆρχεν γὰρ ἀνδρὸς βουλευτικοῦ υἱὸς, πλούσιος

Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, τινὲς τῶν συναρχόντων τῷ Ἀλεξάνδρῳ, εἰσελθόντες ἀνήγγειλαν τῷ ἐπισκόπῳ Εὐσεβίῳ τὰ περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν πράξεων
B αὐτοῦ τῶν πονηρῶν. Ὁ δὲ μακάριος ἀκούσας ταῦτα, ἐστέναξεν ἐκ μέσου τῆς καρδίας αὐτοῦ πρὸς Κύριον, καὶ δακρύσας σφοδρῶς εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας κατελθὼν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ὑπομείνας σταυρὸν, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ λῃστὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσαγαγὼν, καὶ τελώνην ποιήσας εὐαγγελιστὴν, καὶ πόρνην παρθένου σεμνωτέραν, Κύριε, ὁ εἰπὼν, *Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν*, κατάνυξον τὴν καρδίαν τοῦ πλάσματός σου, καὶ ἄνοιξον αὐτῷ θύραν μετανοίας, καὶ μὴ ἐάσῃς αὐτὸν ἀπολέσθαι τέλος, πανάγιε Δέσποτα, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ λέγει τοῖς ἀναγγείλασιν αὐτῷ περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου, Ἀπελθόντες εἴπατε αὐτῷ ὅτι εἴρηκεν Εὐσέβιος ὅτι Τάχιον ἐλθὲ πρός με, ὅτι μυστήριόν μοί ἐστιν πρὸς σέ· καὶ ἐὰν ἐρωτήσῃ ὑμᾶς τί
C ἔστιν τὸ μυστήριον, εἴπατε αὐτῷ ὅτι μαργαρίτης αὐτῷ προσηνέχθη πολύτιμος, καὶ θέλει αὐτὸν πωλῆσαι. Οἱ ἀπελθόντες εἰρήκασιν αὐτῷ καθὼς εἶπεν αὐτοῖς.

Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀκούσας καὶ περιχαρὴς γενόμενος, ἦλθεν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ εἰσελθὼν προσεκύνησεν αὐτόν. Ὁ δὲ μακάριος, λαβόμενος τῆς χειρὸς αὐτοῦ, εἰσῆλθεν εἰς τὸν κοιτῶνα τὸν ἐσώτερον, καὶ καθίσαντες ἀμφότεροι ἤρξατο λέγειν αὐτῷ ὁ μακάριος Εὐσέβιος διὰ παραβολῆς οὕτω λέγων· Ἠρώτημα ἐρωτῶ σε, καὶ εἰ ὀρθῶς ἀποκριθῇς μοι, χαρίσομαι τὸν μαργαρίτην, ὃν ἐπηγγειλάμην δώσειν σοι, δωρεὰν γὰρ αὐτὸν ἔλαβον, καὶ δωρεάν σοι δίδωμι αὐτόν. Ἔλεγεν δὲ ὁ μακάριος τὸν μαργαρίτην περὶ τῆς μετανοίας τῆς δοθείσης τοῖς ἁμαρτωλοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος
D λέγει αὐτῷ· Εἰπέ μοι, κύριέ μου, καὶ ὃ ἐὰν γεωργήσῃ ὁ πούς· μου ἀποκρίνομαι τῷ ἰσαγγέλῳ. Λέγει αὐτῷ ὁ ἐπίσκοπος· Ἐκάλεσέν σε σήμερον ὁ βασιλεὺς καὶ εἶπέν σοι· Ἰδοὺ κρίσις μοι ἐπέρχεται αὔριον καὶ δεινὴ κόλασις ἐν τρισὶν ἡμέραις, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ κατέχων τὴν βασιλείαν μου, ἐμοῦ ἐκεῖ μὴ ὑπάρχοντος. Δεῦρο οὖν περιβαλοῦ τὴν πορφυρίδα, καὶ τὸν στέφανόν μου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου, καὶ τὸ δακτύλιόν μου βάλε εἰς τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ σου λάβε τὴν ῥάβδον τὴν χρυσῆν, καὶ βάδισον ἐπὶ τοῦ θρόνου μου τοῦ βασιλικοῦ, καὶ ἐπὶ τοῦ ἅρματος τοῦ χρυσοῦ ἐπίβηθι, καὶ βασίλευσον ἐν ταῖς τρισὶν ταύ-

ταις ἡμέραις, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι ἐν ἐμοὶ ἀπὸ τῆς κολάσεως ἐξορίσω σε τὸν ἅπαντα χρόνον, ἵνα μὴ φανῇς ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· εἰ δὲ τοῦτο οὐ θέλεις, ἄπελθε ἀντὶ ἐμοῦ εἰς τὴν κρίσιν εἰς ἣν ἐγὼ μέλλω ὑπάγειν ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις, καὶ μετὰ τὸ ὑπομεῖναί σε τῶν τριῶν ἡμερῶν τὴν κόλασιν, τὰς λοιπὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς σου καὶ συγκληρονόμος τῆς βασιλείας μου ἀναδειχθήσῃ. Τί οὖν σοι ἀρεστὸν, εἰπέ μοι, τῶν τριῶν ἡμερῶν ἡ ἀπόλαυσις τῆς ὑπερηφανείας καὶ τῆς δόξης καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου ἡ ἐξορία, ἢ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἡ κόλασις καὶ ὁ κάματος, καὶ ἡ τοῦ λοιποῦ χρόνου ἡ δόξα καὶ ἡ ἀνάπαυσις;

A malles, oro, per triduum superbire et gloriari ac postea exsulare, aut per triduum pœnis afflici et laborari, ac æterni deinceps frui gloria et requie.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος εἶπεν· Δέομαί σου, κύριε Πάτερ, ἐμοὶ μᾶλλον αἱρετὸν ἦν τῶν τριῶν ἡμερῶν ὑπομεῖναι τὴν κόλασιν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως μου, καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον ἀναπαύειν. Καὶ περιχαρὴς γενόμενος ὁ μακάριος Εὐσέβιος, Ὀρθῶς ἀπεκρίθης, εἶπε, τοῦτο φρόνει, καὶ ζήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ λέγει αὐτῷ· Δεῦρο οὖν παρακαλῶ σε, τέκνον μου, καὶ ἐγκατάλιπε τὸν βίον τοῦτον τὸν μάταιον καὶ τοῦ χρόνου τοῦ ὀλίγου τὰς ἡδονὰς, κέκτησαι δὲ εἰς ἐκεῖνον τὸν αἰῶνα ἀνάπαυσιν καὶ γίνου κληρονόμος τοῦ Κυρίου, καὶ συγκληρονόμος τῶν ἁγίων. Ὥσπερ γὰρ ἡδύς σοι κατεφάνη τῶν τριῶν ἡμερῶν ἡ κόλασις, καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου ἡ ἀνάπαυσις. . . (1) ἐλέους τυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Respondit Alexander: Rogo, domine Pater, mihi potius triduanam pro rege meo subire pœnam, et in æternum requiescere. Tunc lætitia exsultans beatus Eusebius: Recte respondisti, inquit: ita senti, et vives in æternum: et hilari vultu dicit ei: Ideo te hortor, fili, vitam hanc vanam omitte, et fugitivas voluptates; inquire æternam requiem, et Dominici regni partem, et sanctorum consortium. Nam sicut te magis juvat triduana pœna, et reliqui temporis requies... misericordiam contingere gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quocum Patri, gloria, virtus, honos et adoratio nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

B

Γ'. *Διήγησις ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ πῶς ἐτελεύτησε.*

III. *Quid sacram civitatem ingresso evenerit, et quomodo interierit.*

(Cod. f. 343.) Δεῦρο λοιπὸν, ἀδελφοὶ, καὶ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ διηγήσομαι ὑμῖν. Πρὸ ζ' ἡμερῶν τοῦ θανάτου αὐτοῦ, προεγίνωσκεν τὴν ὥραν, καὶ προσκαλεσάμενος τὸν Ἀλέξανδρον λέγει αὐτῷ· Τέκνον, δεῦρο διηγήσομαί σοι ἓν διήγημα πρὸς ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς σου. Λοιπὸν δὲ πεπλήρωται ὁ λόγος μου πρὸς σὲ, ὅτι λοιπὸν πορεύομαι πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ παρακαλῶ σε ἵνα μνημονεύσῃς μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὅπως ἂν εὕρω παῤῥησίαν ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ. Ὅτε νεώτερος ἤμην ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἀποταγῆς μου, ἐπεθύμησα παραγίνεσθαι εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ προσκυνῆσαι τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν. Μετὰ οὖν τὸ ἀπελθεῖν καὶ προσκυνῆσαι τοὺς ἁγίους τόπους, προσέμεινα ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει διάγων. Ἐν τῇ οὖν διανυκτερεύσει μετὰ τοῦ ἁγίου Πάσχα, ἤμην κἀγὼ ἐν τῇ διανυκτερεύσει μετὰ πάντων. Περὶ δὲ τὸ μεσονύκτιον πολλοὶ ἀφύπνωσαν καθήμενοι ἐπὶ τῶν δίφρων· ὅθεν κἀγὼ ἀφύπνωσα ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, καὶ ὁρῶ ἐν τῷ ὕπνῳ μου ὅτι ἦλθέν τις ἐν τῷ ὄχλῳ ἀνήρ. Ἡ δὲ ὅρασις αὐτοῦ ἦν τοιαύτη· τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς ὁ ἀστὴρ ὁ πρωῒ ἀνατέλλων, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανος φωτὸς, τὸ τρίχωμα αὐτοῦ ὡς ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου κείμενον ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν

Reliquum est, fratres, ut vobis ejus mortem referam. Septimo die ante obitum, mortis horam cognovit, et vocato Alexandro: Fili, ait, narrationem tibi narrabo ad utilitatem animæ tuæ. Impletur nunc sermo meus ad te, migro ad Dominum nostrum Jesum Christum, et peccatoris mei, oro, memoriam retineas, ut coram Christo fiduciam conservem. Junior cum essem, et recens monachus sacram civitatem invisendi, venerandamque crucem et sanctam resurrectionem reverendi invasit me cupido. Profectus sum igitur ad sanctos locos, et in sacra civitate permansi. In vigilia sacrosanctæ Paschæ inter pernoctantes ibi assidebam; circa mediam noctem obdormierunt multi thronis sedentes; ipse somno oppressus sum in sede mea; en repente, dum dormiebam, visus est vir in cœtum intrare. Hæc erat species ejus: vultus ejus sicut sol, oculi velut stella quæ aurora fulget, super caput gerebat luminis coronam, capilli ejus tanquam solis radii super humeros defluebant, de ore et naribus emittebatur fragrans odor. Quando templum ingressus est ubi pernoctantes assidebamus, obscuravit lucem tot lucernarum lumen fulgentis vultus, et grato odore repleta est tota Dei domus. Sequebantur eum duo viri, ipsi quoque illustres, sed

C

D

(1) Transitio fit ab uno ad aliud codicis folium, neque sensus cohæret. Deest reapse intimum quaternionis folium, nempe quatuor paginæ, in qua lacuna periisse suspicor sermonem *De astronomis*, cujus titulus in codicis indiculo superest, ipse autem sermo desideratur. Qui sequuntur ergo pauci versiculi, videntur clausula prædicti sermonis. Nam ne cogitem de alio, qui deest item in codice, sermone *De passione Domini*, vetat ipsa longitudo jus, prout est in spuriis Chrysostomi (vide nostram præf.), tum etiam diversitas clausulæ. Porro ne quis dubitet prædictum sermonem *De passione*, revera esse Eusebianum illum de quo diximus in adn. p. 703, sufficit priora verba hæc exscribere, quæ sermonis 15 clausulam adamussim respiciunt: Τῆς χθὲς ὑποσχέσεως σήμερον βούλομαι τὸ χρέος πληρῶσαι, ἀγαπητοί· ζητῶ δὲ τηνικαῦτα τὸν λόγον ἔνθα ἐσφραγίσαμεν· ἐλέγομεν ὅτι συμβούλιον ἔλαβον οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, κ. τ. λ.

minori splendore, panes portabant illi ministri. Circumiens vigilantes observabat, quibus ministri panem unum distribuebant; dormientes autem præteribant, nil dato. At conversus ille ad ministros: Cur, inquit, his panem benedictionis denegatis? Qui responderunt: Quia negligentia dormiunt. At ille splendidus magister: Date et his. Licet dormiant, propter me venerunt huc. Ne invideatis eis mercedem. Tunc conversi dederunt et dormientibus; ideo mihi quoque vel indigno largiti sunt, ac dixerunt mihi: Eusebi, et tu cum negligentibus dormis? Continuo evigilavi et conterritus glorificavi misericordem Deum qui humilitatem meam non spreverit, ac dixi intra me: Quis est ille splendidus? ratus eum Salvatorem fuisse. Gratias egi quid mihi indigno apparere dignatus sit, deinde gratias agendo Domino, vigilavi usque ad auroram, nec ulli visum revelavi.

Persoluto martyrio, episcopum loci adivi, et narravi secreto visionem. Ille autem, re perspecta, manus suas ad cœlum extulit, dicens: Benedictus, Domine misericors, qui homines undecima hora admittis, quique nunc, optime, peccatoribus nobis eamdem præbuisti clementiam, nec nobis benedictionem tuam recusasti, quia opus tuum nos. Ac conversus ad me: Beatus tu, fili, qui tanta videre dignus habitus es; ille splendidus, quem conspexisti, Dominus est. Duo qui eum comitabantur sunt angeli, et meritam tribuerunt vigilantibus mercedem, imo quia benignus Deus, nec negligentes respuerunt. Quo audito, glorificavi misericordem Deum quod humilitatem meam non despexerit, et ad pedes episcopi procumbens salutavi eum dicens: Benedic mihi. Discedens igitur de loco, veni in montem istum quem incolui, et unde me beatissimus episcopus Cyrillus deduxit. Hæc retuli ut animam tuam confirmarem, nec unquam vigilias fastidires, doctus quantam mercedem percipient qui vigilant et in ecclesiis conversantur.

His dictis addidit etiam: En septimus annus a quo plebem hanc in ista urbe pasco, neminem oneravi, neminem defraudavi, nec quid in ecclesia diripui. At cum tempus resolutionis meæ instet, libentius animam in monte, quo prius permansi, Conditori reddam. Egredere igitur, congrega hodie civitatem, et tradam tibi gregem Christi, constituam te in thronum meum; ego in montana recedo.

Itaque proxima Dominica die, cunctis in ecclesia congregatis, convocavit quoque duos episcopos, et

εὐωδία ἐξεπέμπετο καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν ἐν ᾧ ἤμην καὶ πάντες οἱ διανυκτερεύοντες, ἐκαλύφθη τὸ φέγγος τῶν τοσούτων λύχνων ἀπὸ τοῦ φωτὸς τοῦ ἐκλάμποντος προσώπου αὐτοῦ, καὶ εὐωδίας πολλῆς ἐνεπλήσθη ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ὅλος. Δύο δέ τινες ἠκολούθησαν αὐτῷ ἐν δόξῃ κἀκεῖνοι, πλὴν ἐλαττότεροι τῆς δόξης αὐτοῦ ἐτύγχανον, ἄρτους δὲ ἐβάσταζον οἱ ἀκολουθοῦντες αὐτῷ· καὶ παρῆρχετο ἐκεῖνος καταμανθάνων τοὺς ἀγρυπνοῦντας, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες αὐτῷ ἐπεδίδωσαν πρὸς ἕνα ἄρτον τοὺς ἀγρυπνοῦντας. Ὡς δὲ ἦλθεν ἐπὶ τοὺς κοιμηθέντας ἀντιπαρῆλθον οἱ ἔχοντες ἄρτους, καὶ οὐκ ἔδωκαν τοῖς κοιμηθεῖσι. Στραφεὶς δὲ ὁ ἔνδοξος ἐκεῖνος λέγει τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ· Τούτοις τί οὐκ ἐδώκατε τὸν ἄρτον τῆς εὐλογίας; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπαν αὐτῷ· Ὅτι ἀμελήσαντες ἀφύπνωσαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ ἔνδοξος ἐκεῖνος· Δότε καὶ αὐτοῖς· εἰ γὰρ καὶ ἀφύπνωσαν, πλὴν δι' ἐμὲ παρεγένοντο· μὴ χωρίσητε αὐτοὺς τοῦ μισθοῦ. Τότε στραφέντες ἔδωκαν καὶ τοῖς κοιμηθεῖσιν, ὅθεν κἀμοὶ τῷ ἀναξίῳ ἔδωκαν· καὶ εἶπάν μοι· Εὐσέβιε, καὶ σὺ μετὰ τῶν ἀμελούντων ἀφύπνωσας; Καὶ εὐθέως ἐγὼ διυπνίσας καὶ φοβηθείς, ἐδόξασα τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν τὸν μὴ παρειδότα τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν, καὶ εἶπον ἐν ἐαυτῷ· Τίς ἂν ᾖ ὁ ἔνδοξος ἐκεῖνος; ὑπολαμβάνων εἶναι τὸν Σωτῆρα. Ἀλλὰ εὐχαριστῶ ὅτι ἐμοὶ τῷ ἀναξίῳ ὠφθῆναι κατεδέχετο· εἶτα εὐχαριστήσας τῷ Κυρίῳ ἔμεινα ἕως πρωΐ, μηδενὶ μηδὲν εἰρηκώς.

Καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ μαρτυρίου, προσῆλθον τῷ ἐκεῖσε ἐπισκόπῳ, καὶ διηγησάμην αὐτῷ τὴν ὅρασιν κατὰ μόνας. Ὁ δὲ ἀκούσας ἐπῆρεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἶπεν· Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε φιλάνθρωπε, ὁ καὶ τοὺς εἰς τὴν ἑνδεκάτην ὥραν δεξάμενος· καὶ νῦν τὴν αὐτὴν, φιλάνθρωπε, ἐπίδειξον ἡμῖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ οὐκ ἀπεχώρισας τὴν εὐλογίαν σου, ὅτι σὸν ποίημά ἐσμεν. Καὶ στραφεὶς λέγει μοι· Μακάριος εἶ, τέκνον, ὅτι οὕτως κατηξιώθης ἰδεῖν· ἐκεῖνος ὁ ἔνδοξος, ὃν εἶδες, ὁ Κύριός ἐστιν· καὶ οἱ δύο οἱ μετ' αὐτοῦ ἄγγελοί εἰσιν, καὶ ἐδίδωσαν τὸν μισθὸν τοῖς ἀγρυπνήσασιν· καὶ ἐπειδὴ φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Κύριος, οὐδὲ τοὺς ἀμελήσαντας ὑστέρησεν. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ ἐδόξασα τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν τὸν μὴ παρειδότα τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν· καὶ προσπεσὼν τῷ ἐπισκόπῳ προσεκύνησα αὐτῷ λέγων, Εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. Ἀναχωρήσας οὖν, ἦλθον ἐν τῷ ὄρει τούτῳ ᾧ ὤκησα· ἐξοῦ κατήγαγέν με ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κύριλλος. Τοῦτο δὲ διηγησάμην πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ψυχῆς σου, ἵνα μηδέποτε παραλείπῃς εἰς τὰς ἀγρυπνίας, εἰδὼς ποῖον ἔχουσιν μισθὸν οἱ ἀγρυπνοῦντες καὶ σχολάζοντες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις.

Μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν ταῦτα, λέγει μοι· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ζ' ἔτη ἔχω ποιμαίνων τὸν λαὸν τοῦτον, οὐδένα αὐτῶν κατεβάρησα, οὐδένα αὐτῶν ἐπλεονέκτησα· οὐκ ἐλάττωσά τι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν, λοιπὸν θέλω ἐν τῷ ὄρει ἔνθα διῆγον τὸ πρότερον, ἐκεῖ ἀποδοῦναι μου τὴν ψυχὴν τῷ δεδωκότι. Ἔξελθε οὖν, κατεκκλησίασον τὴν πόλιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, καὶ παραδώσω σοι τὴν ποίμνην τοῦ Χριστοῦ· καὶ καταστήσω σε ἐπὶ τοῦ θρόνου μου, καὶ πορεύομαι ἐν τῷ ὄρει.

Ὅτε οὖν ἦλθεν ἡ Κυριακὴ, πάντων συνελθόντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, συνεκαλέσατο β' ἐπισκόπους, καὶ

ἐχειροτόνησεν τον Ἀλέξανδρον, καὶ λέγει τῷ ὄχλῳ τῆς πόλεως, Ἀκολουθήσατέ μοι ἐν τῷ ὄρει, ὅθεν καὶ ἠγάγετέ με, ὅτι ἐκεῖ με δεῖ κοιμηθῆναι ἐν Κυρίῳ. Τότε πᾶσα ἡ πόλις μετὰ κηρίων ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ ὅτε ἔστη ἐπὶ τῆς θύρας τοῦ σπηλαίου, λέγει τῷ ὄχλῳ τῆς πόλεως· Σώζεσθε, γλυκύτατά μου τέκνα, παρατιθῶ ὑμᾶς τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ Ἀλεξάνδρῳ μαθητῇ μου καὶ ἀδελφῷ, καὶ παρακαλῶ ὑμᾶς εὔχεσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα παῤῥησίαν ἔχω πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ λέγει· Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὴν ποίμνην τοῦ Χριστοῦ· Κύριος ἔσται μετὰ σοῦ πᾶσας ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Καὶ τοῦτο εἰπὼν εἰσῆλθε τῷ σπηλαίῳ καὶ ἀνεκλίθη ἐπὶ τοῦ ψιαθίου οὗ ἐκοιμᾶτο, καὶ κατασφραγισάμενος ἑκατέροθεν, μειδιῶντος τοῦ προσώπου αὐτοῦ παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Χριστῷ. Καὶ παραλαβόντες τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν αὐτῷ σπηλαίῳ ἔθαψαν. Οὕτως γὰρ ἐνετείλατο τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ σφραγίσαντες τὴν θύραν τοῦ σπηλαίου, κατήλθαμεν ἐκ τοῦ ὄρους εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ.

imposuit manus Alexandro, et dixit civium turbæ: Sequimini me in montem, unde me deduxistis; illic enim oportet me in Domino mori. Tunc secuta est eum omnis civitas cum ceris, et quando ostium antri contigit, ait ad turbam civium: Valete, dulcissimi filii, commendo vos Patri et Filio et sancto Spiritui, et Alexandro discipulo fratrique meo, et hortor vos ut pro me precationes fundatis quibus fiduciam apud Dominum nostrum Jesum Christum assequar. Ac deinde ad Alexandrum: In manus tuas commendo gregem Christi. Dominus sit tecum omnibus diebus vitæ tuæ. Quibus dictis, intravit speluncam, et recubuit in storeola qua olim requiescebat, et cum utrinque se obsignasset, subridente vultu tradidit spiritum Christo. Cujus reliquiæ ipsæ in spelunca sepultæ sunt, juxta Alexandri mandatum; et obsignata janua, descendimus de monte gratias agendo Deo.

Ἐπισκόπευσεν δὲ ὁ μακάριος Ἀλέξανδρος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πόλει ἔτη κ' (1). Γέγονε κατάσοφος ἐν λόγῳ, καὶ διὰ τῆς ἀγαθῆς αὐτοῦ πολιτείας μεγάλην παῤῥησίαν ἐκτήσατο πρὸς τὸν Δεσπότην Χριστόν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Episcopatum gessit beatus Alexander in Alexandria urbe per viginti annos. Fuit prudens in sermone, et per eximium regimen magnam sibi coram Domino Christo gratiam promeruit. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Οὗτοι οἱ λόγοι τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου, καὶ ταῦτα τὰ ἄθλα καὶ οἱ ἀγῶνες. Ταῦτα πάντα ἐπερωτηθεὶς παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐλάλησεν, ὁ δὲ εἶπεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἤδη ἕνα βίβλον ἐξεθέμεθα. Τὸ τῆς ἀσκήσεως αὐτοῦ βιβλίον ἴδιόν ἐστιν. Ἐγὼ Ἰωάννης νοτάριος αὐτοῦ ἐξέλαβον παρ' αὐτοῦ μακαρίου Εὐσεβίου ἀκριβῶς, μήτε προστεθεικὼς, μήτε ἀφελας. Ἐγὼ μόνος ἱστόρησα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ταῦτα· καὶ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου ἔλαβεν παρ' ἐμοῦ τὰ σχεδάρια ὁ Ἀλέξανδρος ὑπάρχων ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, καὶ ὥσπερ τὸν ἴδιον διδάσκαλον αὐτοῦ, οὕτως ἑώρα αὐτὰ καθ' ἑβδομάδα, ἀναγινώσκων διὰ τὸν πόθον ὃν εἶχεν πρὸς τὸν μακάριον Εὐσέβιον. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τοῦ μακαρίου Ἀλεξάνδρου ἔλαβον πάλιν τὰ σχεδάρια, καὶ μισθωσάμενός τινα καλλίγραφον ὀνόματι Μοσόβιον, ἐπηγόρευσα αὐτῷ μετὰ ἀκριβείας, καὶ ποιήσας βιβλίον ἐξεθέμην τοῖς πιστοῖς καὶ τοῖς ὀρθοδόξοις πρὸς ὠφέλειαν ψυχῶν τῶν μετανοῆσαι βουλομένων. Ὥσπερ γὰρ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, οὕτως καὶ βίβλος αὕτη φωτίζει ἁμαρτωλῶν ψυχὰς καὶ φωταγωγεῖ πρὸς σωτηρίαν· πάντες οὖν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ βίβλῳ ταύτῃ, δοξάσατε τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Tales beati Eusebii sermones, talia merita et certamina. Hæc omnia ab Alexandro rogatus edocuit; quod autem in Ecclesia professus est, jam in uno libro edidimus. Proprio etiam libro continentur quæ de monastica disciplina disseruit. Hæc ego Joannes notarius ejus ex ipsius beati Eusebii ore accurate accepi, nil addens neque tollens. Conscripsi librum soli Alexandro; et post mortem beati Eusebii, petiit a me codicem Alexander jam episcopatum gerens, ac velut doctorem suum pervolvebat eum quaque hebdomade, et perlegebat desiderio beati Eusebii. Defuncto autem Alexandro, codicem rursus recepi, et conduxi calligraphum quemdam nomine Mosobium, cui diligentius dictarem, composuique librum ad usum fidelium et orthodoxorum, omnibus animis profecturum quæcunque pœnitentiam agere voluerint. Quemadmodum sol videntibus affulget, ita illuminat hic liber animas peccatorum et prælucet eis ad salutem. Omnes igitur qui libro huic occursuri, celebrate Patrem et Filium et sanctum Spiritum in sæcula sæculorum. Amen.

(1) Ita cod. *viginti*, etsi superius dictum est *septem*. Utra lectio sit verior, nulla historia docet.

DE EUSEBII ALEXANDRINI SERMONIBUS MONITUM.

(Ang. Mai, *Biblioth. nova*, II, p. 499.)

Eusebii, qui passim in codicibus dicitur archiepiscopus Alexandrinus, sexdecim ego ante hoc tempus sermones edidi; unum quidem in *AA. class.* t. X, alios autem quindecim in *Spicilegio*

Rom. t. IX, in cujus voluminis præfatione de his aliisque aliquot ejusdem Eusebii sermonibus diligenter ut spero tractavi. Addidi etiam Joannis notarii ineditos æque de vita obituque Eusebii sermones seu libellos tres. Porro in sermonum Eusebii præfatione tom. cit. p. 10, dixi, duorum quidem *De eleemosyna* et *De astronomis* titulos scribi in codice Vaticano, sed tamen ipsos sermones ob membranarum defectum deesse; me tamen scire, priorem in codice Vindobonensi theol. 263, servari, alterum vero in Parisiensi 1098. Nunc ecce illustrium mihique benivolorum hominum liberalitate ac manu descriptos (1) ambos impetravi; cujus beneficii ut fructus exstet, commodum esse putavi, ut post Cyrilli Alex. scripta, Paralipomena hæc Eusebii subtexerem, qui item, ut dixi, archiepiscopus dicitur Alexandrinus; atque ita pii equidem et apprime orthodoxi, si minus elegantis, auctoris editionem absolverem. Quidquid enim alii judicabunt, me certe ingenuitas hujus hominis, Christiana ejus ac pastoralis simplicitas, nativumque dicendi genus valde delectant. Quanquam nec omnis ornatus abest, v. gr. ubi divitis epulonis apparatum describit. Cæteroquin Eusebii codices tam Romani quam exteri, et præsertim Vindobonensis, solœcismis scripturæque mendis scatent, quæ partim emaculanda fuerunt, partim retinenda, ne plus æquo textum subverteremus.

Sed enim quod attinet ad Eusebii nostri ætatem atque episcopatus sedem, necesse est controversiam rursus attingere; postquam scilicet ex Germania accepi Guilelmi Augusti perdocti viri nostriquè contemporanei librum, quo tres Eusebii de rebus inferis, circa Christi Domini obitum et descensum, sermones edidit, qui sunt item apud nos in Spicilegio. Porro quod hic amplissimus de eleemosyna sermo Eusebii, in Vindobonensi codice incolumis conservatus, notitiam Augusti effugerit (dissert. ejus, p. 63), mirari nolo. Etenim sæpe usuvenit (et mihi quoque interdum accidit) ut res nobis proximæ, nulla nostra culpa sed casu nos lateant, dum remotas felicius indagamus. Primus ergo apud Augustum sermo, p. 1-10, recurrit apud nos sub numero XIII. Est autem in hoc insignis editionum nostrarum varietas, quod Germanica p. 9, habet, tanquam clausulam sermonis hujus, tractum illum, Ὦ ποῖον κακόν ἐστιν ἡ παρακοή, etc., usque ad p. 10, quæ reapsa est clausula potius sermonis *De incarnatione* (p. 26-27), a nobis editi tom. cit., neque ullo modo ad prædictum editionis Germanicæ locum pertinere potest, a quo omnino dissentit. Secundus in editione Germanica sermo respondet nostro XIV, cum aliqua varietate. Tertius denique dictus in die Parasceves in ed. Germ. respondet nostro XV, cui titulus *De diabolo et orco* (ᾅδῃ); secundam dico sermonis Germanicam editionem; nam prior (ut editor appellat, quod contra fortasse est) magis a nostra differt. Sed illud majoris momenti est, quod ei priori editioni loco clausulæ attexitur pars alterius sermonis, dicti nempe postera die, seu Sabbato, prout promissum fuerat in fine sermonis de Parasceve, quem desinere in dictione ἐνταῦθα τὸν λόγον σφραγίσωμεν, nec cum sequentibus necti, exploratissimum est; id quod ne Germani quidem editoris perspicaciam fugit, p. 153. Bene igitur, evenit ut hæc saltem pars sermonis de Sabbato, qui sermo totus desideratur in codice Vat., ex Vindobonensi prodierit. His de utraque editione Germanica et Romana dictis, reliquum est ut de Eusebii persona et ætate disserendum breviter videatur.

Tribus a se editis auctoris hujus sermonibus præclaram vereque doctam subtexuit disputationem G. Augustus, cujus exquisitam eruditionem diligentiamque cum maxime probo, attamen de ætate Eusebii nostri et episcopatu Emeseno, quominus ei assentiar, rei contrariæ ut puto evidentia prohibeor. Sermonem horum parentem dicit Germanus editor indubitanter Eusebium illum, qui Emesæ Ecclesiam tenuit, multisque scriptis claruit, teste Hieronymo *De vir. ill.*, cap. 91, sub Constantio imp. Constantini Magni filio, et circa annum Christi 360 obiit. Atque ut titulum Alexandrini episcopi cum Emeseno conciliet, utitur laudatus editor egregia in speciem ratione, quod ille nempe Eusebius, teste Sozomeno, *Hist.* lib. III, 6, in synodo Antiochena quæ anno 341 celebrata fuit, ad capessendam Alexandrinam sedem exstimulatus fuerit, loco magni Athanasii depulsi: quam Eusebius dignitatem cum recusasset, ne Athanasio invitis Alexandrinis succederet, Emesenam Ecclesiam regendam suscepit. — Recte. Sed primum quæro, quoniam hic Eusebius reapse annis viginti, usque ad obitum, Emesenus fuit, non Alexandrinus episcopus, cur in Græcorum sermonum codicibus episcopus vel archiepiscopus Alexandrinus passim, nunquam vero Emesenus inscribitur Sed ecce præter hanc aliasque rationes, nunc demum ex Vindobonensi sermone *De eleemosyna* circa finem, peremptorium contra Emesenum Eusebium argumentum torquetur. Sermonis enim auctor Eusebius noster inter divites, quibus opes, nedum nocuerunt, verum etiam propter dandæ eleemosynæ copiam valde profuerunt, ponit matronam Melaniam, et quidem iis verbis quæ jam mortuam esse innuant. Sed sive de mortua loquatur sive de superstite, prorsus auctor se non esse Emesenum illum demonstrat. Namque Emesenus, ut vidimus, factus fuit episcopus anno 341;

(1) Vindobonensem habui ab excell. comite Dietrichtein Cæsareo bibliothecario, exscribente eruditio viro H. E. Poschl. Parisiensem misit vir clar. eques P. A. Drach, longa mihi amicitia conjunctus.

Hieronymus autem op. cit., cap. 91, hunc Emesenum sub Constantio mortuum diserte affirmat, hoc est ante annum certe 361, quo ipse Constantius obiit.

Jam ut ad Melaniam veniamus, duæ fuerunt hoc nomine, senior nempe ac junior, senioris neptis. De utraque agit Palladius in *Hist. Lausiaca*, opp. Meursii t. VIII, p. 117 et 120. Ambæ divites fuerunt, eleemosynarum largitionibus celebres. Senior dicitur a Palladio cœpisse vitam asceticam sub Valente imp., et annis adhuc 37 superfuisse. Junior coæva fuit SS. Hieronymo et Augustino. Quia ergo noster Eusebius meminit Melaniæ (etiamsi forte senioris), fieri nequit ut sit ipse Emesenus Eusebius, qui plus quadraginta annis ante ipsius Melaniæ mortem e vivis excesserat, siquidem hæc nonnisi initio quinti sæculi mortem cum vita commutavit, ut ex ante dictis colligitur. Imo Melania ne eleemosynis quidem clarescere cœpit, nisi Eusebio Emeseno jam mortuo, ut item ex dictis patet. Alia quoque accedunt, quanquam minime necessaria, argumenta. Nam de illo Emeseno Hieronymus in Chronico ad Christi annum 351, scribit: *Eusebius episcopus Emesenus Arianæ signifer factionis multa et varia conscribit.* Item apud alios veteres, Socratem, Sozomenum, et Photium, cod. 242, accusatur Emesenus de Sabellianismo, et de impiæ astrologiæ superstitione. Atqui noster Græcorum auctor Sermonum Eusebius, quos duodeviginti jam impressimus, ubique orthodoxus apprime est, et omni hæresi, nedum illis teterrimis, prorsus alienus. Ab astrologiæ autem crimine tantum abest Eusebius, ut nunc ejus sermonem nos divulgemus contra illam vanitatem ab eo scriptum, κατὰ ἀστρονόμων: præter quam quod sermone etiam VII a nobis item edito varia superstitionum genera magnopere insectatur. Denique Emeseni Vitam a Georgio Laodicensi scriptam fuisse testantur Socrates et Sozomenus; ut Alexandrini nostri Vitam, auctore Joanne notario, nos ipsi extulimus ex codice Vaticano. Sed jam plura dicere nihil interest: quippe Græcorum horum parens sermonum, non est Eusebius Emesenæ urbis episcopus; obstat enim, ut dixi, temporum ratio: quanquam nostrum et quinti sæculi hominem, et utrique fere Melaniæ interjectum judicamus, quoniam non duas sed unam nominat, id est ut reor seniorem. Cur vero tam constanter in codicibus dicatur archiepiscopus Alexandrinus, etsi in catalogis illius sedis non exstet, diu nos satisque in prædicto *Spicilegii* volumine disputavimus. Hoc unum tamen non incommode addemus, Hieronymum scilicet in Chronico ad Ch. an. 331, ponere Eusebium Pamphili inter eos qui aliquandiu Antiochenam Ecclesiam occupaverunt. Cur id, inquam? Nullam certe aliam ob causam quam quia ad eam sedem votis Antiochenorum fuit electus, seu expetitus, ut evidenter constat ex ipso Eusebio *Vit. Const.* lib. III, 60-62, et ex Socrate lib. I, 24. Et quidem de hac re copiose P. Boschius in patriarcharum Antioch. Catalogo, p. 42 seqq. Recusavit tamen eam dignitatem Eusebius Pamphili, ut Alexandrinam Emesenus. Ergone pari jure dicetur uterque, ille Antiochenus, hic Alexandrinus episcopus? Utinam hoc argumentum satis valeret, quo fieret ut Eusebii mei antiquitas augeretur! Quominus tamen in hanc sententiam pedibus eam, uncis me quodammodo Melania tenet, cum cæteris quæ re censui criticæ artis et historiæ indiciis.

EUSEBII ALEXANDRINI EPISCOPI

SERMONES.

(Ang. Mai, *Spicil. Rom.* IX, 1.)

A'.

Περὶ νηστείας.

Παραγενομένης τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος λέγει τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ τῷ ἐπισκόπῳ· Δεόμαί σου, Πάτερ τίμιε, δίδαξόν με πῶς ὀφείλει ἄνθρωπος νηστεύειν ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τῶν νηστειῶν; πῶς δὲ καὶ μετὰ τὰς ἡμέρας ταύτας, τετράδα καὶ παρασκευὴν δεῖ νηστεύειν; Τότε ὁ ἅγιος ἤρξατο λέγειν· Πρὸ πάντων ταύτας τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ὀφείλουσιν οἱ πάντες ἴσως αὐτῶν ἔχειν τὴν νηστείαν, παρεκτὸς τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς Κυριακῆς· πολλάκις

A

I.

Sermo de jejunio.

Instante sacra jejuniorum quadragesima, accedens Alexander ad beatum Eusebium episcopum ita ait: rogo te, reverende Pater, ut me doceas quanam oporteat ratione his diebus jejunium peragere? atque insuper his transactis, quarta sextaque feria. Tunc vir sanctus ita dicere orsus est: In primis cunctos homines oportet his diebus æque suum servare jejunium, excepto Sabbato et die Dominica. Sæpe tamen, si quis forte infirmitate laborat, indulgendum est. Alioqui Christianus quis-

que per quadragesimæ dies jejunii lege tenetur; nec laici minus quam monachi jejunio obligantur. Cæterum Sabbato, et die Dominica nemo jejunet, ne in vituperationem incurrat. Quod si quis ægrotat, atque, ut dixi, propter suam corporis imbecillitatem vino oleoque utitur, ut ait Apostolus, peccato caret.

Porro is qui jejunat, indigenti largiri debet: etenim si jejunet quidem, cibum vero suum esurienti non tribuat, inane facit jejunium suum. Infructuosum est jejunium, quod nemini quidquam erogat. Nam si forte quis hodie et cras, imo vero et integra fortasse hebdomada, cibo abstineat, cibum tamen a se consumendum egenti non conferat, hic quidem reapse non jejunavit, sed rem propriam jejunando conservavit. Quid enim prodest, si postquam hodie jejunaveris, cras ventrem impleas, et non potius esurienti largiaris, ut et ipse his quæ a te per hebdomadam devoranda fuerant, famem suam sedet? Novi multos in sacco et cinere lacrymisque jejunantes, qui ne obolum quidem famelico porrigebant, ideoque jejunii nullum præmium promeruerunt. Jejunium hujusmodi Deus aversatur. Audi quid apud Isaiam prophetam dicat: *Ne cervicem tuam humilies, neque in sacco et cinere cubes: non est hoc jejunii nomine dignum. Tribue famelico panem tuum. Manumitte afflictos. Solve fraudes violentorum contractuum, frange esurientibus panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam, quamlibet syngraphan injustorum piaculorum projice. Tunc vero florescet mane lumen tuum, et sanitates tuæ cito orientur* [1].

Tale quippe jejunium Deus amat; nam cilicium et cinis nullam afferunt pauperi utilitatem. Quid prodest, te cilicio indutum jacere in cinere, atque interim pauperem esurire? Idcirco tibi jejunium imperatum est, ut, dum tu esuris, pauperes saturentur, benedicantque cessantem paucis diebus ciborum in ventrem tuum projectionem, dum pauperum penui reservas parum quid vini et caruncularum, ut cum ex hac vita migraveris, eadem reperias. Nam si in pauperum ventre collocaveris, illa utique die reperies: quæ si hic apud te reponas, ipsa quidem peribunt, tu vero illuc profectus ea frustra requires. Duo præstat jejunium beneficia; etenim primo corporum elationem comprimit; deinde devinctis quoque conjugio hominibus idcirco jejunii lex posita est, ut panem suum vinumque pauperibus impertiantur. Quid juvat te flere et orare? Si pauperis interim lacrymis non commoveris, quomodo tui Deus miserebitur? Tunc enimvero magnum quid est jejunium, cum tu jejunas, et cibariis tuis pauper perfruitur.

Videris quanta per jejunium bona lucramur,

[1] Isa. LVIII, 6-8.

A δὲ ἐάν τις ἀσθενὴς ὑπάρχει, συγχώρησιν ὀφείλει ἔχειν· ἕκαστος γὰρ Χριστιανὸς ὑπόκειται νηστεύειν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς τεσσαρακοστῆς· ὀφείλουσιν δὲ νηστεύειν ὡς ταγμάτων μοναχῶν, οὕτως καὶ τῶν λαϊκῶν. Σαββάτῳ δὲ καὶ Κυριακῇ μηδεὶς νηστευέτω, ἵνα μὴ μῶμος αὐτῷ λογισθῇ. Εἰ δέ τις ἀσθενεῖ, καὶ ὡς προεῖπον, κατὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος, μεταλαμβάνει οἴνου καὶ ἐλαίου, καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία.

Νηστεύων δὲ ὀφείλει μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι· ὁ γὰρ νηστεύων καὶ μὴ μεταδιδοὺς πεινῶντι τὸν ἄρτον αὐτοῦ, ματαιοῖ τὴν νηστείαν αὐτοῦ. Ἄκαρπός ἐστιν, ἀμετάδοτος ἡ νηστεία· ἐὰν γὰρ εἷς νηστεύῃ σήμερον καὶ αὔριον, ἢ τυχὸν καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα, καὶ τὸ ὀφειλούμενον βρωθῆναι παρ' αὐτοῦ μὴ μεταB δώσει τῷ χρείαν ἔχοντι, ὅτι οὗτος οὐκ ἐνήστευσεν, ἀλλὰ ἀποτήρησιν τῶν νηστειῶν αὐτοῦ ἐποιήσατο. Τί γὰρ ὄφελος ὅτι σήμερον ἐπείνασας καὶ αὔριον πληρεῖς τὴν κοιλίαν σου, καὶ τῷ πεινῶντι οὐκ ἔδωκας, ἵνα κἀκεῖνος τῶν ὀφειλομένων βρωθῆναι παρὰ σοῦ ἐν τῇ ἑβδομάδι καταπαύσῃ τὴν πεῖναν; Οἶδα πολλοὺς νηστεύοντας μετὰ σάκκου καὶ σποδοῦ καὶ δακρύων, καὶ τῷ πεινῶντι μὴ μεταδιδόντας ἕνα ὀβολόν· καὶ ἄμισθον ἐποίησαν τὴν νηστείαν αὐτῶν. Οὐ θέλει ὁ Θεὸς τοιαύτην νηστείαν. Ἄκουσον τί λέγει ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· *Οὐδ' ἂν κάμψῃς τὸν τράχηλόν σου, καὶ σάκκῳ καὶ σποδῷ ὑποστρώσῃ· οὐχ αὕτη κληθήσεται νηστεία. Ἀλλὰ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου. Ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέC σει. Διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων· διάθρυπτε ἄρτον σου πεινῶσι, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους ἄγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἀδίκων μισμάτων ἀποβαλοῦ. Καὶ τότε ἀνθήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατέλλει.*

Τοιαύτην νηστείαν ἀγαπᾷ ὁ Θεός· τὰ γὰρ τρίχινα καὶ σποδὸς τὸν πένητα οὐδὲν ὠφελοῦσιν. Τί γὰρ ὄφελος ὅτι εἰ κοιμήσῃ ἐπὶ σποδοῦ περιβεβλημένος τρίχινα, καὶ ὁ πένης πεινᾷ; Διὰ τοῦτο προσετάγης νηστεύειν, ἵνα ὅτε σὺ πεινᾷς, οἱ πένητες χορτασθήσονται, καὶ εὐλογήσωσιν καταπαύσουσαν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις τὴν καταβολὴν τῶν βρωμάτων τῆς κοιλίας σου· καὶ καταβάλῃς εἰς τὴν ἀποθήκην τῶν πενήτων ὀλίγον οἶνον καὶ κρέας, ἵνα ὅταν ἐξέλθῃς D τοῦ βίου εὕρῃς ταῦτα. Ἐὰν εἰς τὴν κοιλίαν τῶν πενήτων βάλῃς, εὑρήσεις ταῦτα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· ἐὰν δὲ ἀποθῇς αὐτὰ ἐνταῦθα παρ' ἑαυτῷ, ἐκεῖνα μὲν ἀπόλλυνται, σὺ δὲ ἀπέρχῃ ἐκεῖ, καὶ ζητεῖς αὐτὰ, καὶ οὐχ εὑρήσεις. Δύο εὐεργεσίας κέκτηται ἡ νηστεία, ἵνα δι' αὐτῆς ταπείνωσιν κτήσωνται σώματος· τοῖς δὲ γεγαμηκόσιν νηστεία ἐπετέθη ἵνα μετάδοσιν ποιήσωνται τοῖς πτωχοῖς ἄρτου καὶ οἴνου· Τί ὠφελεῖς κλαίων καὶ εὐχόμενος; Εἰ τὰ δάκρυα τοῦ πένητος λοιπὸν οὐκ ἐλέησας, πῶς ὁ Θεὸς ἐλεεῖ; Μεγάλη ἐστὶν ἡ νηστεία, ὅταν σὺ νηστεύεις, καὶ ὁ πένης ἀπολαύει τῶν σῶν.

Βλέπε πόσα καλὰ διὰ τῆς νηστείας κερδαίνομεν,

νοῦν ἀτάραχον, λογισμὸν γαληνοῦντα, καρδίαν πρα- A mentem quietam, serenum intellectum, cor mite,
εῖαν, κεφαλὴν ἀνάλγητον, πόδας ὀρθούς. Ταῦτα caput doloris expers, pedes haud vacillantes. Hæc
πάντα ὅταν νηστεύεις γαληνοῦσιν. Παῦσον ἐν ὀλίγαις omnia dum jejunas tranquilla sunt. Cessa itaque
ἡμέραις τὴν ἀπληστείαν τῆς κοιλίας σου· μὴ ὡς ἐπὶ paucis diebus ab ingluvie, nec malum quid jejunium
κακοῦ προσέχῃς τὴν νηστείαν. Μνήσθητι ποταπὸς existimes. Memento qua conditione ante jejunium
ὑπῆρχες πρὸ τῆς νηστείας. Τί θλίβῃ ὅταν νηστεύεις; fueris. Cur jejunium moleste fers? An quia caput
Ὅτι ἡ κεφαλή σου οὐ βαρεῖται, καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου tuum gravedine non laborat? quod oculi tui non
οὐκ εἰσὶν τεθολωμένοι καὶ αἱματώδεις, ὅτι ἡ γλῶσ- obscurantur, nec sanguine sunt suffusi? quod lin-
σά σου οὐ ψελλίζει, ὅτι οἱ πόδες σου ὀρθοὶ περι- gua non titubat? quod pedes recte ambulant? quod
πατοῦσιν, ὅτι οὐ περικρούεις εἰς τοὺς τοίχους, ὅτι in parietes non impingis? quod ædes tuas haud
τὸν οἶκόν σου οὐχ ὁρᾷς πυρίζοντα; Διὰ τοῦτο λυπή- igne veluti correptas cernis? Hæccine tibi mœro-
σῃ; Μέγα κτῆμα ἡ νηστεία. Πολλοὶ διὰ νηστείας rem creant? Grande lucrum est jejunium. Multi
ὑπερέβησαν τὰ οὐράνια, καὶ μετὰ ἀγγέλων ἔσχον supra cœlos per jejunium elevati sunt, et angelo-
τὴν ἅμιλλαν. Μάλιστα ὁ μέγας Δανιὴλ διὰ τῆς νηστεί- rum æmuli facti. Daniel in primis jejunio ferita-
ας τὴν τῶν λεόντων ἀγριότητα εἰς τὴν τῶν προβά- tem leonum in ovium mansuetudinem vertit. Cum
των ἡμερότητα μετήνεγκεν. Νηστεύσας γὰρ ἐν ἑπτὰ B enim septem diebus jejunasset, leones maximos
ἡμέραις τοὺς ὑπερμεγέθεις λέοντας ὡς περιστερὰς columbarum instar coram se effectos cognovit, ta-
κατενόει, καὶ τὸ τηλικοῦτο θράσος τῶν θηρίων ὡς αὔ- lemque ac tantam ferarum sævitiam ad zephyri le-
ραν λεπτὴν ἐώρα. Καὶ βλέπε τῶν νηστευόντων τὴν nitatem conversam sensit. Porro animadverte
ἀρετὴν, ὅτι τοὺς λέοντας ὑπὲρ αὐτοῦ νηστεύειν ἐποίη- quanta sit jejunantium virtus, quandoquidem Da-
σεν. Εἰς ἄριστον γὰρ τῶν θηρίων ἐβλήθη ὁ δίκαιος niel leones pro se jejunare fecit. Cum enim justus
εἰς τὸν λάκκον· καὶ αὐτὸς ἡρίστα ἐλθόντος τοῦ Ἀβ- hic in foveam, ut esca fieret leonum, projectus
βακοὺμ, καὶ ἐπικομίσαντος αὐτῷ τὸν ἄριστον, κἀκεῖ- fuisset, ipse quidem superveniente Abacuc pran-
νοι μετὰ πολλῆς φιλοσοφίας ἐκαθέζοντο. diumque ei ferente epulatus est, illi autem multa
cum abstinentia circumsedebant.

Ὢ νηστείας ὑπερβολή! τοὺς λέοντας ἐφίμωσεν, καὶ O jejunii præstantia! quod leonum ora conclusit,
τὸν δράκοντα διέῤῥηξεν, καὶ τὸν Βὴλ κατέτριψεν, draconem medium discerpsit, Bel idolum subver-
καὶ τὴν Σωσάνναν διέσωσεν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους tit, Susannam servavit incolumem, seniores coar-
ἤλεγξεν, καὶ τὸν προφήτην εἰς οὐρανοὺς ἐκόμισεν. guit, prophetam in cœlum extulit. Tres item pueri
Νηστεύσαντες οἱ τρεῖς παῖδες καὶ ὠσαύτως μόνοι C dum jejunium servant, formosiores visi sunt præ
φαιδρότεροι ἀνεφάνησαν ὑπὲρ τοὺς ἐσθίοντας ἄρτον illis qui pane vinoque et carnibus vescebantur:
καὶ οἶνον καὶ κρέα, καὶ τὴν κάμινον τὴν εἰς νάφθα iidem fornacem naphtha succensam, quæ flammam
ἐκκαυθεῖσαν, καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις ad quadraginta novem cubitos extollebat, luti in-
ὑψωθεῖσαν ὡς πηλὸν κατεπάτησαν, καὶ τὴν φλόγα star perambulaverunt, ardorem perinde ac matu-
ὡς δρόσον πρωϊνὴν ἐλογίσαντο, καὶ τὴν ἀνθρακίαν tinum rorem habuerunt, carbones ceu rosam hor-
ὡς ῥοδοπαράδεισον κατενόουν τες, ἀναυάγητοι δι- tensem existimarunt, incolumes perstiterunt, an-
έμειναν, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγγέλων μέσον αὐτῶν gelos Dei ad agitandas apud se choreas deduxe-
χορείας ἐπεσπάσαντο, τὰς τοῦ βασιλέως ἀπειλὰς runt, regis minas tanquam aranearum telam dis-
ὡς ἀράχνην διέλυσαν, καὶ τὴν ἀπάτησιν εἰς συνομο- solverunt, illos denique qui errore tenebantur, ad
λογίαν προετρέψαντο. Ὢ νηστείας μέγεθος! πῶς veræ fidei confessionem traxerunt. O magna vis
τοὺς νηστεύοντας διασώζει ἐκ θανάτου πονηροῦ, καὶ jejunii! En quomodo sui observatores de mala
πυρὸς καὶ ζήλου καὶ φθόνου! Ὢ νηστείας μέγεθος! morte liberat, de igne, de æmulatione, atque li-
τὸν βασιλέα Ναβουχοδονόσορ κατέστησεν, καὶ τὴν vore! O magna vis jejunii! quod Nabuchodonosor
φλόγα ἐμάρανεν, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας διέσωσεν. cohibuit, flammam infirmavit, et tres pueros ser-
Διὰ νηστείας Μωσῆς ὁ μέγας ἐν προφήταις τὸν νό- D vavit illæsos. Per jejunium Moyses prophetarum
μον ἐδέξατο, ὃς νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα maximus legem accepit, qui cum quadraginta die-
τὴν ὀργὴν τὴν κατὰ λαοῦ κατέπαυσεν. Νηστεύσαντες bus jejunasset, iram populo impendentem sedavit.
οἱ Νινευῖται ἐν ἡμέραις τρισὶν τὴν πολυπλήθη δι- Triduano jejunio Ninivitæ populosissimam urbem
έσωσαν πόλιν. Τοιαύτη ἐστὶν ἡ νηστεία ὡς καὶ δι' suam conservarunt. Tantum est jejunii decus, ut
ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας νηστεύσας κατεδέξατο. Νηστεία is etiam qui pro nobis incarnatus est, experiri illud
ἀγγέλων ἐστὶν μίμημα, νηστεία ἀπὸ πολλῶν γέγονε voluerit. Jejunium imitatio est angelorum, jejunium
σωτηρία. Ὢ νηστείας δύναμις! τοὺς ἀνθρώπους adversus multa malorum genera tutela est. O jeju-
εἰς οὐρανοὺς ἐνεκόμισεν, καὶ μετὰ ἀγγέλων πολιτεύ- nii virtus! quod homines in cœlum sustulit, cum
εσθαι παρεσκεύασεν, καὶ μετὰ μαρτύρων τὴν ἀνά- angelis habitare concessit, et cum martyribus re-
παυσιν ἐδωρήσατο. quiescere fecit.

Ἀλλ' ὁ νηστεύων ὀφείλει πάντων ἐγκρατεύεσθαι· Verumtamen qui jejunat, is omnigenam tempe-
πρὸ πάντων ὀφείλει τὴν τῆς γλώσσης φιλοσοφίαν rantiam debet observare, atque in primis linguam
κτήσασθαι. Οὐ γὰρ μόνον ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων cohibere. Neque enim sola ciborum abstinentia
νηστεία λέγεται, ἀλλ' ὀφείλεις νηστεύων ἀποθέσθαι jejunium dicitur: verum tu qui jejunas, seponere

debes vindictæ studium, iræ impetum, odium, invidiam, rixas, contentiones, mendacium, æmulationem, maledictum. Quippe jejunium haud sola ab esu potuque continentia definitur, sed abs quolibet maleficio abstinentia. Sunt enim qui jejunant quidem, sed lingua proximos feriunt, dum aliena peccata enarrant. *Sedens contra fratrem tuum obloqueris. Cur ponis scandalum adversus filium matris tuæ*[1]? Sane magis expedit carnem edere, vinumque potare, quam carnes hominum cruenta mandere lingua.

Nihil lingua vehementius est. Lingua nos omni genere peccati irretit. Idcirco aiebat Salomon : *Lingua hominis improba, ruina ipsius est* [3]. Rursusque sanctus David : *Lingua tua velut novacula acuta* [4]. Et denuo : *Quid tibi detur, quidve tibi superaddatur ad linguam dolosam* [5]? Item : *Os tuum multiplicavit injustitiam, et lingua tua fraudem contexuit* [6] Item : *Locutus est adversus me lingua dolosa* [7]. Item : *Acuerunt linguam suam tanquam serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum* [8]. Dicitur sane serpens vehementem habere linguæ aculeum, haud tamen mala lingua diriorem. Scorpionis quidem morsui medela fit, sed malus sermo de garrulo ore prolatus ægre corrigitur. Ignis ardorem aqua exstinguit, sed effrenem linguam nemo potest cohibere. Fera silvestris facile cicuratur, lingua improba nunquam emendatur. Nihil est in orbe mala lingua deterius. Lingua improba civitates atque familias inter se bello jurgiove committit, liberos in parentes concitat, parentes in liberos, fratres adversus germanos suos. Nihil demum mali est quod improba lingua non pariat.

τέκνα παροξύνει κατὰ γονέων, γονεῖς ἐγείρει κατὰ τέκνων, ἀδελφοὺς κατὰ ἀδελφῶν. Πάντα τὰ κακὰ διὰ τῆς γλώσσης τῆς φλυάρου γίνονται.

Qui ergo jejunat, linguam in primis cohibere debet a nugacitate, dolo, maledicto, scurrilitate, atque convicio. Præstat enim omnino jejunium omittere. Certe is sibimet fucum facit. Nam si quis edat bibatque, nemini injurius est : etenim quæ in os immittuntur, eadem in secessum abeunt ; sed quæ ex ore procedunt, ea proximum vulnerant. Idcirco et Dominus turbis aiebat : *Nequaquam ea quæ in os intrant coinquinant hominem, sed ea potius quæ inde procedunt* [9]. Vis bene jejunare? Doce jejunium linguam tuam, et oculos, et manus, et pedes. Jamque tibi tradam quomodo debeas oculos edocere : averte oculos tuos ab aliena muliere ; *Nam qui mulierem concupiscente animo aspexerit, jam mœchatus est illam in corde suo.* Rem alienam ne concupiscas. Quod si aliquid habere cupis, incumbe ad operam, et labore proprio rem acquire, non illam proximi tui rapias, neque invideas. Sic videlicet jejunant oculi. Doce quoque manus tuas jejunare, proximum,

A τὴν μνησικακίαν, καὶ τὴν ὀξυχολίαν, τὴν ὀργὴν, τὸν φθόνον, τὴν ἔριν, τὴν μάχην, τὸ ψεῦδος, τὸν ζῆλον, τὴν καταλαλιάν. Οὐ γὰρ μόνον τὸ μὴ φαγεῖν καὶ πιεῖν νηστεία λέγεται, ἀλλ' ἡ ἀπὸ πάντων κακῶν ἀποχή. Ἐπεὶ νηστεύει ὁ μὲν, καταπλήττει δὲ γλώσσῃ τὸν πλησίον, ἀπαραριθμεῖ τὰ ἀλλότρια κακά· *Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου καταλαλεῖς. Τί θήσεις σκάνδαλον κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου;* Συμφέρει σοι μᾶλλον φαγεῖν κρέας καὶ πίνειν οἶνον, καὶ μὴ σάρκα ἀνθρώπων καταμασσᾶσθαι τῇ γλώσσῃ.

Οὐδὲν γλώσσης δεινότερον· διὰ τῆς γλώσσης ἡμῖν κατασκευάζεται πᾶσα ἁμαρτία. Διὸ καὶ Σολομὼν ἔλεγεν· *Γλῶσσα* (1) *ἀνθρώπου κακὴ, πτῶσις αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν ὁ ἅγιος Δαβίδ· *Ἡ γλῶσσά σου* B *ὡσεὶ ξυρὸς ἠκονημένη.* Καὶ πάλιν· *Τί δοθείη σοι καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν;* Καὶ πάλιν· *Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασεν ἀδικίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητα.* Καὶ πάλιν· *Ἐλάλησεν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ.* Καὶ πάλιν· *Ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν.* Λέγεται ὁ ὄφις δεινὸν ἔχειν τὸ κέντρον τῆς γλώσσης, ἀλλ' οὐκέτι δεινότερον γλώσσης κακῆς. Σκορπίου δῆγμα θεραπεύεται, λόγος δὲ κακὸς ἐξερχόμενος ἐκ στόματος φλυάρου βιαίως θεραπεύεται. Πυρὸς φλόγα ἀποσβέννυσιν ὕδωρ, γλῶσσαν δὲ κακὴν οὐδεὶς δύναται παῦσαι. Ἵππον σκληροτράχηλον κατέχει χαλινὸς, γλῶσσαν δὲ φλύαρον οὐδεὶς δύναται κατέχειν. Θηρίον ἄγριον εὐκοπώτερον ἡμεροῦται, γλῶσσα δὲ κακὴ C οὐδέποτε ἡμεροῦται. Οὐκ ἔστιν ἐν κόσμῳ γλώσσης κακῆς δεινότερον· γλῶσσα κακὴ συνάπτει πόλιν [Damasc. πόσιν] πρὸς πόλιν, οἰκίαν πρὸς οἰκίαν,

Ὁ οὖν νηστεύων ὀφείλει κατασχεῖν πρὸ πάντων τὴν γλῶσσαν ἀπὸ φλυαρίας καὶ δόλου καὶ καταλαλιᾶς καὶ γέλωτος καὶ σκώμματος. Ἐπεὶ μᾶλλον συμφέρει μὴ νηστεύειν. Καὶ ἑαυτὸν ἐχλεύαζεν· ἐὰν γὰρ φάγῃ καὶ πίῃ τις, οὐδὲν ἠδίκησεν· τὰ γὰρ βαλλόμενα εἰς τὸ στόμα, εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται· τὰ δὲ εἰσπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐπλήξαντο πλησίον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἔλεγεν τοῖς ὄχλοις· *Οὐ τὰ εἰσπορευόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ* D *τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα.* Θέλεις νηστεῦσαι καλῶς ; (1') Δίδαξον νηστεύειν τὴν γλῶσσαν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Καὶ εἰπόν σοι πῶς ὀφείλεις (ὀφθαλμοὺς) διδάσκειν· ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας· *Ὃς γὰρ ἐὰν ἐπιβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Μὴ ἐπιθύμει τὰ ἀλλότρια. Εἰ δὲ ἐπιθυμεῖς, ἐργάζου, καὶ ἐκ τῶν σῶν κόπων κτῆσαι, καὶ τὰ τοῦ πλησίον μὴ ἁρπάσῃς, μὴ ἐφθονήσῃς· οὕτως νηστεύου-

[1] Psal. xlix, 20. [3] Eccli. v, 15. [4] Psal. li, 4. [5] Psal. cxx, 3. [6] Psal. lix, 19. [7] Psal. cviii, 3. [8] Psal. cxxxix, 4. [9] Matth. xv, 11.

(1) Ab hoc vocabulo usque ad illa πάντα τὰ κακὰ διὰ τῆς γλώσσης recitat locum sub nomine nostri Eusebii S. Joannes Damascenus in Parallelis ed. Lequinii t. II, p. 422, sed cum varietate multa.

(1') Cf. Chrysost. ad Antiochenos homil. III, tom. II, col. 53.

σιν οἱ ὀφθαλμοί. Δίδαξον δὲ καὶ τὰς χεῖρας νηστεύειν· καὶ λέγω, τὸν πλησίον μὴ πλήξῃς, τὰ ἀλλότρια μὴ κλέψῃς, εἰς μάχην τὴν χεῖρά σου μὴ ἐκτείνῃς, ἐργάζου ταῖς χερσὶν ἵνα καὶ μεταδιδῷς τῷ χρείαν ἔχοντι. Δίδαξον καὶ τοὺς πόδας νηστεύειν· εἰς θέατρον μὴ τρέχε, εἰς πορνείαν μὴ ἀπέρχου, εἰς μάχην μὴ εὐδρομήσῃς· ἐὰν οὕτως νηστεύῃς, οὐκ ἐρεῖ σοι ὁ Θεὸς ὡς τοῖς Ἰουδαίοις ποτέ· Τί σοι ὄφελος νηστεύσασθαι; Δίδαξον καὶ ὅλον τὸ σῶμά σου, καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ πνεῦμα, ἵνα οἱ τρεῖς ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὦσιν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου· ἐκεῖ γὰρ ἔσται καὶ ὁ Κύριος ἐν μέσῳ αὐτῶν· καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι *Ὅπου εἰσὶν δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Τούτου χάριν εἶπεν *ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ* εἶναι. Ὅθεν καὶ ὁ εὐλογημένος Παῦλος λέγων ηὔχετο ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ πνεῦμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθῆναι. Ἐὰν οὕτως νηστεύσῃς ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ πνεύματι, ἔλπιζε σωθῆναι, καὶ προσδόκα τὴν σωτηρίαν.

Πολλοί εἰσιν οἱ νηστεύοντες μετὰ σάκκου καὶ σποδοῦ καὶ δακρύων, καὶ γίνονται σκυθρωποὶ κατὰ τὸ βλέμμα, καὶ βδελύσσονται γυναῖκας, ψέγουσιν σχήματα ἀνθρώπων ἐν ἱλαρότητι διαγόντων, περιβλέπονται τῇδε κἀκεῖσε ὅπως φανερώσονται ὅτι νηστεύουσιν, καὶ θέλουσιν προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων ὡς εὐλαβεῖς· καὶ τοιαύτην νηστείαν οὐ φιλεῖ ὁ Θεός. Ἀλλ' ἄκουε ποταπὴν νηστείαν ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς καθὼς φησιν αὐτός· *Ἄλειψόν σου τὴν κεφαλὴν, καὶ νίψαι σου τὴν ὄψιν, καὶ μὴ φαρῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ Πατρί σου τῷ ἐν οὐρανοῖς·* τοιαύτῃ νηστείᾳ τέρπεται ὁ Θεός. Ἡ γὰρ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν γινομένη νηστεία μισθὸν οὐκ ἔχει. Μηδὲ πάλιν νηστεύων ψέξῃς τὸν μὴ νηστεύοντα, καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω.* Αὕτη ἡ νηστεία ἀληθὴς, καὶ ἀπρόσκοπος καὶ ἀσκανδάλιστός ἐστιν. Πολλοί εἰσιν βδελυσσομένοι τὸν οἶνον καὶ τὸ κρέας, καὶ ὡς ἀπὸ κακοῦ ἀπέχονται ἀπ' αὐτῶν. Μὴ νήστευε Ἰουδαϊκῶς· ἐπεὶ κἂν μὲν Ἰουδαῖοι ἀπέχονται κρέατος, ἀλλὰ μισθὸν οὐκ ἔχουσιν, ἐπειδὴ ὡς βδελυσσόμενοι ἀπέχονται· οὐδὲν κακὸν ἐποίησεν ὁ Θεός. Ἄκουε τοῦ Μωσέως λέγοντος· *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλὰ πάντα ἐποίησεν ὁ Θεός.* Ἀλλ' οὐαὶ τοῖς καὶ ὡς τὰ καλὰ κεχρημένοις! Μὴ ψέξῃς τὸν οἶνον, ἀλλὰ τοὺς παρὰ τὸ μέτρον πίνοντας τὸν οἶνον. Βαθεῖα ἡ θάλασσα, ἀλλὰ κολυμβητὴς τοσοῦτον κατέρχεται ὅσον καὶ ἀνελθεῖν δύναται· ἐπεὶ ἂν ἄμετρον κατέλθῃ, καὶ μὴ δυνάμενος διανύσασθαι, ναυαγήσῃ, οὐχὶ θάλασσα αἰτιᾶται, ἀλλ' ἡ τοῦ κολυμβητοῦ ἄπληστος γνώμη. Οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου· οὐχὶ ὁ οἶνος αἴτιος, ὁ κτισθεὶς ἐπὶ εὐφροσύνην καὶ θεράπειαν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ὁ παρὰ τὸ μέτρον χρώμενος τὸν οἶνον.

Ὅταν δὲ προβαλῇς νηστεύειν, μὴ θήσῃς νόμον ὥστε ἄλυτον ἔχειν τὴν νηστείαν, ἀλλὰ τὴν μὲν τεσ-

A inquam, tuum ne verberes, ne rem alienam fureris, ne ad rixam manum tuam extendas, manibus tuis operare ut iis quoque qui egent succurras. Pedes item jejunare doce, nempe in theatrum ne curras, ad fornicandum ne abeas, ad rixam ne facile descendas. Si hoc pacto jejunaveris, haud tibi dicet Deus prout olim Judæis: Quæ utilitas jejunii tui? Doce corpus universum jejunare, nec non animam spiritumque, ut sint tres in unum congregati in nomine Domini. Ibi quippe Dominus erit, scilicet in medio ipsorum, sicuti prædixit idem Dominus, quod nempe, *Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum* [10]. Hujus rei gratia dixit, *in nomine meo.* Quamobrem benedictus quoque Paulus diserte orabat [11], ut integrum corpus et anima et B spiritus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servaretur. Igitur si hac ratione toto corpore, anima, spirituque jejunaveris, servari te spera, salutem exspecta.

Multi sunt qui in sacco et cinere lacrymisque jejunant, truces oculos gerunt, mulieres aversantur, ornatum hominum hilariter viventium vituperant; attamen ipsi hac illac circumspiciunt ut appareant hominibus jejunantes, atque ab omnibus ceu pios coli se volunt. Ne hoc quidem jejunium Deo jucundum est. Porro intellige quale Deus amet jejunium, prout ipsemet ait: *Unge caput tuum, tuamque faciem lava; neque videaris hominibus jejunans,* C *sed Patri tuo qui in cœlis est* [12]. Hoc Deus delectatur jejunio. Nam quod ob placendum hominibus fit jejunium, id omni carebit remuneratione. Neque tu rursus jejunans non jejunantem vituperes, ut ait Apostolus: *Qui non comedit, comedentem non judicet* [13]. Hoc demum verum est, et inculpatum, et sine scandalo ullo jejunium. Multi vinum detestantur, et a carnibus tanquam mala re abstinent. Tu vero ne Judaico more jejunes: nam Judæi quidem etsi carne abstinent, nihilo tamen minus præmio carent, hoc ipso nomine quod detestantes abstinent; nihil enim malum fecit Deus. Audi Moysen dicentem: *Et vidit Deus quod cuncta bona ipsemet fecisset* [14]. Verumtamen væ illis, qui et re bona abutuntur! Ne vinum reprehendas, sed potius D illos qui præter justum modum ipso utuntur. Profundum mare est, sed urinator eatenus id penetrat quatenus postea reverti queat: nam si tantum spatii decurrat, ut inde regredi nequeat, naufragiumque patiatur, ejus quidem rei haud mare in causa est, sed urinatoris voluntas intemperans. Sic in vino usuvenit: vinum quippe culpam non sustinet, quod ad hominum lætitiam medelamque creatum fuit, sed is potius qui sine mensura abutitur vino.

Cum igitur jejunium susceperis, ne tali te lege astringas, ut inviolabile jejunium putes: sed qua-

[10] Matth. xviii, 20. [11] I Thess. v, 23. [12] Matth. vi, [13] Rom. xiv, 3. [14] Gen. i, 31.

dragesimale quidem ita custodi, ut ne adveniente quidem amico illud polluas. Alia ratio est quartæ sextæque feriæ, quas amici gratia negligere licet. Demum Sabbato ac die Dominica nemo jejunet, neque diebus pentecostalibus, neque in triumphalium martyrum commemorationibus. Fac autem jejunes, ut inquit Dominus, cum hilaritate et gaudio, sincera erga omnes charitate servata. Cum vero hæc omnia perfeceris, et præclaram virtutem adeptus fueris atque justitiam, cave tuis recte factis superbias, neque te magnum quid existimes, neque dicere incipias : Equidem hoc et illo homine melior sum. Si ita loquaris, mercedem amittes laboris jejunii tui. Sic enim ille quoque Pharisæus aiebat: *Gratias tibi ago, Deus, quia non sum sicut reliquus mundus, nec veluti publicanus hic. Ego in hebdomada bis jejuno, atque omnium bonorum meorum decimas do* [15]. Atqui hic de templo descendit fructu vacuus, peccato plenus. Cur hoc, inquam? Quia superbe de suis recte factis gloriatus est. Locuples accessit, egens discessit, dum diceret : Non sum sicut reliquus mundus. O stultitia hominis et audacia! Cum ad orandum venisset, mundum accusavit, quem idcirco contra se commovit. Cur mundum, Pharisæe, accusas? Num tu plane justus es, et universo mundo melior? Habet Deus quem præferat. Num tibi par toto in mundo nemo invenietur? *Non sum*, inquit, *sicut reliquus mundus*. Una hora universum mundum, ex sua quidem sententia, damnavit. *Non sum* inquit, *sicut reliquus mundus, nec veluti publicanus hic*. Neque interim cogitavit, publicanum fuisse justiorem.

Igitur tu quoque cave ne de tua recta agendi ratione, ut Pharisæus ille, te jactes; sed cum omnimodam justitiam acquisiveris, tunc pro minimo temet gere, dicente Domino : *Cum omnia feceritis quæ mandata sunt vobis, tunc dicite, Servi inutiles sumus* [16]. Hospitalem te præbe, panis tui partem pauperibus tribue, de recte factis ne glorieris, ab Ecclesiæ consortio ne discedas, sanctorum memorias ne deseras, humanam gloriam ne appetas, in Deum ne blasphemes, superbe ne loquaris, ægrotantem invise, peregrinos domi excipe, cum amicis ne dolose agas, a veritate nunquam discedas, ut in cunctis perfectus inveniaris, sicut cæteri sancti omnes, in regno cœlorum cum Christo Domino nostro, cui honor per sæcula sæculorum. Amen.

II.

Sermo de charitate.

Dixit quadam die beato Eusebio Alexander : Rogo te, Pater, quænam justitia aut mandatum cunctis præeminet? Respondit Eusebius : Omni justitia excelsior est charitas : nihil boni agere potest homo, nisi cooperantem habeat charitatem. Si quis jejunet et oret, atque opes in pauperes elargiatur, hic si charitate forte careat,

[15] Luc. xviii, 11, 12. [16] Luc. xvii, 10.

σαρακοστὴν κτήσαι ἑαυτῷ, καὶ μὴ χάριν παρουσίας φίλου λύσῃς νὴν νηστείαν. Ὁ γὰρ τῆς τεσσαρακοστῆς κανὼν τοῖς πᾶσιν ἐπίκειται νηστεύειν · τὰς δὲ ἄλλας ἡμέρας τετράδας καὶ παρασκευὴν ἐπὶ φίλου μηδὲν διακρίνειν. Ἐν Σαββάτῳ δὲ καὶ Κυριακῇ μηδεὶς νηστεύετω, μήτε ἐν ἡμέραις τῆς Πεντηκοστῆς, μήτε ἐν ταῖς τῶν καλλινίκων μαρτύρων μνείαις. Νήστευε δὲ, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, ἐν ἱλαρότητι καὶ χαρᾷ μετὰ πάντων ἔχων τὴν ἀγάπην ἀνυπόκριτον. Ὅταν δὲ ταῦτα πάντα ποιήσῃς, καὶ κτήσῃ ἀρετὴν ἀγαθὴν καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην, μὴ ἐπαρθῇς ἐπὶ τοῖς κατορθώμασίν σου, μηδὲ διαγράψῃς ἑαυτὸν μέγαν · μὴ ἄρξῃ λέγειν ὅτι Τοῦδε καὶ τοῦδε ἀνώτερός εἰμι. Ἐὰν ταῦτα λέγῃς, ἀμισθον ἐποίησω τὸν κόπον σου, καὶ τὴν νηστείαν · οὕτως γὰρ ἔλεγεν καὶ ὁ Φαρισαῖος ἐκεῖνος · *Εὐχαριστῶ σοι, ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς ὁ κόσμος, οὐδὲ ὡς ὁ τελώνης οὗτος. Ἐγὼ γὰρ νηστεύω δὶς τῷ Σαββάτῳ, καὶ ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα ὑπάρχει μοι.* Καὶ κατέβη ἄκαρπος ἐκ τοῦ ἱεροῦ πλήρης ἁμαρτίας. Διὰ τί ; ἐπειδὴ ὑψηλοφρονήσας ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἐκαυχᾶτο. Ἔγκαρπος ἀνῆλθεν, καὶ ἄκαρπος κατῆλθεν, λέγων, Οὐκ εἰμὶ ὡς ὁ κόσμος. Ὦ ἄνοια ἀνθρώπου καὶ δεινότης ! Προσεύξεσθαι ἀνελθὼν, τοῦ κόσμου κατηγόρησεν, καὶ ἐξήγειρεν αὐτὸν [Θεόν?] καθ' ἑαυτοῦ. Τί κατηγορεῖς τοῦ κόσμου, ὦ Φαρισαῖε ; Μὴ γὰρ καὶ δίκαιος εἶ, καὶ τοῦ κόσμου ὅλου ἀνώτερος ; Ἔχει προτιμῆσαι ὁ Θεός. Ἆρα ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς οὐχ εὑρίσκεται ὅμοιός σου ; Οὐκ *εἰμὶ ὡς ὁ κόσμος*. Ἐν μίᾳ ὥρᾳ ὅλον τὸν κόσμον κατέβαλεν, ὅσον κατ' ἐκεῖνον · *Οὐκ εἰμὶ ὡς ὁ κόσμος, οὐδὲ ὡς ὁ τελώνης οὗτος.* Οὐκ ἐνόησεν ὅτι ὁ τελώνης δικαιότερός ἐστιν.

Μὴ οὖν καὶ σὺ καυχήσῃ ἐν τοῖς δικαιώμασίν σου, ὡς ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος · ἀλλ' ὅταν κτήσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην, ὡς εἷς τῶν ἐλαχίστων γίνου, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος · *Ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, τότε εἴπατε ὅτι Ἀχρεῖοι δοῦλοι ἐσμεν.* Ταῦτα φιλοξενιτεύων τοῖς πένησιν μετάδος τὸν ἄρτον σου, ἐν κατορθώμασιν μὴ ἐπαίρου, τῆς Ἐκκλησίας μὴ χωρισθῇς, τὰς μνείας τῶν ἁγίων μὴ παραλείπῃς, δόξαν ἀνθρώπων μὴ ποθήσῃς, Θεὸν μὴ βλασφημήσῃς, ὑπέρογκα μὴ λαλήσῃς, ἀσθενοῦντα ἐπισκέπτου, ξένους συνάγαγε, φίλοις μὴ δολίωσον, τῆς ἀληθείας μὴ ἀποστῇς, ἵνα ἐν πᾶσιν τέλειος εὑρεθῇς, καθὼς καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Β'.

Περὶ ἀγάπης.

Μιᾷ τῶν ἡμερῶν λέγει τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ ὁ Ἀλέξανδρος · Δέομαί σου, Πάτερ, ποία δικαιοσύνη καὶ ἐντολὴ ἀνωτέρα πάντων ἐστί ; Λέγει αὐτῷ ὁ Εὐσέβιος · Πάσης δικαιοσύνης ὑψηλοτέρα ἐστὶν ἡ ἀγάπη· οὐδὲν ἀγαθὸν δύναται ποιῆσαι ἄνθρωπος, ἐὰν μὴ τὴν ἀγάπην ἔχῃ συνεργοῦσαν αὐτῷ. Ἐὰν νηστεύῃ τις καὶ εὔχηται, καὶ πλοῦτον δίδωσι τοῖς πένησιν, ἀγάπην

δὲ μὴ ἔχῃ, οὐδὲν ὠφελεῖται. Εἰ δὲ ἐμοῦ οὐ πείθῃ, ἄκουσον Παύλου τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Ἐὰν πωλήσω μου πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθῇ, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.* Καὶ πάλιν· *Διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ πνεύματος δουλεύετε ἀλλήλοις· ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Καὶ πάλιν· *Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει.* Τί ἐστιν ἔφισον Θεοῦ; Οὐδέν. Εἰ οὖν ὁ μέγας Ἀπόστολος τὸν Θεὸν ἀγάπην ἐκάλεσεν, λέγων, *Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν·* ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεόν, καθ' ἑκάστην ὁρᾷ αὐτόν. Ὁ μὴ ἔχων ἀγάπην τί ἐστιν; χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Τοῦτον ναὸν ἄτοιχον ὠνόμασεν ἐκεῖνος θείας ὁράσεως ἐπόπτης· οὐδὲν ἄλλο ἰσχύει κατορθωμα, ἀγάπης μὴ παρούσης.

A nullum capit emolumentum. Quod si mihi non credis, Paulum apostolum audi dicentem : *Si bona mea cuncta vendidero, corpusque meum comburendum tradidero, nisi simul charitate sim prædituſ, nullam percipiam utilitatem* [17]. Et rursus : *Per charitatem spiritus invicem subservite : universa enim lex uno verbo completur, nempe ut Deum tuum ames, et simul proximum tanquam teipsum* [18]. Et denuo : *Charitas nunquam excidit* [19]. Num quid est Deo par? Enimvero nihil. Si ergo magnus Apostolus Deum charitatem appellat dicens : *Deus charitas est* [20]; qui Deum amat, quotidie ipsum conspicit. Contra vero qui charitatem non habet quidnam est? æs resonans, et cymbalum tinniens. Hunc ille divinæ visionis speetator templum absque parietibus vo-
B cat. Nullum prorsus recte factum valet charitate destitutum.

Καὶ πάλιν λέγει αὐτῷ ὁ Ἀλέξανδρος· Πάτερ, ποία ἁμαρτία ἀνωτέρα ἐστιν; Λέγει αὐτῷ ὁ Εὐσέβιος (2)· Πᾶσα ἁμαρτία δεινή ἐστιν· ἀφ' οὗ γὰρ λέγεται ἁμαρτία, τί ἐρωτᾷς περὶ τῆς ἁμαρτίας; Πλὴν ἐπειδὴ καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν διαφοραί εἰσιν, εἶπω σοι τὴν ἀλήθειαν. Χεῖρον τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς μνησικακίας οὐδέν ἐστιν. Ἄκουε Παύλου τοῦ εὐλογημένου ἀποστόλου λέγοντος· *Πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία.* Οὐδὲ μοιχεία, οὐδὲ λῃστεία, οὐδὲ ἕτερόν τι ἁμάρτημα χεῖρον, ἀλλ' ἢ πλεονεξία, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία· δεινὰ μὲν οὖν ὅλα τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ λέγω δεινοτέρα ἐστὶν ἡ πλεονεξία. Καὶ γινωσκέτω ὁ πλεονέκτης, ὅτι καθ' ἡμέραν
C εἰδώλοις προσκυνεῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον.

Tunc iterum Alexander ait : Quodnam, Pater, peccatum maximum est? Respondit Eusebius : Omne peccatum dirum quid est? cum enim peccatum dicis, cur amplius interrogas de peccato? Sed tamen quia peccatorum differentiæ sunt, veritatem te non celabo. Avaritia et injuriarum recordatione nil deterius est. Audi benedictum apostolum Paulum qui ait (mortificate) : *Avaritiam, quæ est idolorum servitus* [21]. Neque adulterium, neque latrocinium, neque aliud quodlibet pejus peccatum, idololatriæ nomine vocitatur, sed avaritia. Dira igitur sunt omnia peccata, sed omnium gravissimum avaritia. Sciat enim avarus se quotidie nihil aliud nisi idola colere.

Ἀδελφὴ δὲ τῆς πλεονεξίας ἐστὶν ἡ μνησικακία· δεινὴ μέν ἐστιν καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτία καὶ παράνομος. Τὰ γὰρ ἄλλα ἁμαρτήματα πονηρὰ μέν ἐστιν, ὀλιγοχρόνια δὲ τυγχάνουσιν, μιᾷ ὥρᾳ ἀποτελούμενα. Οἷόν τι λέγωμεν· ἐπόρνευσεν τίς; κακῶς μὲν ποιῶν, πλὴν ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἐπετέλεσεν τὸ κακὸν, καὶ τὰς λοιπὰς ὥρας ἡσυχάζων δύναται μετανοῆσαι. Ἔκλεψέν τις; Καὶ τοῦτο κακὸν καὶ πολλάκις ποτὲ ποιεῖ, ποτὲ οὐ ποιεῖ· ἔχει οὖν καιρὸν μετανοίας. Ὁ δὲ μνησίκακος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτάνει, καὶ τὴν κακίαν ἐν τῇ καρδίᾳ περιφέρων, κἂν εἰς ἐκκλησίαν ἀπέλθῃ, οὐ δύναται καθαρὰν εὐχὴν τῷ Θεῷ ἀναπέμψαι, τὴν κακίαν ἔχων κατὰ τοῦ πλησίον· οὐδέ ποτε καθιερεύει ἡ μνησίκακος ψυχή. Οὐδὲ ποιεῖ ἐλεημοσύνην· ὁ γὰρ
D μὴ ἔχων ἀγάπην, οὐδὲ ἐλεημοσύνην δύναται ποιῆσαι· ὃν γὰρ οὐκ ἀγαπᾷ τις, οὐδὲ ἐλεεῖ. Ὁ ἄκακος ἐχθρὸν οὐκ ἔχει· ὁ μνησίκακος οὐκ ἀπαλλάσσεται ἐχθροῦ, ἐχθρὸν ἔχων τὸ ἴδιον συνειδός. Πολλὴ ἀγαθότης ἀκάκου καρδίας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης ἔλεγεν· *Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε.* Καὶ πάλιν· *Ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην· λύτρωσαί με, Κύριε, καὶ ἐλέησόν με.*

Avaritiæ autem soror est injuriarum recordatio, quæ sane et ipsa grave peccatum est et flagitiosum. Cætera enim peccata, etsi mala sunt, exiguo tamen tempore durant, quippe quæ brevi hora peraguntur. Exempli causa, fornicatur aliquis? male quidem facit, sed brevi hora malum id perpetrat, reliquis horis cessat, et pœnitere potest. Furatur aliquis? Male id quoque; sed sæpenumero id agit, sæpe etiam abstinet, ideoque tempus pœnitendi habet. Verum ille qui injuriarum recordatur seu odit, quotidie peccat, suamque improbitatem corde gerens, etiamsi ad ecclesiam pergat, puras preces coram Deo peragere nequit, quia odium contra proximum fovet : neque ullum sacrificium is qui infesto animo est offerre potest. Neque idem eleemosynam facit; etenim qui charitate caret non est eleemosynæ dandæ idoneus : nam quem non amat, ejusdem ne miseretur quidem. Vir bonus inimicum non habet, sed injuriarum memor seu osor nunquam hoste caret, quippe qui inimicam habet conscientiam suam. Multa est innocui cordis bonitas. Propterea dixit Propheta : *Innocentes et recti adhæserunt mihi, quia te, Domine, sustinui* [22]. Et rursus : *Ego in innocentia mea ambulavi; libera me, Domine, et miserere mei* [23].

[17] I Cor. XIII. 3. [18] Galat. v, 13, 14. [19] I Cor. XIII, 8. [20] I Joan. IV, 8. [21] Ephes. v, 5. [22] Psal. XXIV, 21. [23] Psal. XXV, 1.

(2) Item ab his verbis usque ad illa ἐχθρὸν ἔχων τὸ ἴδιον συνειδὸς, recitat universum tactum sub nomine nostri Eusebii Damascenus in *Parallelis*, p 331, cum notabili tamen varietate.

Præclarus igitur est innocuus animus. Idcirco benedictus Paulus ait: *Sol non occumbat super iracundiam vestram* [24]. Rursusque David: *Irascimini et nolite peccare* [25]. Nam qui irascitur, neque tamen iram retinet, sed cito fratri suo reconciliatur, omissa malivolentia, ipse est qui irascitur et non peccat, Pauli nimirum nec non Davidis præceptum secutus: *Irascimini et nolite peccare; quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini* [26]. Audi quoque verborum horum interpretationem. Quia Salvator dixit: *Quisquis mulierem aspexerit ad eam concupiscendam, jam mœchatus est ipsam in corde suo* [27]; idcirco David hortatur dicens: *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* Hoc est, si quempiam lædere in corde tuo cogitaveris, aut aliud quid nocuum meditatus fueris, cum in cubile veneris, pravarum tuarum fac memineris cogitationum, age compunctionem de cogitato peccato, luge, gemitus ede in cubili dolens, et dic cum Davide: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo* [28]. Id si in lecto egeris, purus inde consurges, eluto lacrymis peccato, in Christo Jesu Domino nostro, cui honor et potentia per sæcula sæculorum. Amen.

Καλὴ οὖν ἡ ἀκακία. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐλογημένος Παῦλος εἶπεν· *Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.* Καὶ πάλιν ὁ Δαβίδ· *Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.* Ὁ γὰρ ὀργιζόμενος, καὶ μὴ φυλάσσων τὴν ὀργήν, ἀλλ' εὐθέως διαλλασσόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, λιπὼν τὴν κακίαν, ὠργίσθη καὶ οὐχ ἥμαρτεν, καὶ ἐπλήρωσεν τὴν τοῦ Παύλου παραγγελίαν, καὶ τοῦ Δαβίδ· *Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.* Ἄκουε καὶ τούτου τὴν ἑρμηνείαν. Ἐπειδὴ εἶπεν ὁ Σωτὴρ, *Ὅστις ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ·* τούτου χάριν καὶ Δαβὶδ παραινεῖ λέγων· *Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.* Τουτέστιν, ἐὰν εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀδικῆσαί τινα, ἢ ἕτερόν τι ἐνθυμηθῇ πονηρὸν, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ κοίτῃ σου, μνήσθητι τοὺς διαλογισμοὺς τοὺς πονηροὺς, καὶ κατανύγητι ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ ἐνθυμήματος, κλαῦσον, στέναξον ἐν τῇ κοίτῃ λυπούμενος, καὶ εἰπὲ καὶ σὺ ὡς ὁ Δαβίδ· *Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσίν μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω.* Τοῦτο ποιῶν ἐπὶ τῆς κλίνης, ἀνέστης καθαρὸς, λούσας διὰ τῶν δακρύων

Eluta igitur lacrymis peccato, in Christo Jesu Domino nostro, cui honor et potentia per sæcula sæculorum. Amen.

τὴν ἁμαρτίαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

III.

De incarnatione Domini, et quam ob causam incarnatus sit.

Adventus Domini nostri Jesu Christi hæc causa fuit. Cum Deus ab initio humanum genus magnopere dilexisset, multamque ejus curam gessisset, neque tamen quisquam legem ejus custodisset, prophetas misit, quibus patres nostri haud auscultarunt, sed alios lapidibus appetiverunt, alios interfecerunt, nemini denique dociles aures præbuerunt. Igitur cum prophetæ dirum peccati vulnus viderent, atque humanum genus funditus periturum, cœperunt Dominum deprecari, ut ad sanandos homines ipse adveniret. Primus David propheta precabatur sic: *Inclina, Domine, cœlos, et descende* [29]. Nisi tu descenderis, atque hominum morbo medelam feceris, nemo salvabitur. Veni, Domine, ad salvandum nos. Cuncti pariter prophetæ Dominum ut de cœlo adveniret rogabant. Prophetarum ergo precibus ad misericordiam commotus, in terrarum orbem descendit. Hæc, inquam, causa fuit cur Dominus in mundum venerit.

Cur autem proprie factus sit homo, ac diabolum vicerit, audi quæ dicam. Quia diabolus dolosis per mulierem verbis deceperat primum hominem Adamum in paradiso degentem, idcirco sibi habitaculum Dominus in Virgine delegit, et in ipsa incarnatus, atque ea quo voluit modo natus est, ut in primis Evam maledictione liberaret, cunctumque mulierum genus crimine illo expediret. Nisi enim ipse de

Γ'.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου, καὶ τίνος ἕνεκεν ἐνανθρώπησεν.

Τοῦ κατελθεῖν τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τοῦτο γέγονε τὸ αἴτιον. Ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς πολλὰ ἠγάπησεν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, πολλὴν πρόνοιαν ἐποιήσατο ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς ἐφύλαττεν τὰ τοῦ νόμου, ἔπεμψεν προφήτας καὶ οὐκ ἤκουσαν οἱ πατέρες ἡμῶν τῶν προφητῶν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐλίθασαν, ἄλλους ἐφόνευσαν, οὔτε ἑνὸς ἤκουσαν· εἰδότες οὖν οἱ προφῆται ὅτι δεινὴ ἡ πληγὴ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὅτι μέλλει ἀπολεῖσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἤρξαντο παρακαλεῖν κατελθεῖν αὐτὸν τὸν Κύριον, καὶ ἰάσασθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Πρῶτος ὁ προφήτης Δαβὶδ ἔλεγεν δεόμενος· *Κύριε, κλίνον οὐρανούς, καὶ κατάβηθι·* ἐὰν μὴ καταβῇς καὶ ἰάσῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀλγηδόνα, οὐδεὶς δυνήσεται διασωθῆναι· ἐλθὲ, Κύριε, εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ὁμοίως δὲ καὶ πάντες οἱ προφῆται ἐδέοντο τοῦ καταβῆναι τὸν Κύριον· καὶ σπλαγχνισθεὶς ὑπήκουσεν τῆς δεήσεως τῶν προφητῶν, καὶ κατῆλθεν ἐπὶ τὸ τῆς γῆς χωρίον· Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἣν κατῆλθεν ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν γῆν.

Διὰ τί δὲ γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ἐνίκησεν τὸν διάβολον, ἄκουσον καὶ ἐρῶ σοι. Ἐπειδὴ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον τὸν Ἀδὰμ δολεροῖς ῥήμασιν ἠπάτησεν ὁ διάβολος, ὄντα ἐν τῷ παραδείσῳ, διὰ τῆς γυναικὸς, διὰ τοῦτο ὁ Κύριος πρῶτον ἐνῴκισεν ἐν τῇ Παρθένῳ, καὶ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς καὶ προῆλθεν ὡς ἠθέλησεν, ἵνα πρῶτον τὴν Εὔαν ἐκ τῆς κατάρας ἐλευθερώσῃ, καὶ πᾶν τῶν γυναικῶν γένος λύσῃ τοῦ ἐγκλή-

[24] Ephes. IV, 26. [25] Psal. IV, 5. [26] ibid. [27] Matth. V, 28. [28] Psal. VI, 7. [29] Psal. CXLIII, 5.

ματος. Εἰ μὴ γὰρ οὗτος ἐκ τῆς Παρθένου ἐγεννήθη, ἀπεγνωσμένον ἦν τὸ τῶν γυναικῶν γένος· ὅτε δὲ ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἐκ τῆς Παρθένου, λοιπὸν καὶ Πέρσαι οἱ τὸ πρὶν μητέρας γαμοῦντες, νῦν παρθενίαν φυλάττουσιν· κόραι εὐτελεῖς καὶ παῖδες νέοι, ἐν θερμῇ ἡλικίᾳ ὑπάρχοντες, τὸν καύσωνα τῆς ἐπιθυμίας καταπατοῦσιν· καὶ τότε γὰρ ἰσχυρὰ γέγονεν ἡ παρθενία, ἐξ ὅτε τὸ ἀμάραντον ῥόδον Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς Παρθένου προῆλθεν.

Virgine natus fuisset, actum erat de sexu muliebri. Postquam autem de Virgine Dominus ortus est, jam Persæ quoque, qui antea matribus miscebantur, nunc servant virginitatem : puellæ humiles, puerique adolescentes, in ætatis fervore, concupiscentiæ vim domant. Tunc enim valida evasit virginitas, cum intemerata rosa Christus Jesus processit de Virgine.

Ἔστιν δὲ καὶ ἡ δευτέρα. Εἰ μὴ ἐσαρκώθη ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ἐκάλυψεν τὴν θεότησα σαρκὶ, οὐχ ὑφίστατο οἰκουμένη φέρειν τὴν θέαν τὴν ἐξαστράπτουσαν τῆς θεότητος. Καὶ εἰ μὴ ἐνανθρώπησεν, πῶς προσήγγιζον αὐτῷ οἱ μάγοι καὶ προσέφερον αὐτῷ δῶρα ; Εἰ μὴ ἀνέλαβε σάρκα, πῶς ἐτόλμα ἡ πόρνη προσεγγίσαι αὐτῷ καὶ τοὺς πόδας καταφιλῆσαι, ὃν οἱ οὐρανοὶ οὐ χωροῦσιν; Ἢ πῶς Ζακχαῖος ἠδύνατο ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ὑποδέξασθαι, τὸ πάθος τῆς τελωνείας καὶ τῆς ἁρπαγῆς καταπαῦσαι, καὶ ὑπόδειγμα γενέσθαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς, ὅτι ἔστιν σωτηρίας καὶ μετανοίας ἐλπίς; Διὰ τοῦτο ἐνανθρώπησεν, καὶ ἐκάλεσεν μάγους πρῶτον, ἔπειτα τελώνας, ἔπειτα πόρνας· ἔδωκεν αὐτοῖς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ἐξέβαλεν τὸν νόμον, καὶ εἰσήγαγεν τὴν χάριν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἠλευθέρωσεν.

Verumtamen aliam quoque causam in medium afferam. Nisi Deus ex Virgine prodiisset incarnatus, deitatemque corpore velavisset, mundus quidem conspectum ejus deitate fulgentem non sustinuisset. Certe nisi homo factus esset, quomodo Magi advenissent, eique dona obtulissent? Nisi carnem assumpsisset, quomodo meretrix accessisset, ejusque pedes osculata esset quem cœli non capiunt? Vel quomodo Zacchæus eum domi suæ excipere potuisset, publicani raptorisque noxam deponere, et pœnitentiæ exemplum peccatoribus consequendæque salutis spem exhibere? Idcirco igitur homo factus est, vocavitque Magos primum, deinde publicanos, postremo meretrices : his peccatorum remissionem concessit, legem antiquavit, Evangelii gratiam induxit, universamque creaturam in libertatem vindicavit.

Ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπας· Τί γάρ; πρὸ τοῦ κατελθεῖν καὶ ἐνανθρωπῆσαι, οὐκ ἠδύνατο νικῆσαι τὸν Σατανᾶν ; Ναὶ, ἠδύνατο· ἀλλ' ἄκουσον, καὶ ἐρῶ σοι καὶ ταύτην τὴν αἰτίαν. Καὶ πρὶν τοῦ κατελθεῖν τὸν Κύριον καὶ ἐνανθρωπῆσαι, ἐνίκα τὸν διάβολον· ἀλλ' ἔμελλεν καυχᾶσθαι καὶ λέγειν, Τὸν ἄνθρωπον ἐνίκησα, καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἐνικήθην· οὐ γέγονέν μοι μέγα τὸ πτῶμα· τέως τὸν ἄνθρωπον ἠπάτησα, τοῦ παραδείσου ξένον πεποίηκα καὶ τῆς θείκης διαθέσεως, αἰχμάλωτον (ὑπὸ) τὴν ἁμαρτίαν ἐπήγαγον, τὸν θάνατον διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐπεισήνεγκα, τὴν παρακοὴν ἐδίδαξα, πορνεύειν ἐπέβαλον· ταῦτα πάντα ποιήσας αὐτοῖς, ὑπὸ Θεοῦ ἐνικήθην. Ἵνα μὴ οὖν ταύτην ἔῳρῃ τὴν καύχησιν ὁ πονηρὸς, καὶ εἴπῃ, ὑπὸ Θεοῦ ἐνικήθην, διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονεν· διὰ τοῦτο δεύτερος Ἀδὰμ ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, ἵνα ὡς ἐνίκησε τὸν ἄνθρωπον αὐτὸς ἐκεῖνος, καὶτη σὰρξ τοῦ αὐτοῦ σῶμα, νικήσει τὸν διάβολον, ἵνα μὴ ἔχῃς λόγον εἰπεῖν, ὅτι τὸν ἄνθρωπον ἐνίκησα, καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἐνικήθην.

Sed dices : Quid ? nonne Deus ante adventum et incarnationem Satanam debellare poterat? Vero, inquam, poterat. Attamen hujus quoque rei causam audi. Ante adventum etiam et incarnationem Dominus diabolum utique devicisset; verumtamen hic deinceps gloriaturus erat atque dicturus : Ego quidem hominem vici, nec nisi a Deo victus sum : haud magni æstimandum est quod ego succubuerim : certe olim hominem decepi, paradiso divinaque gratia spoliavi, captivum peccato subdidi, mortem per peccatum adduxi, rebellem præcepto feci, apostasiam docui : at postquam hæc omnia homini feceram, a Deo devictus sum. Ne ergo improbus hac gloriatione uteretur, neve se a Deo victum dictitaret, ideo Deus hominem se fecit, ideo secundus Adam Dominus de cœlo venit, ut sicut ille hominem vicerat, sic ipse caro factus proprio in corpore diabolum superaret : ne tibi scilicet, diabole, copia dicendi foret, quod cum hominem vicisses, tu quidem nonnisi a Deo victus fuisses.

Δι' οὗ ὅπλου (3) ἐθανάτωσεν ὁ διάβολος τοὺς πρωτοπλάστους ἐν τῷ παραδείσῳ· διὰ τοῦτο ὁ Κύριος ἐνίκησεν τὸν διάβολον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τῆς γεύσεως τοῦ ξύλου τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἠπάτησεν, διὰ τοῦτο ὁ Κύριος διὰ τοῦ σταυροῦ τὸν διάβολον καταπάτημα τῶν ἀνθρώπων ἐποίησεν· ὅσον γὰρ ἔχουσιν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τοῦ μετώπου, καταπατοῦσιν τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν, καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν*

Sic igitur quibus armis diabolus primos homines in paradiso morte affecit, iisdem Dominus diabolum profligavit. Etenim quia is ligni gustu Adamum Evamque deceperat, ideo Dominus virtute crucis diabolum conculcandum homini exhibuit. Revera quotquot crucis signaculum in fronte gerunt, vim diaboli prosternunt, ut ait Salvator : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi serpentes et scorpios atque omnes hostis vires* [30]. Viden' ut hu-

[30] Luc. x, 19.

NOTÆ.

(3) Ab his verbis usque ad illa τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν, citat Eusebium nostrum Damascenus in *Parallelis*, p. 697, non sine aliqua varietate.

manis pedibus calcandus ille evaserit, qui archangelicæ gloriæ habuit dignitatem? Cur autem hæc isti acciderunt? Videlicet ob inobedientiam. Dixerat enim secum ipse : *Thronum meum sub cælo statuam*, id est supra nubes, *eroque Altissimo similis* [31]. Idcirco conculcandus decidit. De ipso enim propheta dixerat : *Vidi Satanam tanquam fulgur de cælo ruentem in terram* [32], ut sit sanctorum ludibrium. Porro animadverte rem miram : nam et cum viverent, calcabant diabolum sancti homines; et post obitum luteis ipsorum corporibus dissolutis, sicubi reliquiæ eorumdem supersunt, ipsam quoque sanctorum invocationem dæmones horrent.

A πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἴδε πῶς καταπάτημα γέγονε τῶν ἀνθρώπων ὁ τῆς ἀρχαγγελικῆς δόξης ἔχων τὸ ἀξίωμα· διὰ τί δὲ γέγονεν οὕτως; Διὰ τὴν παράβασιν. Εἶπε γὰρ ἐν αὐτῷ· *Στήσω τὸν θρόνον μου ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ*, τουτέστιν ἐπάνω τῶν νεφελῶν, *καὶ ἔσομαι ὅμοιος τοῦ Ὑψίστου*. Διὰ τοῦτο γέγονε καταπάτημα· περὶ αὐτοῦ γὰρ ὁ προφήτης εἰρήκει· *Ἶδον τὸν Σατανᾶν πεσόντα ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* εἰς τὴν γῆν τοῦ εἶναι ἐξουθένημα τῶν ὁσίων Χριστοῦ. Καὶ πρόσεχε τὸ θαυμάσιον· ὅτε ἔζων οἱ ἅγιοι κατεπάτησαν αὐτὸν, καὶ ὅτε ἀπέθανον καὶ διελύθη τὸ πήλινον αὐτῶν σῶμα, εἴ που λείψανον αὐτῶν, ὅπου γε αὐτὴν τὴν προσωνυμίαν τῶν ἁγίων ἀκούοντες φρίσσουσιν.

Hæc omnia, fili, dixi ut quam grave malum inobedientia sit discas, et in quale barathrum diabolus inobsequentem hominem impulerit. Fac igitur odio habeas inobedientiam, o fili, quæ tibi infesta est, teque pessumdat. Contra vero obedientiam dilige, quæ sui studiosis affert salutem. Obedientia enim vitam, inobedientia mortem continet. Quod si mihi non credis, ex rebus gestis tuis cognosce veritatem Tu enim ipse quo tempore iis qui te ad pœnitentiam hortabantur non obtemperabas, Satanæ mancipium eras, nihilque aliud nisi sepulcrum dealbatum, et cadaver spirans. Postquam autem meæ voci obtemperans ad pœnitentiam venisti, jam ille diabolus qui te captivum tenebat, vel umbram tuam perhorrescit. Viden' quantæ virtutis ministra sit obedientia? Viden' quanti gaudii? Ideo divina Scriptura ait : Obedientia, vita est. Item benedictus Paulus lætitiæ magister, regni donator, universi mundi portus, prædicat dicens : *Obedite præpositis vestris, atque illis subditi estote* [33]. Et rursus : *Filii, obtemperate parentibus vestris in Domino* [34]. Igitur quoniam mihi obsequens, fili mi, fuisti, scias te regali throno dignum fore, æque ac apostoli thronis æternis dignanter donati fuerunt a Domino nostro Jesu Christo, cui simul cum Patre et sancto Spiritu gloria sit, potestas, honor, atque adoratio nunc et per sæcula sæculorum Amen.

B Ταῦτα πάντα σοι εἶπον, τέκνον, ἵνα μάθῃς πηλίκον κακὸν ἡ παρακοὴ, καὶ δι' αὐτῆς εἰς ποῖα βάραθρα καταφέρει ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον τὸν μὴ ἔχοντα ὑπακοήν. Μίσησον τὴν παρακοὴν, τέκνον, τὴν μισοῦσάν σε καὶ ἀπολέσαι σε σπεύδουσαν, καὶ ἀγάπησον τὴν ὑπακοὴν τὴν σώζουσαν τοὺς ἀγαπῶντας αὐτήν. Ὑπακοὴ γὰρ ζωὴ, παρακοὴ θάνατος. Εἰ δὲ οὐ πείθῃ ἐμοὶ, ἐκ τῶν σῶν πραγμάτων κατάμαθε τὰ λεγόμενα· σὺ ὅτε παρήκουσας τῶν προσκαλουμένων εἰς μετάνοιαν, ἐκυριεύου ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ οὐδὲν ἄλλο ὑπῆρχες εἰ μὴ τάφος κεκονιαμένος καὶ νεκρὸς ἔμψυχος. Ὅτε δὲ ἤκουσάς μου τῆς φωνῆς, καὶ προῆλθες τῇ μετανοίᾳ (4), ὁπότε σε εἶχεν δοῦλον διάβολος, νῦν τὴν σκιάν σου τρέμει. Εἶδες πηλίκης ἀρετῆς πρόξενός ἐστιν ὑπακοή; εἶδες πόσην εὐφροσύνην ἔχει; Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία Γραφὴ λέγει· Ὑπακοὴ, ζωή· καὶ ὁ εὐλογημένος Παῦλος ὁ διδάσκαλος τῆς χαρᾶς, ὁ πρόξενος τῆς βασιλείας, ὁ λιμὴν πάσης τῆς οἰκουμένης, παραγγέλλει λέγων· *Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπακούετε αὐτοῖς*. Καὶ πάλιν· *Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ*. Ὅτε οὖν ὑπήκουσάς μου, τέκνον μου, μνημόνευέ μου ὅτι βασιλείας θρόνου μέλλεις ἀξιοῦσθαι, καθὼς καὶ οἱ ἀπόστολοι κατηξιώθησαν θρόνων αἰωνίων παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν (5).

IV.

Quod qui infirmatur Deo gratias agere debeat, et in Job.

Δ'.

Περὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ τὸν ἀῤῥωστοῦντα, καὶ εἰς τὸν Ἰώβ.

(Angel. Mai. *Spicileg. Rom.* XI 652.)

Multo posthæc eadem ipso tempore, silentium servavit Alexander, nullam inveniens interrogandi occasio-

[Cod. f. 346 b.] Χρόνου πολλοῦ διελθόντος, ἐπαύσατο Ἀλέξανδρος μὴ εὑρὼν πρόφασιν ἐρωτήσεως. Καὶ μὴ

[31] Isa. XIV, 14. [32] Luc. X, 18. [33] Hebr. XIII, 17. [34] Ephes. VI, 1.

NOTÆ.

(4) Videsis apud nos Græcam narrationem de Alexandri conversione, auctore Eusebio.

(5) Si cui forte paulo humilior videtur Eusebii elocutio, rei explicator adest magnus Athanasius, qui in homilia sua de semente, ff. 4, ait, apud Alexandrinos conciones sacras simplices omnino fuisse atque pedestres; et quidem episcoporum, quibus solis in ea urbe post Arium concionari licebat, vel certe mos erat, auctore Sozomeno *Hist.* lib. VII, cap. 9, cui accedunt testes alii apud Ferrarium *De ritu sacr. concion.* lib. II, cap. 9. Paulo rudiorem fuisse Ægyptiorum Græcitatem, observat etiam Theodorus Metochita apud nos *Script. vet.*, t. II, p. 684 seqq. Imo vero Diodorus Siculus lib. I, ff. 76, diserte narrat artificiosam eloquentiam a foro quoque civili Ægyptiorum fuisse extorrem. Denique de Eusebio episcopo Alexandrino quid sit existimandum, abunde nos diximus in Præfatione.

τῶν ἡμερῶν ἐξελθὼν ἐκ τῆς Ἐκκλησίας, εἶδεν ἐν δοματίῳ τινὰ ἄνθρωπον ἐπὶ κλίνης κατακείμενον, καὶ ἀπελθὼν ἐπισκέψασθαι αὐτὸν, ἐρώτησε τοὺς παρεστῶτας λέγων· Πόσον χρόνον ἔχει ἀφ' οὗ ἀσθενεῖ; Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ τρία ἔτη, καὶ μῆνας ἕξ· καὶ στενάξας ἐπ' αὐτῷ ἀνεχώρησεν· καὶ ἐλθὼν πρὸς τὸν μακάριον Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον λέγει αὐτῷ· Δέομαί σου, Πάτερ, οἱ ἀσθενοῦντες ἐν πολλῷ χρόνῳ μέχρι ἐνιαυτοῦ ἢ καὶ δύο, ἐν τίνι εἰσὶν ἐν ἐκείνῳ τῷ κόσμῳ; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· Πρὸς τὴν προαίρεσιν τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ἐὰν ἐπελθόντος τοῦ πάθους μετὰ εὐχαριστίας δέξηται, ὡς ὁ γενναῖος Ἰὼβ, τῆς τιμωρίας τῆς ἐκεῖ κουφίζεται. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος οὗτος ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἀσθενήσας, καὶ ἐπὶ κοπρίας καθήμενος, οὐκ ἐγόγγυσεν, οὐκ ἐβλασφήμησεν, οὐκ εἶπεν ῥῆμα πονηρὸν, οὐκ ἐκάλεσεν ἰατροὺς, οὐκ ἐπέθηκεν τοῖς τραύμασιν αὐτοῦ ἔμπλαστρον οὐδὲ βοτάνας, οὐκ ἐμισθώσατο γόητας εἰς τὸ ἀποδιῶξαι τοὺς σκώληκας, οὐ περίαπτα κατέδησεν· ἀλλὰ γυμνὸς ἐπὶ τῆς κοπρίας καθεζόμενος, καὶ ὡς ὑπὸ πυρὸς κατεσθιόμενος ὑπὸ τῶν σκωλήκων, καὶ πικρῶς δρυμυσσόμενος ὑπὸ τῶν διαῤῥηγμένων φλυκτίδων, καὶ μὴ ῥάκος ἔχων εἰς τὸ ἀποσμήχειν τὸν ἰχῶρα τὸν ἀπορῥυέντα ἀπὸ τῶν τραυμάτων, ἀλλὰ τῷ ὀστράκῳ ἀποξέων, δεινότερον τὸ ἄλγος ἀπειργάσατο· καὶ οὕτως ὅλῳ τῷ σώματι ἑλισσόμενος, ὑπέμενεν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ.

nem. Quadam vero die, vidit in domuncula hominem quemdam decumbentem, et illum visitandi causa progressus, circumstantes interrogavit, dicens : Ex quanto tempore infirmatur ? Illi autem respondent : ex tribus annis ; et gemens super illum, abiit ; beatumque Eusebium episcopum conveniens, dicit illi : Obsecro te, dic mihi, Pater, qui diuturna infirmitate tenentur, v. c. per annum vel biennium, cui bono in hoc mundo fiant ? Ille autem respondens : Hoc, inquit, ex voluntate hominis pendet : Si enim, morbo superveniente, cum gratiarum actione eum accipit, juxta fortissimum Job, futuram sibi pœnam allevat. Etenim beatus ille, tam diuturna infirmitate vexatus, et in sterquilinio sedens, non murmuravit, non blasphemavit, non dixit verbum malum, non vocavit medicos, non vulneribus suis emplastrum aut plantas imposuit, non circulatores conduxit ut vermes abigerent, non ligaturas sibi applicuit ; sed nudus in sterquilinio sedens, a vermibus quasi ab igne devoratus, a ruptis pustulis acriter vexatus, ne pannum quidem habens, quo saniem ab ulceribus affluentem extergeret, sed illa testa corradens, ipse dolores suos exacerbavit, et sic totum corpus, præ dolore, circumagens, omnia sustinuit Deo gratias agens.

Ἐκεῖνος τοσαῦτα ὑπομένων οὐδένα ἐκάλεσεν εἰς βοήθειαν τοῦ πάθους· οἱ δὲ νῦν ἄνθρωποι μόνον ἐπέλθῃ αὐτοῖς εἰς πόνος, καταλείποντες τὸν Θεὸν, ἄρχονται τρέχειν πρὸς ἐπαοιδοὺς, συνάγοντες περίαπτα, φυλακτήρια, βοτάνας, καὶ ἕτερά τινα, καὶ οὐδὲν ἰσχύουσιν· τί κάμνεις, ταλαίπωρε, τρέχων εἰς ἀνθρώπους μὴ δυναμένους βοηθῆσαί σοι; Ἔχεις τὸν Θεὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, καὶ τὸ δεδωρημένον φυλακτήριον τὸν σταυρόν· πρόσπεσον αὐτῷ· εἰς ἐστίν σοι συμφέρων εἰς τὴν ἀσθένειάν σου, καὶ τῶν ἐκεῖ κακῶν κουφισθῆναι· καὶ μὴ βλασφήμει, ἀλλὰ παιδείαν ὑπόδεξαι τὸ πάθος· *Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς παιδεύει, καὶ μαστιγοῖ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.* Καὶ Παῦλος ὁ εὐλογημένος λέγει· *Κρινόμενοι ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν·* φανερῶς εἶπεν ὅτι ἐνταῦθα κρινόμενοι, καὶ παιδευόμενοι, ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι ἀκατάκριτοι διαμένομεν· ὅθεν καὶ ἐκαυχᾶτο οὗτος ὁ μακάριος λέγων· *Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι·* Καὶ πάλιν· *Ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.* Καὶ πάλιν παρακαλῶν τοὺς ἀσθενοῦντας ἔλεγεν· *Εἰ παιδείαν ὑπεμείνατε, ὡς υἱοὺς ὑμᾶς προσδέχεται ὁ Θεὸς· Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί.* Τοὺς δεχομένους τὴν παιδείαν, τούτους καὶ εὐχαριστοῦντας τῷ Θεῷ, υἱοὺς Θεοῦ ἐκάλεσεν· τοὺς δὲ μὴ εὐχαριστοῦντας ἐν ταῖς ἀσθενείαις, νόθους καὶ οὐχ υἱούς. Μεγάλως γὰρ κουφίζονται τῆς ἐκεῖ κρίσεως οἱ ἐνταῦθα μακρονοσοῦντες· ἀεὶ δὲ τοῖς δικαίοις τοῦτο συμβαίνει καὶ τοῖς βουλομένοις σωθῆναι· τοῖς δὲ

Ille, inquam, tantis malis oppressus, neminem in auxilium vocavit ; nostri autem temporis homines, si modo una illis acciderit infirmitas, Deo derelicto ad præstigiatores properant, ligaturasque, phylacteria, herbas aliaque id genus, colligentes, nihil efficiunt. Quid satagis, o miser, ad homines currens, qui te juvare non possunt ? Habes Deum in domo tua ; habes efficax phylacterium, crucem : illi procumbe ; sola enim illa valet non modo præsentem infirmitatem, sed etiam futura mala tibi levare. Noli blasphemare, sed potius magisterii loco infirmitatem suscipe : *Deus enim quem diligit, erudit, et flagellat omnem filium quem recipit* [35] ; et Paulus, vas electionis, dicit : *A Domino judicati erudimur, ne cum mundo condemnemur* [36] : aperte significans quod, hic judicati et eruditi, indemnati in futuro sæculo remanemus ; unde et beatus ille gloriabatur, dicens : *Cum infirmor, tunc potens sum* [37] et rursum : *Virtus mea in infirmitate perficitur* [38] ; et alibi, infirmos exhortans, dicit : *Si disciplinam sustinueritis, ut filios suscipiet vos Deus ; si autem sine disciplina fueritis, nothi estis, et non filii* [39]. Suscipientes disciplinam, sive Deo gratias agentes, filios Dei vocat ; gratias vero non agentes in infirmitatibus, nothos et non filios. Etenim qui hic diuturnis infirmitatibus laborant, maximum futuri judicii lucrantur levamen ; et hoc semper justis evenire solet, et iis qui salvari cupiunt ; peccatoribus autem, sicut fur in nocte, ita mors supervenit, hominisque animam abripit, cui misero nec donandi, nec

[35] Prov. III, 11 ; Hebr. XII, 6. [36] I Cor. XI, 32. [37] II Cor. XII, 10. [38] ibid. 9. [39] Hebr. XII, 8.

testandi, nec de peccatis gemendi conceditur tempus, siquidem subito eum corripuit mors ; imo vero flagellatus recessit et ejulans : hæc est peccatorum mors, quam amaram vocavit Propheta. Mors enim eorum qui morbo succumbunt, nedum sit amara, a recte sentientibus levis esse judicatur.

Οὗτος λέγεται ὑπὸ τοῦ Προφήτου *θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός*. Τῶν γὰρ νοσούντων ὁ θάνατος οὐκ ἔστιν πονηρὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῖς εὐφρονοῦσι καὶ πολὺ ἐλαφρός ἐστι.

Hujus porro sententiæ veritatem ex ipsis rebus videre est ; considera quid dicam, si quis infirmetur, gravemque sibi supervenientem morbum ægre ferat, sentiatque exhaustas corporis sui vires, pulchritudinis florem deformatum, appetituum vim hebetatam, evidens est illum nihil aliud in animo agitare præter mortem suam ; mortem vero prævidens, quidquid peccavit aut male egit in memoriam revocat, ploratque et resipiscit de peccatis suis gemens, bona sua ecclesiis, martyriis et pauperibus relinquit, peccata confitetur sacerdotibus, communione dignatur, iniquitatesque suas solvens justificatur. Qui autem absque infirmitate moritur, nullam peccatorum suscipit memoriam ; imo vero dum secure vivens, fenus supputare parat, sæpe etiam dum rapinam, furtum, fornicationem, vel alias pravas actiones meditatur, mors illum præoccupat omnino imparatum, nec illi est resipiscendi facultas : illa est *mors peccatorum pessima* [40], Magnum igitur bonum est in lecto erudiri et sic mori ; beatus est qui vel una die pœnitentiam agere potuit, et sic vita decedere : potest enim vel una dies in pœnitentia transacta multitudinem peccatorum solvere, si modo ex toto corde Domino peccator supplicet.

Eorum autem quæ dico veritatem testatur multitudo salvatorum, et imprimis latro ille qui, tot tantisque admissis sceleribus, cum vitæ termino jam esset proximus, unius horæ spem habens, in medio supplicio, unam hanc vocem cum fide fervida emisit : « Memento mei, Domine, in regno tuo, » statimque paradisi civis evasit, peccata sua confessus his verbis : *Nos quidem digna factis recipimus* [41]. Nihil, inquit, a me admissis indignum patior ; utinam hoc sæculo supplicium meum terminetur ! Imo gratanter supplicium illud sustineo, siquidem pœnitentia causa mihi exstitit : nisi enim in illud incidissem, operum meorum non meminissem ; nunc autem scio me justa pati. Sic et tu debes, o homo, gratias agere, et in lecto recumbens dicere : Gratias ago tibi, Domine, quod per hanc infirmitatem peccatorum meorum memor factus, debitam iniquitatibus pœnam patiar, tu autem illam mihi condonaveris. Ezechias rex, in lecto, propter infirmitatem, jacens, cum prophetam audiisset dicentem : *Provide domui tuæ ; morieris enim tu et non vives* [42], mini-

A ἁμαρτωλοῖς ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται ὁ θάνατος, καὶ ἁρπάζει τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐ συγχωρεῖται διαδοῦναι, οὔτε διαθέσθαι, οὔτε στενάξαι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἀνήρπασεν αὐτὸν ὁ θάνατος αἰφνιδίως. Ἀλλὰ ἀπῆλθεν μαστιζόμενος καὶ κλάγγων· οὗτος ὁ θάνατος τῶν ἁμαρτωλῶν·

Καὶ ὅτι οὐ ψεύδομαι, μαρτυρεῖ μοι τὰ πράγματα· καὶ ὅρα τί λέγω· Ὅταν ἀῤῥωστήσῃ τις καὶ τὸν πόνον αὐτοῦ δυσβαρέως ἐπερχόμενον, καὶ δαπανώμενα τὰ πάθη τοῦ σώματος, καὶ τῆς εὐμορφότητος τὸ κάλλος καταλυόμενον, καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν ἁπάντων ἀπεχομένων, δῆλον ὅτι οὐδὲν ἄλλο μεριμνᾷ εἰ μὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ προβλέπων τὸν θάνατον μνη- B μονεύει τὰ κακὰ καὶ τὰς ἁμαρτίας ἃς ἐποίησεν, καὶ κλαίει καὶ μετανοεῖ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ στενάζων, καὶ καταλιμπάνει τὰ ἴδια αὐτοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς μαρτυρίοις, καὶ τοῖς πένησιν, καὶ ἐξομολογεῖται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ τοῖς πρεσβυτέροις (1), καὶ κοινωνίας ἀξιοῦται, καὶ λύει τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ δικαιοῦται. Ἀποθνήσκει δὲ μὴ ἄῤῥωστος, μηδὲν τῶν κακῶν εἰς μνήμην λαμβάνων, ἀλλὰ καὶ ἀμέριμνος διάγων, μέλλει ψηφίζειν τόκους πραγματείας, ἔνεστι δὲ καὶ μέλλει σκέπτεσθαι, ἁρπάζειν, κλέπτειν, πορνεύειν, ἢ ἕτερα κακὰ ἐννοεῖσθαι· καὶ ἁρπάζει αὐτὸν ὁ θάνατος ἀνέτοιμον ὑπάρχοντα, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ἀνάκλησις· οὗτός ἐστιν *θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός*. Μέγα καλόν ἐστιν ἐπὶ κλίνης παιδευθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν· μακάριός ἐστιν ὁ φθάσας C μίαν ἡμέραν μετανοῆσαι καὶ ἀποθανεῖν· δύναται γὰρ μία ἡμέρα ἐν μετανοίᾳ λῦσαι ἁμαρτιῶν πλῆθος, ἐὰν μόνον ἐξ ὅλης τῆς καρδίας προσπέσῃ τῷ Δεσπότῃ.

Ὅτι οὐ ψεύδομαι, μαρτυρεῖ μοι τὸ πλῆθος τῶν σωζομένων· ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος ὁ τοσαῦτα πράξας ἀναρίθμητα κακὰ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ὅρον τοῦ θανάτου φθάσας, μιᾶς ὥρας λοιπὸν ἔχων τὴν ἐλπίδα, ἐν κολάσει ὑπάρχων, μίαν φωνὴν ἀφῆκε μετὰ πίστεως θερμῆς λέγων· « Μνήσθητί μου, Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· » καὶ εὐθέως παραδείσου πολίτης ἐγένετο, ἐξομολογήσας τὰ ἁμαρτήματα, εἰπών· *Ἡμεῖς μὲν ἄξια ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν.* Οὐδὲν ἀνάξιον, φησὶν, ὑπομείνω· στήτω μοι ἡ κό- D λασις ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι· εὐχαριστῶ τῇ κολάσει ταύτῃ, πρόξενος γάρ μοι ἐγένετο μετανοίας. Εἰ μὴ γὰρ ἔφθασα εἰς τὴν κόλασιν ταύτην, οὐκ ἐμνημόνευον τῶν ἔργων μου· νῦν ἔγνων ὅτι ἀξίως τιμωροῦμαι. Οὕτως ὀφείλεις καὶ σὺ, ἄνθρωπε, εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ κλίνης κατακείμενος λέγειν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι διὰ τοῦ πάθους τούτου ἐμνήσθην μου τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀξίως κολάζομαι, καὶ ἔλυσας τὴν ἁμαρτίαν. Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς ἐπὶ κλίνης ὑπάρχων ἐν μαλακίᾳ κατακείμενος, καὶ ἀκούσας παρὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος· *Ἀπόταξαι περὶ τοῦ*

[40] Psal. xxxiii, 22. [41] Luc. xxiii, 41. [42] IV Reg. xx, 1 ; Isa. xxxviii, 1.

NOTÆ.

(1) Animadverte testimonium de peccatorum confessione quæ fit sacerdotibus ; atque illi adde quod ex codice Latino sæculi septimi extulimus Spicil. t. IV, p. 514.

οἶκον σου· ἀποθνήσκεις γὰρ σὺ, καὶ οὐ ζήσῃ· ὁ δὲ οὐκ ἀπέγνω ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἀπῆλπισε τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ στραφεὶς πρὸς τὸν τοῖχον ἔκλαυσε· καὶ δεκαπέντε ἐτῶν χάρισμα ζωῆς ἐδέξατο παρὰ τοῦ Δεσπότου.

A me desperavit, neque omnem abjecit spem salutis, sed conversus ad parietem flevit, et quindecim annorum vitæ donum accepit a Domino.

Εἰ οὖν θανάτου ὅρους καὶ προστάγματα λύει μετάνοια, πολλῷ μᾶλλον εὐκοποτέρως χειρόγραφον ἁμαρτιῶν διαλύει. Οὐ ζητεῖ χρόνου μῆκος μετάνοια, ἀλλὰ πίστιν καὶ καρδίαν εὐπρόσδεκτον· πολλοὶ γὰρ διὰ μιᾶς ὥρας κλαυθμοῦ καὶ μετανοίας βασιλείας κατηξιώθησαν, καὶ πολλοὶ ὅλον τὸν χρόνον μετανοοῦντες οὐδὲν ἤνυσαν· ἐπειδὴ οὐ προσῆλθον ἐξ ὅλης καρδίας, ἀλλὰ διστάζοντες· καὶ ὁ ἐν δισταγμῷ προσερχόμενος, δυσκόλως σώζεται· ὁ δὲ μετὰ πίστεως ἐρχόμενος, παραυτίκα δέχεται τὴν συγχώρησιν (1)· καὶ ὁ τελώνης ἐκεῖνος μίαν φωνὴν προσήνεγκε τῷ Δεσπότῃ λέγων· *Κύριε, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ*, καὶ ἐπειδὴ ἐξ ὅλης καρδίας προσήνεγκε τὴν αἴτησιν, εὐθέως καὶ τὸν καρπὸν τῆς δικαιοσύνης ἐκομίσατο· πᾶσα οὖν ἁμαρτία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις διὰ μετανοίας, ἐὰν μόνον τὴν πίστιν ἀκέραιον διαφυλάξωσι· *Πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.* Τοῦτο γὰρ εἴρηκε τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος λέγων· *Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.*

Si igitur mortis leges solvit pœnitentia, multo magis et multo facilius peccatorum chirographum dissolvere valet. Non multum tempus requirit pœnitentia, sed fidem et cor acceptabile: multi enim per fletum et pœnitentiam unius horæ regno cœlorum digni effecti sunt; multi vero, per totum vitæ tempus pœnitentiam agentes, nihil consecuti sunt, siquidem non ex toto corde, sed hæsitabundi pœnitentiam amplexi sunt: porro qui accedit (ad Deum) cum hæsitatione, vix salvari potest, accedenti vero cum fide remissa statim conceditur. Etenim Publicanus ille evangelicus unam vocem Domino protulit, nempe, *Domine, propitius esto mihi peccatori* [43]; et quoniam ex toto corde orationem protulit, statim fructum justitiæ obtinuit. Omne igitur peccatum hominibus remittetur per pœnitentiam, si modo fidem intactam servaverint: *Omne siquidem peccatum remittetur hominibus, blasphemia autem contra Spiritum sanctum non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro* [44]. Sic enim discipulis suis locutus est Dominus qui illis dixit: *Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ* [45].

B

Ἄκουσον τὴν τοῦ ὄφεως φρονιμότητα, καὶ τίνος ἕνεκεν εἶπέ σοι μιμήσασθαι τὸν ὄφιν. Διὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ μετὰ πάσης κατάρας εἶπε καὶ τοῦτο· *Ἔχθραν θήσομαι ἀνὰ μέσον σου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος αὐτῶν· σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, κἀκεῖνος τηρήσει σου κεφαλήν.* Φρόνιμος δὲ ὢν ὁ ὄφις οἶδε ὅτι κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔχει τὸν θάνατον. Καὶ ὅταν συναντήσῃ αὐτῷ ὁ βουλόμενος αὐτὸν θανατῶσαι, ἄρχεται τὴν κεφαλὴν περικαλύπτειν, καὶ εἴτε τρώγλην εὕρῃ εἴτε λίθον, ἐκεῖ τὴν κεφαλὴν ὑποτίθησιν· καὶ τὸ μὲν ὅλον σῶμα ἐκδίδωσιν εἰς πληγάς, ἵνα μόνον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διασώσῃ· τὰ δὲ ἄλλα τραύματα θεραπεύονται, εἰ δ' ἂν λάβῃ κατὰ τῆς κεφαλῆς, οὐκ ἔστιν ἔτι ζωὴ αὐτῷ, ἀλλὰ θάνατος ἀπαραίτητος. Τούτου ἕνεκεν εἶπεν· *Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις*, ἵνα ὥσπερ ἐκεῖνος σπουδάζει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διασῶσαι, οὕτως καὶ σὺ τὴν πίστιν διατήρησον ἄσπιλον. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐὰν λάβῃ μυρίας πληγὰς ἐν τῷ λοιπῷ σώματι θεραπεύεται, κατὰ τῆς κεφαλῆς δὲ ἐὰν λάβῃ, οὐκ ἔχει θεραπείαν, οὕτως καὶ σὺ ἐὰν μυρίας ἁμαρτίας ἔχῃς, δύνασαι διὰ τῆς μετανοίας σωθῆναι· ἐὰν δὲ κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βλασφημήσῃς, οὐκ ἀφεθήσεταί σοι οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· ἀλλὰ κἂν ἐγείρῃ ὁ Σατανᾶς κατὰ σοῦ ἢ κατὰ τοῦ σοῦ σώματος, γενναίως ὑπόμεινον, μὴ βλασφημήσῃς.

Audi prudentiam serpentis tibi præscriptam, et intellige quamobrem imitandum serpentem tibi proposuit. Propter transgressionem Adæ olim etiam cum omni maledictione dixerat: *Inimicitiam ponam inter te et semen eorum; tu observabis calcaneum ejus, et ille caput tuum* [46]. Porro serpens, cum prudens sit, novit in caput suum mortem intentari; unde, si quis illi occurrat ipsum occidere volens, de occultando capite primum satagit, antrumque nactus, sive petram, ibi caput abscondit, reliquum corpus plagis obvium tradens, modo vel solum caput salvum habeat: cætera enim, quacunque corporis parte accipiantur, vulnera sanatu facilia sunt; si vero caput illi feriatur, jam omnis vitæ spes evasit, morsque imminet ineluctabilis. Propterea dicit Salvator: *Estote prudentes sicut serpentes*, ut, videlicet, sicut ille de salvando capite satagit, sic et tu fidem intemeratam servare contendas. Præterea quomodo serpens, vel innumeris in reliquo corpore acceptis vulneribus, sanatur, capite autem vulnerato sanari nullo modo potest; eodem modo et tu, et si innumera admiseris peccata, per pœnitentiam salvari potes; si vero in Spiritum sanctum blasphemaveris, non remittetur tibi neque in hoc sæculo neque in futuro. At vero etiamsi tibi vel corpori tuo insidietur Satanas, viriliter sustine, cave ne blasphemes.

C

D

[43] Luc. xviii, 13. [44] Matth. xii, 32. [45] Matth. x, 16. [46] Gen. iii, 15.

NOTÆ.

(1) Adnotemus præclaram de pœnitentia doctrinam.

A divitiis enim ansam quærit Satanas hominem in perditionis barathrum dejiciendi. Hanc primam contra beatum Job pugnandi rationem expertus, per divitias illum dejicere destinabat ; quem videlicet inimicus, non minus quam cæteros homines ad blasphemiam promptum esse rebatur. Vide autem pessimi illius machinationem : non omnia combussit, omniumque simul destructionem significavit ; sic enim secum consiliatus est : Si omnes simul possessiones una vice eripuero, unumque omnium perditionis attulero nuntium, unum etiam de omnibus dolorem accipiet : si vero singula sigillatim rapiam, dolorem illi super dolorem afferam. Hæc animo versatus ovium gregem combussit, et cucurrit et nuntiavit illi dicens : *Ignis descendit de cœlo et gregem ovium combussit ; et ego relictus sum solus, et veni ut nuntiarem tibi* [47]. Vir autem ille patientissimus gratias egit dicens : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum* [48]. Malignus autem, his auditis, abiit, et uno momento occidit gregem camelorum et currens nuntiavit similiter dicens *. Nobilis autem athleta, hæc audiens, eodem modo respondit. Deinde juga boum, et, ut summatim dicam, omnem regiam substantiam abstulit, quin fortem virum a fide deterreret.

Nostri vero temporis homines ob unius jumenti mortem sexcentas evomunt in Creatorem blasphemias : ille autem tot jumentorum perditionem passus, minime blasphemavit. Non dixit : Tot victimas tibi obtuli, tot pauperes enutrivi ; quare tanta mihi inflixisti mala? Nihil horum dixit ; sed uno verbo diaboli os obstruxit, dicens : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Domino placuit, ita factum est ;* dedit, communicavit, abstulit ; sollicitudine liberavit me et ærumnis. Non contristor, siquidem non erant mea, sed Dei qui illa dederat. Illorum ego eram dispensator ; quandiu bonorum illorum administratio penes me fuit, bene administravi : hospites collegi, pater orphanorum fui, esurientium provisor, nudorum vestimentum, labore confectorum protector, afflictorum consolatio ; ego eram oculus cæcorum, claudorum pes ; quando ipsi placuit, dedit mihi possessiones ; quando ipsi visum est, dispensatione me privavit ; sua non mea recepit. Unde mihi substantia, nisi Dominus dedisset? dedit, gavisus sum ; abstulit, non ægre tuli, illius siquidem erant omnia : boves, cameli et quæcunque pascebantur animalia ipsorum domini erant. Cæterum hoc in cœlum diabolus responsum tulit, dicens : Greges ovium et camelorum, et omnem substantiam quam commisisti Job, devoravit ignis ; vide autem quid responderit ; nullam enim in te vocem blasphemam exprimere potui.

[47] Job I, 16. [48] ibid. 21.

(*) Verba diaboli desiderantur.

A Διὰ γὰρ τῶν χρημάτων καταβάλλει τὸν ἄνθρωπον ὁ Σατανᾶς εἰς τὸν βόθρον τῆς ἀπωλείας· διὰ τοῦτο κατὰ τοῦ γενναίου Ἰὼβ πρῶτον διὰ τῶν χρημάτων ἐβουλήθη καταβαλεῖν. Ἐνόμισεν γὰρ ὁ ἐχθρὸς ὡσεὶ λοιποὺς ἀνθρώπους εὐρὺν κἀκεῖνον εἰς βλασφημίαν. Καὶ βλέπε τοῦ πονηροῦ τὴν κατότεχνον ἐπίνοιαν· οὐκ εἶπεν, ἅπαντα ἐνεπύρισεν, καὶ τῶν πάντων ἐφάπαξ τὴν ἀναστροφὴν ἐμήνυσεν. Ἐστοχάσατο γὰρ ἐν ἑαυτῷ ὁ πονηρὸς, ὅτι εἰ ὑφ' ἓν λάβω τὰ κτήματα, καὐτῷ ἐφάπαξ ἀπενέγκω τὴν ἀγγελίαν, μία λύπη γίνεται αὐτῷ περὶ πάντων· ἐὰν δὲ ἓν καθ' ἓν λαβών, προσθήσομαι αὐτῷ λύπην ἐπὶ λύπην· καὶ τοῦτο στοχασάμενος ἐνεπύρισεν τὴν ἀγέλην τῶν προβάτων, καὶ ἔδραμεν καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ λέγων· *Πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέκαυσεν τὴν ἀγέλην τῶν* B *προβάτων· κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι.* Ὁ δὲ πολύαθλος εὐχαρίστησε λέγων· *ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλατο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.* Ὁ δὲ πονηρὸς ἀκούσας ταῦτα, ἀπελθὼν ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἀπέκτεινεν ἀγέλην τῶν καμήλων, καὶ δραμὼν ἀπήγγειλεν ὁμοίως λέγων· Ὁ δὲ γενναῖος ἀκούσας, τῷ αὐτῷ λόγῳ ἀπεκρίθη. Εἶτα ἔλαβε τὰ ζεύγη τῶν βοῶν, ἵνα συντόμως εἴπω, πᾶσαν τὴν βασιλικὴν ὕπαρξιν ἔλαβε, καὶ τὸν γενναῖον οὐκ ἐσάλευσεν ἐκ τῆς πίστεως.

Οἱ δὲ νῦν ἄνθρωποι ἐπὶ ἑνὸς ζώου θανόντος, μυρίας βλασφημίας κατὰ τοῦ Δημιουργοῦ φέρουσιν· C ἐκεῖνος ἐπὶ τοσούτῳ πλήθει τῆς ἀπωλείας οὐκ ἐβλασφήμησεν. Οὐκ εἶπε· Τοσαύτας σοι θυσίας προσήνεγκα, τοσούτους πτωχοὺς ἔθρεψα· διὰ τί τοσαῦτα κακὰ ἐπήγαγες ; Οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ τῷ ἑνὶ ῥήματι τὸν διάβολον ἐφίμωσεν εἰπών· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλατο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο·* ἔδωκεν, μετέδωκεν, ἔλαβεν, ἀπήλλαξέ με τῶν φροντίδων, καὶ τῆς μερίμνης. Οὐ λυποῦμαι, οὐ γὰρ ἦσαν ἐμά, ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος Θεοῦ. Ἐγὼ οἰκονόμος τούτων ἐτύγχανον· ἕως ὅτε εἶχον τῶν χρημάτων τὴν οἰκονομίαν, καλῶς ᾠκονόμησα· ξένους συνήγαγον, ὀρφανῶν πατὴρ ἐγενόμην, χηρῶν προστάτης, πεινώντων προνοητὴς, γυμνητευόντων ἀμφιασμὸς, καταπονουμένων ὑπέρμαχος, θλιβομένων παραμυθία· ἐγὼ ἦμην ὀφθαλμὸς τυφλῶν, D ποῦς χωλῶν· ὅτε ἠθέλησεν ὁ Κύριός μοι ἔδωκεν, ὅτε ἔδοξεν αὐτῷ ἔλαβεν, τῆς οἰκονομίας με ἀφεῖλατο, τὰ ἴδια ἔλαβεν, οὐχὶ τὰ ἐμά. Πόθεν μοι ὕπαρξις εἰ μὴ ὁ Κύριος παρέσχεν ; ἔδωκεν, ἐχάρην· ἔλαβεν, οὐκ ἐλυπήθην· ἐκείνου γὰρ ἦσαν ὅλα πάντα, καὶ οἱ βόες, καὶ οἱ κάμηλοι, καὶ αἱ νομάδες τῷ δεσπότῃ αὐτῶν· λοιπὸν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀπήνεγκεν τὴν ἀπόκρισιν ταύτην ὁ διάβολος λέγων, ὅτι τὰς ἀγέλας τῶν προβάτων, καὶ τῶν βοῶν, καὶ τῆς λοιπῆς ὑπάρξεως, ἅπερ ἐπίστευσας τῷ Ἰὼβ πῦρ κατέφαγεν, καὶ βλέπε τὴν παρ' ἐκείνου ἀπόκρισιν· παρ' ἐμοῦ γὰρ οὐκ ἔχεις ῥῆμα βλασφημίας.

NOTÆ.

Ἐκεῖνος τοσαῦτα ἀπωλέσας οὐκ ἐβλασφήμησεν τὸν Θεόν· ἀλλὰ καὶ ὅτε ἔλαβεν εὐχαρίστησεν, καὶ ὅτε ἀπώλεσεν οὐκ ἐλυπήθη· οἱ δὲ νῦν ἄνθρωποι ὅτε λαμβάνουσιν, τοῦ δεδωκότος οὐ μνημονεύουσι, καὶ ὅτε ἀπολέσωσιν ἄρχονται τὸν Δημιουργὸν βλασφημεῖν, καὶ ἐξαριθμεῖν τὰ κατορθώματα αὐτῶν· εἴ που ἕνα μώδιον ἢ ἕνα ἄρτον ἔδωκε πεινῶντι, ἢ ἕνα λύχνον εἰς ἐκκλησίαν ἤψεν, ἢ ἕνα ἔριφον εἰς καρποφορίαν προσήνεγκεν, ἐκεῖνα μνημονεύουσιν λέγοντες· Τοσαῦτα καλὰ ἐποιήσαμεν, καὶ ἵνα τί ἐπῆλθεν ἡμῖν ἡ κακία αὕτη; ἀλλὰ μὴ μόνον τὰς βραχείας σου ἐντολὰς μνημονεύσῃς, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἥμαρτες μνημόνευσον. Ἦψες λύχνον εἰς ἐκκλησίαν; καλῶς· ἀλλὰ εἰσῆλθεν ὁ πένης, ὃν ἠδίκησας, καὶ ἐστέναξεν κατὰ σοῦ, καὶ διὰ τῶν δακρύων ἀπέσβεσε τὸν λύχνον σου. Ἔδωκας πεινῶντι ἄρτον; κἀγὼ μαρτυρῶ σοι, ὅτι ἔδωκας, ἀλλὰ μνήσθητι ὅτι αἱ ἀγέλαι τῶν προβάτων σου καὶ τῶν βοῶν, ὁλόκληρον τὸ θέρος τοῦ πένητος κατέπιον. Μὴ ἀδικήσῃς πολλὰ, καὶ εὐποιήσῃς ὀλίγα· μὴ ἁρπάσῃς πολλὰ, καὶ μεταδώσῃς ὀλίγα· οὐ θέλεις ἀδικηθῆναι; μὴ ἀδικήσῃς τὸν πλησίον σου, τὸν ὀρφανὸν μὴ κονδυλίσῃς, τὴν χεῖρα μὴ κατὰ δεῖνα ὀπεύσῃς [σπεύσῃς], τὸν πένητα μὴ παρίδῃς, τῷ γείτονί σου μὴ φθονήσῃς, τοὺς εὐγενεῖς μάλα βλέπου, τοῖς φίλοις μὴ δολιεύου, γέροντας μὴ ἀτιμάσῃς, πρεσβυτέρους μὴ ὑβρίσῃς, τοὺς νεωτέρους μὴ παροργίσῃς, ἀλλὰ κἂν ἀπολείπωσι συνέσεως, συγγνώμην ἔχε· τῆς ἐκκλησίας μὴ χωρισθῇς, τοῖς θεάτροις μὴ πλησιάσῃς, τῆς πορνείας ἀπόστα, τῆς φλυαρίας ἀπέχου, τῆς φιλαδελφίας μὴ ἐπιλανθάνου, τῆς κακίας τὸν ἰὸν ἐκ τῆς καρδίας σου ἀποδίωξον, καὶ τὴν ἀγάπην ἐν τῇ ψυχῇ σου ἐμφύτευσον, τὴν φιλοξενίαν μὴ ἀπαρνοῦ, τῆς ἀληθείας μὴ ἀποστῇς, τῆς κακηγορίας φεῦγε μακράν· τὴν εἰρήνην φίλησον, τὴν μάχην βδελύσσου· ταῦτα πάντα φύλαξον, καὶ οὐ μὴ σοὶ εἰσέλθῃ κακόν. Μὴ βλασφημήσῃς κἂν ἐπέλθοι σοι κακόν· ταῦτα ἐποίησεν Ἰὼβ ὁ θεράπων Κυρίου. Κἂν ἐπῆλθεν αὐτῷ τὰ κακὰ ἐκεῖνα, οὐκ ἐβλασφήμησεν, ἀλλὰ καὶ εὐχαρίστησε τῷ Κυρίῳ εἰπών· *Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας.* Εἴ τις οὖν ἀσθενῇ, ἢ πλούτου ἐκπίπτῃ, τὴν τούτου καρτερίαν λαμβάνῃ, ἵνα καὶ τῶν στεφάνων καταξιωθῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν (1).

Ille igitur tot et tantis spoliatus, non blasphemavit; imo vero, cum accepit, gratias egit; cum amisit, non est contristatus. Hujus vero temporis homines, cum accipiunt, largitoris obliviscuntur; cum amittunt, in Creatorem blasphemare incipiunt, et quæ recte fecerunt enumerare: si, v. c. unum modium vel unum panem esurienti dederint vel unam accenderint in ecclesia lampadem, vel unum hædum in sacrificium obtulerint, illa memorant dicentes: Tot bona egimus: quomodo hæc nobis supervenit calamitas? At vero noli bonorum aliquot operum tuorum mentionem facere, sed illa etiam memora quæcunque admisisti peccata. Accendisti lucernam in ecclesia? bene fecisti; sed supervenit pauper a te inique habitus, et contra te gemens lucernam tuam exstinxit. Panem esurienti dedisti? et ego te laudo quod dederis; verum memento quod greges ovium tuarum et camelorum totam messem pauperis depasti sunt. Noli in multis nocere, in paucis benefacere; noli multa diripere, pauca largiri; non vis injuriam pati? noli injuriam inferre proximo tuo: ne orphanum colaphizes, ne dextram in quemlibet erigas, ne pauperem contemnas, ne vicino tuo invideas; virtute nobiles suspice; cum amicis tuis ne fraudulenter agas, seniores debito honore ne defrauderis, presbyteros ne injuriose habeas; juniores ne ad iracundiam provoces; imo, si prudentia careant, indulgentia utere; ne ab Ecclesia recedas, ne theatris accedas; fornicationem devita, nugis abstine; ne fraternæ sis charitatis immemor, inimicitiæ venenum a corde tuo exclude, et charitatem animæ tuæ insere; ne hospitalitatem detrecteris, a veritate ne recedas; detractionem fugias, pacem dilige, dissensiones odi: hæc omnia observa, et non superveniet tibi malum. Noli blasphemare etiam si quid tibi mali acciderit: ita enim se gessit Job servus Domini. Quamvis enim tanta illa mala ipsi acciderint, non blasphemavit, imo et gratias egit Domino dicens: *Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Si quis igitur infirmetur, vel a divitiis excidat, hæc patienter sustineat, ut et coronari mereatur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ε'.

Περὶ τοῦ ἔχοντος χάριν μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, καὶ περὶ πρεσβυτέρων.

[Cod. f. 348.] Φιλάνθρωπος Σωτὴρ ἡμῶν, οἰκτείρων τὸ γένος ἡμῶν, οὐκ ἀφίησι πάντα ἄνθρωπον ἄμοιρον τῆς αὐτοῦ χάριτος· οὐ γὰρ μόνον δικαίοις δίδοται χάρις, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλοῖς· ἐπειδὴ ἄφθονός ἐστιν, καὶ ἀπροσωπόληπτος, καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ

V.

De eo qui gratiam communicare possit non habenti, et de presbyteris.

Hominum amans Salvator noster, nostri miseratus generis, nullum sinit hominem gratiæ suæ esse expertem: non solis enim justis impertitur gratia, sed etiam peccatoribus: siquidem [48] nulli dona sua invidet Dominus, personasque non accipit: solem enim suum oriri facit super bonos et malos, pluit-

[48] Rom. II, 11; Matth. V, 45; I Tim. II, 4.

que super justos et injustos, et omnes homines vult salvos fieri. Etenim non despicit peccatorem, sed ipsi et tam parvam concedit gratiam, ut videlicet largitorem honoret, gratias illi agat, et conversus agat pœnitentiam. Quod si, hac etiam accepta gratia, in peccatis suis maneat, tunc ipsa, quam habet, gratia auferetur ab eo, et ad gehennam ignis condemnabitur, quia nec honorem sibi concessum nec honorificantem digne suscepit, impleturque in illo quod scriptum est : *Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus et assimilatus est eis* [49].

Ego novi sacerdotes quosdam, qui erant peccatores, manus infirmis imposuisse, sanitatemque contulisse ; illud vero ut fieri possit, duo requiruntur, quæ non dantem modo, sed etiam accipientem respiciunt. Si enim fide careat qui accipere debet, ne a justo quidem accipiet ; qui vero fidem habet, statim a peccatore etiam sanationis gratiam consequitur. Qui fidem non habet, neque a justo neque a peccatore sanitatem accipit : utrique enim, propter fidem recipientis, sanandi potestas conceditur. Dicebat enim Dominus ad se, ut aliquid peterent, accedentibus : *Fiat vobis secundum fidem vestram* [50]. Crede in nomine Domini omnem vanam disquisitionem omittens, et sanationis donum accipies : Deus enim est qui operatur. Multi e sacerdotibus peccatores offerunt dona, neque aversatur Deus, sed per Spiritum sanctum illa sanctificat, *Et panis fit corpus, calixque fit sanguis Domini nostri Jesu Christi.* Et quidem multi sunt qui, recte se agere existimantes, sacerdoti communicare recusant eo quod peccati alicujus ab ipso admissi conscii sint, neque sentiunt se ipsos graviter peccare, dum virtutem exercere volunt.

Quis es enim tu, qui judicas presbyterum ? Quis es tu qui judicas præsidem tuum? Et rursus : *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit : stabit autem ; potens est enim Deus statuere illum* [50*]. Tu, a Paulo edoctus et ad pietatem informatus, non habes potestatem illum judicandi aut arguendi. Nonne audisti Apostolum dicentem : *Principi populi tui non maledices* [51] ? Et alibi dixit : *Nolite ante tempus judicare, donec Dominus veniat, qui cordium cogitationes revelabit, et tunc erit laus a Deo* [52]. Ille potestatem habet judicandi te ; qui autem illum judicat Dominus est. Et iterum ipse Dominus : *Nolite judicare ut non judicemini* [52*]. Tu debitum honorem et reverentiam reddere satage ; statuta exsequere ; primi-

δικαίοις καὶ ἀδίκοις, καὶ θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι· καὶ γὰρ μὴ παροραῖ τὸν ἁμαρτωλόν, ἀλλὰ δίδωσιν κἀκείνῳ μικρὰν χάριν, ἵνα τιμήσῃ τὸν δεδωκότα, καὶ εὐχαριστήσῃ αὐτῷ, καὶ ἐπιστρέψας μετανοήσῃ· ἐὰν δὲ καὶ λαβὼν τὴν χάριν, τοῖς αὐτοῦ ἔτι μείνῃ κακοῖς, τότε λοιπὸν ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἣν ἔχει χάριν, καὶ κατακριθήσεται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, διότι οὐκ ἐτίμησε τὴν τιμὴν καὶ τὸν τιμήσαντα· καὶ πληροῦται ἐπ' αὐτὸν τὸ γεγραμμένον. *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

Ἐγὼ οἶδα ἱερεῖς ἁμαρτωλοὺς, ὅτι ἐπέθηκαν χεῖρας ἐπὶ ἀῤῥώστους, καὶ ἰάσαντο τοὺς ἀσθενοῦντας· ἀλλὰ τοῦτο κατὰ δύο τρόπους γίνεται, καὶ οὐ μόνον πρὸς τὸν διδόντα ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν λαμβάνοντα. Ἐὰν γὰρ μὴ πίστει λαμβάνων, οὐδὲ παρ' ἀδίκου λαμβάνει· ὁ δὲ πιστεύων, καὶ παρ' ἁμαρτωλοῦ εὐθέως δέχεται τῆς ἰάσεως τὴν χάριν (1). Ὁ μὴ πιστεύων οὔτε παρὰ δικαίου, οὔτε παρὰ ἁμαρτωλοῦ λαμβάνει· ἑκάστῳ γὰρ κατὰ τὴν πίστιν δίδοται· καὶ γὰρ ὁ Κύριος τοῖς προσερχομένοις ἔλεγεν· *Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν.* Σὺ πίστευε ἐν ὀνόματι Κυρίου ὡς προσέρχῃ σε, καὶ μὴ διακριθῇς κατὰ μηδένα τρόπον, καὶ λήψῃ τὴν χάριν τῆς ἰάσεως· ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν (2). Πολλοὶ πρεσβύτεροι ἁμαρτωλοὶ ὄντες προσφέρουσι τὰ δῶρα, καὶ οὐκ ἀποστρέφεται ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἁγιάζει τὰ προκείμενα δῶρα· *Καὶ ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα, καὶ τὸ ποτήριον γίνεται αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* (3). Καὶ εἰσίν τινες οἱ ὑπολαμβάνοντες εὔλογόν τι ποιεῖν, οὐ κοινωνοῦσιν τοῖς πρεσβυτέροις, ὡς συνειδότες τι κακὸν τῷ πρεσβυτέρῳ· καὶ οὐκ οἴδασιν ὅτι πλέον ἁμαρτάνουσιν, θέλοντες καλὸν ποιεῖν.

Τίς γὰρ εἶ σὺ, ὁ κρίνων τὸν πρεσβύτερον ; Τίς εἶ ὁ κρίνων τὸν ἄρχοντά σου ; Καὶ πάλιν· *Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην ; τῷ γὰρ ἰδίῳ Κυρίῳ στήκει καὶ πίπτει· σταθήσεται δὲ μᾶλλον· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν.* Σὺ ὁ ὑπὸ Παύλου διδασκόμενος, καὶ χειραγωγούμενος οὐκ ἔχεις ἐξουσίαν κρίνειν ἢ ἐλέγχειν αὐτόν. Οὐκ ἤκουσας τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος ; *Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ εἰρήκοις κακῶς.* Καὶ πάλιν εἶπεν· *Μὴ πρὸ καιροῦ κρίνεσθε, ἕως ἐπέλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.* Ἐκεῖνος ἔχει ἐξουσίαν κρίνειν σε· ὁ δὲ ἐκεῖνον κρίνων Κύριός ἐστιν. Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.* Σὺ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν καὶ προσκύνησιν

[49] Psal. XLVIII, 13. [50] Matth. IX, 29. [50*] Rom. XIV, 4. [51] Exod. XXII, 21 ; Act. XXIII, 5. [52] I Cor. IV, 5. [52*] Matth. VII, 1

NOTÆ.

(1) Viden' Eusebii testimonium de Christiana fiducia!

(2) Ab hoc loco ingens Eusebii nostri tractus usque ad verba ἕως οὗ διορθώσεται ἑαυτὸν, laudatur cum varietatibus a S. Joan. Damasceno in Parall. tom. II Opp. p. 666.

(3) En egregium testimonium de sanctissimo Eucharistiæ mysterio : *et panis quidem fit corpus, calix autem fit sanguis Domini nostri Jesu Christi.* Lege aliud p. 671. Item aliud in sermone X.

ἀπόδος, πλήρωσον τὰ τοῦ κανόνος, τὰς ἀπαρχὰς τῶν πρωτογεννημάτων σου προσένεγκε, τὰ κεχρεωστημένα τῇ Ἐκκλησίᾳ μὴ ἀποστερήσῃς, δίδου δὲ, μὴ ἀποτραχτεύσῃ; ποῦ ἀνηλώθησαν. Εἰ δὲ ἐπιχειρήσῃς κρῖναι αὐτὸν, ἐρεύνησον πρῶτον εἰς τὸ ταμεῖόν σου τῆς καρδίας, δοκίμασον σεαυτὸν, εἰ οὐκ ἔχεις εἰς τὸ συνειδός σου φαῦλον, εἰ οὐ καταχρίνει σε ἡ γνώμη. Καὶ οὐ λέγω σοι ὅλων τῶν ἐτῶν ἐρευνῆσαι τῶν πεπραγμένων σοι φαύλων, ἀλλὰ τῆς μιᾶς ἡμέρας μόνον. Στόχαζε οὖν ἀκριβῶς πῶς παρῆλθεν ἡ ἡμέρα, εἰ οὐκ ἐσκανδαλίσθη σοι ὁ ὀφθαλμὸς εἰς οὐδὲν, εἰ οὐ παρεῖδες πένητα, εἰ οὐκ ἐγέλασας τὸν πλησίον, οὐκ ἔσκωψας. Βλέπε εἰ οὐδὲν τούτων ἔβλαψεν σὴν ψυχήν. Εἰ καθαρὸς εἶ ἐκ τούτων πάντων, καὶ τὴν καθαρότητα ἔχεις, καὶ οὐδὲ οὕτως καλόν ἐστιν κατὰ τοῦ πρεσβυτέρου, ἢ κατὰ τοῦ πλησίον κατηγορεῖν. Ἀλλ' ἐκεῖνος, φησὶν, ἐπόρνευσεν· σὺ δὲ ἔκλεψας τοῦ πλησίον, ἥρπασας τοῦ πένητος. Ἕκαστος διὰ τῶν ἰδίων ἔργων ἴδοι τὰ κακὰ, καὶ μὴ περιβλέποι τὸν ἐρευνῶντα τὸν πλησίον. Εἰ δέ τις παρακούσας τῶν εἰρημένων ἐπιβάλῃ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ εἰς κατηγορίαν πρεσβυτέρου ἢ ἑτέρου τινὸς, τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν προσδοκάσθω· ἃ γάρ τις ποιεῖ τῷ πλησίον αὐτοῦ, ταῦτα ὑπομεῖναι ἐλπισάτω· καὶ σὺ ταῦτα πράττων τὰ τοῦ πλησίον ἐκζητεῖς; ἐρεῖ σοι καλῶς· *Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν σου, καὶ τότε ἀναβλέψεις εἰς τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Περὶ τῶν σῶν ἁμαρτιῶν μερίμνησον· καὶ ὧν οὐ προσετάχθης κρίνειν, μὴ κρίνῃς.

Πλὴν ὀφείλει καὶ ὁ πρεσβύτερος οὕτως διακεῖσθαι πρὸς τὸν λαόν· Πρὸ πάντων εὔχεσθαι ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ· προΐστασθαι ἐν πράγμασιν ἕως θανάτου, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ ποιμνίου τιθέναι, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι *Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.* Ὀφείλει τῷ ἐν ἀνάγκῃ βοηθεῖν, τὸν λυπούμενον παραμυθεῖσθαι, πρὸ πάντων μὴ μνησικακεῖν· μνησίκακος γὰρ πρεσβύτερος καθ' ἡμέραν ἁμαρτάνει. Μνησικάκου προσευχὴ οὐδέποτε καθαρὰ προσκομίζεται τῷ Θεῷ, τῆς κακίας μὲν οὔσης ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Ἐὰν μὴ διαλύσῃς τὴν κακίαν, μὴ ἀνέλθῃς εἰς τὸ θυσιαστήριον. Μνήσθητι τί σοι παρήγγειλεν ὁ Κύριος λέγων, *Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ μνησθῇς ἐκεῖ τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ οὕτως ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.* Μὴ παρακούσῃς τῆς φωνῆς τοῦ Δεσπότου τοῦ παραγγείλαντός σοι, ἵνα μὴ κατακριθῇς· δούλους μελετήσῃς, μὴ τὸν μὲν ταπεινώσῃς, τὸν δὲ ὑψώσῃς· μὴ τὸν μὲν προτιμήσῃς, τὸν δὲ παρίδῃς· μὴ τὸν πλούσιον διὰ τὰς πρωτοκλισίας τιμήσῃς, τὸν δὲ πένητα τὸν μὴ δυνάμενόν σοι προσενέγκαι δῶρα παρίδῃς· ἀλλὰ τὴν ἰσότητα πρὸς πάντα φύλαξον· Κατηγορίας ταχὺ μὴ δέχου· ἀπὸ ἀκοῆς μὴ κρίνῃς ποτέ· πολλοὶ δὲ κατὰ φθόνον καὶ

tias frugum tuorum offer; cave ne debitis oblationibus Ecclesiam frauderis; da, non investigans in quem usum data impendentur. Quod si sacerdotem judicare cupias, scrutare primum secreta cordis tui, examina teipsum, si forte nihil habeas mali in conscientia tua, si forte a propriis cogitationibus non redarguaris. Nec a te requiro ut omnia recenseas quæ per totum vitæ cursum prave gessisti, sed ea tantum quæ intra unius diei spatium admisisti. Examina ergo diligenter quomodo præsens transacta est dies: si a rebus nihili non scandalizatus est oculus tuus, si pauperem non despexisti, si proximum non irrisisti, non ludibrio habuisti; vide si nihil horum vulneravit animam tuam. Si ab his omnibus purusexsistis, ne sic quidem decet presbyterum aut proximum tuum accusare. At vero, inquit, ille est fornicator: tu vero res proximi tui furatus est, spoliasti pauperem. Unusquisque in propriis operibus quæ mala sunt consideret, nec proximum suum illa investigantem circumspiciat. Si quis autem, his quæ dicta sunt posthabitis, linguam suam exserat in presbyteri aut alterius cujusdam detractionem, parem retributionem exspectet; quæ enim facit aliquis proximo suo, hæc ipsa se passurum pro certo habeat. Et tu, tanta committens, proximi peccata investigas? Jure merito dicet tibi: *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc considerabis festucam quæ est in oculo fratris tui* [53]. De peccatis tuis sollicitus esto, et noli illos judicare quorum tibi non commissum est judicium.

Cæterum sic se erga populum presbyter habere debet: Ex toto scilicet corde suo pro populo debet orare, rerum administrationi præesse usque ad mortem, animamque pro ovibus ponere, juxta præceptum Domini dicentis: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus* [54]. Debet sacerdos in necessitate posito succurrere, afflictum consolari, præsertimque injuriarum oblivisci: sacerdos enim injuriarum memor, quotidie peccat; nec oratio hominis qui injuriarum memoriam retinet, munda esse potest in conspectu Domini, siquidem totum cor ejus malitia plenum est. Si hoc vitium a corde tuo non excluseris, ad aram ascendere ne præsumas. Memento eorum quæ tibi præcepit Dominus, dicens: *Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum* [55]. Noli negligere præceptum Domini, ut ne condemneris. Servorum tuorum curam gere; ne alium humilies, exaltes alium; ne alium honores, alium contemnas; ne primis sedibus honora divitem, pauperem, qui non potest dona tibi offerre, despiciens; sed æqualitatem in omnibus serva. Cave ne accusationem cito accipias; nunquam ab auditu judica: multi enim per invidiam et simultatem accusant proximum.

[53] Matth. VII, 5. [54] Joan. X, 11. [55] Matth. V, 23.

Quod si, debita investigatione adhibita, eum qui peccavit deprehenderis, noli statim coram omnibus arguere, ne abundantioris illi confusionis occasionem accersas. Duplex enim malum parit palam facta reprehensio : siquidem ita reprehensi, confusionem ferendo impares, afflictionique et infamiæ succumbentes, in aliud malum currunt, præsertim cum intempestive redarguuntur, se ad mortem per suspendium convertentes. Talis est enim diabolus : ad malum aliquod designandum incitat, quo commisso, ut alia committantur auctor est ; deinde suis suggestionibus perversos deridet, reprehensionesque et accusationes illis machinatur, alios quidem ut illorum casum criminentur componens, ipse vero rei auctor et verus accusator ; deinde peccatorem ipsa reprehensione, ad majorem vesaniam impellit, nimiamque illi confusionem accersens, sæpe ut seipsum suffocet auctor est.

Igitur cum tales sint maligni insidiæ, multa tibi, cui rationalium Christi ovium cura commissa est, misericordia opus est, multaque in investigando accusationes prudentia ; et quando reum deprehenderis, cave ne ab ecclesia cito eum expellas, ne hominem arripiens Satanas, suum faciat. Postquam enim homo a sacerdote excommunicatus est, illum statim complectitur Satanas, semelque acceptum non dimittit. Verendum est igitur sacerdoti ne frequenter excommunicet, anathematizet, vel præcipitanter rejiciat peccatorem. Hæc, tu, cum optime noveris, pastor, cave ne quam repellas ovem, ab ovilique separes. Imo, si quem peccati reum inveneris, hunc seorsim voca ; deinde increpa, hortare, commone bis et ter ut ab opere malo desistat. Quod si te audierit et a malo recesserit, lucratus es animam illius ; dicit enim Scriptura : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, operiet multitudinem peccatorum* [86]. Festina illi peccata condonare ; condonanti enim condonabitur ; et iterum hominum amans Dominus dixit : Etiamsi septuagies septies peccaverit in te frater tuus, dimitte illi. Cave præterea ne unquam remissione opertum peccatum exprobres, neque respiscentem peccatorem irrites. Si vero post tres admonitiones non obtemperet tibi, iisdem autem malis immaneat, tunc demum increpa coram omnibus, ut omnes, te jubente, illum objurgent. Quod si omnes etiam objurgantes negligat, nec se corrigat, abscinde illum a te, nec tali homini convescaris, donec seipsum correxerit per pœnitentiam, et tunc quidem recipi poterit. Hæc omnia nosse debet sacerdos, et quomodo populum gubernare debeat ; quæ si observaverit, non condemnabitur in æternum.

Jam vero quæ ad diaconos spectant, exponere volo. Diaconus igitur omnia debet facere juxta voluntatem sacerdotis in omnibus quæ vel ad canonem vel ad ecclesiastica ministeria pertinent, ne sibi auctoritatem in populum arrogare præ-

[86] Jac. v, 20.

A ἔριν κατηγοροῦσι τοῦ πλησίον. Ἐὰν δὲ μετὰ πάσης ἀκριβείας εὕρῃς τὸν ἁμαρτήσαντα, μὴ εὐθὺς ἐπὶ πάντων αὐτὸν ἐλέγξῃς, ἵνα μὴ περισσοτέρως καιρὸν αὐτῷ δώσῃς τῆς αἰσχύνης· δύο γὰρ κακὰ ἔχει τὸ ἐλεγχθῆναι ἐπὶ πάντων· οἱ μὲν γὰρ ἐλεγχόμενοι καὶ μὴ φέροντες τὴν αἰσχύνην, μηδὲ βαστάζοντες τὴν λύπην καὶ τὸ ὄνειδος, ἐπὶ τὸ ἕτερον κακὸν χωροῦσιν, μάλιστα ὅταν ἀκαίρως κατηγορηθῶσιν, ἐπὶ τὸν τῆς ἀγχόνης θάνατον τρέποντες. Τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ διάβολος· ὑποβάλλει ποιεῖν τὸ κακὸν, καὶ μετὰ τὸ ἓν κακὸν γενέσθαι, προξενεῖ καὶ ἄλλα ποιῆσαι· καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι καταγελᾷ, καὶ ἑτοιμάζει ἐλέγχους κατηγόρους, ἄλλους εὐτρεπίζει κατηγορεῖν αὐτῶν τὴν συμφοράν, καὶ γίνεται πρόξενος καὶ κατήγορος· καὶ τὸν μὲν ἐλεγχόμενον ἔτι μανικώτερον
B κατεργάζεται, τὸν δὲ αἰσχύνην ἐπάγων πολλὴν ποτε ταῖς ἀγχόναις προξενεῖ.

Διὰ ταῦτα οὖν τὰ παγιδευτήρια τοῦ πονηροῦ, ὁ πιστευθεὶς ποίμνην λογικὴν Χριστοῦ ὀφείλεις πολυπαθῆς εἶναι, καὶ μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας ἐπιζητεῖν· καὶ ὅταν εὕρῃς τὸν ἡμαρτηκότα, μὴ εὐθέως ἐκβάλῃς τῆς ἐκκλησίας, ἵνα μὴ δράξας ὁ Σατανᾶς τὸν ἄνθρωπον, ἴδιον ποιήσῃ· ὅταν δὲ ἀφορισθῇ ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τοῦ ἱερέως, εὐθέως ἁγκαλίζεται αὐτὸν ὁ Σατανᾶς, καὶ δεξάμενος αὐτὸν οὐκ ἀφίσταται ἀπ' αὐτοῦ· οὐκ ὀφείλει οὖν ὁ ἱερεὺς ἀφορίζειν πυκνῶς, οὔτε καταρᾶσθαι, οὔτε εὐθέως ἀπορρίπτειν τὸν ἡμαρτηκότα. Ταῦτα οὖν εἰδὼς σὺ ὁ ποιμὴν, οὐκ ὀφείλεις ἀπώσασθαι τὸ πρόβατον, οὐδὲ χωρίσαι τῆς ποίμνης·
C ἀλλὰ ὃν εὕρῃς ἡμαρτηκότα, κάλεσον αὐτὸν κατὰ μόνας· καὶ τὰ μὲν ἐπιτίμησον, τὰ δὲ παρακάλεσον, καὶ νουθέτησον αὐτὸν ἀποστῆναι τοῦ κακοῦ καὶ δὶς καὶ τρίτον· καὶ εἰ μὲν ἤκουσέν σου καὶ ἀπέστη τοῦ κακοῦ, ἐκέρδησας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὅτι *Ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν*. Τὰ πρῶτα κακὰ συγχώρησον αὐτῷ· τῷ γὰρ ἀφέοντι, ἀφεθήσεται αὐτῷ. Καὶ πάλιν ὁ φιλάνθρωπος Κύριος ἔφη, ὅτι Εἰ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτὰ ἁμαρτήσει εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἄφες αὐτῷ καὶ μηδέποτε ὀνειδίσῃς τὸ κεκαλυμμένον, μηδὲ παροργίσῃς τὸν ἐπιστρέφοντα. Ἐὰν δὲ μετὰ τρεῖς νουθεσίας παρήκουσέ σου, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένῃ κακοῖς, τότε λοιπὸν ἔλεγξον αὐ-
D τὸν ἐπὶ πάντων, ἵνα οἱ πάντες ἐπιτιμήσωσιν αὐτὸν σῇ κελεύσει· ἐπὰν δὲ καὶ τῶν πάντων παρακούσῃ, καὶ μὴ διορθώσῃ ἑαυτὸν, κόψον αὐτὸν ἀπὸ σοῦ, καὶ τῷ τοιούτῳ μηδὲ συμφάγῃς ἕως οὗ διορθώσηται ἑαυτὸν, διὰ τῆς μετανοίας, καὶ τότε λοιπὸν δεχθήσεται. Ταῦτα πάντα ὀφείλει εἰδέναι ὁ ἱερεὺς, καὶ πῶς χρὴ ἐπιπολιτεύεσθαι εἰς τὸν λαὸν, καὶ οὐ μὴ κατακριθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

Λοιπὸν καὶ περὶ διακόνων τὸν λόγον παραθήσομαι. Ὁ διάκονος τοίνυν ὀφείλει πάντα κατὰ γνώμην πρεσβυτέρου πράττειν, καὶ εἰς τὸν κανόνα καὶ εἰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας· εἰς τὸν λαὸν δὲ μὴ αὐθεντεῖν, ἀλλὰ πάντα τῇ κελεύσει τοῦ πρεσβυτέρου

ποιεῖν. Παρόντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου, οὐδὲ ἀφορίσαι τινὰ ἐξουσίαν ἔχει ἢ τι ἕτερον ποιῆσαι· μὴ παρόντος δὲ τοῦ ἱερέως ἐξουσίαν ἔχει πάντων καθὼς καὶ ἱερεὺς, παρεκτὸς τῶν ἁγίων δώρων καὶ μυστηρίων. Ἐὰν δὲ μέλλῃ ἀποδημεῖν ὁ ἱερεύς που, ὀφείλει παρακαλέσαι ἀπὸ ἑτέρας κώμης πρεσβύτερον ἀποδοῦναι τὰς εὐχὰς τῷ λαῷ. Ἐὰν δὲ οὐκ ἦν πρεσβύτερος, ὀφείλει ἱερεὺς ἁγιάσαι ἄρτον, καὶ προστάξαι τῷ διακόνῳ διαδοῦναι τῷ λαῷ. Ἐὰν δὲ καὶ παιδίον εὑρεθῇ ἀβάπτιστον, καὶ μέλλῃ τελευτᾷν, ἐξόν ἐστιν τῷ διακόνῳ βαπτίσαι αὐτό· ἐὰν δὲ ἔλθῃ παιδίον βαπτισθῆναι, καὶ ἀποθάνῃ τῇ ἀμελείᾳ τοῦ πρεσβυτέρου, οὐαὶ τῷ πρεσβυτέρῳ ἐκείνῳ. Ἐὰν δὲ τῇ ἀμελείᾳ τῶν γονέων ἀποθάνῃ ἀβάπτιστον, ὁ ἱερεὺς ἐξέρχεται ἄμεμπτος, οὐαὶ δὲ τοῖς γονεῦσιν τοῦ παιδίου. Τοιγαροῦν οὐκ ὀφείλουσιν οἱ γονεῖς ἀφιέναι ἀβάπτιστον παιδίον πλεῖστον ἄλλον χρόνον· πρόβατον γὰρ ἀσφράγιστον μερὶς λύκου· τοῦ Χριστοῦ γὰρ ὅρον ἐπλήρωσεν πᾶς ὁ τὴν ποίμνην φρουρῶν. Ἔνθα εἰς πέρας τὸν λόγον ὁ μακάριος (a). Ἀμήν (1).

sumat, sed omnia faciat prout a sacerdote jussus fuerit. Præsente quidem presbytero, non habet potestatem aliquem excommunicandi, vel aliud quidpiam faciendi; absente vero sacerdote eamdem quam sacerdos in omnibus potestatem exercet, exceptis sacrosanctis donis ac mysteriis. Quod si sacerdos peregrinari destinet, ab alia parochia presbyterum arcessere debet, qui divinæ liturgiæ officium populo peragat; et si desit presbyter, debet sacerdos sanctificare panem, diacono præcipiens ut populo distribuat. Præterea si forte infans reperiatur non baptizatus, mortique proximus, illum baptizare poterit diaconus. Quod si parvulus baptizandus adveniat, et propter negligentiam presbyteri sine baptismo moriatur, væ presbytero illi; si vero id per incuriam parentum acciderit, irreprehensus evadit sacerdos. Væ autem parvuli parentibus. Non debent igitur parentes longo tempore parvuli differre baptismum; siquidem pars erit lupi ovis non obsignata. Christi enim mandatum implet, qui gregem custodit..... Amen.

ϛ'.

Περὶ τῶν ἀποθνησκόντων εἰς τὰς παγίδας.

Μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἄνθρωπός τις ὑπὸ ποταμοῦ παρασυρθεὶς ἀπέθανε, καὶ ἐνήχθη εἰς τὴν πόλιν, καὶ μέγας κοπετὸς ἐγένετο ἐπ' αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον ὅτι κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπέλαβεν, ἕτεροι δὲ ὅτι ὁ θάνατος αὐτοῦ παρῆν, καὶ ὅτι ἔδει αὐτὸν οὕτως ἀποθανεῖν, ἄλλοι ἔλεγον ὅτι παράπτωμα γέγονεν, καὶ πολλὴ ἀντιλογία ἦν ἐν αὐτοῖς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μακάριος Ἀλέξανδρος εἰσῆλθεν πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον, καὶ ἀνήγγειλεν αὐτῷ ἅπερ ἤκουσεν αὐτῶν λαλούντων. Ὁ δὲ μέγας ἀκούσας λέγει αὐτῷ· Οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν ἔφη. Οὔτε γὰρ ἔδει οὕτως ἀπεθανεῖν αὐτὸν, οὔτε παράπτωμα γέγονεν, οὐδὲ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπέλαβεν· εἰ δὲ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπελάμβανέ τις, οὐκ ἂν ἦν ἐνταῦθα· ἀλλὰ τίς σκοπός ἐστιν ἀποθνησκόντων ἢ ἐν ποταμῷ, ἢ ἐν ἀέρι, ἢ ἐν καταιγίδι, ἢ ἐν θηρίοις; Ἄκουσον, καὶ ἐρῶ σοι τὴν ἀλήθειαν.

Ἐάν (2) τις ἀπέλθῃ περᾶσαι ποταμὸν, καὶ εἴδῃ αὐτὸν κατασυρόμενον φοβερῶς, καὶ μηδενὸς ἑτέρου ἐπιχειροῦντος περᾶσαι, παραβουλεύσηται δὲ ἐκεῖνος ὡς θέλων ἐπιδείξασθαι αὐτὸν ὡς γενναῖον, καὶ εἰσέλθῃ ἐν τῷ ποταμῷ καὶ ἀποθάνῃ, μετὰ τῶν παραβούλων κρίνεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Ἐπειδὴ βλέπων τὸν θάνατον, θάνατον οὐκ ἐφοβήθη. Ἐὰν δὲ εἴδῃ τὸν ποταμὸν ἡσυχον, καὶ πολλοὺς παρερχομένους, καὶ εἰσέλθῃ καὶ αὐτὸς περᾶσαι, καὶ αἰφνιδίως ἐπαγάγῃ αὐτῷ κύματα ὁ Σατανᾶς, καὶ ἀποθάνῃ ἐν τῷ ὕδατι,

VI.

De iis qui laqueis impliciti pereunt.

Quadam die interiit homo in flumine demersus, eoque in urbem delato, ingens exorsus est planeta. Alii quidem dictitabant eum haud immerite passum; alii vero tempus mortis ei adfuisse, eaque ratione ipsi pereundum; nonnulli istud casu accidisse contendebant. Multum sic inter eos disputatum. Quæ cum audiret beatus Alexander, illustrem Eusebium adiit, diversosque ei disputantium sermones retulit. Qui, re narrata, his respondit: A veritate omnes æque aberraverunt. Neque enim huic ita necessario pereundum, nec fortuito istud evenit, nec pro meritis accepit. Quod si enim quis juxta merita pateretur, jam non esset hic. At quid de iis sentiendum qui in flumine, aut tempetate aeris, aut in procella, aut ferarum dentibus occumbunt? Audi, et tibi veritatem dicam.

Si quis fluvium transnatare voluerit, quem imbribus viderit mire auctum, ita ut nemo cæterorum transnatare auderet, et male sibi consuluerit, suam videlicet audaciam ostentare volens, undasque ingressus perierit, cum insanis judicabitur anima ejus; quippe qui certam mortem adire non dubitaverit. Si autem fluvium viderit tranquillum, et a multis impune transitum, ac nihilominus undas subiens subito Satanæ opera fluctibus subruetur, martyrum morte occidet vir ille. Hora quidem

(a) Ἔνθα εἰς... μακάριος. Non video quo sensu hæc Latine proferam, quæ, nisi cæcutiam, mutila sunt. EDIT. PATROL.

NOTÆ.

Eusebii quoque nostri orationes sacras pro more temporis calamo fuisse exceptas, ex ipsa eloquentiæ laude, qua inclaruit, tutissimum est præjudicium. Nam ii qui mediocriter vel male eloquentiam extemporalem (σχεδιασθεῖσαν, vocat Suidas e Cyrillo Hierosol. et Sozomeno, apud quos etiam σχεδίασμα C et σχεδιάζειν ea significatione occurrit) exerce-

(1) Vide doctissimam Dissertationem : Versuch über die doppelte Recension der Briefe des Ignatius von *J. E. Chr. Schmidt* in libro menstruo : *Henke's* Magazin für Rel. Philos. Exeg. u. Kirchengesch. III B, pag. 91 seqq.

(2) De Origene videndus est Euseb. *Hist. eccl.* VI, c. 26. Gregorius Naz. in Oratione valedictoria, orat. 32, p. 583, dicit: Χαίρετε, τῶν ἐμῶν λόγων ἐρασταὶ καὶ δρόμοι καὶ συνδρομαί, καὶ γραφίδες φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι. De Jo. Chrysostomo, Socrates, *Hist. eccl.* VI, c. 4, narrat. Ὁποῖοι δέ εἰσιν οἱ τε ἐκδοθέντες παρ' αὐτοῦ λόγοι, καὶ οἱ λέγοντος αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ὀξυγράφων ἐκληφθέντες, ὅπως τε λαμπροὶ, καὶ τὸ ἐπαγωγὸν ἔχοντες, τί δεῖ νῦν λέγειν. Augustinus denique in psal. LI, p. 201, hæc scribit: « Placuit fratribus, non tantum aure et corde, sed et stylo excipienda, quæ dicimus; ut non auditorem tantum, sed et lectorem cogitare debemus. » Cf. Bingham, *Antiquit. eccles.* t. VI, p. 197 seqq.

hant, non digni habebantur, quorum βαττολογίαι litteris mandarentur. Testis est Atticus, secundus Chrysostomi successor, de quo in Sozomen. *Hist. eccl.* lib. VIII, c. 27, p. 797, hæc leguntur : Μέτριος πρὸς τοὺς ἐπ' ἐκκλησίας λόγους, ὡς μήτε γραφῆς ἀξίους νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς, μήτε παιδείας παντελῶς ἀμοίρους. Quæ vero in Nostrum, de quo laudatum Hieronymi supra attulimus testimonium, nullo modo cadere poterant. Duplex etiam orationis nostræ editio vix alio modo commode explicari poterit, nisi quod statuamus, unam esse opus auditoris cujusdam ὀξυγράφου, alteram vero ipsius auctoris authenticam auctioremque editionem. Quo facto editio prima (e cod. CCCXXXIV Nessel.) tractatus ipsius Eusebii; editio autem secunda (e cod. CCCVII Nessel.) exceptoris opus erit habenda. Quod si quis ordinem inversum velit præferre, equidem non pugnaverim, cum utrumque cogitari possit. Nisi fortasse utramque ab aliena manu exaratam et ita compositam credere velis, ut altera uberiorem expositionem omnemque auctoris phraseologiam; altera contra nonnisi summam et epitomen, omissis quibusdam partibus, quæ minus ad rem pertinere viderentur, contineret.

Utcunque autem sit, hoc certe affirmare ausim, ex ipsa hac duplicitate *authentiam orationis nostræ* optime posse probari. Nemo enim sibi aliisve facile persuadebit, duplicem exstitisse impostorem, qui sub Eusebii nomine hoc qualecunque opus elaborare atque evulgare voluerit. Quod si in unius ὑποβολιμαίου compositione idoneum fingendi consilium vix ac ne vix quidem cogitari poterit, quanto magis duorum ejusmodi libellorum suppositorum confectio ab omni destituta erit verisimilitate? Suspicioni fortasse aliquis locus dandus, si oratio dogmata contineret, quibus vel auctoris recta fides et orthodoxia ecclesiastica, vel Arianismum defendendi studium probari posset. Jam vero cum neque hoc neque illud inde elici possit, ecquis duas hasce elaborationes ad merum scribendi exercitium atque ingenii lusum referre velit?

Quæ nunc adjicienda esse videntur, hæc fere sunt :

I. Non integra oratio dupliciter est edita, sed tantum prior ejus pars, quæ proprie agit περὶ τῆς συμβουλίας τοῦ Διαβόλου τῆς πρὸς τὸν Ἅδην, cujus ὑπόθεσις deinceps p. 29 his verbis indicatur : Ἐπισκέψασθαι καὶ ἰδεῖν τὴν τοῦ Διαβόλου καὶ τοῦ Ἅδου συμβολὴν (quæ vox loco συμβουλὴν posita) πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατὰ τοῦ Κυρίου. Inde quoque titulus : Πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατασυλλογισμός, ex quo, ut supra c. 1 dictum, error ortus est, orationem nostram esse librum Eusebii deperditum adversus Judæos.

II. Prior pars utriusque orationis habet exordium commune adeoque identicum, quo continuatio orationis antecedente die habitæ annuntiatur. In fine orat. 2, pag. 14, dictum erat : Αὔριον ἀκούσωμεν καὶ περὶ ἐκείνης τῆς ὑποθέσεως. His jam respondent verba initio orat. 3, p. 15, posita : A Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ, τὰ ἀκόλουθα τοῦ χθὲς εἰρημένου λόγου ἐπισκέψασθαι καὶ ἰδεῖν τὴν τοῦ Διαβόλου ὑπουργίαν τὴν πρὸς τὸν Ἅδην κατὰ τοῦ Κυρίου. Quæ quidem in altera editione, p. 29, ita sonant : Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ, τοῦ χθὲς εἰρημένου λόγου ἐπισκέψασθαι καὶ ἰδεῖν τὴν τοῦ Διαβόλου καὶ τοῦ Ἅδου συμβολὴν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατὰ τοῦ Κυρίου.

III. Utriusque quoque editionis finis indicatur : Ἐνταῦθα τὸν λόγον ἐσφραγίσαμεν. In edit. Ἐνταῦθα οὖν σφραγίσαντες τὸν λόγον, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ἀξιώσῃ ἡμᾶς, ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἀκούσωμεν καὶ τὸν ὑπόλοιπον λόγον. Annuntiatur itaque continuatio orationis alio die habendæ.

Posterior igitur pars editionis primæ pro nova oratione haberi posset, quo facto ex τριλογίᾳ nostra homiletica fieret τετραλογία, cujus exempla in Dramate Græcorum exstant multa. Posset quoque conjici, illud ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ designare diem sequentem Fer. VII, s. *Sabbatum sanctum*, cujus propria B ὑπόθεσις descensus Christi ad inferos dici potest.

IV. Quod ad priorem utriusque editionis partem attinet, conformitas realis et verbalis tam manifesta est, ut non opus sit eam demonstrare. In genere quidem editio secunda *Epitome et breviatio editionis primæ* est habenda; nam narrationes evangelicæ de σημείοις καὶ τέρασι Christi et de conversione peccatorum, in illa amplificatæ, in hac in breviculum sunt redactæ. In singulis tamen nunc aliquid detractum atque omissum, nunc aliquid novi additum, nunc vero in alium ordinem et contextum est dispositum.

Exemplo esse potest narratio Ἀλλὰ ἄρχοντός τινος θυγάτηρ——αὐτὴν λόγῳ, quæ in editione prima desideratur. Contra historia de γυναικὶ αἱμορροούσῃ ibidem narrata multo prolixior et ornatior, quam in editione prima exponitur. Historia autem de sanatione cæcorum in editione secunda valde est coarctata. Quomodo autem una eademque narratio in singulis discrepet, optime videri C potest ex comparatione. In primo loco dicitur : Καὶ εὑρὼν νεανίσκον καλὸν εἰσῆλθον εἰς αὐτὸν μετὰ τῶν ὑπουργῶν μου καὶ χαίρων ὤκησα ἐν αὐτῷ. Ὡς οὖν ἐκεῖνος, οὐκ οἶδα, ἔγνω, ἦλθεν ἐκεῖ, καὶ ἐπετίμησέν μοι ἐξελθεῖν· καὶ ἐξελθὼν ἐγὼ μετὰ τῶν ἐξ ὑπουργῶν μου, καὶ μὴ εὑρὼν τόπον, ὅπου ἀπελθεῖν, παρεκάλεσα αὐτὸν, ἵνα κἂν κατὰ τῶν χοίρων λάβω τὴν ἐξουσίαν. Hæc in altero loco ita variata : Καὶ εὑρὼν νεανίσκον καλὸν καὶ εὔμορφον, εἰσῆλθον εἰς αὐτὸν, μετὰ τοὺς ὑπουργούς μου. Καὶ οὐκ οἶδα πόθεν ἔγνω, καὶ ἦλθεν ἐκεῖ, καὶ ἐπετίμησέ με ἐξελθεῖν. Κἀγὼ παρεκάλεσα αὐτὸν, ἵνα κἂν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων ἐλθεῖν. Καὶ ἐλθὼν εἰς τοὺς χοίρους, ἔπνιξα τούτους.

Similia ubivis se offerunt. Ejusmodi autem comparatio non sine utilitate instituitur. Nam discimus ex ea quomodo idem auctor unam eamdemque historiam variaverit. Præterea unus locus sæpe adjuvat alterum, indeque interpretatio fit facilior atque D expeditior.

II.

DE DESCENSU CHRISTI AD INFEROS EX SENTENTIA EUSEBII.

Ex Eusebii Emeseni λειψάνοις si nulla alia in nos redundaret utilitas, id tamen haberent commodi, quod doctrina ecclesiastica de descensu Christi ad inferos non sine fructu ex illis possit illustrari. Nam de hac doctrina tota hæc oratio agit, et posterior editionis primæ pars totam ejus œconomiam (ὅτι πάντα κατ' οἰκονομίαν ἐγένετο) uberius atque accuratius quam in multis tractatibus dogmaticis et polemicis fieri solet, nobis exponit.

Inter omnes constat historiam hujus dogmatis haud exiguis premi difficultatibus, magnumque omni tempore eorum fuisse numerum qui doctrinam ecclesiasticam impugnarent, adeoque ut interdum in dubium vocaretur quænam forma doctrinæ in Ecclesia sit recepta. Historiam hujus dogmatis docte et diligenter exposuit Jo. Aug. Dietelmaier (Historia dogmatis de descensu Chr. ad inferos litteraria, Ed. 2, Altdorf. 1762, 8). In ea tribus in locis (p. 86, 158, 165) *Eusebii Emisseni* testimonio utitur, sed non veri, sed *Pseudo-Eusebii Latini*, de

quo c. 1 diximus, quique in nonnullis Nostro contraria docet. Nam (ut exempli causa hoc afferamus) in Homil. de Nativ. Chr. de descensu Chr. ad inferos, plane ex opposito docetur, ut jam Centuriatores Magdeburg. cent. IV, p. 192, recte monuerunt. Si igitur auctor genuinum Eusebium Emesenum cognitum habuisset, sique, ut par est, τρόπον παιδείας ab ipsa doctrina distinxisset, eum sine dubio inter testes veritatis retulisset. Post Dietelmaierum de exponenda hac historia præ cæteris meruerunt J. S. Semler in libello : Observat. hist. dogmat. de vario et impari studio vett. in recolenda historia descensus Chr. a. i. Hal. 1775, 4 ; J. C. Volborth in Comment. quantum error Apollinaris contulerit, ut dogma de desc. Chr. a. i. symbolis fidei insereretur. Brunov. 1795, 8, et Clausen, Dogmatis de desc. Chr. a. i. Historia biblica et ecclesiastica. Havniæ, 1801, 8. Hi omnes, ut non aliter fieri poterat, Nostrum ignorarunt.

Omnis autem, si recte rem perspicimus, et principalis circa hanc doctrinam error in eo consistit, quod doctores, præjudicata opinione Symbolo apostolico inhærentes, vel verum et localem descensum negantes, non nisi *metaphoricum* statuerent ; vel, falsa interpretatione loci I Petr. III, 19, ducti, et contra omnem analogiam fidei et Scripturæ Christo apud inferos *munus prædicatorium* tribuerent ; vel denique, quod non minus cum analogia fidei pugnat, Christum apud inferos *pœnas et cruciatus damnatorum pertulisse* docerent (3).

Hisce aliisque sententiis veterum et recentiorum doctorum opposita est ea dogmatis forma quæ vere doctrina ecclesiastica dici potest, quia in ea Græci, Romano-Catholici et Protestantes consentiunt. Quod ad Lutheranos attinet, nuspiam concinnius expositam invenies, quam in Form. Concord. art. 9 : *Credimus quod Christus tota persona, Deus et Homo, post sepulturam ad inferos descenderit, Satanam devicerit, potestatem inferorum everterit, et diabolo omnem vim et potentiam eripuerit.* Cum quibus etiam consentiunt Reformati cum Lutheranis consociati a. 1631 in Colloquio Lips. a. IX, p. 395, ubi dictum : « So lassen beiderseits Theologi die *Höllenfahrt des Herrn* einen schweren und wichtigen Glaubens-Artikel bleiben, der so wenig, als der Artikel vom Sitzen zur Rechten, mit menschlicher Vernunft könne erreicht und begriffen werden, und bekennen : *dass der ganze Christus, Gott und Mensch zur Höllen gefahren, den Teufel überwunden, der Höllen Gewalt zerstöret, und dem Teufel alle seine Macht genommen habe* (4). » Ecclesia autem catholica prorsus eadem docet, ut, præter alios libros, ex Rob. Bellarmini *Controvers. Chr. fidei*, t. I, p. 438-470 apparet. Contra Calvinum recte monet p. 442 : « Omnes Patres qui descensum Christi ad inferos describunt, *describunt ut descensum victoris et triumphatoris, non ut rei, nec ullo modo indicant, Christum aliquid passum in inferno.* »

Hanc igitur doctrinæ formam Eusebius Emesenus, etsi non primus (nam fuerunt qui ante eum idem docerent), tamen inter primos et antiquissimos uberius exposuit, ideoque inter testes et fontes primarios referendus. Si enim ab ornatu rhetorico et poetico discedas, de summa doctrinæ ita

A tradit, ac si omnia κατὰ δογμάτων ἀκρίβειαν (ut Gregorius Nyssen. dicit) tractaret.

Quæ autem ea de re habet, sub capita quædam præcipua revocabimus.

I. Introductionis loco est in orat. 1 (quod supra monuimus), Joannis Baptistæ præconium, seu ὁ εὐαγγελισμὸς τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ ᾅδῃ. Præparat Joannes, ut in his terris fecerat, apud inferos quoque viam Domino. Is eum præmittit, ut fidelibus ἐν φυλακῇ πνεύμασι adventum salutarem annuntiet. Ita vulgari quoque sensu illud ἐκήρυξεν (quo tam multi interpretes sunt decepti) poterit admitti. Non autem est κήρυγμα τοῦ Κυρίου, cujus opus atque officium cum morte erat absolutum, sed κήρυγμα περὶ τοῦ Κυρίου a præcursore prolatum. Ipse Hades p. 23 fatetur : Ἐγὼ ἤκουσα τί εὐαγγελίσατο ὁ Ἰωάννης περὶ ἐκείνου, καὶ ἐφοβούμην αὐτὸν ὑποδέξασθαι ἐνταῦθα.

II. Expositis in prima orationis parte omnibus
B casibus ubi diabolus semetipsum deceperit et luserit, orator exordio partis secundæ dubia nodosque solvit, et diabolum tandem aliquando ab errore et lippitudine sua liberatum, sed eo magis perterritum sistit. Ex miraculis in morte et cruce Christi factis intelligit : Ὅτι πάντα κατ' οἰκονομίαν ἐγένετο, et miserum se sentiens exclamat : Οὐαί μοι τῷ ἀθλίῳ, ὅτι ἐνεπαίχθην. Implorat fratris sui Hadis auxilium, ut claudat portas sui palatii ad hostem terribilem arcendum. Hoc jam timore et conamine suo victoriam ac divinitatem Christi confitetur, hacque narratione confirmatur illud, quod veteres interdum dixerunt : *Diabolum esse testem divinitatis Christi !*

III. Vividissimis autem orator pingit coloribus descensum Victoris ad inferos. Καὶ ἰδοὺ, Κύριος ἔρχεται ἐπὶ τὸν ᾅδην, καταδιώκων τὸν διάβολον, καὶ αἱ Δυνάμεις προέτρεχον. Quid sint αἱ δυνάμεις non dubium esse potest. Sunt ἄγγελοι δυνάμεως
C (*II Thess.* II, 7), qui tanquam agmen comitantur Regem suum et Triumphatorem. Quod igitur narratum erat Matth. IV, 11 : Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ, id nunc splendidius repetitum ; vereque justificatum, quod dixerat Christus Matth. XXVI, 53 : Ἢ δοκεῖς, ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων.

Ad hunc quoque locum provocat Epiphanius (in sepulcr. Christi, Opp. t. II, p. 270), qui longe prolixius Christi ad inferos descendentis pompam triumphalem describit. Dicit autem : Ὁ χθὲς τοίνυν οἰκονομικῶς τοὺς λεγεῶνας τῶν ἀγγέλων παραιτούμενος, καὶ λέγων τῷ Πέτρῳ, ὅτι Δύναμαι ἄρτι παραστῆσαι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων, σήμερον θεοπρεπῶς ὁμοῦ τε καὶ πολεμικῶς καὶ δεσποτικῶς κάτεισι κάτω τοῦ ᾅδου καὶ θανάτου, καὶ τύραννον διὰ θανάτου τὰς ἀθανάτους τῶν ἀσωμάτων
D στρατευμάτων καὶ ταγμάτων ἀοράτων, οὐ δώδεκά τινας λεγεῶνας, ἀλλὰ μυρίας μυριάδας, καὶ χιλίας χιλιάδας ἔχων Ἀγγέλων, Ἀρχαγγέλων, Ἐξουσιῶν, Θρόνων ἀθρόνων [al. ἀθρόων], ἐξαπτερύγων, ἀπτερύγων, πολυομμάτων, ἀομμάτων, οὐρανίων ταγμάτων. Ἅτε δὴ ἅτε ὡς οἰκεῖον δεσπότην καὶ βασιλέα προπεμπούσας, καὶ δορυφορούσας, καὶ τιμώσας Χριστόν.

Ne quis vero hæc sinistre accipiat et de Christo

(3) Docte et perspicue, ut solet, magnus ille theologus Jo. Gerhard in Loc. theol. ed. Cottæ, t. I, p. 362, septem varias interpretationes atque opiniones recenset judicatque falsas. Ad quem ex ævo nostro accedit Ge. Chr. Knapp Vorles. *über die chr. Glaubenslehre* Th. II, 1827, 8, p. 166 seqq. Neque defuerunt qui nostris quoque temporibus ex suo ingenio vario modo exornarent hoc dogma. Cf. De Wette *bibl. Dogmat.* § 285 ; Marheinecke, *Grundl. der chr. Dogmat.* edit. 2, § 331 ; Hase, *Lehrb. der evang. Dogmat.* p. 363 seqq. Quod maxime in hac causa miramur, illud est, quod interpretatio τοῦ ἐκήρυξεν (I Petr. III, 19), qua Clemens Alex. (qui adeo apostolos prædicationis Christi in inferno socios facit !) præivit, tam multis nostræ ætatis viris DD. quales sunt Reinhard, Schmidt, Schott aliique placere potuisse. Rectius veteres eccl. evang. dogmatici prædicationem Christi in inferno statuerunt quidem, eam tamen non *evangelicam*, sed *legalem*, i. e. *damnatorium*, dixerunt.

(4) In Catechismo Genevens. p. 475, et Heidelberg. Qu. 44, p. 548, Calvini interpretatio *de cruciatibus infernalibus a Christo perpessis* recepta est.

humiliter sentiat, addit Epiphanius : Οὐ συμμάγους· ἄπαγε· ποίας γὰρ καὶ συμμαχίας ὁ παντοδύναμος ἐπιδέεται Χριστός; ἀλλ' ὀφειλούσας ὁμοῦ καὶ φιλούσας τῷ ἑαυτῶν ἀεὶ περιίστασθαι Δεσπότῃ τῷ Θεῷ φερέγγειοί [al. φερέγγειροί] τινες δορυφόροι, ὁπλῖται καὶ σκηπτοῦχοι λαμπροὶ τῆς θείας ὑξείς Δεσποτικῆς σκηπτουχίας, νεύματι μόνῳ σπουδῇ τῷ θείῳ τάχει ἀλλήλας προφθανούσας, ὁμοῦ εἰς ἔργον ἀγούσας τῇ κελεύσει τὴν πρᾶξιν, καὶ τῇ νίκῃ κατεστεμμένας πρὸς ἐχθρῶν καὶ παρανόμων παρατάξεις. Διὸ δὴ καὶ κατιούσας τότε δρόμοις ὁμοῦ τε καὶ σύνδρομοι τῷ Θεῷ καὶ Δεσπότῃ ἐπὶ τὰ ἄδου καὶ ὑπόγεια, καὶ γῆς ἁπάσης βαθύτερα τῶν ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένων ὑποχθόνια οἰκητήρια, ἐξάγων ἐν ἀνδρείᾳ τοὺς ἀπ' αἰῶνος πεπεδημένους.

Hoc autem decorum etiam a Nostro observatur. Nam Potestates cœlestes non ad defensionem Domini, vel ad debellandos hostes præsto sunt, sed tanquam testes et præcones ejus potentiæ. Nil aliud agunt, quam quod exclament : Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες ..... τῆς δόξης, et quod integram Doxologiam : Αὐτός ἐστιν ὁ ἐν ἀρχῇ λόγος ..... ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; addant. Ipse Dominus eadem vi sua divina aperit portas inferni, qua paulo post intrat in sancta palatia cœli. Et tunc adsunt angeli, tanquam testes et nuntii ascensionis in cœlum. Act. I, 10, 11.

IV. Novus porro dialogus inter Haden et diabolum clarissime miserrimum et deplorabilem utriusque testatur statum, plenissimumque victoris triumphum. Ultimas intendunt vires, ut, si fieri posset, victorem ab regno et territorio suo arceant; sed ipsi de effectu desperantes, et quam vana sint ipsorum conamina sentientes, in lamentationes atque ejulatus erumpunt. Socii fratresque se invicem accusant; alter alterum conviciis proscindit, et in eo tantum consentiunt, se misere esse deceptos. Lamentatur diabolus : Οὐαί μοι τῷ ἀθλίῳ, ὅτι ἐνεπαίχθην. Fatetur Hades : Καὶ ἐγὼ, ὦ ἄθλιε, ὑπελάμβανον, ὅτι τὸν θάνατον λυπεῖται.

V. Suffocatur eorum Dialogus et iterato jussu

A angelorum : Ἄρατε πύλας, etc., et exsultatione atque ovatione prophetarum, qua astantem jam victorem et liberatorem excipiunt. Illi ἀγαλλιώμενοι καὶ ὑμνοῦντες eadem verba exclamant, quibus olim Christum Hierosolymas intrantem populus salutaverat, teste Matth. XXI, 9.

VI. In fine orationis additur descriptio eorum quæ Christus in inferno fecerit. Res sunt maximi momenti; sed mira est brevitas et emphasis qua narrantur. Primum de diabolo sumitur vindicta et pœna : Τότε λαβὼν ὁ Κύριος τὸν Διάβολον ἔδησεν αὐτὸν ἁλύτοις δεσμοῖς ..... κλαίων καὶ στενάζων. Is vero præter cruciatus, summam patitur ignominiam; fit enim, quod Hades prædixerat : Κατάγελως τῶν δικαίων, ἐπίχαρμα τῶν ἁγίων. Prophetæ προσερχόμενοι κατεπάτουν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπιγελῶντες αὐτόν.

Deinde prophetæ et sancti ex carcere liberantur : Ὁ δὲ Κύριος λαβὼν πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ᾅδου
B λέγων· Πορεύεσθε εἰς τὸν παράδεισον. Lætum autem eorum agmen, duce Davide citharam pulsante, prosilit ex inferno sequiturque Dominum æterna ipsis gaudia parantem. Canunt Victori hymnos, et personant solemne illud Alleluia (πάντες ὑπήκουον τὸ ἀλληλούϊα), quod auctor Apocalypseos c. XIX, 1, 3, 4-8, describit.

Iis perlectis nemo sane dubitabit, Nostrum, si ab ornatu rhetorico et poetico discesseris, de descensu Christi ad inferos prorsus idem docere quod doctrina ecclesiastica tradit.

Neque dubium esse poterit, ad quem statum Christi ejus descensus sit referendus? Nam *status exaltationis* tam clare depictus, ut nemo de statu exinanitionis in præsentia possit cogitare. Christus, deposita jam μορφῇ δούλου et omni ταπεινώσει humana, qua durante vita terrestri fuerat depressus (*Philipp.* II, 7, 8), illo ipso momento, ubi dixit : τετέλεσται, et ubi παρέδωκε τὸ πνεῦμα (Joan. XIX, 30), μορφὴν Θεοῦ iterum recipiens, se Victo-
C rem et Deum manifestavit iis quorum potestatem et regnum erat destructurus.

III.

DE CONSENSU HUJUS ORATIONIS CUM EVANGELIO NICODEMI.

Consensum orationis primæ cum Evangelio Nicodemi jam supra indicavimus. Multo majorem autem in hac tertia deprehendimus; qui quidem ejusmodi est, ut nullo modo fortuitum habere possimus.

Cum non consultum videatur, totum illum locum ex Evangelio Nicodemi ex edit. Birchiana 1804, p. 114-131, huc transcribere, sufficiet, exemplis nonnullis promiscue electis docere quanta et qualis sit utriusque libelli non solum in
D rebus, sed etiam in verbis conformitas.

I. Eusebius dixerat de prophetarum exsultatione, audito Joannis Baptistæ præconio, et paulo post de diaboli succusione, qua Christum merum esse hominem supponit, et ab Hade locum tutum, ubi animam Christi condere possit, expostulat. Audiamus quo modo hoc a Pseudo-Nicodemo c. 20 (textus Græci) pag. 115 sit expressum :

Ἐν τοιαύτῃ δὲ τῶν ἁπάντων (s. προφητῶν) ὄντων χαρᾷ, ἦλθεν ὁ Σατᾶν, ὁ κληρονόμος τοῦ σκότου, καὶ λέγει τῷ Ἅδῃ· Παμφάγε καὶ ἀκόρεστε, ἄκουσόν μου τοὺς λόγους. Ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων τις Ἰησοῦς λεγόμενος, ὀνομάζων ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ, οὗτος δὲ ὢν ἄνθρωπος, ἀποσυνέργει ἡμετέρας, ἐσταύρωσαν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι. Καὶ νῦν αὐτοῦ τελευτήσαντος, ἕσο ἡτοιμασμένος, ὅπως ὦδε κατασφαλίσωμεν αὐτόν. Ἐγὼ γὰρ οἶδα, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ἤκουσα καὶ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*. Ἐποίησε δὲ καὶ πολλὰ κακὰ ἐν τῷ ἄνωθεν κόσμῳ, τοῖς βροτοῖς συναναστρεφόμενος· ὅπου γὰρ εὗρισκεν τοὺς ἐμοὺς δούλους, ἐδίωκε αὐτούς, καὶ ὅσους ἀνθρώπους ἐποίουν κυλλούς, τυφλούς, χωλούς, λεπρούς, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, διὰ λόγου μόνου ἴατο αὐτούς. Καὶ πολλοὺς ἡτοιμάσθην εἰς τὸ ταφῆναι· καὶ τούτους διὰ λόγου πάλιν ἀνεζώσε. Λέγει ὁ Ἅδης· Καὶ τοσοῦτόν ἐστι οὗτος δυνατὸς, ὥστε διὰ λόγου μόνου ποιεῖν τοιαῦτα; ἢ τοιούτῳ ὄντι δύνασαι σὺ ἀντιστῆναι αὐτῷ; Ἐμοὶ δοκεῖ, τοιούτῳ ὄντι, οὐδεὶς αὐτῷ ἀντιστῆναι δυνήσεται. Εἰ δὲ λέγεις ὅτι ἤκουσας αὐτοῦ φοβουμένου τὸν θάνατον, παίζων σε καὶ γελῶν ἔφη τοῦτο, ἵνα σε ἁρπάσῃ ἐν χειρὶ δυνατῇ, καὶ ἢ οὐαὶ, οὐαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἅπαντα.

Ut reliqua taceamus, hoc tantum monemus :

Quos diabolus summatim affert κυλλοὺς, τυφλοὺς, χωλοὺς, λεπρούς, etc., eos singulos recenset Eusebius, historiam sanationis eorum ex historia evangelica canonica narrans. Idem in aliis locis in brevius contrahit, quod Pseudo-Nicodemus fusius exponit.

II. Idem exemplum Lazari testimonii causa allatum. De eo autem apud Nicodemum, Hades ita refert : Ἐγὼ δὲ πρὸ ὀλίγου κατέπιόν τινα νεκρὸν, ὀνόματι Λάζαρον, καὶ μετ' ὀλίγον τις ἐκ τῶν ζώντων διὰ λόγου μόνου ἐκ τῶν ἐγκάτων μου τοῦτον ἀνέσπασε· οἶμαι δὲ εἶναι αὐτὸν, ὃν σὺ φῄς. Εἰ οὖν ἐκεῖνον ἐνθάδε δεξόμεθα, δέδοικα, μήπως καὶ

περὶ τῶν λοιπῶν κινδυνεύσωμεν· πάντας γὰρ, οὓς ἀπ' αἰῶνος κατέπιον — Ἰδοὺ ταράσσομαι κατὰ νοῦν, καὶ ἀλγῶ τῇ κοιλίᾳ μου, καὶ σημεῖον οὐκ ἀγαθόν μοι δοκεῖ ὁ προαναρπασθεὶς Λάζαρος ἀπ' ἐμοῦ· οὐ γὰρ ὡς νεκρὸς, ἀλλ' ὡς εὔθετος [perperam εὔετος] ἀπ' ἐμοῦ ἐξεπέτασεν [legendum videtur ἐξεπήδησεν, quod p. 19 legitur]· οὕτω γὰρ συντόμως ἡ γῆ αὐτὸν ἔξω ἐρρίψεν. Διὸ καὶ ὁρκίζω καὶ σὲ εἰς τὰς σὰς χάριτας, καὶ εἰς τὰς ἐμὰς, μὴ ἀγάγῃς αὐτὸν ἐνταῦθα· οἶμαι γὰρ, ὅτι διὰ τὸ πάντας ἀναστῆσαι νεκροὺς ὧδε παραγίνεται· καὶ τοῦτό σοι λέγω (μᾶ) τὸ σκότος, ὃ ἔχομεν, εἰ ὧδε ἀγάγῃς αὐτὸν, οὐδείς μοι τῶν νεκρῶν ἐναπολειφθήσεται.

III. Historia descensus ab utroque auctore conformiter quidem in ipsa re, in singulis tamen partibus diverso narratur modo. In Ev. Nicodemi c. 21 ita incipit: Τοιαῦτα τοῦ Σατανᾶ καὶ τοῦ Ἅδου λεγόντων πρὸς ἀλλήλους, ἐγένετο φωνὴ μεγάλη ὥσπερ βροντὴ, λέγουσα· Ἄρατε πύλας, *οἱ ἄρχοντες — δόξης*. Ἀκούσας ὁ Ἅδης λέγει τῷ Σατανᾷ· Ἔξελθε, εἰ δυνατὸς εἶ, καὶ ἀντίστηθι αὐτῷ. Ἐξῆλθεν οὖν ἔξω ὁ Σατανᾶς. Εἶτα λέγει ὁ Ἅδης τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ· Ἀσφαλίσασθε καλῶς ἰσχυρὰς τὰς πύλας τὰς χαλκᾶς καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς σιδηροῦς, καὶ τὰ κλεῖθρά μου κατέχετε· σκοπεῖτε πάντες ἱστάμενοι ὀρθιοι· ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ αὐτὸς ὧδε, οὐαὶ ἡμᾶς λήψεται.

Non statim igitur, nec ad iteratum clamorem angelorum: Ἄρατε πύλας, etc., Hades obsequium præstat, sed antea examen instituit, quis sit ille Rex gloriæ? Ad hoc angeli respondent: Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς — ἐν πολέμῳ. Auctor vero pergit: Καὶ εὐθέως ἅμα τῷ λόγῳ τούτῳ αἱ χαλκαῖ πύλαι συνετρίβησαν, καὶ οἱ σιδηροῖ μοχλοὶ συνεθλάσθησαν, καὶ οἱ δεδεμένοι πάντες νεκροὶ ἐλύθησαν τῶν δεσμῶν. — Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης, ὥσπερ ἄνθρωπος (5), καὶ πάντα τὰ σκοτεινὰ τοῦ ᾅδου ἐφωτίσθησαν.

Hades nunc potestatem et divinitatem Christi agnoscens et prædicans, se victum confitetur atque exclamat: Ἐνικηθῆμεν, οὐαὶ ἡμῖν!

IV. Pœna diabolo irrogata, his describitur verbis: Τότε ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης κρατήσας ἐκ τῆς κορυφῆς τὸν ἀρχισατράπην Σατᾶν, καὶ παραδοὺς αὐτὸν τοῖς ἀγγέλοις, εἶπε· Σιδήροις καταδεσμήσατε τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ. Εἶτα παραδοὺς τοῦτον τῷ Ἅδῃ ἔφη· Λαβὼν αὐτὸν κάτεχε ἀσφαλῶς ἄχρι [perperam ἀρχι] τῆς δευτέρας μου παρουσίας.

V. Post hæc sequitur longa oratio Hadis ad diabolum, qua ei omnem malitiam suam et stultitiam exprobrat ejusque pœnam justissimam esse pronuntiat. Qua finita pergit Historia c. 24: Οὕτω τοῦ Ἅδου διαλεγομένου τῷ Σατανᾷ, ἤπλωσε ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ ἐκράτησε καὶ ἤγειρε τὸν προπάτορα Ἀδάμ. Εἶτα στραφεὶς καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἔφη· Δεῦρο μετ' ἐμοῦ, πάντες ὅσοι διὰ τοῦ ξύλου, οὗ ἥψατο οὗτος, ἐθανατώθητε, πάλιν γὰρ ὑμᾶς διὰ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντας ἐγὼ ἰδοὺ ἀνιστῶ. Πρὸς ταῦτα ἐξέβαλεν ἅπαντας ἔξω. Καὶ ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ θυμηδίας ἐμπλεως ὀφθεὶς, Εὐχαριστῶ τῇ μεγαλωσύνῃ σου, Κύριε, ἔλεγεν, ὅτι ἀνήγαγές με ἐξ ᾅδου κατωτάτου. Οὕτω δὲ καὶ πάντες οἱ προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι εἶπον· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Χριστὲ, Σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὅτι ἀνήγαγες ἐκ τῆς φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν. Καὶ ταῦτα εἰπόντων, εὐλογήσας ὁ Σωτὴρ τὸν Ἀδὰμ, κατὰ τὸ μέτωπον, ἐν τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ (6). Τοῦτο δὲ ποιήσας καὶ πρὸς τοὺς πατριάρχας, καὶ προφήτας, καὶ τοὺς προπάτορας, καὶ τούτους λαβὼν ἐκ τοῦ ᾅδου ἀνέθορε. Πορευομένου δὲ αὐτοῦ ἔψαλλον οἱ ἅγιοι πατέρες ἀκολουθοῦντες αὐτῷ· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Ἀλληλούια, αὐτῷ ἡ δόξα τῶν ἁγίων πάντων.*

VI. Post hæc sequitur in Evang. Nicodemi c. 25-27, descriptio rerum in paradiso peractarum: de Michaele archangelo, ψυχοπομπῷ, de Enocho et Elia, de latrone converso, et de Charino et Lenthio. De his omnibus nullum vestigium inventur apud Eusebium, qui argumento suo strictim inhærens, omnem μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος vitat.

Comparatione autem cum his quæ apposuimus, instituta accuratiore, consensum utriusque auctoris quilibet statim agnoscet. Non solum enim eadem res exponitur, sed in forma quoque et ipsa phraseologia convenientia deprehenditur, quæ unum scriptorem ex altero haurientem supponit. Jam vero, si Evangelium Nicodemi, ut Brunnius aliique præsumunt, sæculo II scriptum fuit, Eusebius ex eo hausisse omnino credendus esse videtur. Hæc vero sententia, ut jam monuimus, a pluribus viris DD. impugnatur, qui præsentem Pseudo-Evangelii formam sequiori ævo (sæc. v) ascribunt. Si hoc verum, uterque scriptor ex communi traditionis fonte hausisset, sicuti Epiphanius, qui in Oratione de sepulcro Christi, Opp. t. II, eamdem sequitur mythologiam, et modo cum Eusebio, modo cum Evangelio Nicodemi consentit, in nonnullis autem ab utroque discedit. Quo posito, Eusebius primus dicendus esset, apud quem hanc traditionem vetustissimam inveniamus expressam.

Cæterum de hac prioritate, ex nostra quidem sententia, non multum est quod disputemus, cum quæstio de vera Pseudo-Evangelii ætate ejusque integritate et compositione nondum ad liquidum sit adducta. Quod si autem, secundum regulam generaliorem, narratio simplicior, brevior atque concinnior, ornatiori, prolixiori et protractiori est præferenda, ita ut de ea valeat illud: *Crescit eundo*, Eusebius omnino antiquior erit censendus, et Pseudo-Nicodemus et Epiphanius ejus imitatores atque amplificatores habendi. Sed etiam hæc regula patitur exceptionem, neque videmus quid sit respondendum, si quis ex *breviloquii studio*, quo tam insignis est Emesenus, parciorem hanc et sobriorem traditionis usum explicare velit.

Utcunque autem se res habeat, hoc certum, Eusebium inter oratores mythologos esse referendum.

(5) Supponitur igitur, Christum *tota persona*, non tantum ἐν πνεύματι, relicto in sepulcro corpore, sed anima pariter ac corpore, ut verus et plenus θεάνθρωπος, ad inferos descendisse.

(6) Non veram exegerent crisin qui hanc *crucis significationem* pro signo sequioris ævi haberent. Nam apud antiquissimos Patres invenimus testimonia de usu signi crucis, cum in precibus, tum in baptismo. Cf. Justin. Mart. *Apolog.* I, c. 72. Tertull. *Apolog.* c 25; *De cor. mil.* c. 3; *Adv. Marc.* lib. III, c. 18. Cyprian. *De unit. Eccl.* p. 116; *Constit. Apost.* lib. III, c. 17. Noster, c. 27, loquitur de baptismo; accommodate igitur et de signo crucis, quo confirmare solebant veteres baptizatos

ΙϚ'

Περὶ τῆς ἡμέρας Κυριακῆς.

XVI.

De die Dominico.

(GALLAND, *Vet. Patrum Bibloth.* t. VIII, 252.)

Α'. Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας Κυριακῆς, καθεζομένου τοῦ μακαρίου

I. Post missam, die quodam Dominico, sedente beato Eusebio episcopo, accedens ad eum Alexan-

der dixit : Quæso te, mi domine, qua de causa nobis necesse est custodire diem Dominicum, et laboribus abstinere? et quid præmii nobis est, labore abstinentibus? Beatus ille dicere exorsus est : Ausculta, fili, exponam tibi cujus rei causa traditum sit, custodire diem Dominicum, et opere abstinere. Cum traderet Dominus mysterium discipulis suis, accipiens panem, benedixit, eumque fractum dedit discipulis suis, inquiens : *Accipite, edite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum* [1]; *similiter et poculum dedit illis, dicens : Bibite ex eo omnes : hic est sanguis meus novi testamenti, quod pro vobis et pro multis effunditur in remissionem peccatorum : hoc facite, inquit, in meam commemorationem* [2]. Commemoratio igitur Domini est sacra dies Dominica. Propterea enim vocatur Dominica, quasi princeps dierum. Nam ante passionem Dominicam non vocabatur Dominica, sed dies prima. Hac die primitias resurrectionis, sive creationis mundi, orsus est Dominus : eadem die primitias resurrectionis donavit mundo : hac die, ut diximus, sacra etiam mysteria peragere jussit. Initium ergo omnis gratiæ hæc dies vobis attulit, initium creationis mundi, initium resurrectionis, initium hebdomadis. Tria initia complectens dies ista, sacrosanctæ Trinitatis principatum commonstrat.

A Εὐσεβίου, τοῦ ἐπισκόπου, προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος λέγει αὐτῷ· Δέομαί σου, κύριέ μου, τίνος ἕνεκεν ἡμῖν ἐστιν ἀναγκαῖον φυλάττειν τὴν Κυριακὴν, καὶ μὴ ἐργάζεσθαι, καὶ ποῖον κέρδος ἔχομεν μὴ ἐργαζόμενοι; Ὁ δὲ μακάριος ἤρξατο λέγειν· Ἄκουσον, τέκνον, καὶ ἐρῶ σοι, τίνος χάριν παραδέδοται τὸ φυλάσσειν ἡμᾶς τὴν Κυριακὴν, καὶ μὴ ἐργάζεσθαι. Ὅτε παρέδωκεν ὁ Κύριος τὸ μυστήριον τοῖς μαθηταῖς, λαβὼν τὸν ἄρτον, εὐλόγησεν, καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων· *Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον δέδωκεν αὐτοῖς λέγων· Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον,* B *εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, φησί. Ἀνάμνησις τοίνυν τοῦ Κυρίου ἐστὶν ἡ τῆς Κυριακῆς ἁγία ἡμέρα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Κυριακὴ ἐκλήθη, ὡς κυρία τῶν ἡμερῶν. Πρὸ γὰρ τοῦ Δεσποτικοῦ πάθους, οὐκ ἐλέγετο Κυριακὴ, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. Ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀναστάσεως, ἤγουν τῆς κοσμοποιίας, ἤρξατο ὁ Κύριος· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀναστάσεως ἐδωρήσατο τῷ κόσμῳ, ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὡς ἔφημεν, καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων ἐκέλευσεν ἐπιτελεῖσθαι. Ἀρχὴ οὖν πάσης ἀγαθοσύνης γέγονεν ἡμῖν ἡ τοιαύτη ἡμέρα, ἀρχὴ κτίσεως κόσμου, ἀρχὴ ἀναστάσεως, ἀρχὴ ἑβδομάδος, τρεῖς ἀρχὰς ἔχουσα ἡ ἡμέρα αὕτη, Τριάδος τῆς ὑπεραγίας τὴν ἀρχὴν ὑποφαίνει.

II. Cum igitur septem dies hebdomas habeat, C eorum sex Deus nobis dedit ad labores, unum vero nobis dedit ad preces et requiem, et expiationem malorum, ut, si sex diebus peccata commiserimus, super his, die Dominico, Deo reconciliemur. Mane igitur in ecclesia Dei compare, accede ad Dominum, confitere ipsi peccata tua, pœnitentiam age precibus et corde contrito, permane in divina et sacra liturgia, absolve preces tuas, et nequaquam ante dimissam concionem egredere : contemplare Dominum tuum in partes distributum et traditum, neque tamen consumptum. Quod si puræ mentis tibi conscius sis, accede ad communionem corporis et sanguinis Domini. Sin conscientia te condemnet, ut male et inconsulte factorum reum, communionem quidem deprecare, donec illam sanaris pœnitentia, D precibus vero assiste, neque egredere ecclesia, nisi dimissus. Memento Judæ proditoris. Interitus enim illius principium erat, quod non cum cæteris omnibus in oratione perstiterat ad preces. Cum accepisset panem, inquit Joannes, primus omnium egressus est, et continuo in illum ingressus est Satanas, et properavit ad prodendum Dominum [3]. Si ergo ante missam egrederis, Judam imitaris. Num vero propter brevem horæ moram cum Juda vis condemnari? Nihil tibi nocet illa permansio; nec nives intus habet ecclesia, nec ignem, nec aliud incommodum; sed exigui tantum mo-

Β'. Ἑπτὰ τοίνυν ἡμέρας ἡ ἑβδομὰς ἔχουσα, τὰς ἓξ δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἐργάζεσθαι, καὶ τὴν μίαν δέδωκεν ἡμῖν, εἰς εὐχὴν καὶ ἀνάπαυσιν, καὶ λύσιν κακῶν, καὶ ἵνα, εἴτε ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις ἁμαρτήματα πεποιήκαμεν, ὑπὲρ τούτων ἐν τῇ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τῷ Θεῷ ἐξιλασκώμεθα. Ὄρθρισον οὖν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, πρόσελθε τῷ Δεσπότῃ, ἐξομολόγησαι αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματά σου, μετανόησον ἐν εὐχῇ καὶ καρδίᾳ συντετριμμένῃ, παράμεινον ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ λειτουργίᾳ, πλήρωσόν σου τὴν εὐχὴν, μηδαμῶς πρὸ τῆς ἀπολύσεως ἐξερχόμενος. Ἴδε σου τὸν Δεσπότην μελιζόμενον, καὶ διαδιδόμενον, καὶ μὴ δαπανώμενον, καὶ εἰ μὲν ἔχεις καθαρόν σου τὸ συνειδὸς, πρόσελθε, καὶ κοινώνησον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου. Εἰ δὲ κατακρίνει σε τὸ συνειδὸς, ἐν πονηροῖς καὶ ἀτόποις ἔργοις, τὴν μὲν κοινωνίαν παραίτησαι, μέχρις ἂν διορθώσῃ ἑαυτὴν διὰ μετανοίας, τὴν δὲ εὐχὴν πσράμεινον, καὶ μὴ ἐξέλθῃς τῆς ἐκκλησίας, ἐὰν μὴ ἀπολυθῇς. Μνήσθητι Ἰούδα τοῦ προδότου. Ἐκείνου γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀπωλείας, τὸ μὴ παραμεῖναι μετὰ πάντων ἐν τῇ εὐχῇ γέγονε. Λαβὼν δὲ, φησὶν, τὸν ἄρτον, πρῶτος πάντων ἐξῆλθεν, καὶ εὐθέως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ Σατανᾶς, καὶ ἐσπούδασεν εἰς τὸ προδοῦναι τὸν Κύριον. Ἐὰν οὖν πρὸ τῆς ἀπολύσεως ἐξέλθῃς, μιμητὴς γέγονας τοῦ Ἰούδα. Μὴ τοίνυν διὰ βραχεῖαν ὥραν μέλλεις μετὰ τοῦ Ἰούδα κατακρίνεσθαι; Οὐδέν σε βλάπτει ἡ παραμονή· οὐ χιόνας ἔχει ἡ ἐκκλησία ἔνδον, οὐ

[1] I Cor. xi, 24. [2] Luc. xxii, 20. [3] Joan. xiii, 27-30.

πῦρ, οὐχ ἕτερον κολαστήριον οὐδὲν, ἀλλ' ἢ μόνον ὑπομονῆς ἐστι χρεία ῥοπῆς μιᾶς, καὶ ἀπήρτισταί σου ἡ εὐχή.

Γ'. Δι' οὐδὲν δ' ἕτερον φυλάττομεν τὴν ἡμέραν τῆς Κυριακῆς, ἀλλ' ἵνα τοῦ ἔργου ἀπεχώμεθα, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάσωμεν. Εἰ δὲ τοῦ ἔργου ἀπέχεις, εἰς τὴν ἐκκλησίαν δὲ οὐκ εἰσέρχῃ, οὐδὲν ἐκέρδανας. Τοὐναντίον μὲν οὖν οὐ μικρῶς ἑαυτὸν κατέβλαψας. Πολλοὶ δὲ ἐκδέχονται τὴν Κυριακὴν, ἀλλ' οὐχ ἑνὶ σκοπῷ πάντες. Οἱ δὲ φοβούμενοι τὸν Θεὸν ἐκδέχονται τὴν Κυριακὴν, ἵνα τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ ἀναπέμψωσι, καὶ τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος ἀπολαύσωσιν· οἱ δὲ ῥᾳθυμοι καὶ ἀμελεῖς ἐκδέχονται τὴν Κυριακὴν, ἵνα τοῦ ἔργου ἀπεχόμενοι, τοῖς κακοῖς σχολάσωσι. Καὶ ὅτι οὐ ψεύδομαι, μαρτυρεῖ τὰ πράγματα. Ἔξελθε ἐν τῇ μέσῃ ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ, καὶ οὐδὲν εὑρήσεις. Ἔξελθε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς, καὶ εὑρήσεις τοὺς μὲν κιθαρίζοντας, ἄλλους ἐπικροτοῦντας καὶ ὀρχουμένους, ἄλλους καθεζομένους, καὶ σκώπτοντας τὸν πλησίον, καὶ λοιδοροῦντας, ἄλλους παλαίοντας, ἑτέρους διαπληκτιζομένους πρὸς ἀλλήλους, ἄλλους ἐπὶ κακῷ διανεύοντας, καὶ εἴπου κιθάρα καὶ ὄρχησις, ἐκεῖ πάντες τρέχουσι. Καλεῖ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὁ κήρυξ, καὶ πάντες ὄκνον προβάλλονται καὶ ἀδυναμίαν. Γέγονε κιθάρας ἦχος, ἢ αὐλοῦ, ἢ κρότος ὀρχήσεως, καὶ πάντες, ὡς ὑπόπτεροι, ἐκεῖ προφθάνουσι. Τί θεωροῦσιν οἱ ἐρχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν; Ἐγώ σοι λέγω, τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀνακείμενον, τῶν Σεραφὶμ τὸν Τρισάγιον ὕμνον ᾀδόμενον, Πνεύματος ἁγίου παρουσίαν καὶ ἐπιφοίτησιν, τὸν προφήτην καὶ βασιλέα Δαβὶδ κελαδούμενον, τὸν εὐλογημένον ἀπόστολον Παῦλον τὴν οἰκείαν ἐνηχοῦντα διδασκαλίαν ταῖς τῶν ἁπάντων ἀκοαῖς, τὸν τῶν ἀγγέλων ὕμνον, τὸ ἀκατάπαυστον ἀλληλούϊα, εὐαγγελικὰς φωνὰς, Δεσποτικὰ [παραγγέλματα, τὴν τῶν ὁσίων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων νουθεσίαν τε καὶ *πσραίνεσιν*, ὅλα πνευματικὰ, ὅλα οὐράνια, ὅλα σωτηρίας καὶ βασιλείας πρόξενα. Ταῦτα ἀκούει, ταῦτα ὁρᾷ, ὁ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐρχόμενος. Τί θεωροῦσιν οἱ εἰς τὰ θέατρα τρέχοντες; γυναῖκας πορνευομένας, ᾄσματα διαβολικὰ, φωνὰς αἰσχρότητος πλήρεις καὶ ἀταξίας, γυναῖκας ὀρχουμένας, μᾶλλον δὲ δαιμονιζομένας. Τί γὰρ καὶ ποιεῖ ἡ ὀρχουμένη; οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ αὐθαιρέτως δαιμονίζεται. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κιθαρῳδὸς, ὥσπερ τις δαίμων, τῷ ξύλῳ προσμάχεται. Ταῦτα τὰ θεάματα τῶν θεάτρων, ὅλα δαιμονικὰ, ὅλα ἀπωλείας πρόξενα, ὅλα δαιμονίων ἐπιτηδεύματα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μισθὸς αὐτῶν πονηρός. Τοιοῦτον ἦν τὸ συμπόσιον τοῦ Ἡρῴδου, καὶ εἰσελθοῦσα ἡ Ἡρωδιὰς, ὠρχήσατο, καὶ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἀπέτεμε, καὶ τὰ καταχθόνια τοῦ ᾅδου ἐκληρονόμησεν. Οἱ οὖν τὴν ἐκείνης ἀγαπῶντες κακότεχνον ὄρχησιν, μετ' αὐτῆς ἔχουσι τὴν μερίδα, καὶ τὴν κατάκρισιν.

Δ'. Ἀρκέσθητι οὖν, ἀγαπητὲ, ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις εἰς τὰ βιωτικὰ πράγματα ἀσχολούμενος, καὶ παῦσαι κακοπραγίας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς, Οἶδα πολλοὺς, πρὸς ἀλλήλους πράγματα ἔχοντας, καὶ φιλονεικοῦντας, λέγοντας· Ἔρχεται ἡ Κυριακὴ, καὶ τὴν

A menti patientia opus est, ut preces tuæ absolvantur.

III. Nullam aliam ob causam observamus diem Dominicam, quam ut laborem intermittamus, et orationi vacemus. Si vero, intermisso labore, ecclesiam non adeas, nihil lucratus es, imo potius tibi ipsi non parum nocuisti. Multi exspectant diem Dominicam, sed non uno omnes scopo. Qui Deum timent, diem Dominicam exspectant, ut preces ad Deum fundant, et ut pretioso corpore ac sanguine recreentur : inertes vero et socordes diem Dominicam exspectant ut intermisso labore, malis operibus vacent. Me nihil falsi dicere, facta ipsa testantur. Egredere medio quodam alio die, et nihil invenies? egredere die Dominico, et invenies alios citharizantes, alios perstrepentes et saltantes, alios sedentes et cavillantes, conviciantesque proximum, alios luctantes, alios inter se pugnantes, alios nutu se invicem ad mala vocantes, et sicubi cithara est et saltatio, eo omnes concurrunt. Vocat ad ecclesiam præco; omnes somnum obtendunt et infirmitatem. Oritur sonus citharæ, vel tibiæ, vel strepitus saltationis; omnes, quasi alis vecti, eo properant. Quid spectant venientes in ecclesiam? ego dicam tibi, Dominum Christum super mensa sacra jacentem, Seraphim ter sanctum hymnum decantatum, Spiritus sancti præsentiam et adventum, prophetam et regem David personantem, benedictum apostolum Paulum omnium auribus doctrinam suam inculcantem, hymnum angelorum, et assiduum alleluia, voces evangelicas, admonitiones Dominicas, venerabilium episcoporum et presbyterorum institutionem et cohortationem, omnia spiritualia, omnia cœlestia, omnia salutem et regnum cœlorum nobis conciliantia. Hæc audit, hæc spectat, quicunque in ecclesiam venit. Quid vero spectant qui in theatra currunt? mulieres scortantes, cantiones diabolicas, voces turpitudinis et perversitatis plenas, mulieres saltantes, imo potius a malo genio correptas. Quid enim agit saltatrix? nihil aliud quam ut sponte se dæmoni regendam præbeat. Similiter et citharœdus, quasi dæmon aliquis, cum ligno conflictatur. Hæc theatrorum spectacula prorsus diabolica, prorsus perniciosa, prorsus a diabolis instituta sunt. Propterea et merces illorum mala est. Tale erat convivium Herodis, ad quod ingressa Herodiadis filia saltavit, et caput Joannis Baptistæ amputavit, et infima orci sortita est. Qui igitur maleficam illius saltationem adamant, ejusdem quoque condemnationis participes sunt.

IV. Satis ego habeas, dilecte, sex diebus hujus vitæ negotiis occupari, et die Dominica ex infelici illo labore quiescas. Novi multos, aliquid negotii cum aliis habentes, litiumque amantes, qui dicunt : Adventat dies Dominica; causa nobis dicenda est.

Homo miser et infortunate! orare jussus es die Dominica, num vero et judicio experiri? Imminet dies Dominica, et qui lite implicitus est totam noctem id meditatur contra proximum suum, et cum primum illuxit, armatur adversus illum. Mos autem apud multos invaluit, ut ex ecclesia egressi, ante eam consideant, et primus sæpe hoc facit presbyter. Tum ordiuntur inter se causas suas, dimicationes, contumelias, convicia et horum similia, imo etiam pejora : postea in ecclesiam redeunt, infestis oculis se invicem intuentur, et ferarum more dentibus strident. Væ autem presbytero talia promoventi aut judicanti die Dominico, et preces Domino stata hora non persolventi! Si quis laicorum ante missam cibum ceperit, gravis judicii ac pœnæ reus est; si vero, post sumptum cibum, mysteriorum quoque communione utatur, pars ejus erit cum Juda proditore. Multos novi sacro Paschatis die cibum capientes, et communicantes. At væ animæ illorum, maxime si confirmatæ jam ætatis sint! Nam tantum abest ut peccata sua expient, ut potius aggravent illa. Sed et malefactorum sibi conscius, et antequam ea per pœnitentiam eluerit, communicans, in pari condemnatione est. Quanto enim major hæc dies, tanto majus etiam peccatum est. Sed et qui culpa vacant, usque ad missam jejunare debent, et ita communicare. Væ illis qui die Dominica citharizant, aut saltant, aut judicia obeunt vel exercent, aut opus faciunt, aut jusjurandum dant vel exigunt, quia igni inexstinguibili addicentur, et pars eorum erit cum hypocritis [4]! Nam dies hæc ad preces et expiationem peccatorum data est nobis, ad pœnitentiam et salutem, ad requiem mercenariorum et servorum.

V. *Hæc est dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in illa* [5]. Lætemur autem non crapula et ebrietate caligantes, sed in meditatione divinarum Litterarum delicias quærentes. Dedit nobis Deus hunc diem, quo mundum condere cœpit, quo mortis potentiam fregit, eumque cognominavit Dominicum, ut vel nominis ipsius reverentia commoti præcepta Domini custodiamus. Intrat mercenarius domum tuam, subit labores sibi a te impositos, et sex diebus vix oculos tollere audet et videre unde sol oriatur aut ubi occidat; sed defatigatus operibus tuis atteritur, et collacrymat miser, in sudore et pulvere, nec respiciendi nec respirandi copiam nactus, quemadmodum diximus, nisi quod tantum diem Dominicum exspectat, ut pulverem saltem a corpore suo abstergat, et sæpe ne hoc quidem illi concedis. Qualem, quæso, excusationem habebis? Sunt qui, beneficentiæ scilicet causa, die Dominica inquiunt : Age, pauperibus hodie in operibus suis succurremus; et nesciunt,

[4] Matth. XXIV, 51. [5] Psal. CXVII, 24.

δίκην λέγομεν. Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, εὔξασθαι προσετάγης τῇ Κυριακῇ, οὐχὶ δὲ καὶ δικαστήρια συνιστᾷν. Ἔρχεται οὖν ἡ Κυριακὴ, καὶ ὁ ἔχων τὴν δίκην, ὅλην τὴν νύκτα ἐκεῖνο σκέπτεται κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ὅτε ὁ ὄρθρος ἀνατείλῃ, ὁπλίζεται κατ' αὐτοῦ. Συνήθεια δὲ αὕτη κεκράτηκε παρὰ τοῖς πολλοῖς, ἵνα, ὅτε ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξέλθωσι, προκάθηνται ἔξω, καὶ πρῶτος πολλάκις ὁ πρεσβύτερος τοῦτο ποιεῖ, καὶ προβάλλουσι πρὸς ἀλλήλους κράγματα, διαπληκτισμοὺς, ὕβρεις, λοιδορίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτων χείρονα. Εἶτα πάλιν εἰσέρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀλλήλους ὑποβλέπονται, ὥσπερ θηρία τρίζοντες τοὺς ὀδόντας αὐτῶν. Οὐαὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ τὰ τοιαῦτα κινοῦντι, ἢ δικάζοντι ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῆς, καὶ μὴ ἀποδιδόντι τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχὰς ἐν τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ. Ἐὰν δὲ καὶ πρὸ τῆς ἀπολύσεως γεύσηταί τις τῶν λαϊκῶν, μεγάλης κρίσεως καὶ τιμωρίας ἔνοχός ἐστιν. Ἐὰν δὲ καὶ γευσάμενος κοινωνήσῃ τοῖς μυστηρίοις, μετὰ τοῦ προδότου Ἰούδα ἡ μερὶς αὐτοῦ ἐστιν. Πολλοὺς οἶδα ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Πάσχα ἡμέρᾳ, γευσαμένους καὶ κοινωνήσαντας, καὶ οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, καὶ μάλιστα, εἰ ἐν ἡλικίᾳ τελεία ὦσι, ὅτι ἀντὶ τοῦ λύειν τὰ ἁμαρτήματα, μᾶλλον ἐπιφορτίζουσι ταῦτα. Ἀλλὰ καὶ ὁ πονηρὰ ἔργα ἑαυτῷ συνειδὼς, καὶ πρὶν ἢ ταῦτα διὰ τῆς μετανοίας ἀπονίψασθαι, κοινωνῶν, τῆς αὐτῆς ἐστι κατακρίσεως. Ὅσῳ γὰρ μείζων ἐστὶν ἡ ἡμέρα, μείζων ἐστὶ καὶ ἡ ἁμαρτία. Ὅσοι δὲ καὶ ἀνέγκλητοι ὑπάρχουσιν, ὀφείλουσι καρτερεῖν μέχρι τῆς ἀπολύσεως, καὶ οὕτω κοινωνεῖν. Οὐαὶ τοῖς ἐν τῇ Κυριακῇ κιθαρίζουσιν, ἢ ὀρχουμένοις, ἢ δικαζομένοις, ἢ δικάζουσιν, ἢ ἐργαζομένοις, ἢ ὀμνύουσιν, ἢ ὀρκίζουσιν, ὅτι ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ καταχριθήσονται, καὶ τὸ μέρος αὐτῶν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν ἐστιν. Αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα εἰς εὐχὴν καὶ λύσιν κακῶν ἐδόθη ἡμῖν, εἰς μετάνοιαν καὶ σωτηρίαν, εἰς ἀνάπαυσιν μισθίων καὶ δούλων.

Ε'. *Αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.* Εὐφρανθῶμεν δὲ οὐ κραιπάλῃ καὶ μέθῃ σκοτούμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ μελέτῃ τῶν θείων Γραφῶν ἐντρυφῶντες. Ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἤρξατο ποιῆσαι τὸν κόσμον· ἐν ᾗ τὸ τοῦ θανάτου κράτος κατέλυσε, καὶ ἐπωνόμασε ταύτην Κυριακὴν, ἵνα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τῆς ἡμέρας αἰδεσθέντες φυλάξωμεν τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου. Εἰσέρχεται μίσθιος εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ὑποτίθησιν ἑαυτὸν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις οὐ τολμᾷ ἀνανεῦσαι καὶ ἰδεῖν τὸν ἥλιον, πόθεν ἦλθεν, καὶ ποῦ ὑπάγει, ἀλλὰ κατακοπτόμενος ἐν τοῖς ἔργοις σου συντρίβεται καὶ συγκλαίεται ὁ οἰκτιστος, ἐν ἰδρῶτί τε καὶ καμάτῳ, καὶ οὐδαμῶς συγχωρεῖται οὔτε ἀναπνεῦσαι, οὔτε ἀναπαύεσθαι, καθάπερ ἔφημεν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκδέχεται τὴν Κυριακὴν, ἵνα κἂν τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ ἀποτινάξηται, καὶ οὐ συγχωρεῖς αὐτῷ πολλάκις. Καὶ ποίαν ἀπολογίαν ἕξεις, εἰπέ μοι· Εἰσί τινες οἱ χάριν εὐποιΐας ὄθεν,

ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς λέγοντες· Δεῦτε, σήμερον βοηθήσωμεν τοῖς πένησιν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν, καὶ οὐκ οἴδασιν, ὅτι ἐξ ὧν βούλονται ἀγαθοποιῆσαι, πλέον ἐξαμαρτάνουσι. Θέλεις βοηθῆσαι τοῖς πένησι; μὴ κλέψῃς τοῦ Θεοῦ τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν σὴν παράσχου τοῖς πένησιν ἐργασίαν, ἐξ ὧν ἔλαβες τοῦ ἐργάζεσθαι. Ὅτε τὰ σὰ ἔργα ὀφείλουσι γενέσθαι, τότε μετάδος βοηθείας τοῖς πένησιν. Ὅτε δὲ οἱ δοῦλοί σου, καὶ οἱ μίσθιοι, καὶ οἱ βόες ἀναπαύεσθαι ὀφείλουσιν, ἀποστερεῖς αὐτῶν τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τοῖς πένησι δίδως. Οἶδεν ὁ Θεὸς, τίνος ὁ κάματος. Μὴ παρέλθῃς τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, μὴ κλέψῃς τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, μὴ ἀποστερήσῃς τοὺς δούλους καὶ τοῖς μισθίοις σου τὴν ἀνάπαυσιν, μὴ χωρισθῇς τῆς εὐχῆς, μὴ ἀποστῇς τῆς Ἐκκλησίας. Οὐδὲν γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ἀνώτερον, τοῦ οὐρανοῦ ὑψηλοτέρα ἐστὶν, τοῦ ἡλίου λαμπρωτέρα, τῆς σελήνης καὶ τῶν ἄστρων φωτεινοτέρα, τοῦ κόσμου ὅλου ἐντιμοτέρα. Οἶδα πολλοὺς, ὅτι παρέρχεται ἡ ἑβδομὰς ὁλόκληρος, καὶ οὐκ εἰσέρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, πολλάκις δὲ καὶ μὴ ὅλως. Ἐὰν δὲ ἐπέλθῃ αὐτοῖς κακόν τι, διὰ τὴν κακοπραγίαν αὐτῶν, ἐπαιτιῶνται τὸν Θεὸν, καὶ οὐχ ἑαυτοὺς, λέγοντες· Διὰ τί συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τοῦτο γενέσθαι; καὶ οὐκ οἴδασιν, ὅτι ὅσον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας αὐτοὶ μακρύνονται, καὶ ὁ Θεὸς ἐξ αὐτῶν, καθὼς καὶ ὁ Προφήτης φησίν· *Οἱ μακρύνοντες ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται.*

A quod dum ita benefacere student, plus peccent. Si vis opitulari pauperibus, diem Deo consecratum ne suffurare, sed operam tuam pauperibus vicissim impende, quibus illam accepisti diebus; quo tempore tua opera fieri debent, illo opem fer pauperibus. Cum vero servi et mercenarii tui, et boves quiescere debent, quietem illis eripis, et pauperibus commodas. Novit Deus cujus sit labor ille. Noli transgredi præceptum Domini, noli subripere diem ejus, noli adimere servis et mercenariis tuis requiem; noli te segregare a precibus, aut alios avocare ab ecclesia. Nihil enim est supra Ecclesiam, ipso cœlo sublimiorem, sole splendidiorem, luna et astris lucidiorem, toto mundo pretiosiorem. Novi multos qui per universam hebdomada B ecclesiam non adeunt, imo sæpe prorsus illam negligunt : si quid vero mali ipsis, ob malignitatem suam, accidat, ejus causam in Deum, non in se ipsos conferunt, dicendo : Cur Deus hoc fieri permisit? et non intelligunt quod, dum ab Ecclesia se disjungunt, Deus illos vicissim deserat, sicut et Propheta inquit : *Qui elongant se a te, peribunt* [6].

Ϛ'. Ἀρκεῖ τάχα ταῦτα, ἀγαπητοὶ, πρὸς νουθεσίαν καὶ φόβον πολλῶν. Εἰ γὰρ ταῦτα οὐκ ἀρκεῖ, καὶ πείθει τοὺς ἀκούοντας, οὐδὲ τὰ πλείονα τούτων ἀκούσονται. Φρονίμῳ γὰρ, φησὶν, ἀνδρὶ εἷς λόγος αὐτάρκης, μωρῷ δὲ ἐξηγούμενος οὐ πείσεις τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἕως θανάτου. Θέλεις μὴ ἐπελθεῖν σοι κακόν; τὴν Κυριακὴν μὴ ὑβρίσῃς, τῶν πονηρῶν ἔργων ἀπόστηθι, τῇ εὐχῇ σχόλασον, τὸ στόμα σου ἀπὸ αἰσχρολογίας κατάπαυσον, μετὰ ἀνδρῶν εὐλαβῶν συναθροίσθητι, καὶ σὺν αὐτοῖς τῷ Θεῷ εὐχαρίστησον, δοξολογίαν ἀνάπεμψον. Αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα, πολλαχῶς εἴρηται, εἰς τὴν εὐχὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἐδόθη σοι. *Αὕτη οὖν ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφραθῶμεν ἐν αὐτῇ*, καὶ τῷ ἐν αὐτῇ ἀναστάντι δόξαν ἀναπέμψωμεν, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VI. Hæc fortasse sufficiunt, charissimi, ad multorum institutionem et timorem. Si qui enim his C non moventur, illi nec pluribus morem gerent. Prudenti viro, inquit ille, vel verbum satis est; sed cor stulti omni institutione non movebis usque ad mortem. Vis nihil mali tibi accidere? diem Dominicum ne profana, malis operibus abstine, precibus vaca, pravos sermones omitte, cum viris religiosis congregare, et cum iis Deo gratias age, laudesque ejus prædica. Hæc enim dies, ut sæpe diximus, ad preces et requiem tibi data est : *Hæc* igitur *illa est, quam fecit Dominus, gaudeamus et exsultemus in illa;* et ei qui hoc die resurrexit, gloriam tribuamus cum Patre et Spiritu sancto, nunc, semper et in sæcula sæculorum. Amen.

D

ΙΖ'.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ εἰς τὸ ἅγιον Πάθος τοῦ Κυρίου.

XVII.

In sancta et magna Parasceve, et in sanctam Passionem Domini.

Exstat inter Opera sancti Chrysostomi. Vide hujusce Patrologiæ t. LXII, col. 721. Cf. etiam infra Orationem Eusebii Emeseni in sacrum Parasceves diem.

ΙΗ'.

Εἰς τὴν τριήμερον Ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

XVIII.

In triduanam Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi.

Hanc homiliam, quam Eusebio Alexandrino tribuit Fabricius, t. X, 249, legere est inter Opera sancti Chrysostomi, hujusce Patrologiæ t. XLI, col. 733.

ΙΘ'.

Λόγος [εἰς τὴν ἁγίαν Ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

XIX.

Sermo in sanctam Assumptionem Servatoris nostri.

Hanc homiliam Eusebio Alexandrino tribuit Fabricius, Biblioth. Græc. t. X, 251. Exstat inter Opera sancti Chrysostomi, hujusce Patrologiæ t. LXIV, col. 45.

[6] Psal. LXXII, 26.

XX. A K'.

In secundum adventum Domini nostri Jesu Christi et de futuro judicio. (Ang. Mai, *Class. Auct.*, *t. X*, 595.

Εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως.

Hanc leges inter Opera sancti Chrysostomi, nujusce Patrologiæ t. LXI, col. 775.

XXI. KA'.

Sermo de eleemosyna et in divitem atque Lazarum. Λόγος περὶ ἐλεημοσύνης, εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον.

(Ang. Mai, *Biblioth. nova*, t. II, p. 501.)

I. Age sermonem hodie, charissime, de eleemosyna instituamus, et quid nobis apostolus et evangelista Matthæus de Domini nostri adventu narraverit. Dic nobis, oculate testis et Verbi minister, quandonam et quomodo quidve dicet nobis Dominus Deus, cum mundum judicaturus adveniet? Quid nunc velit, quidve agere imperet populo suo? Dixit, inquit, Dominus: *Cum venerit Filius hominis cum majestate sua, et omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit in throno majestatis suæ, et congregabuntur ante eum omnes populi: et separabit eos ab invicem, sicut pastor ab hædis oves segregat: et statuet oves quidem a dextris suis* [1]. Nam pastor, ceu benigniorem partem tenens mollitudinis mansuetudinisque, indolem scilicet ovium, harum quoque stationem melioribus assignat. Deinde a sinistris hædi, ceu pastori contumaces, collocantur. Εἶτα δὲ τὰ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, ὡς ἄτακτα τῷ ποιμένι διάκεινται.

Α'. Φέρε εἰς μέσον τὸν λόγον σήμερον, ἀγαπητὲ, προθήσωμεν περὶ ἐλεημοσύνης· καὶ τί διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Δεσπότου ἡμῶν. Εἰπὲ ἡμῖν, αὐτόπτα καὶ ὑπηρέτα τοῦ Λόγου, πότε, καὶ πῶς, καὶ τί λαλήσει ἡμῖν Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτε μέλλει παραγενέσθαι κρῖναι τὴν οἰκουμένην; Τί βούλεται, καὶ τί κελεύει ποιῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ; Εἶπεν ὁ Κύριος, φησίν· *Ὅτ' ἂν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων· καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ.* Καὶ γὰρ ὁ ποιμὴν ὡς χρηστοτέραν ἔχων τὰ τῆς ἀπαλότητος στάσεως τῶν τοιούτων ποιεῖται τοὺς κρείττονας.

II. Audiamus etiam quid Rex regum et Dominus dominantium dicturus sit bonis et misericordibus, qui mandata ejus observaverint, quatenus hi cuncta ab eo imperata in rem contulerint. Idcirco enim merito audient a Domino et clemente Deo nostro sanctam illam ac beatam ad ejus dexteram invitantem vocem: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a mundi constitutione* [2]. O bonam præparationem sortemque justitiæ illorum qui jure benignitatem ejus promeruerunt! Quid porro his dicit? *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere.* Specta, charissime, Domini providentiam, quomodo sub ipso sermonis initio proponit eleemosynæ largitionem: *esurivi, et dedistis mihi manducare.* Etenim commune necessariumque corporis nutrimentum statim memorat, quod nimirum alit et exsuscitat fame tabentes; quemadmodum David ait; *Et panis cor hominis confirmat* [3]. Sic etiam potionis memorat refrigerium: deinde hospitum susceptionem nominat, postea nudorum indumentum, infirmorum visitationem, benignum ad vinctos alloquium. Hæc et alia hujusmodi beneficia dator bonorum commemorans apud eos qui a dextris suis sunt, retributionem quoque promittit, illud nempe quod a mundi constitutione regnum paravit misericordibus et eleemosynæ largitoribus, fide recta ornatis et operibus et chari-

Β'. Ἀκούσωμεν δὲ τί ἐρεῖ ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐλεήμοσι τοῖς τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξασι, διὸ καὶ ἐτήρησαν πάντα ὅσα ἐνετείλατο. Ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ δικαίως μέλλουσιν ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ Δεσπότου καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ ἡμῶν τὴν προσκαλουμένην αὐτοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἁγίαν καὶ μακαρίαν ἐκείνην φωνήν· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Ὢ ἑτοιμασίας ἀγαθῆς καὶ πλήρος [ita cod.] δικαιοσύνης τῶν ἀξίως εὐαρεστησάντων τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα! Καὶ τί φησι πρὸς τούτοις; *Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με.* Ὅρα, ἀγαπητὲ, τὴν τοῦ Δεσπότου κηδεμονίαν, πῶς ἐκ πρώτου λόγου τὴν τῆς ἐλεημοσύνης εἰσάγει μετάδοσιν! *Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν.* Καὶ γὰρ τὴν εὐπερίστατον καὶ ἀναγκαίαν τοῦ σώματος τροφὴν ἐξ ἀρχῆς ἄγει, οἷον ὡς θρεπτικὴν καὶ ἀναζωπυροῦσαν τοὺς ἐν λιμῷ τακέντας· καθὼς καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· *Καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει.* Ὡσαύτως τὴν τῆς πόσεως διαλέγεται ἀνάψυξιν· εἶτα τῆς ξενοδοχίας τὴν εἰσαγωγήν· ἔπειτα τῆς γυμνότητος περιβολήν· τῆς ἀσθενείας τὴν ἐπίσκεψιν· τῆς φυλακῆς τὴν παρηγορίαν. Ταύτας δὲ καὶ τοιαύτας εὐποιΐας ὁ παροχεὺς τῶν ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκων τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἱσταμένους, καὶ τὴν

[1] Matth. xxv, 31 seqq. [2] ibid. 34. [3] Psal. ciii, 15.

ἀντάμειψιν ὁπισχνεῖται, ἣν πρὸ καταβολῆς κόσμου βασιλείαν ἡτοίμασε τοῖς εὐσπλάγχνοις καὶ ἐλεήμοσι, τοῖς ὀρθοῖς τῇ πίστει καὶ πράξει καὶ ἀγάπῃ. Τούτους προσκαλεῖται ὡς ἠγαπημένους φίλους, καθὼς εἶπεν· *Ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε*, ὅτι τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐτηρήσατε, τὰ ἐμὰ ἐντάλματα ἐφυλάξατε· καὶ γὰρ πεινῶντά με ἐθρέψατε, διψῶντα ἐποτίσατε, ξένον ὄντα με εἰς στέγην εἰσαγάγετε· γυμνὸν θεωρήσαντες, περιβόλαιον ἐχαρίσασθε, ἐν ἀσθενείᾳ με γενόμενον ἐπισκέψασθε, ἐν φυλακῇ δέ με καταχλεισθέντα πρός με παρεγένεσθε, καὶ τὸν τῆς παρακλήσεως λόγον ἐχαρίσασθε. Λοιπὸν τί ἀντάξιον ὑπὲρ ὧν εὐεργετήσατέ με; ἀντιπαρέχω ὑμῖν τὴν ἀντιχάριτα· [ita cod.] ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ γνησίως ἠγαπήσατε, τὸν Πατέρα μου ἠτησάμην δι' ὑμᾶς, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ σὺν ἐμοὶ ἦτε, καὶ τῆς ἐμῆς βασιλείας συγκληρονόμοι γένησθε.

tate. Hos ad se ceu dilectos amicos vocat, sicut jam dixerat : *Vos amici mei estis*[4], quia sermones meos servavistis præceptaque mea custodistis : nam me esurientem pavistis, sitientem potastis, hospitem sub tecto recepistis, infirmum visitastis, carcere clausum adivistis et solatii verba obtulistis. De reliquo quid pro benefactis in me collatis retribuam? En jam vobis gratiam referam : quia vos me dilexistis, et sincero amore complexi estis, Patrem meum rogavi propter vos, ut ubi ego sum, vos quoque mecum sitis, meique regni cohæredes fiatis.

Γ'. Τί πρὸς ταῦτα φασὶν οὗτοι πρὸς τὸν Κύριον καὶ βασιλέα τῆς δόξης; Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; ἢ ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ ἀσθενῆ, καὶ ἐπεσκεψάμεθα; ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρὸς σέ; Ἄκουσον δὲ καὶ τοῦ Δεσπότου. Τί πρὸς αὐτοὺς ἐρεῖ· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Ἤκουσας Δεσπότου ἀγαθοῦ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα, πῶς τοῖς πένησι καὶ πτωχοῖς, ἀδελφοὺς [ita cod.] ἀποκαλεῖται· καὶ εἴ τις δ' ἂν ἐν αὐτοῖς εὐεργεσίαν ποιήσει, οἷον τροφὴν παρέχῃ τοῖς πεινῶσιν, ἢ ξενοδοχίαν ἐνδείκνυται, καὶ γυμνὸν σκέπῃ, αὐτὸς δέχεται ὁ τὴν ἡμῶν σαρκοφορέσας. Ὁ εἰπὼν, *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν* καὶ ἐπιστροφήν, εἰς αὐτὸν τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, τὴν εὐποιΐαν τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖται· *Ὁ γὰρ ἐλεῶν πτωχὸν, Θεῷ δανείζει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, ἀμοιβάνει.* Ἀλλ' οὖν καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ λέγει· *Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος.* Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἡμέρα πονηρὰ γίνεται τοῖς ἀσπλάγχνοις καὶ ἀνελεήμοσιν· οἵ περ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς τὸ πῦρ τὸ ἐξώτερον ἀποπέμπονται· τοῖς δὲ εὐσπλάγχνοις καὶ ἐλεήμοσι, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης αἰωνίου πρόξενος, καὶ τῆς μετὰ ἁγίων ἀγγέλων διαγωγῆς. Ὡσαύτως καὶ ὁ Κύριος μακαρίζει αὐτοὺς ἐλεήμονας λέγων· *Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.* Πότε δὲ ἐλεηθήσονται; Ὅτε καθίσει ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου δόξης, τότε ἐλεηθήσονται οἱ ἐλεήμονες, οἱ φιλόπτωχοι, οἱ εὐσπλαγχνοι, οἱ εὐμετάδοτοι, οἱ ξενοδόχοι, οἱ ὀρφανοτρόφοι, χηρῶν καὶ ἀδυνάτων οἱ ἐπισκέπται, οἱ τῶν καταπονουμένων ἀντιλήπτορες, οἱ τῶν θλιβομένων προστάται, οἱ τῶν δεομένων ἔμφοροι, οἱ τῶν νοσούντων διάκονοι, οἱ τῶν ἐν πικραῖς δουλείαις ἐλευθερωταὶ, οἱ τῶν πεπλανημένων ὁδηγοὶ, οἱ τῶν γυμνῶν σκεπασταὶ, οἱ τῶν χρεωστούντων πληρωταί· καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, οἱ πάντων τῶν δεομένων καὶ τούτων οἰκονόμοι, αὐτοῖς ἡτοίμασται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τοῖς αὐτοῖς ἐστιν οἰκητήριον ἡ ἄνω

III. Quid ad hæc autem illi dicent Domino regique gloriæ? Domine, quandonam te vidimus esurientem, et pavimus? sitientem, et potum dedimus? vel peregrinum, et collegimus te? infirmum, et visitavimus? in carcere, et venimus ad te? Audi jam quid iis Dominus respondebit : Quæcunque uni ex his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis. Audisti boni Domini charitatem ac benignitatem, quomodo egenos ac pauperes appellat fratres; et quod si quis bene illis fecerit, escam puta esurientibus suppeditaverit, aut hospitium præbuerit, aut nudum texerit, ipse sibi factum reputat, postquam carnem nostram gestavit. Qui dixit : *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*[5] et conversionem, sibi factori et creatori qui universæ carni escam suppeditat, beneficium atque eleemosynam collatam edicit. Nam *qui miseretur pauperis, feneratur Deo; secundum datum suum, recipiet*[6]. Sed et David dicit : *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem! in die mala liberabit eum Dominus*[7]. Reapse enim dies illa, dies mala fiet inclementibus et immisericordibus, qui ea die in exteriorem ignem mittentur; attamen benignis et misericordibus lætitiam gaudiumque æternum conferet, et sanctorum angelorum consortium. Similiter et Dominus beatos misericordes dicit : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*[8]. Quandonam vero misericordia potientur? Videlicet cum rex sedebit in throno gloriæ, tunc misericordiam consequentur eleemosynarum largitores, pauperum amantes, benigni, liberales, hospitales, orphanorum altores, viduarum et invalidorum curatores, ærumnosorum patroni, egentium saturatores, ægrotantium ministri, ii qui ex acerbis servitiis liberant, qui errantibus viam demonstrant, qui nudos vestiunt, qui ære alieno nexos expediunt : atque ut summatim dicam, qui omnium ope egentium œconomi fiunt : his, inquam, cœlorum regnum paratum est. His habitaculum erit superna civitas : iidem ceu regis familiares, coram illo astabunt, splendidissimæ deitatis lumine illustrati.

[4] Joan. xv, 14. [5] Matth. ix, 13. [6] Prov. xix, 1, 7. [7] Psal. xl, 2. [8] Matth. v, 7.

πόλις· οἱ αὐτοὶ ὡς οἰκειότεροι τοῦ βασιλέως πρὸ προσώπου αὐτοῦ παρίστανται, κατοπτριζόμενοι τῇ αἴγλῃ τῆς τρισηλίου θεότητος.

IV. Quid autem et iis qui a sinistris erunt dicet Dominus? *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus*[9]. Non enim vobis paratus fuerat, sed diabolo et angelis ejus : nunc quia diaboli opera imitati estis, avaritiam et immitem animum atque omne improbitatis genus sectati, lata est de vobis sententia, ut cum illo abeatis in ignem, cum Satanæ ministri fueritis. Et quidem sponte me neglectum spretumque deseruistis, sanctas meas Scripturas contempsistis, hominesque illos qui vos erudiebant, atque a contaminationibus pravisque operibus deterrebant, et charitatem atque eleemosynam suadebant, non audistis; sed vecordia et amentia abducti, prædicantium verba flocci fecistis, et contumeliis impositis inhoneste eos abegistis. Secus autem fabulones, et otiosos, divinos, incantatores, veneficos, præstigiatores, astronomos, somniorum interpretes, et quotquot sunt pravorum operum socii et auctores, familiares habuistis, statutis meis præceptisque derelictis, qui tamen vos de terra plasmavi ad imaginem meam, et vitali flatu terrenam hanc formam vobis largitus sum; et nihilominus me negastis ac repulistis : nempe ut rebellem mihi diabolum, cui ignis paratus erat, sectaremini. Atque ego quidem propter hominem, quem impolluta manu mea formavi, paradisum requiemque feceram, gaudiumque et vitam perpetuam destinaveram : vos vero, ut dixi, obedientiam negastis, me præceptisque meis derelictis, et diaboli facti estis operarii : ministris ejus, sodalibus atque amicis adhæsistis, et omne nequitiæ ac malitiæ genus, fraudem, mendacium atque avaritiam condidicistis : cumque ejusmodi pravis operibus vindictæ quoque studium et inclementem animum tanquam vestimentum induistis. Quid autem vobis dicam? Num vos decet audire, venite? Minime. Dictionem enim hanc, *Venite, benedicti Patris mei*, aliis indulsimus : nam qui ut in dextera mea collocarentur decertarunt, hi prædicta verba audire digni fuerunt. Vos vero inimicos meos sermonumque meorum contemptores expello, extrudo, proterreo a conspectu meo; quandoquidem indignos vos gloria mea, ob lævam sententiam, vesaniam, inclementiamque vestram effecistis. Propterea vobis dico : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum*, qui diabolo cæteroqui et angelis ejus tantummodo paratus fuerat. Nunc vos pariter ad eamdem inexstinguibilis ignis stationem pergite, quoniam hanc ignis pœnam cum diabolo angelisque ejus subire sategistis. Revera enim toto orbe maledicti exstitistis, quia justitiæ laude caruistis; imo maledictionem vestium instar vobis ob animi inclementiam induistis. Ceu maledicti igitur et immisericordes igni trademini. *Esurivi, et non dedistis mihi manducare;* nec aliud

[9] Matth. xxv, 41.

Δ'. Τί δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐξ εὐωνύμων ἐρεῖ ὁ Κύριος; *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ δι' ὑμᾶς ἡτοίμασται, ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ τοῦ διαβόλου ἔργα παρηκολουθήσατε, καὶ τῇ πλεονεξίᾳ καὶ ἁπλαγχνίᾳ, καὶ πᾶν εἶδος κακοῦ ἐπιφερόμενοι, κατεδικάσθητε σὺν αὐτῷ ἀπελθεῖν εἰς τὸ πῦρ ὡς ὑπουργοὶ τοῦ Σατανᾶ γεγονότες. Καὶ ὡς ἐθελοντὶ ἐμὲ κατελίπατε, ἀλλὰ παρίδετε καὶ ἐβδελίξασθε, καὶ τὰς ἁγίας μου Γραφὰς ἐξουθενήσατε, τοὺς διδάσκοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν μιασμάτων καὶ πονηρῶν ἔργων, καὶ ἀγάπης καὶ ἐλεημοσύνης ἀντέχεσθαι, οὐκ ἠκούσατε, ἀλλὰ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ καὶ τῷ λογισμῷ διακείμενοι ἐματαιώθητε, τούτων τοὺς λόγους, ὡς λῆρον ἡγήσασθε, καὶ ὡς ἀτίμους ἀπεπέμψατε, ὕβριν ἐπάγοντες αὐτοῖς· τοὺς δὲ μυθολόγους καὶ περιέργους καὶ μαντικοὺς καὶ ἐπαοιδοὺς, καὶ φαρμάκους, καὶ γόητας, καὶ ἀστρονόμους, καὶ ὀνειρολύτας, καὶ ὅσους πάντας τοὺς τῶν κακῶν ἔργων συνίστορας καὶ ἐπινοητὰς, πρὸς ἑαυτοὺς ἐποιήσατε, καταλιπόντες τὰ ἐμὰ προστάγματα καὶ ἐντολὰς, τοῦ ἀπὸ γῆς ὑμᾶς πλαστουργήσαντος κατ' εἰκόνα ἐμὴν, καὶ τῷ ζωηφόρῳ ἐμφυσήματί μου δοὺς ὑμῖν καὶ τὴν περίγειον κατασκευὴν δωρησάμενος, ἠθετήσατε καὶ ἀπεστράφητε· καὶ τὸν τραχηλιάσαντα κατ' ἐμοῦ διάβολον, ὃν [ita cod.] τὸ πῦρ κατ' αὐτοῦ ἡτοίμασται, συνηκολουθήσατε. Καὶ ἐγὼ μὲν διὰ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασα τῇ ἀχράντῳ μου χειρὶ, παράδεισον ἐποίησα καὶ ἀνάπαυσιν· καὶ χαρὰν καὶ ζωὴν διηνεκῆ ἡτοιμασάμην· καὶ καθὼς εἶπον, ἠθετήσατε καταλιπόντες καὶ ἐμὲ καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τοῦ διαβόλου ἐργάται γεγόνατε· καὶ τοὺς συνηγόρους αὐτοῦ καὶ μύστας καὶ φίλους ἐκτήσασθε· καὶ ἐμάθετε πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν καὶ ἀπάτην καὶ ψεῦδος καὶ πλεονεξίαν· σὺν τούτοις τοῖς κακοῖς ἔργοις, καὶ τὴν μνησικακίαν καὶ τὴν ἁπλαγχνίαν κατέχοντες ὡς ἱμάτιον ἐνδεδυμένοι. Τί δὲ εἶπω πρὸς ὑμᾶς; Ἆρα ἁρμόζει τὸ, δεῦτε, ὑμῖν ἀκοῦσαι; Οὐχί. Ἡ γὰρ τοιαύτη φωνὴ, τὸ *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου*, ἄλλοις ἐδόθη· οἱ γὰρ ἀγωνισάμενοι ἐκ δεξιῶν μου σταθῆναι, ταύτης τῆς φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι. Ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐμὲ μισήσαντας καὶ τοὺς λόγους μου καταπτύσαντας ἐξωθοῦμαι καὶ διώκω καὶ ἀποπέμπω ἀπὸ προσώπου μου· ἐπεὶ ἀναξίους ἐποιήσατε ἑαυτοὺς τῆς ἐμῆς δόξης διὰ τὴν κακὴν γνώμην καὶ ἀπόνοιαν καὶ ἁπλαγχνίαν, ἣν ἐκτήσασθε. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ* μόνοις. Πορεύεσθε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν αὐτὴν διαγωγὴν τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου, καθὼς αὐτοὶ ἑαυτοὺς συνωθήσατε εἰς τὸ πῦρ πορευθῆναι σὺν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· καὶ γὰρ κατηρα-

μένοι γεγόνατε πάσης τῆς γῆς, μὴ ἔχοντες δικαιοσύνης εὐλογίαν, ἀλλὰ κατάραν ὡς ἱμάτιον ἐνδυσάμενοι διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ὑμῶν· καὶ ὡς κατηραμένοι καὶ ἀνελεήμονες, τῷ πυρὶ παραπέμπεσθε. Ἐπείνασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, οὐδὲ ἄλλο τι εἰς ἐμὲ ἀγαθὸν ἐποιήσατε, ἵνα ὡς ἐμὸν πλάσμα γνωρίσω, καὶ τὴν χάριν ἀνταμείψωμαι ὑμῖν.

A quidquam in me beneficii exprompsistis; ita ut meam in vobis creaturam agnoscerem, gratiamque referrem.

Ε'. Τί δὲ καὶ αὐτοὶ ἀπολογοῦνται τὸν ἀπροσωπόληπτον δικαστήν; Κύριε, πότε σε ἴδομεν πεινῶντα ἢ διψῶντα, ἢ ξένον ἢ γυμνὸν, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; Λέγει δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ φιλάγαθος Δεσπότης· Ναὶ, ὡς λέγετε, ἐμὲ οὐκ οἴδατε, ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς καθ' ὥραν ἐθεωρεῖτε τὰ ἐμὰ μέλη, ὧν τῷ λιμῷ καὶ τῷ δίψει καὶ τῷ παγετῷ πιεζομένων ἐβδελύσσεσθε, καὶ τὰς ὄψεις ἀπεστρέφεσθε, καὶ τὰς θύρας ἐκλείσατε καὶ ἀπεπέμψασθε ἀτίμους, καὶ οὐδὲ κἂν ὡς ἕνα τῶν κυναρίων κλάσματος ἠξιώσατε. Εἰ γὰρ ἐνὶ τῶν ἐλαχίστων μου ἀδελφῶν ἐδιηκονήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε· καὶ οὐ μόνον ὅτι οὐ διηκονήσατε αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ὥς τις ἀγαθοποιὸς εὑρέθη, διὰ τὸ ἐμὲ γνωρίζειν, καὶ αὐτὸν ὡς ἀδελφόν μου ὄντα χάριν ἀγάπης παρέχειν αὐτὸν, ἢ ὀβολὸν, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἄρτον· ἐξ αὐτοῦ ὑμεῖς ἡρπάξατε καὶ ἐτύψατε, καὶ οὐκ ᾔδέσθητε ὅτι ποτὲ ἰδεῖν με ἠθέλετε καὶ ἐντραπεῖν προσονειδίζοντας ὑμᾶς. Ὦ ἀπηνεῖς καὶ ἄσπλαγχνοι! Ἐγὼ ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐμῶν δωρεῶν ἐνέπλησα ἀφθόνως· καὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐλθόντος ἅπαξ πρὸς ὑμᾶς ζητοῦντος ἐκ τῶν ἐμῶν λαβεῖν τι παρ' ὑμῶν, ἐπλεονεκτήσατε· καὶ πορευόμενος ἐν λύπῃ πεινῶν καὶ διψῶν καὶ τοῦ κρύους ἰσυνεχόμενος, τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπελέγετο, καὶ στενάζων ἐκατηρᾶτο, καὶ τὸ ὅμμα πρός με ἠτένιζεν τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ· οἱ γὰρ τῶν ἀδικουμένων στεναγμοὶ, κολάσεις γίνονται τοῖς ἀδικοῦσι. Διὰ τοῦτο καὶ κατηραμένοι ὠνομάσθητε διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ὑμῶν, καὶ τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν διαγέλλομαι· καθὼς ἐκατηράθητε παρὰ τῶν πενήτων καὶ πτωχῶν καὶ ξένων καὶ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν καὶ ἀδυνάτων καὶ πάντων τῶν ἀδικηθέντων ὑφ' ὑμῶν, τὸ *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*· οὗς ἡ ἀσπλαγχνία καὶ ἡ ἀνελεημοσύνη οἰκήτορας τῆς γεέννης ἐποίησεν ὑμᾶς.

V. Jam vero quid isti apud incorruptum judicem pro se dicent? Domine, quandonam te vidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Verumtamen respondebit his virtutum amator Dominus: Utique me, ut dicitis, non vidistis; attamen fratres, membra mea, singulis, horis coram vobis erant, quos fame, siti, frigore vexatos despexistis, vestros ab his oculos avertistis, januas occlusistis, cum ignominia demisistis, B neque saltem ut catulos buccellæ fragmento donastis. Certe si quid uni ex minimis fratribus meis præsti. tum a vobis fuisset, mihi utique præstitum reputassem. Neque beneficia tantummodo his denegastis, verum etiam si quis eorum virtuti operam dabat, et propter indolis meæ notitiam, ipse quoque fraterno more charitatem exhibebat, aut obolum scilicet, aut vestem, aut panem; vos, inquam, hunc diripuistis et pugnis contudistis; minime veriti fore ut me aliquando videretis, meamque objurgationem perferretis. O crudeles et sine misericordia homines! Ego vos donis meis affluenter cumulavi; nihilominus veniente ad vos fratre meo semel, et opem aliquam petente, tenaci animo fuistis. Ille autem tristis abiit, famelicus, sitiens, frigore rigens, C vitæ suæ desperans, cum gemitu maledicens, sublatoque ad me oculo ut voci ejus auscultarem. Nam injuste afflictorum gemitus, ad injuriæ auctorum pœnam redundant. Idcirco maledicti appellamini, tristemque vobis sententiam denuntio: quemadmodum ab egenis, pauperibus, peregrinis, orphanis, viduis, invalidis, cunctisque a vobis injuria affectis, maledicti fuistis; sic aio vobis: *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Vestra enim vos inclementia et illiberalitas gehennæ incolas effecit.

Ϛ'. Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ, τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν τοῖς ἐξ εὐωνύμων ἱσταμένοις παρὰ τοῦ Δεσπότου διαλεχθεῖσαν· καὶ τὸ ποῦ ἀπεπέμφθησαν, οἶδα οὐκ ἀγνοεῖτε· ἀλλὰ παρακαλῶ τὴν ἐν Χριστῷ ὑμῶν ἀγάπην, ὡς ἔχοντες καιρὸν μετανοίας προκαταλάβωμεν τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ ἕκαστος τῷ ἰδίῳ σφάλματι διορθωθήτω, πρὶν ἢ τὸ τῆς ζωῆς αὐτοῦ πέρας διαλυθῇ. Ὁ ῥάθυμος μηκέτι ἔστω ῥάθυμος, ἵνα μὴ χαυνωθῇ, καὶ ὃ ἔχει ἀπολέσῃ, καὶ ἀκούσῃ ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ ὀκνηρὸς δοῦλος. Ὁ κλέπτης, μηδὲ αὐτὸς κλεπτέτω, ἀλλὰ παυσάσθω καὶ ἐργαζέσθω ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ χερσὶν, ἵνα ἐκ τοῦ ἔργου αὐτοῦ καὶ τὸν μὴ ἐργαζόμενον χορηγῇ. Τί γὰρ ὠφελεῖται ὁ κλέπτης ἐν τῷ κλέπτειν; Οὐδὲν, εἰ μὴ κατάραν καὶ ἀνάθεμα ἀπὸ πάντων ἐπισπᾶται· οἱ πόρνοι καὶ οἱ μοιχοὶ ἀπὸ τοῦ νῦν διορθώσασθε ἑαυτούς· ὡσαύτως καὶ οἱ ἐν ἀσελγείαις καταμιάνοντες τὰ σώματα ὑμῶν, παύσασθε καὶ μὴ καθυβρίζετε τὰ

VI. Audistis, charissimi, luctuosam adversus sinistræ partis homines a Domino dictam sententiam. Sed et quem in locum sint amandati, vos minime ignorare scio. Superest ut vestram in Christo charitatem deprecer, ut, dum tempus pœnitendi habe- D mus, misericordiam Dei præoccupemus, totaque anima nostra illius propitiemus bonitatem, unusquisque peccata sua corrigat, antequam vitæ exitus instet. Piger jam non sit piger, ne inertia luxetur, et quod habet amittat, latamque adversus pigrum famulum sententiam audiat. Fur jam non furetur, sed crimine omisso manibus suis operetur, ut ex proprio opere illum etiam qui operari nequit juvet. Quid enim confert homini furtum? Nil profecto, nisi maledictionem ab omnibus et anathema. Fornicatores et adulteri, abhinc vos corrigite; item quotquot flagitiis corpora vestra contaminatis, desinite, nec membra vestra diutius ignominiosa luxuria lædite. *Nescitis, quia templum Dei estis, et*

Spiritus Dei habitat in vobis, ut ait Apostolus? *Nam qui templum violant, iidem animam quoque violant* [10]. Dicit insuper Apostolus : *Fornicatores et adulteri regnum Dei non hæreditabunt, propterea quod adversus corpus suum peccant* [11]. Idcirco hortor vos, charissimi, ut abstineatis a carnalibus desideriis vestris, ut sancti inveniamini in carnis exspoliatione. Tu vero luxuriaris et crapularis quotidie, corporique tuo, imo animæ potius, nocere non gravaris; tum etiam oculos obtenebrare ac madefacere nimio potu. Jamdiu gulæ et ebrietati indulsisti : noli aliud quidquam ulterius præter officium agere, ne et tu in illorum numero computeris, de quibus dixit Isaias propheta : *Væ potentibus vestris qui bibunt vinum* [12]! Item Apostolus ait : *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* [13]. Deinceps jam ab exitioso hujusmodi detrimento desinite. Invidi, ultores, superbi, emendemini; et cum omnibus tam plebeiis quam optimatibus vinculum charitatis, pacis et humilitatis constringite, sicut Dominus monuit, ne æque ac scribæ, vel jactabundus ille pharisæus, condemnemini. Raptores et avidi, expavescite, et aliena diripere omittite. Etenim nihil aliud avarus in hac vita lucratur, quam consentaneum peccato suo maledictum : ejus autem rapina in hoc mundo manet. Omnino quotquot præteritum tempus male turpiterque insumpsistis, satis detrimenti cepistis. Superest ut reliquum vitæ vestræ tempus studiose exigatis, antequam veniat insperato translatio vestra, et vos puniamini; egenique ac derelicti longum in exsilium abducamini, ex quo nemo revocari potest. Haud ergo diutius malum propositum retineamus, sed malitia omni et avaritia, quæ diabolo placet, omissa, peccata sua unusquisque emendet, propriæque saluti consulat, antequam nundinæ hæ dissolvantur, quibus intersunt et qui oleum vendunt et qui emunt. Verumtamen post absolutas nundinas, neque vendendi neque emendi copia erit. Quod ergo vere bonum est et probabile ac Deo gratum, id agite, ut ejus dextera statione digni habeamini.

τες τὸ ἔλαιον, ὡσαύτως καὶ οἱ ἀγοράζοντες τοῦτο. οὔτε ἀγορά. Καὶ τῷ ὄντι καλὸν καὶ εὐαρέστον τὸ ἀξιῶν αὐτοῦ στάσεως ἀξιωθῆτε.

VII. Si homo propriæ mortis memoriam corde suo semper versaverit, jam non peccabit. Nam timor cupiditatem expellit, si certe reputemus quali gaudio ac lætitia fruentur justi, quali pœna peccatores. Ideo, charissimi, rogo vos ut illius sæculi tum jucunda tum molesta semper mente agitetis. Vel omnino quomodo quinque illæ prudentes virgines, propter abundans in suis lampadibus oleum, luce illustratæ non dormitaverint, sed nuptiale conclave statim ac patuit sint ingressæ, regio thalamo, non exclusæ fuerint, quia splendidum olei circa ipsas lumen radiabat. At reliquæ quinque virgines, quia lampades oleo destitutas habuerunt, his ex-

μέλη ὑμῶν τῇ ἀσωτείᾳ. *Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν*, καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος [10] · *Οἱ γὰρ φθείροντες τὸν ναὸν, καὶ τὴν ψυχὴν φθείρουσι.* Λέγει δὲ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος [11] · *Πόρνοι καὶ μοιχοὶ βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, διὰ τὸ εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνειν* · Διὰ τοῦτο παραινῶ ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ὑμῶν ἐπιθυμιῶν, ἵνα ἄγνοι εὑρεθῆτε ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῆς σαρκός. Ὁ δὲ σπαταλῶν καὶ μεθύων καθ' ἑκάστην, οὐκ ἐβαρύνθης τοῦ βλάπτειν τὸ σῶμά σου, μᾶλλον τὴν ψυχὴν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς σκοτίζειν καὶ ὑγραίνειν ἐκ πολυποσίας. Καιρὸν ἤδη πολὺν ἔχεις οὕτως γαστριμαργῶν καὶ μεθύων · καὶ μηκέτι ἄλλο παρὰ τὸ εἰκὸς θελήσεις ποιῆσαι, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναρίθμιος γένῃ, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης [12] · *Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πεινῶντες.* Καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει [13] · *Μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτεία.* Λοιπὸν παύσασθε τῆς τοιαύτης ἐπολέθρου βλάβης. Οἱ φθονεροὶ καὶ μνησίκακοι καὶ ὑπερήφανοι διορθώσασθε ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς πάντας μικρούς τε καὶ μεγάλους τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης καὶ ταπεινοφροσύνης ἔχετε, καθὼς ὁ Κύριος εἶπεν, ἵνα μὴ κατακριθῆτε ὥσπερ οἱ γραμματεῖς, καὶ ὡς φαρισαῖος ὁ μεγάλαυχος. Οἱ ἅρπαγες καὶ πλεονέκται, φρίξατε, καταλιπόντες τὰ ἀλλότρια ἐφαρπάζειν · οὐ γάρ τι κερδάνῃ ὁ πλεονεκτῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ἀλλ' ἢ μόνον κατάραν συνακολουθοῦσαν αὐτῷ ἐκεῖθεν · τὸ δὲ ἁρπαχθὲν παρ' αὐτοῦ, ὧδε μένει. Καὶ ἁπλῶς ὅσοι κακῶς καὶ αἰσχρῶς τὸν παρελθόντα ὑμῖν καιρὸν διεπράξασθε, ἐζημιώθητε. Κἂν τὸν παραλειφθέντα ὑμῖν χρόνον τῆς ζωῆς ἀγωνίσασθε · καὶ πρὶν ἐπέλθῃ ἡ διαδοχὴ ὑμῶν, ὅτε οὐ προσδοκᾶτε, καὶ ζημιωθῆτε · καὶ αὐτοὶ πτωχοὶ καὶ ἀπερίστατοι ἐν ἐξορίᾳ μακρᾷ ἀπηνέχθητε, ὅπου οὐκ ἔστιν ἀνάῤῥυσις · καὶ μηκέτι τοῦ κακοῦ φρονήματος ἐγκρατεῖς γενόμεθα, ἀλλὰ πᾶσαν κακίαν καὶ πλεονεξίαν τὴν ἀρέσκουσαν τῷ διαβόλῳ καταλιπόντες, καὶ ὃ ἔχει σφάλμα ὁ καθεὶς διορθωσάτω, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ πραγματευσάτω, πρὶν τῆς πανηγύρεως διαλυθείσης · ἐν ταύτῃ γάρ εἰσι καὶ οἱ πωλοῦντες τὸ ἔλαιον, ὡσαύτως καὶ οἱ ἀγοράζοντες τοῦτο. Ἐπ' ἂν δὲ λυθῇ ἡ πανήγυρις, οὔτε πράσις γίνεται οὔτε ἀγορά. Καὶ τῷ ὄντι καλὸν καὶ εὐάρεστον τὸ ἀρέσκον Θεῷ, τὸ αὐτὸ καὶ ποιεῖτε, ἵνα καὶ τῆς ἐκ δι-

Z'. Εἰ μὲν ὁ ἄνθρωπος πάντοτε ἐπὶ μνήμης ἔχει τὸν θάνατον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκέτι ἁμαρτάνει. Ὁ γὰρ φόβος διώκει τὴν ἐπιθυμίαν, λογιζόμενος ἐν ἑαυτῷ ποίαν εὐφροσύνην καὶ χαρὰν μέλλουσιν ἀπολαύειν οἱ δίκαιοι, καὶ ποίαν κόλασιν οἱ ἁμαρτωλοί. Διὸ, ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὑμᾶς, πάντοτε ἐπὶ μνήμης ἔχετε τοῦ ἐκείνου αἰῶνος τά τε χαροποιὰ καὶ τὰ λυπηρά. Ἤ ὄντως πῶς αἱ πέντε φρόνιμοι παρθένοι διὰ τὸ ἐκ περισσοῦ ἔχειν αὐτὰς τὸ ἔλαιον ἐν ταῖς λαμπάσιν αὐτῶν, καὶ τῷ φωτὶ περιλαμπόμεναι, οὐχ ὕπνωσαν, ἀλλὰ τοῦ νυμφῶνος ἀνοιγέντος εἰσῆλθον, μὴ παρεμπιδιζόμεναι εἰς τὸν βασιλικὸν παστὸν, διὰ τὸ φῶς περιαυγάζον αὐταῖς ἔλαίου. Αἱ δὲ λοιπαὶ

[10] I Cor. III, 16. [11] I Cor. VI, 9. [12] Isa. V, 22. [13] Ephes. V, 18.

πέντε παρθένοι διὰ τὸ μὴ ἔχειν καὶ αὐτὰς ἔλαιον ἐν τοῖς λαμπάσι αὐτῶν ἐσβέσθησαν καὶ ἐκάθευδον· τοῦ δὲ νυμφῶνος ἀνοιγέντος, οὐκ ἔχουσαι φῶς ἐλαίου τοῦ ἰδεῖν καὶ αὐτὰς τὴν εἴσοδον· ὁ γὰρ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατῶν, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει· ὁ δὲ ἐν φωτὶ περιπατῶν εἶδε τὴν ὁδόν. Τὸ αὐτὸ συνέβη καὶ εἰς τὰς πέντε μωρὰς παρθένους, σβεννυμένων ἐῶν λαμπάδων· καὶ μὴ ὀρθοποδοῦσαι εὑρεῖν [ita cod.] τὴν εἴσοδον, ἐκλείσθη ὁ νυμφὼν, ἔξω καταλειφθεῖσαι.

A stinctis ad somnum conversæ sunt: moxque aperto conclavi, luce olei caruerunt, cujus ope introitum cernerent. Nam qui in tenebris ambulat, quo deducatur ignorat: qui autem in luce graditur, viam pervidet. Eadem calamitas accidit stultis virginibus, quibus lampades exstinctæ fuerunt; et circa introitum deerrantibus, conclave obseratum fuit; hæque idcirco extra manserunt.

Η'. Ὡσαύτως εἶπω καὶ περὶ τοὺς εὐσπλάγχνους καὶ ἐλεήμονας τὸ οἵας φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι, τὸ *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός*. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀσπλάγχνους καὶ ἀνελεήμονας καὶ αὐτὴν ἀκοῦσαι τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν, τὸ *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι*. Ἠκούσαμεν δὲ παρά τινος ἐκατηράθησαν· πρόσεχε τὸ, δι' ἣν αἰτίαν κατηραμένοι ὠνομάσθησαν. Πολλάκις ἐν τῇ πλατείᾳ τῆς καθ' ἡμῶν πόλεως κατέτυχον, καὶ ἴδιον συνηγμένους πτωχοὺς καὶ ἀδυνάτους καὶ ξένους, καὶ ἤκουσα διηγουμένους πρὸς ἀλλήλους, λέγων ὁ ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον· ὄντως, ἀδελφὲ, ὁ Θεὸς καλὰ νὰ (1) ποιήσει μετὰ τοῦ δεῖνος· αὐτός μου ὑπάρχει ὁ τροφεὺς τῆς ἐμῆς πτωχείας. Λέγει δὲ, Καλῶς εἶπας· καὶ ἐμὲ χειραγωγεῖ διὰ παντὸς, καὶ οὐ μὴ παύσομαι τοῦ ὑπερεύχεσθαι αὐτόν. Καὶ ἄλλος εἶπε· Κἀμὲ ὁ δεῖνα ἠλέησε γυμνὸν ὄντα με· καὶ ἰδοὺ ὅπερ ἱμάτιον φορῶ, αὐτός μοι ἐσκέπασε· καὶ οἱ Θεὸς ἴδοι, καὶ αὐτὸν ἐλεήσει. Ἕτερος δὲ λέγει· Ἐγὼ, ὡς ὁρᾶτε, ξένος εἰμὶ, καὶ ὡδήγησέ με λέγω ὁ δεῖνα, καὶ ἀντελάβετό μου ὑπὸ τὴν στέγην αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν θεραπείαν ἐνδείκνυται εἰς ἐμέ· ὅπερ τὴν ἀντιμισθίαν εὔχομαι λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τοῦ Δεσπότου· καὶ ἀποκριθεὶς πάλιν ἄλλος εἶπεν· Ἐγὼ ἀδύνατος γέρων εἰμὶ, καὶ ἐτύπωσεν [ita cod.] ὁ δεῖνα ἐμέ τε καὶ ἄλλους ἀδυνάτους, καὶ καθ' ἡμέραν σὺν αὐτῷ ἀριστοῦμαι ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ. Οὕτως οἱ αὐτοὶ εἰς αὐτοὺς ὁμιλοῦντες ηὔχοντο ἐμπόνως τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἐλεήμονας, κληρονόμους γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

VIII. Idem aio de misericordibus, et eleemosynam facientibus, qui verba illa audire digni erunt: *Venite, benedicti Patris mei*. Nec non de immitibus et illiberalibus, qui luctuosum vicissim decretum audient: *Discedite a me, maledicti*. Audivimus etiam a quo maledicti sint: nunc causam cognosce quamobrem maledicti sunt nominati. Sæpe in urbis nostræ dum foro versarer, congregatos vidi pauperes et invalidos ac peregrinos, eosque alternis fabulationibus audivi colloquentes sic: Utique, frater, Deus sine dubio bene faciet homini illi; est enim paupertatis meæ nutritor. Cui alter respondebat: Recte ais; nam mihi quoque in omnibus opem fert, neque unquam pro eo orare desinam. Alius quoque aiebat: Mei quoque nudi misertus est ille; en quippe quod gero vestimentum ipse mihi induit. Deus utinam respiciat, et illius misereatur! Alius item sic: Ego, ut cernitis, peregrinus sum; ille autem dux mihi fuit, et tecto suo recepit, mihique omne curæ genus impendit. Quamobrem mercedem illi a Domino imprecor. Denique alius dicebat: Ego impotens senex sum; hic autem tesseram mihi aliisque impotentibus dedit, ut cum eo quotidie conviver in mensa ipsius. Ita illi colloquentes enixe precabantur ut boni et misericordes regni Christi hæredes fierent.

Θ'. Καὶ ὡς ταῦτα διηγοῦντο, ἐξ αὐτῶν τις εἶπεν· Ἐπεὶ ἀνεφέρομεν τοῦ λέγειν διὰ τοὺς ἐλεήμονας, εἴπωμεν καὶ διὰ τοὺς ἀνελεήμονας, τὸ τίς καὶ τίς ἦν. Οἶδα γὰρ ἐγὼ τὸν δεῖνα, καὶ ἔστιν ἀνελεήμων καὶ ἀπάνθρωπος, ὅτι κρίσιν οὐκ ἐνθυμεῖται. Ποτὲ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τις ἐλεημοσύνην οὐκ ἔλαβε, ἀλλὰ μᾶλλον οἷον καὶ πιάσει ἐξ ἡμῶν τῶν πενήτων, ἐκδύει ψηλαφῶν τούτων, λέγων· Ὑμεῖς τραχοταὶ (2) νομισμάτων ὑπάρχετε· καὶ εἴ τι διακονηθῇ παρὰ ἄλλου φιλοχρίστου, ἁρπάζει· καὶ ὁ πτωχὸς ἀναχωρεῖ καταρώμενος. Ἄλλος εἶπεν· Ἐγὼ ἀπῆλθον εἰς τὸν δεῖνα μὴ πολλάκις λάβω μικροῦ κλάσματος ἄρτου· καὶ ὡς προσῆλθον τῆς αὐλῆς αὐτοῦ, ἐπέταξε τοῖς κυσὶ, καὶ τὰ μέλη μου ἐσπάραξαν, καὶ ὑπεχώρησα καταρώμενος. Ἕτερος εἶπεν· Ἐγὼ δὲ παρὰ τὸν δεῖνα. ἀντὶ τοῦ λαβεῖν με παρ' αὐτοῦ ἐλεημοσύνην, τέτυμμαι παρὰ τῶν ὑπουργῶν ἐκείνου, καὶ ἀπελύχθην καταρώμενος τοῦτον. Ταῦτα κατὰ τῶν ἀνελεήμονας γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

IX. Dum hæc illi dicerent, alius quidam interfatus est: Quoniam de misericordibus sermo fuit, dicamus aliquid etiam de immisericordibus, quid ille vel alter fecerit. Namque ego novi hominem illum immisericordem atque inhumanum, qui de futuro judicio non cogitat. Non enim ab eo quisquam eleemosynam unquam recepit, verum etiam nos pauperes vexat, et palpando pecunia spoliat, dicens: Vos quidem asperos nummos habetis. Et si quid a pio Christiano datum fuerit, eripit: atque ita pauper maledicens discedit. Alius aiebat: Ego ad illum abii, ut exiguum aliquando panis frustum acciperem: sed cum ad ejus aulam accederem, ille canibus suis imperavit qui membra mea discerpserunt, atque ita maledicens recessi. Alius denique dixit: Ego hominem illum conveni, sed eleemosynæ loco ab ejus famulis verberatus fui, et fuga maledicens me proripui. Hæc adversus immi-

NOTÆ.

(1) Ita cod. pro ναί, etiam inferius, n. 16.

(2) Ita cod. τραχοταί, de quo vocabulo, seu sincero, seu mendoso, judicent eruditi. Mihi arridebat derivare a τραχύς. Nam qui sit *asper nummus*, scimus.

sericordes dum dicerent, una voce iis maledicebant cum anathemate. Et videsis, charissime, amborum diversam vicem, quomodo pauperum preces faciant hæredes et incolas paradisi misericordes homines, qui etiam propter eam quam præ se tulerunt misericordiam, benedicti appellantur a benigno et misericorde Christo Deo nostro. Vicissim pauperum maledictiones repellunt immisericordes atque immites a clementia Dei, hæredesque et incolas faciunt æterni ignis. Propterea maledicti appellantur et diaboli contubernales.

X. Nos autem quotquot in Christo baptizati sumus, Christum induamus [14], hilaritatem, mansuetudinem, bonaque viscera conservis nostris exhibeamus, ne et nos iram illam promereamur, quam ille improbus servus expertus est, qui dominum suum misericordem nactus, noluit vicissim conservi sui misereri : ideoque ligatis manibus et pedibus in exteriores tenebras [15] amandemur. Sed bonam potius voluntatem, et animabus nostris utilem foveamus, fratres ; et imitatores simus illius, qui pro nobis sponte fuit pauper, Christi Dei nostri, ut nos gratia ejus ditescamus. Ergo prout habet unusquisque, non habenti largiatur eleemosynam : nam qui misericors fuerit, misericordiam prorsus experietur ; qui secus non miserebitur, misericordiæ beneficio carebit. Non enim gratis accipiunt eleemosynam pauperes, sed quantas retribuant preces considera. Audi dicentem nosque exhortantem Isaiam prophetam : *Frange esurienti panem tuum, et pauperes sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, operi ; et domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur : et præibit ante te justitia tua, et gloria Dei circumdabit te. Tunc clamabis, et Deus exaudiet te ; adhuc loquente te, dicet : Ecce adsum. Si abstuleris a te vinculum (iniquitatis), et manus extensionem (deridendi causa), et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem tuum, et animam afflictam repleveris ; tunc orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies, semperque tecum Deus erit* [16].

λεμόνων λέγοντες ὡς ἐν μιᾷ τῇ φωνῇ ἐκαταρῶντο αὐτοῖς καὶ ἀναθεμάτιζον. Καὶ ὅρα, ἀγαπητὲ, τῶν ἀμφοτέρων τὸ διάφορον, πῶς αἱ εὐχαὶ τῶν πενήτων κληρονόμους καὶ οἰκήτορας τοῦ παραδείσου ποιοῦσι τοὺς ἐλεήμονας, καὶ εὐλογημένους ὀνομασθέντας διὰ τῆς εὐσπλαγχνίας ἧς ἐπεδείξαντο, παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ ἐλεήμονος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ὡσαύτως καὶ αἱ κατάραι τῶν πενήτων ἐκδιώκουσι τοὺς ἀνελέημονας καὶ ἀσπλάγχνους ἐκ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ, καὶ κληρονόμους καὶ οἰκήτορας αὐτοὺς τοῦ αἰωνίου πυρὸς ποιοῦσι. Διὰ τοῦτο καὶ κατηραμένοι ἐκλήθησαν καὶ τοῦ διαβόλου σύνοικοι.

Γ'. Ἡμεῖς δὲ, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, Χριστὸν ἐνδυσώμεθα, τὸ γαληνὸν, καὶ ἥμερον, καὶ χρηστὰ σπλάγχνα ἐνδειξώμεθα πρὸς τοὺς ὁμοδούλους ἡμῶν, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τὴν ὀργὴν ἐκείνην ἐπισπασώμεθα, ὡς ὁ πονηρὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ὁ συμπαθηθεὶς παρὰ τοῦ δεσπότου, καὶ μὴ θελήσας καὶ αὐτὸς τὸν σύνδουλον αὐτοῦ ἐλεῆσαι· καὶ δεθῶμεν χεῖρας καὶ πόδας, καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἀποπεμφθῶμεν. Ἀλλὰ βουλὴν ἀγαθὴν καὶ ὠφέλιμον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν συμβουλευσώμεθα, ἀδελφοὶ, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν πτωχεύσαντος ἑκουσίως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν τῇ αὐτοῦ χάριτι· καὶ ὃ ἔχει ἕκαστος ποιήσει ἐλεημοσύνην εἰς τὸν μὴ ἔχοντα· καὶ ὁ ἐλεῶν ἐλεηθήσεται πάντως· ὁ δὲ μὴ ἐλεῶν, οὐδὲ αὐτὸς ἐλεηθήσεται. Οὐ γὰρ δωρεὰν λαμβάνουσιν οἱ πένητες τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ σκόπησον πόσας εὐχὰς ἀντιπαρέχουσιν. Ἄκουσον δὲ καὶ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος καὶ παραινοῦντος ἡμῖν· *Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Τότε ἐρράγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰμάτιά* (3) *σου ταχὺ ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. Τότε βοήσεις, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, Ἰδοὺ πάρειμι. Ἐὰν δὲ ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον* (4) *καὶ χειροτονίαν* (5) *καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ τὸ σκότος σου ὡς μεσημβρία· καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ διαπαντός.*

[14] Galat. III, 27. [15] Matth. XVIII, 34. [16] Isa. LVIII, 7 seqq.

NOTÆ.

(3) Ita cod. ἱμάτια *vestimenta*, non ἰάματα *sanationes* aut *sanitates*. Revera ἱμάτια legebant Tertullianus, Cyprianus et Valerianus, antiqui patres, a Sabaterio laudati, qui transtulerunt *vestimenta*. Ei lectioni accedit nunc alius suffragator Eusebius noster. Hieronymus quidem comment. ad Is. LVIII, 8, putat Latinos inconsideranter legisse ἱμάτια pro ἰάματα, nominis similitudine ductos ; nunc tamen apparet etiam ex Eusebio revera exstitisse in aliquo saltem Græci textus codice ἱμάτια ; quanquam ego quoque anteponendum ei puto ἰάματα. En verba Hieronymi : *Latini interpretes ducti nominis similitudine*, ἱμάτια, *id est vestimenta, posuerunt. Unde multi translationis falsitate decepti ad resurrectionem corporis comprobandam, hoc utuntur testimonio, quo scilicet vestimentum animæ corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur.* De *vestimento* pro *corpore*, Cyrillus apud nos ad ps. LVIII, 12, ibique Diodorus Tarsensis in nostro scholio.

(4) Lucifer Calaritanus apud Sabaterium legit diserte *vinculum iniquitatis*.

(5) S. Hieronymus hoc loco : *pro* χειροτονίαν *tres alii interpretes* (Aq. Sym. Theod.) *voce consona extentum digitum transtulerunt : ne detrahas proximo tuo, et singulos quasi digito notes.*

ΙΑ. Ἤκουσας, ἀγαπητὲ, παραίνεσιν θαυμαστὴν τοῦ προφήτου συνωθοῦντός σε εἰς ἐλεημοσύνην, καὶ τὸν Θεὸν ἀπὸ σοῦ μὴ διαλιμπάνειν. Ἄκουσον καὶ τοῦ παροιμιαστοῦ λέγοντος· *Ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις ἀποκαθαίρουσιν ἁμαρτίας.* Καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· *Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος.* Καὶ πάλιν· *Ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησι, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Τοιοῦτον γὰρ δῶραν δωρεῖται ἡ ἐλεημοσύνη· διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, τὴν ἀγάπην καὶ ἐλεημοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ ἐργάζεσθαι. Καὶ μὴ εἴπῃς· Σήμερον ἀσχολῶ, ἀλλὰ αὔριον ἢ τὴν δεῖνα ἡμέραν πάντως ποτὲ ἐν εὐκαιρίᾳ εἰμὶ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ποιοῦμαι. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Οὐκ ἤκουσας τοῦ Σολομῶντος λέγοντός σοι; *Μὴ εἴπῃς ἐπαναλθὼν ἐπάρηκε, καὶ αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα.* Μόνον ἤδη ἂν ὥρα· ἐὰν θέλῃς, ἐργάζου τὴν ἐλεημοσύνην· καὶ μὴ περιφέρῃς τὸν νοῦν σου εἰς λογισμοὺς ἀνωφελεῖς καὶ προφασίζεσθαι προφάσεις ματαίας, λέγων ἐν ἑαυτῷ· Καλόν ἐστι τὸ ποιεῖν ἐλεημοσύνην τις [ita cod.]· ἀλλ' ἴσως συμβαίνει μοι μακρὸν γῆρας· πῶς ἔχω ποιῆσαι; Ἐὰν ἔτι διανέμω τὰ ὑπάρχοντά μου, τίς ὁ ἐμὲ διοικῶν; Τὸ παρὸν κρατήσω· οἶδα ὅτι τοῦ πάππου μου παρόμοιός εἰμι, καὶ μακροχρονίσω ὡς ἐκεῖνος. Ἀλλ' οὖν πολλάκις καὶ ἐν ἀῤῥωστίᾳ δεινῇ γένωμαι, τότε διατυποῦμαι διανεμηθῆναι τὸν πλοῦτόν μου, καὶ μετὰ χεῖρας ἐλεημοσύνην ποιοῦμαι. Φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ συμφέρον οἰκονομῆσαι ἔχει.

ΙΒ'. Ὦ πρόφασις ἡ μηδὲν ὠφελοῦσα, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτουσα τοὺς εἰς τοιαύτας ἐνθυμήσεις λογιζομένους. Οὐκ ἤκουσας τοῦ Εὐαγγελίου τὸ τί λέγει περὶ τοῦ πλουσίου τοῦ χαλάσαντος τὰς ἀποθήκας αὐτοῦ καὶ μείζονας οἰκοδομήσαντος εἰς ἀπόθεσιν τῶν πολυσυνάκτων αὐτοῦ σιτίων, προσδοκῶντος χρόνους πολλοὺς ζῆσαι, καὶ εἰς ἄκρον γήρως καταστῆσαι αὐτόν; Τί πρὸς ταῦτα τούτῳ συνέβη τῷ λογισαμένῳ μακροχρονίσαι, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ θέλοντι σπαταλᾷν; Οὗτος διενοεῖτο ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι διάγειν, καὶ ἐν τῷ διαλογίζεσθαι αὐτὸν ταῦτα, ἦλθεν ἀπόφασις τοῦ ἆραι τοῦτον ἐντεῦθεν, καὶ εἰς ἐξορίαν παραπεμφθῆναι, μὴ συγχωροῦντες αὐτὸν τί λαβεῖν ὧν ἐνταῦθα ἐσύναξεν [ita cod.] ἐξ ἀδικίας. Ἀλλὰ θρίαμβος ὁρᾶται τοῖς πᾶσι, καὶ γυμνὸς ἐλκόμενος ὡς αἰχμάλωτος· ἀλλ' ἢ μόνον οἱ αἴροντες αὐτὸν μικροῦ τινος χιτῶνος κατέλιπον, καὶ αὐτὸν διὰ τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος αὐτοῦ καλύπτειν· καὶ ὁ προσδοκῶν πολυχρόνιος εἶναι, ὀλιγοχρόνιος γέγονε· καὶ ἃ ἐσύναξεν ἐκ τόκου καὶ ἀδικίας, κατέλιπε, κἂν μὴ θέλοντος αὐτοῦ· καὶ ἄλλοι τὰ αὐτοῦ διεμερίσθησαν. Αὐτὸς δὲ εἰς μάτην ἦν κοπιῶν, μηδὲν ἐξ αὐτῶν κερδήσας. Εἶδες, ἀγαπητὲ, τὴν ζημίαν ἣν ἔπαθεν ὁ αὐτὸς πλούσιος· ἐξιωρίσθη, μὴ συμφθάσας ἆραί τι πρὸς βραχὺ ἔχον ἐφόδιον ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ πρὸς ἀνάψυξιν· ἀλλὰ τὸ ὑδαμινὸν ἱμάτιον αὐτοῦ μόνον συνεπαθήθη ἆραι, ὅπερ δι' ὀλίγου διερρήγνυται, καὶ οὐδεμία ὠφέλειά τις αὐτοῦ γένηται.

[11] Prov. III, 3. [12] Psal. XXXVII, 26. [13] Psal. CXI, 9.

XI. Audisti, charissime, miram adhortationem prophetæ, qui ad eleemosynam conferendam impellit; quo facto, a Deo non destitueris. Audi etiam Proverbiorum auctorem: *Eleemosynæ et fidelitates purgant a peccatis* [17]. David quoque ait: *Tota die miseretur et commodat justus* [18]. Et rursus: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi* [19]. Etenim donum hujusmodi retribuit eleemosyna. Rogo itaque vos, ut charitatem et eleemosynam omni tempore operemini. Neque dicas: Hodie non vaco, sed cras vel alia certa die tempus mihi commodum erit largiendi eleemosynam. Quid ais, homo? Nonne audisti Salomonem tibi dicentem: *Ne dicas: revertens, redi et cras dabo, cum possis statim benefacere. Nescis enim, quid pariet postera dies* [20]? Nunc tantum hora est; si vis, largire eleemosynam, nec mente tua infructuosas cogitationes versa, neque vanas excusationes excusa, tecum ipse dicens: Præclarum est facere eleemosynam; sed fortasse mihi continget longa senectus. Quid faciam? Si jam facultates meas distribuero, quis mei curam geret? Quod nunc habeo retinebo. Scio me prope similem esse avo meo, itaque ut ille diu superstes ero. Porro facile eveniet ut longa infirmitate decumbam; tunc utique opes meas distribuere statuam, meaque manu eleemosynam faciam. Benignus est Deus; interim œconomia utilis est.

XII. O plane inutilis excusatio, imo vero noxia iis qui hujusmodi cogitationes animo volvunt! Nonne audisti quid dicat Evangelium de divite horrea sua destruente ac majora ædificante ob suæ cumulatæ segetis repositionem, multos vitæ annos sibi spondente, atque ad summam senectutem se venturum sperante [21]? Quid mox huic accidit de longa vita cogitanti, atque in rerum affluentia pergrœcari volenti? Dum hic quidem præsente in sæculo demoraturum se putat, atque id animo agitat, decretum divinum prodiit, ut hinc sublatus in exsilium mitteretur, interdicto etiam ne quid secum auferret ex his quæ in terra injuste cumulaverat. Erat itaque spectaculum omnibus, cum nudus captivi instar efferretur, vix ei parva tunica ab his qui ferebant relicta, quæ corporis ejus pudenda tegeret. Sic ille qui se longævum fore putabat, brevis ævi fuit: et quæ usuris variaque iniquitate congesserat, invitus dimisit, ejusque opes alieni inter se diviserunt. Ergo ille frustra laboravit, nihil inde sibi lucri capiens. Nosti, charissime, pœnam quam idem dives perpessus est; pulsus in exsilium antequam aliquod vel pusillum viaticum sumeret, quo se in via solaretur: sed vilissimam tantum vestem ei tollere permissum fuit, quæ brevi fit lacera, nec ei vel hilum prodest.

[17] Prov. III, 28; Prov. XXVII, 1. [21] Luc. XII, 18.

XIII. Audi Scripturam dicentem : *Sicut merceais diurnæ tempus, ita vita hominis in terra* [11]. Sic prorsus, o homo, vita nostra se habet. Quamobrem nihil nobis prodest, imo nocet, si opes congeramus et aurum ex iniquitate, et labore pauperum sine mercede. Hæc nos brevi relinquemus inviti, tristesque abibimus, aliique interim divitias nostras inter se partientur, nullam nominis nostri mentionem facientes, vel potius maledicentes. Ausculta mihi, charissime ; opes tuas tibi præmitte. Nam si mihi obtemperare volueris, laborem non perpetieris, mercedem non perdes. Ecce te domi tuæ sedente, venit postulans pauper de divitiis tuis. Tu ergo has transfer in illud sæculum ; da quod petit, si certe mihi vis auscultare : cum tu illuc abiturus eris, grande solatium invenies et lætitiam. Jam si noles, nec meo consilio acquiesces, nihilominus illuc profectus, angustias famemque perpetuam experieris : quippe qui alios videbis deliciis et gaudio cum angelis gestientes, quia illuc divitias suas præ se miserunt. Propterea audient : Venite, pauperes, benedicti Patris mei : recte judicastis, atque ut sensati ac prudentes opes vestras manu pauperum præmisistis, quas ego excepi, nunc autem vobis restituo ; neque id eatenus, verum etiam bonorum meorum vos hæredes scribo. Talem scilicet remunerationem a Deo referent elecmosynarum datores.

XIV. Neque exspectes eos fortasse audituros : Venite, qui domos splendidas ædificastis, marmorumque splendoribus exornastis, qui balnea struxistis, agros virgultis purgastis, vineas et arbores plantastis, et alia quælibet terrenarum rerum operatores cogitant, cum aiunt : Faciamus aliquid quo memoria nostra in posterum propagetur ; ut qui viderint, beatos nos dicant. Quæcunque id genus homines faciunt, eorum Deus non meminit, neque probat, imo potius aversatur dicens : *Discedite a me.* Nam *venite*, misericordibus dicitur. *Discedite* autem, in eos qui me non noverunt, intorquetur. Non novi vos, nescio undenam sitis ; qui possum in regnum meum advocare ? Discedite a me, ignoro vos. Illi autem quid aiunt expostulantes ? Domine, cur nos dimittis a te ? Nonne sigillum corporis tui habemus ? Nonne æstum diei propter te tulimus ? nonne virginitatem servavimus ? Utique, dicet, hæc non ignoro : virginitatem custodistis, balnea vitastis, duro lecto et jejunio utentes. Hæc facientes, non tamen pauperum miserti estis. Nempe cum aliquis ad tuas fores accedens et pulsans pavidus orabat miserabili voce dicens : Miserere mei, fame consumor, cor meum anhelat ad olera, anima mea panis desiderio

Ιβ'. Καὶ ἄκουσον τῆς Γραφῆς λεγούσης, Ὅτι ὡς *μισθίου αὐθημερινοῦ, οὕτως ἡ ζωὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς.* Οὕτως, ἄνθρωπε, διάκειται ὁ βίος ἡμῶν. Ὥσπερ οὐδὲν ὠφελούμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον βλαπτόμεθα, ἐπισυνάγοντες χρήματα καὶ χρυσὸν ἐξ ἀδικίας, καὶ κόπου πενήτων ἀμισθεί. Ἃ μετ' ὀλίγον καταλιμπάνομεν μὴ θέλοντες, καὶ πορευόμεθα λυπούμενοι, καὶ ἐνταῦθα καταμερίζονται ἄλλοι τὸν πλοῦτον ἡμῶν, καὶ οὐδὲ κἂν μνείαν τοῦ ὀνόματος ἡμῶν ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ καταρῶντες. Ἄκουσόν μου, ἀγαπητὲ, καὶ πρόπεμψόν σου τὸν πλοῦτον. Ἐὰν γὰρ θέλῃς καὶ εἰσακούσῃς μου, κόπον οὐχ ὑπομένεις, οὐ μισθοὺς ἀναλίσκεις, ἀλλὰ καθεζομένου σου εἰς τὴν οἰκίαν σου, ἔρχεται ὁ πένης ζητῶν τὸν πλοῦτόν σου. Μετένεγκε εἰς τὸν ἐκεῖ αἰῶνα· πάρεχε τοῦτον· μόνον ἄκουσόν μου· καὶ ὅτε καὶ σὺ μέλλεις ἀπελθεῖν, πολλὴν ἀνάπαυσιν καὶ εὐφροσύνην εὑρήσεις. Εἰ δὲ μὴ θελήσεις, καὶ παρακούσεις μου τῆς συμβουλίας, πορευόμενος ἐκεῖθεν, στενοχωρίαν καὶ λιμὸν ὑποστῇς διηνεκῆ· ὃς ὁρῶν, ἑτέρους ὄψει ἐν τρυφῇ καὶ χαρᾷ εὐφραινομένους μετὰ ἀγγέλων, διὰ τὸ προπέμψαι τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον ἐκεῖ. Διὰ τοῦτων καὶ ἀκούσουσι· Δεῦτε, οἱ ταπεινοὶ, εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· καλῶς ἐφρονεύσατε, καὶ ὡς νουνεχεῖς καὶ φρόνιμοι τὰ ὑμῶν προεπέμψατε μετὰ τῶν πενήτων· κἀγὼ ἐδεξάμην, καὶ ἰδοὺ παρέχω ὑμῖν. καὶ οὐκ αὐτὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμῶν κληρονόμους ποιῶ. Τοιαύτας γὰρ ἀμοιβὰς οἱ ἐλεήμονες τεύξονται ἐκ τοῦ Θεοῦ.

Ιδ'. Καὶ μὴ προσδοκῇς ἴσως ἀκούσωσι τό, Δεῦτε οἱ οἰκίας λαμπρὰς οἰκοδομοῦντες, καὶ μαρμάρων στιλβότητας διακοσμοῦντες, καὶ λουτρὰ κτίζοντες, καὶ ἀγροὺς ἀναχαθαίροντες, καὶ ἀμπελῶνας καὶ δένδρα φυτεύοντες, ἢ ἕτερα ὅσα ἐπινοηθῶσι γήϊνα ἐργάζοντες· λέγοντες, Ποιήσωμεν εἰς διαδοχὴν ἡμῶν μνημόσυνον, ἵνα οἱ θεωροῦντες μακαρίζωσιν ἡμᾶς. Ταῦτα μὲν ὅσα ἂν ποιήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ὁ Θεὸς ἐπὶ μνήμης οὐκ ἔχει, οὐδὲ ἀποδέχεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκδιώκει λέγων· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ.* Τὸ γὰρ *δεῦτε*, τῶν ἐλεημόνων ἐστί· τὸ δὲ *πορεύεσθε*, τῶν μὴ γνωριζόντων με. Οὐ γὰρ εἶδον ὑμᾶς ἢ γνωρίζω τὸ πόθεν ἐστὲ, ἵνα καὶ ὑμᾶς καλέσω ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Τί δέ φασιν ἐγκαλοῦντες ; Κύριε, διὰ τί ἀποπέμπεις ἡμᾶς ἀπὸ σοῦ ; Οὐ τὴν σφραγῖδα τοῦ σώματός σου ἔχομεν (6), καὶ τὸν καύσωνα τῆς ἡμέρας διήλθομεν διὰ σοῦ, καὶ τὴν παρθενίαν ἐτηρήσαμεν ; Ναὶ, φησὶν, οἶδα κἀγὼ· παρθενίαν ἐφυλάξατε, ἀλουσίαν, ξηροκοιτίαν (7), καὶ νηστείαν. Ταῦτα ποιήσαντες, ἀλλὰ τὸν πένητα οὐκ Ἐλεήσατε, ὅτε εἰς τὴν θύραν σου ἐλθὼν παρακρούων μετὰ φόβου παρεκάλει λέγων ἐλεεινῇ τῇ φωνῇ· ἐλέησόν με, λιμῷ διαφθείρομαι· ἡ καρδία μου ἐκταράττεται ἐκ τῶν λαχάνων, ἡ ψυχή μου πενθεῖ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἄρτου· αἱ σάρκες

[11] Job. VII, 1.

NOTÆ.

(6) Videtur hic intelligenda ss. Eucharistia et status sacerdotalis.

(7) Ita cod. Emendassem autem ξηροσιτίαν *aridum victum*, nisi paulo post sequeretur synonymum χαμευνίαν inter virginitatem et jejunium.

μου τρέμουσιν ἀπὸ ψυχροῦ, τὰ ὀστᾶ μου συντρίβονται, οἱ ὀδόντες μου συγκρούουσιν, οἱ ὄνυχές μου κάονται, καὶ ὅλον μου τὸ σῶμα συνθλάεται ἐκ ἀθυμίας καὶ γυμνότητος· ἐλέησόν με καὶ δεῖξον ἐν ἐμοὶ προαίρεσιν ἐλεημοσύνης διὰ τὸν Θεόν.

ΙΕ'. Ταῦτα ἀκούων, τὸν πένητα οὐκ ἠλέησας. Καὶ τί σοι τὸ ὄφελος ὅτι παρθενίαν καὶ χαμευνίαν καὶ νηστείαν ἐφύλαξας, τὸ δὲ ὁμόφυλόν σου μὴ ἠλέησας, καὶ τὴν θύραν αὐτῷ μὴ ἀνοίξας, μηδὲ ἄρτου ἀξιώσας ; Διὰ τοῦτο ἀγνώριστος εἶ, καὶ ἡ θύρα τοῦ νυμφῶνος ἐκλείσθη σοι. Καὶ ὥσπερ ἄν τις ἅψῃ λύχνον, καὶ μὴ ἐπιβάλῃ αὐτῷ ἔλαιον, σβέννυται, οὕτως καὶ ἐγκράτειαν ἔχων, εἰ ἐλεημοσύνην οὐκ ἔχει, σκοτεινὸς ὅλος ἐστὶ, καὶ εἰς κρημνὸν ἐμπίπτει ἀπωλείας. Φυτεύει δέ τις δένδρον καλὸν, καὶ εἰ μὴ αὐτῷ εἰς τὴν ἀνάγκην τοῦ καύσωνος; ἀρδεύσει, μαραίνεται καὶ καρπὸν οὐ φέρει. Οὕτως καὶ ἡ παρθενία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἐὰν μὴ τῷ ἐλαίῳ τῆς εὐποιίας ἀρδευθῇ. Μεγάλαι οὖν τῆς ἐλεημοσύνης αἱ ἀμοιβαί. Πολλάκις ἐπιθυμεῖς ἀπελθεῖν εἰς πανήγυριν, καὶ ἀγοράσαι τινὰ, καὶ βαλὼν ἀναλώματα, κοπωθεὶς ἀπέρχῃ. Καὶ ἀρχομένου σου πραγματεύεσθαι, μετὰ σοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ πράτου συγκρούουσιν ὄρκοι, φιλονεικίαι. Καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁμαρτίαν, τότε καὶ ἡ πραγμάτιος [ita cod.], κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα (8), ὅτι *ἀνὰ μέσον πράσεως καὶ ἀγορᾶς συντριβήσεται ἁμαρτία.* Καὶ ἐπανιὼν εἰς τὸν οἶκόν σου, ὃ μετὰ κόπου καὶ θλίψεων ἐκτήσω, ἐκεῖνο τὸ οἰονοῦν εἶδος τὸ ἀνωφελές.

ΙϚ'. Ἐὰν δὲ καὶ σὺ θέλῃς, πραγμάτευσον ἄνευ ὁδοιπορίας καὶ κόπου καὶ χειμῶνος. Ἔστω καθεζομένου εἰς τὴν οἰκίαν σου, ἔρχεται ὁ πωλῶν σοι τὸν παράδεισον, καὶ ἀγόρασον. Μόνον μὴ διασταλῇς, καὶ παρέλθῃ σοι ἡ τοιαύτη πραγμάτιος [πραγματεία], καὶ ἐν ὑστέροις μεταγνώσεις πολλά. Μίμησαι τὴν χήραν ἐκείνην ἥτις τὸν παράδεισον ἠγόρασε διὰ δύο λεπτά. Λοιπὸν, ἀγαπητὲ, μὴ ἐγκαταλείπῃς ἐνταῦθα τὸν πλοῦτόν σου, καὶ ἀπέλθῃς ἐκεῖ κενὸς, καὶ εὑρεθῇς ὡς μηδὲν ἔχων, λυπούμενος καὶ ἀδαιμονῶν. Ἀλλὰ τοῦτον πρόπεμψον, καὶ ὅτε ἀπέλθῃς εὑρήσεις αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ πολλή σοι εὐθηνία γένηται; Καὶ μὴδιακριθῇς καὶ εἴπῃς· ἀκμὴν νέος εἰμὶ, παῖδας ἔχω· πῶς αὐτοὺς καταλείψω πτωχούς. Καὶ νά με καταροῦνται· ὅταν δὲ ἐκπροικήσω τὰ παιδία μου, καὶ φθάσω εἰς γῆρας, πρόνοιαν τότε ποιοῦμαι καὶ τῆς ψυχῆς μου. Μὴ οὕτως λογίζου· ἄδηλος ὁ παρὼν βίος, καὶ ὡς κλέπτης ἐπέρχεται ὁ θάνατος, μονώτατον καὶ γυμνὸν αἴρων σε, καὶ ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ τριῶν πηχῶν κατακλείει, ἕως τῆς ἐνδόξου παρουσίας τοῦ Δεσπότου. Καὶ τότε ὁ ἔπαινος ἑκάστου φανῇ· οὐ παῖδες, οὐ γυνὴ, οὐ φίλων ἢ συγγενῶν προσπάθεια, ἀλλ' ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἰσχὺς, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη καὶ ἐλεημοσύνη. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σολομὼν εἶπε· *Λύτρον ψυχῆς ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος.* Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι διὰ παίδων ἢ συγγενῶν ἢ γυναι-

A luget, membra mea frigore tremunt, ossa mea confringuntur, dentes quatiuntur, ungulæ uruntur, totum corpus meum consternatione et nuditate quassatur : miserere mei, et tuum largiendi propositum erga me propter Deum demonstra.

XV. Hæc audiens, non tamen pauperis misertus es. Quid ergo tibi prodest virginitas, chameunia, jejunium, si quidem contribulem tuum non es miseratus, neque fores ei patefecisti, neque pane eumdem dignatus es ? Idcirco non agnosceris, et nuptialis aulæ janua tibi præclusa fuit. Et quemadmodum si quis lucernam incendat, oleo non immisso, ea exstinguitur, ita quisquis est continens, nisi eleemosynam quoque largiatur, tenebrosus est totus, et in perditionis præcipitium decidit. B Serat aliquis præclaram arborem, nisi eam in æstus instantia irriget, flaccescit, neque fructum effert. Ita se habent virginitas quoque et continentia, nisi oleo beneficentiæ irrigentur. Magna sunt igitur eleemosynæ præmia. Sæpe studio teneris eundi ad nundinas, et aliquid emere; unde factis impensis, fessus recedis. Nempe incipiente te negotium gerere, inter te et emptorem versantur jurationes, et contentiones. Nec nisi post peccatum, res demum conficitur, ut ait sapiens Salomon : nempe quod *inter venditionem et emptionem angustiabitur peccatum* [33]. Postquam autem domum redieris, quod laboriose et ægre acquisivisti, inutile propemodum tibi evadit.

C XVI. Age vero si libet, sine ullo itinere vel labore aut tempestatis discrimine negotiari potes. Esto domi tuæ sedens : venit qui tibi paradisum venditurus est ; tu vero eme. Tantum ne titubes, neque hæc tibi negotiatio elabatur ; secus, magnopere te pœnitebit in posterum. Viduam illam imitare, quæ paradisum duobus quadrantibus emit [34]. In summa, cave, dilectissime, ne hic opes tuas derelinquas, tu vero illuc proficiscaris vacuus, et nihil habere comperiaris, tristis et mœrens. Illas, inquam, præmitte illuc, ut quando eodem tu veneris, eas invenias, ibique magnopere affluas. Neque deliberes dicendo : Florida inventa sum, liberos habeo; quomodo illos deseram egenos? Profecto hi mihi maledicerent. Postquam autem filios meos D dotavero, et ad senectutem devenero, tunc animæ quoque meæ curam geram. Atqui ne ita, quæso, deliberes : incerta est præsens vita, mors supervenit tanquam fur, te omnino solum nudumque corripiet, exiguo trium cubitorum loculo claudet, usque ad gloriosum Domini adventum. Tunc uniuscujusque meritum patescet : non filii, non uxor, non amicorum aut cognatorum affectus, sed bona opera vi pollebunt, charitas erga Deum et eleemosyna. Idcirco et Salomon ait : *Redemptio animæ viri, divitiæ suæ* [35]. Neque dixit : A filiis aut a

[33] Eccli. xxvii, 2. [34] Luc. xxi, 2. [35] Prov. xiii, 8.

NOTÆ.

(8) Tribuitur ab Eusebio Salomoni hoc dictum, quod est reapse Siracidæ.

cognatis aut ab uxore eum redimi, sed divitias loco esse redemptionis a peccatis multis. Quod si tu abieris, opesque tuas, ut dixi, hic reliqueris, alii eas partientur quos tu non speras. Neque vero exspectes aquæ guttulas quæ labia tua humectent. Tunc enimvero quid tibi divitiæ proderunt, ærumna ac labore, iniquitate raptuque acquisitæ? Modo velis, potes opibus tuis paradisum coemere : et quod tibi est inutile, fructuosum fiet, requiemque in discessu tuo nancisceris. Sin contra, hic relinques, vindicabunt sibi luxuriosi homines, non sine pugna aclite quis plura ferat. Tu interim flammis ambureris, nec quisquam bonorum tuorum hæres (qui eorum animus ingratus est! refrigeraturus tibi linguam accedet. O stultorum divitum jacturam! Congregaverunt multa, nihil lucrati sunt, ne aqualis quidem guttulæ adjutorium experientur.

XVII. Sic etiam dives ille aquæ guttulam optavit in igne positus, orabatque Abrahamum dicens : *Miserere mei, et mitte Lazarum ut labia mea refrigeret, quia ignis æstum non fero* [16]. Dives hic dum inter vivos ageret, purpura induebatur ac bysso, erantque ei equi plurimi frenis aureis ornatissimi, quorum sellæ auro puro fulgebant : pueri præcedentes et subsequentes, collaria habentes, armillas, atque monilia : prorsus magna cum pompa dives ille incedebat. In ejus autem prandio ministrabat lancibus aureis atque argenteis vini pretiosi fragrantiam servorum multorum sedulitas, cum candidi panis varietate. Coquorum item fervebat opus phasianos elixantium, anates, pavones, porphyriones, perdices, columbas, gallinas, lepores, et quadrupedum magnum numerum, structoribus mensarum multis discurrentibus. Erant et lecti, strata, sindones auro illusæ, cubilia auro intexta, margaritarum sparsa coloribus, varioque rutilantia fulgore. Diviti autem multi aderant reverentissimi famuli, alii pecuniarum thesauris præpositi, alii agris inspiciendis, alii ædificiis exstruendis, alii rei cibariæ mensæque curam gerentes. Eo convivante, cum flabellis astabant mancipia; dormiente autem, silentio invigilabant, ne quis omnino vocem tolleret. Talis erat superbia divitis atque pompa.

XVIII. Erat autem mendicus quidam nomine Lazarus, qui ad divitis illius januam jacebat ulceribus plenus, cupiens saturari micis quæ de divitis mensa cadebant. Hic tamen nulla benignitate commotus, haud misertus est hominis tali cum necessitate ad ejus fores projecti. Canes interim ventitabant, qui illum adeo ulcerosum cernentes, cruoremque membris ejus manantem, misericordiam præ se ferentes, linguis suis quasi spongia membrorum ejus saniem lingebant, et tanquam benigni medici abstergebant, atque ita ulceribus medici-

[16] Luc. xvi, 24.

A κὸς λυτροῦται, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ εἴρηκε λύτρωτὴν ἐκ πολλῶν ἁμαρτιῶν. Καὶ ἐὰν σὺ πορευθῇς, καὶ τὰ χρήματά σου ὧδε καταλείψῃς, ἄλλοι διαμερισθῶσιν οὓς οὐ προσδοκᾷς. Καὶ σὺ οὐ προσδοκῇς ῥανίδας ὕδατος, ἵνα βρέξῃ σου τὰ χείλη· καὶ τότε τί σοι τὸ ὄφελος τοῦ πλούτου, ὃν μετὰ μόχθου καὶ κόπου καὶ ἐξ ἀδικίας καὶ ἁρπαγῆς ἐκτήσω; Εἰ γὰρ θέλεις, μετὰ τοῦ πλούτου τὸν παράδεισον ἀγοράζεις· καὶ ὁ ἀνωφελὴς, ὠφέλιμός σοι γενήσεται, καὶ ἀνάπαυσιν εὕρῃς ἀποδημῶν. Ἐὰν δὲ καταλείψῃς, ἐπιμοιράσουσιν ἄλλοι τοῦτον ὧδε σπαταλισταὶ, μαχόμενοι καὶ ἐρισάμενοι τὸ τίς πλεῖον ἄρῃ. Σὺ δὲ φλογιζόμενος, καὶ ἐξ αὐτῶν τις τῶν διαμερισθέντων σου τὰ χρήματα, ἀχαριστῶν σοι οὐκ ἔρχεται δροσίζων σου τὴν γλῶτταν. Ὦ ζημίας τῆς γενομένης τῶν ἀφρόνων
B πλουσίων! Συνῆγον πολλὰ, καὶ ἐκέρδαινον οὐδέν· καὶ οὐδὲ κἂν ῥανίδα ὕδατος ὠφελῶνται.

ΙΖ'. Οὕτως καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος ἐπεθύμησε σταλαγμοῦ ὕδατος ἐν τῷ πυρὶ ὑπάρχων, καὶ παρεκάλει τὸν Ἀβραὰμ λέγων· *Ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον ἵνα καταψύξῃ μου τὰ χείλη, ὅτι οὐκ ὑποφέρω τοῦ πυρὸς τὸν καύσωνα.* Οὗτος δὲ ὁ πλούσιος διάγων ἔνθεν, πορφύραν ἐνεδιδύσκετο καὶ βύσσον· καὶ ἦσαν αὐτῷ ἵπποι πλεῖστοι κεκαλλωπισμένοι χρυσοχάλινοι· αἱ σέλλαι αὐτῶν περιαστράπτουσαι χρυσίου καθαροῦ· παῖδες προτρέχοντες καὶ ἀκολουθοῦντες, μανιάκια περιέχοντες ψέλια καὶ ὁρμίσκους· καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν μεγάλῃ φαντασίᾳ περιῶν. Ἐν δὲ τῷ ἀρίστῳ αὐτοῦ διηκόνει δίσκον
C χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν οἴνου εὐωσμίαν πολυτίμου, πολλῶν μαγείρων περισπασμὸς, ἐν ποικιλίᾳ λευκότητος ἄρτων. Μάγειροι θορυβαζόμενοι ἑψοῦντες φασιανοὺς, χῆνας, ταῶνας, πορφυρίωνας, πέρδικας, περιστερὰς, ὄρνεις, λαγωοὺς, καὶ τετραπόδων πλῆθος, καὶ στρουκτώρων πολλῶν διατρεχομένων. Κλῖναι στρωμναὶ καὶ σινδόναι χρυσόραντοι, κοιτῶνες χρυσόῤῥαφοι, κατεστρωμένοι μαργάρων χρόας, αὐγαζόμενοι τῇ στιλβότητι. Τῷ δὲ πλουσίῳ παρισταμένων πολλῶν ἐν φόβῳ καὶ ὑπηρετούντων, οἱ μὲν ἐπὶ πλονεξίᾳ στελλόμενοι, οἱ δὲ εἰς ἀγροὺς ἐπισκέπτειν, ἄλλοι εἰς κτίσματα οἰκημάτων, ἕτεροι τῶν βρωμάτων καὶ τῆς τραπέζης ἐπιμέλειαν ποιοῦντες. Τούτου δὲ τρυφῶντος, ῥιπίζουσιν αὐτὸν οἱ ἀργυρώνητοι αὐτοῦ· καὶ
D ὑπνοῦντος αὐτοῦ, τῆς ἡσυχίας φροντίζουσι, τοῦ μηδένα φθέγγεσθαι ὅλως. Τοιαύτη ἦν τοῦ πλουσίου ἡ ἔπαρσις καὶ ἡ φαντασία.

ΙΗ'. Ἦν δέ τις πτωχὸς ὀνόματι Λάζαρος, καὶ ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἐκείνου ἑλκόμενος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἐκ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου. Καὶ πρὸς εὐσπλαγχνίαν οὐκ ἐκαύθη, οὐκ ᾠκτείρησεν τὸν ἐν τοσαύτῃ ἀνάγκῃ βεβλημένον εἰς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ. Οἱ δὲ κύνες ἐρχόμενοι καὶ βλέποντες αὐτὸν οὕτως ἑλκόμενον, καὶ τὸν ἰχῶρα τὸν ἀπορῤῥέοντα ἀπὸ τῶν μελῶν αὐτοῦ, εὐσπλαγχνίαν ἐπιδεικνύμενοι, ὥσπερ γλώττῃ τινὶ καὶ σπόγγῳ ἀπέλειχον τὸν ἰχῶρα ἀπὸ τῶν μελῶν αὐτοῦ, καθὼς εὐάρεστοί τινες ἰατροὶ σπογγίζοντες,

καὶ τοὺς μόλωπας θεραπεύοντες (9). Καὶ ἐκεῖνος οὐδὲ κλάσματος ἄρτου ἠξίωσεν αὐτῷ δοῦναι. Ὦ τῆς ἀνοίας τοῦ πλουσίου! Οἱ κύνες οἱ μὴ εἰδότες Θεὸν, μήτε ἀνάστασιν προσδοκῶντες, πρὸς θεραπείαν τοῦ πένητος ἐπήγοντο· καὶ ὁ πλούσιος ὁ προσδοκῶν παραστῆναι τὸ φοβερὸν κριτήριον, τὸν πένητα οὐκ ἠλέησεν. Ἔγνως τοῦ πλουσίου τὴν ἐνταῦθα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ τρυφὴν, τοῦ δὲ πένητος τὴν κόλασιν καὶ τὸν λιμόν· καὶ πῶς μὲν ὧδε ὁ πλούσιος ἦν ἀδικῶν καὶ πλεονεκτῶν καὶ ἐν τρυφῇ σπαταλῶν, ὁ δὲ πτωχὸς κακοχούμενος. Τί δὲ καὶ ἔβλαπτε τὸν πλούσιον ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτοῦ, τοῦ οἰκτειρῆσαι τὸν πτωχόν; Εἰ γὰρ καὶ ἀθάνατος ἔμελλες, ἄνθρωπε, ὑπάρχειν τε εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκ ἂν τὴν ἀσπλαγχνίαν εἶχες· πόσῳ γε μᾶλλον ὅτι θνητὸς εἶ, καὶ οὐδὲ τὴν ἡμέραν ἢ τὴν ὥραν τῆς τελευτῆς σου ἐπίστασαι;

ΙΘ. Οὕτως διάγων ἀσπλάγχνως καὶ ἀνελεημόνως, ἐγένετο, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν πλούσιον καὶ ἀπενεχθῆναι εἰς κόλασιν αἰώνιον. Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ Λάζαρος, καὶ ἀπηνέχθη ὑπὸ ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ· ὑπάρχων δὲ ἐν τῷ πυρὶ ὁ πλούσιος, εἶδε Λάζαρον ἀναπαυόμενον ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραάμ· καὶ ὃν ἀπεστρέφετο τὰς ὄψεις αὐτοῦ, καὶ ἀγνώριστον εἶχεν, ἐγνώρισεν αὐτὸν, καὶ κράξας ἔλεγεν· Ἐλέησόν με, πάτερ Ἀβραὰμ, καὶ πέμψον Λάζαρον ἵνα βρέξῃ μου τὰ χείλη τῷ δακτύλῳ αὐτοῦ, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. Ὦ πλούσιε, ὃς σεαυτὸν πλούσιον καὶ φρόνιμον ἐκράτεις, ἄφρων ὑπῆρχες τῶν ἀφρονεστέρων. Ἔγνως ἄρτι τὸ τί σοι προεξένησεν ἡ ἀσπλαγχνία. Ποῦ ὁ πλοῦτος; ποῦ ὁ ἄργυρος καὶ ὁ χρυσός; ποῦ ἡ φαντασία τῶν ἡδονῶν; ποῦ ὁ θόρυβος τῶν οἰκετῶν; ποῦ ὁ πολὺς καὶ ἄκαιρος δρόμος; Καὶ ἄρτι ὡς εἷς τῶν ἀπόρων κράζεις, ἐλεησόν με. Εἰ καὶ μὴ εἰς πῦρ ἐβλήθης, τότε γὰρ οὐκ ἠλέησας, ἵνα μὴ νῦν ἐλεηθῇς.

A nam faciebant. Dives contra, ne panis quidem frustum misero largiebatur. O vecordia divitis! Canes Deum ignorantes, neque resurrectionem sperantes, pauperis curationi instabant : dives autem qui tremendo judicio sisti se exspectabat, pauperi misericordiam negabat! Nosti ergo divitis in hoc mundo gloriam, honorem atque delicias, simulque pauperis molestias famemque : item quomodo dives injustus fuerit, avarus, et luxu diffluens; pauper autem calamitosus. Quodnam alioqui dives detrimentum cepisset, si de superfluitate sua misericordiam pauperi foret impertitus? Certe etiamsi immortalis futurus esses, o homo, inclementer te gerere non deberes; quanto autem minus, cum sis mortalis, neque diem neque horam obitus tui scias?

B

XIX. Dum hic ita inclementer se gereret, contigit, ait Scriptura, ut moreretur dives, et ad sempiternam pœnam deferretur. Obiit item Lazarus, atque ab angelis in Abrahæ sinum deportatus est. Cumque esset in igne dives, Lazarum vidit in sinu Abrahæ requiescentem : eum scilicet a quo antea oculos avertebat, et quem pro incognito habebat, nunc cognovit, et cum clamore ait : Miserere mei, pater Abraham, et mitte Lazarum ut labia mea digito humectet, quia crucior in hac flamma. O dives, qui te divitem prudentemque reputabas, stultus reapse eras et insipientissimus. Vides nunc quid tibi inclementia profuerit. Ubi divitiæ? ubi argentum et aurum? ubi voluptatum apparatus? C ubi famulorum turba? ubi multus intempestivusque discursus? Nunc tu tanquam unus de miseris clamas : Miserere mei. Nisi certe in ignem conjectus esses, uti tunc non es misertus, ne nunc quidem

NOTÆ.

(9) In catena ad Lucæ Evangelium cod. pal. Vat. XX, f. 160, verba legebam Eulogii patriarchæ Alexandrini, catholici ac laudatissimi auctoris, quæ a me prætermittenda hic non sunt : Τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας. Ὅτι καὶ διὰ τῶν κυνῶν τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ πλουσίου ἀπηνείας ἐλέγχει ἡ παραβολή· οἱ μὲν γὰρ κύνες οἰκτείροντες αὐτοῦ τὴν πολλὴν ταλαιπωρίαν, ὅπερ ἐδύναντο ποιεῖν ἔπραττον περιλείχοντες καὶ οἷον ἀποσμήχοντες αὐτοῦ τὸ ἕλκος ταῖς γλώσσαις· ὁ δὲ καὶ τῶν κυνῶν περὶ τὸν ὁμόφυλον ἀπηνέστερος, καὶ δι' αὐτῶν ἠλέγχετο τῶν κυνῶν· διὰ τοῦτο κἀκεῖνον τὸ πῦρ ἀδυσωπήτως μετέρχεται. *Sancti Eulogii patriarchæ Alexandrini. Canum mentione summam divitis crudelitatem coarguit parabola. Nam canes misericordia erga gravem Lazari calamitatem commoti, quod poterant gratificabantur, illius ulcera lingentes ac veluti linguis suis abstergentes. At dives canibus erga contribulem suum durior ab his ipsis convincebatur. Merito igitur igni dives damnatus fuit.*

D

Aliud quoque in eodem codice f. 154, comperi egregium Eulogii Alexandrini fragmentum ad Lucæ Evang. cap. XVI, 9-12, quod est hujusmodi : Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας. Δέχεται καὶ ταῦτα διὰ τῶν πενήτων ὁ Θεός· ἂν μόνον τοῦ λοιποῦ φυλαξώμεθα μὴ ἁμαρτάνειν. Καλὸν γὰρ κἂν διὰ τῶν τῆς πλεονεξίας χρημάτων φίλους κτᾶσθαι τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ πενομένους, πλουσίους δὲ κατὰ Θεόν· ἵνα ὅταν ἐκλίπωμεν, μηδὲν ἔχοντες ζωτικὸν δικαίωμα, δι' ὧν αὐτοὺς εὖ ἐποιήσαμεν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἡμᾶς σκηνὰς οἱ ἠλεημένοι ὑποδέξωνται. Εἰ δὲ μηδὲ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἤτοι τῆς πλεονεξίας, εὖ ποιεῖν θελήσαιμεν, πῶς ἂν πιστευθείημεν ὅτι εἰ προσῆσαν ἡμῖν ἐξ οἰκείων κόπων χρήματα, τούτοις ἂν τοὺς ἐνδεεῖς ἠλεήσαμεν; Εἰ γὰρ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ἀχωρὶς κόπων πλεονεκτικῶς ἐκτησάμεθα, οὐ μετεδώκαμεν, ἃ καὶ οἰκεῖα δοκεῖ εἶναι, καὶ πόνων ἰδίων καρπὸς, πῶς ἄν τινι τούτων μεταδοῦναι πιστευθείημεν; *Hæc quoque propter pauperes recipit Deus, modo deinceps a peccato caveamus. Pulchre enim fit, si etiam avaritia collectis opibus amicos nobis in hoc mundo comparemus, qui illis quidem egent, sed Deo sunt divites : ut cum defecerimus, nullam habentes vitæ justitiam, saltem ob collata in eos beneficia, recipiant nos in tabernacula sua, qui nostram misericordiam experti fuere. Sed si ne de mammona quidem iniquitatis, id est avaritiæ, bene facere voluerimus; quis nobis credet, fore ut si partæ propriis laboribus opes adessent, ex his egenos misericorditer solaremur? Nam si ne aliena quidem, et quæ absque labore avare possidemus, nolumus communicare, quomodo ea quæ propria videntur, nostrorumque laborum fructus, impertituri cuiquam credemur?* — Fragmentis his cumulare mihi placuit alias quas edidi Eulogii reliquias, nempe nobile de Trinitate segmentum Script. vet. t. VII, p. 177 : et AA. class. t. X, p. 483, de Petro ap.; nec non de turturum oblatione p. 493; denique aliud brevius de pœnitenti et baptismo in scholiis meis p. 104, ad Commentarium Cyrilli in Epistolas Pauli.

miserereris. Cur autem Lazari adjutorium imploras, Abrahamo dicens, ut tui miserens mittat hunc quo tibi aquæ guttulam præbeat? Vana est jam deprecatio tua, misericordiæ tempus præteriit : nunc inexorabile judicium de immisericordibus exercetur. Ne jam dicas : Miserere mei, pater Abraham, et Lazarum mitte : non est hinc transitus ad vos. Cur autem sic loqueris, dure dives? Quem oculis respicere non ferebas, cujus verba audire nolebas, quem cupientem micis de mensa tua cadentibus satiari non es miseratus; nunc petis ab Abrahamo, ut ad labia tua irriganda mittatur? Cur item patrem vocas Abrahamum? Is enim in luce viventium, qui eum hospitalitate et eleemosynis imitati sunt, pater est. Nulla, inquam, societas est luci cum tenebris : non es dignus qui hunc patrem appelles; sed ob immisericordem morem tuum, tenebrarum atque gehennæ filius es.

σας, οὐδὲ νῦν ἄρτι ἐλεηθείς. Τί δὲ καὶ ἐπιζητεῖς τὸν Λάζαρον εἰς σωτηρίαν, λέγων πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐλεῆσαί σοι καὶ πέμψαι τοῦτον τοῦ παρέχειν σοι σταλαγμὸν ὕδατος; ἀνωφελὴς λοιπὸν ἡ ἱκεσία σου· παρῆλθεν ὁ καιρὸς τοῦ ἐλέους· καὶ γὰρ ὧδε ἀνήλεος κρίσις ἐστὶ τοῖς μὴ ποιήσασιν ἔλεος. Μηκέτι προσθήσεις τοῦ λέγειν, Ἐλέησόν με, πάτερ Ἀβραὰμ, καὶ πέμψον Λάζαρον· οὐκ ἔστιν ὁδὸς αὐτόθι περᾶσαι. Πῶς οὖν οὕτως ἔλεγες, ἀναίσθητε πλούσιε; Ὃν κατανοῆσαι ὄμμασιν οὐ κατεδέχου, οὕτε ῥήματος αὐτοῦ ἀκοῦσαι, καὶ ἄρτι τὸν ἐπιθυμοῦντα χορτάζεσθαι ἀπὸ τῶν πιπτόντων ψιχίων τῆς τραπέζης, οὐκ ἠλέησας, τὸν Ἀβραὰμ αἰτεῖς ἀποστεῖλαι τοῦτον βρέξαι σου τὰ χείλη; Πῶς δὲ καὶ πατέρα ἐκάλεσας τὸν Ἀβραάμ; τῶν γὰρ ἐν φωτὶ διαγόντων οἵτινες μιμηταὶ αὐτοῦ ἐγένοντο τῆς φιλοξενίας καὶ ἐλεημοσύνης, αὐτῶν ἐστι πατήρ. Οὐδεμία οὖν κοινωνία φωτὶ σκότους· οὐ γὰρ εἶ ἄξιος τοῦτον καλέσαι πατέρα, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀνελεήμονά σου τρόπον υἱὸς εἶ σκότους καὶ γεέννης.

XX. Nec vero quisquam putet Abrahamum divitem non fuisse. Nonne habuit vernaculos CCCXVIII, et substantiam plurimam magnumque armentorum numerum [37]? Attamen nihil ei divitiæ nocuerunt : imo his paradisum sibi emit. Et videsis patriarchæ Abrahami solertiam. In via erat, fixo tabernaculo, ibique morabatur, ne quis se inscio transiens hospitio ejus fraudaretur. Miror autem venerandam hujus canitiem, qui non tulit commendare famulorum alicui hospitalitatis officium, ne forte si, ut pigri servi solent, obdormiret, peregrini interim præterirent, paratoque apud eum hospitio carerent. Hoc in damni loco computat senex. Itaque ipse herus et CCCXVIII famulorum dominus, in via vigilat ne quis prætereat; cunctos enim benigne curans prandio prope regali adhibebat. Neque is solus hospitii benignitatem præbebat, sed consentientem præclaro suo proposito habebat uxorem Sarram. Angelos itaque hospitio exceperunt, et ventris sui fructum Isaacum promissum nacti sunt, et paradisum emerunt. Jamque vides, quod Abrahamo divitiæ haud nocuerint. Nonne Jobus quoque dives erat? Is tamen petentibus opem non negabat, sed cunctis necessaria largiebatur, contubernales habens eleemosynam æque et divitias [38]. Joacim pariter dives fuit, sed eleemosynam secum sociam habebat, cujus causa pater fieri dignus fuit semper virginis Mariæ Deiparæ.

Κ'. Καὶ μὴ νομισάτω τίς τὸν Ἀβραὰμ μὴ εἶναι πλούσιον· οὐκ ἂν εἶχε τιν' οἰκογενεῖς [37], καὶ ὕπαρξιν, καὶ κτήνη πολλὰ ἔχων; Καὶ οὐδὲν ἔβλαψεν αὐτὸν ὁ πλοῦτος· ἀλλὰ μετὰ τούτου τοῦ πλούτου ἠγόρασε τὸν παράδεισον. Καὶ ὅρα τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ τὸ συνετόν. Ἐν τῇ ὁδῷ ἦν, πήξας σκηνὴν, κἀκεῖσε παραμένων, ἵνα μή τις διαλάθῃ τοῦτον ἄμοιρος τῆς αὐτοῦ ξενοδοχίας γένηται. Θαυμάσαι δὲ καὶ τούτου τὸ αἰδέσιμον ἔχω τῆς πολιᾶς· οὐκ ἐπέτρεψέ τινι ἀπὸ τῶν αὐτοῦ δούλων τὴν διακονίαν τῆς ξενοδοχίας καταπιστεῦσαι, μήπως ὡς δοῦλος ὡς ῥᾳθυμος καθυπνεῖ, οἱ ξένοι παρέρχονται, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἑτοιμασθείσης ξενοδοχίας ἀποστεροῦνται. Ζημίαν ἡγεῖται ὁ γέρων. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος καὶ δεσπότης τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ δούλων ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς ὁδοῦ γρηγορῶν μή τι παρελθεῖν τινα, καὶ πάντας καλῶς ἀποθεραπεύων ηὐφραίνετο ὡς ἐπὶ βασιλικῷ ἀρίστῳ κληθέντας. Καὶ οὐ μόνος ἦν ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ξενοδοχίας τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ καὶ τὴν Σάῤῥα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα συγγνώμονα καλῆς (10) αὐτοῦ προαιρέσεως ἔσχεν· καὶ ἀγγέλους ἐξένησαν, καὶ καρπὸν χιλίας τὸν ἐξ ἐπαγγελίας Ἰσαὰκ εὗρον, καὶ τὸν παράδεισον ἠγόρασαν. Καὶ ἴδε πῶς αὐτὸν οὐκ ἔβλαψεν ὁ πλοῦτος· οὐκ ἦν καὶ ὁ Ἰὼβ πλούσιος; Ἀλλὰ τοῖς δεομένοις ἐκ τούτου οὐ καθυστέρει [38], ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν ἐχορήγει τὰ δέοντα, σύνοικον ἔχων τὴν ἐλεημοσύνην μετὰ τοῦ πλούτου. Ὡσαύτως καὶ ὁ Ἰωακεὶμ πλούσιος ἦν (11), ἀλλὰ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἐπισπᾶτο, καὶ δι' αὐτῆς ἠξιώθη γενέσθαι τῆς ἀειπαρθένου πατὴρ καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

XXI. Neque soli qui ante legem vel in lege vixerunt, misericordes fuerunt, verum etiam nostro

ΚΑ'. Καὶ οὐ μόνον εἰσὶν οἱ πρὸ νόμου, καὶ οἱ ἐν νόμῳ γεγονότες ἐλεήμονες, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς καθ'

[37] Gen. XIV, 14. [38] Job XIX, 12 seq.

NOTÆ.

(10) Cod. tantum συγχαλῆς, quod mendum putavi ex suppressis in medio syllabis natum.

(11) Opinio hæc quod Deiparæ pater sanctus Joacim dives fuerit, de Protevangelio Jacobi manat apud Fabric. cod. apocryph. N. T. tom. I, cap. I et IV. Et quidem cap. I, diserte : Ἦν Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα, *Joacim valde dives erat;* quæ traditio, quanquam ex apocrypho libro deducta, multorum Græcorum scripta occupavit. Cæteroqui pseudo-evangelium Jacobi noverunt patres antiqui Origenes, Epiphanius, Eustathius Antiochenus, Andreas Cretensis, aliique

ἡμᾶς γενεᾶς πολλοὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἠγάπησαν· οἱ μάρτυρες οὖν ἦσαν πλούσιοι, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον αὐτῶν διένεμον (12), καὶ γυμνοὶ πρὸς τὴν ἄθλησιν ἔδραμον. Ἀλλ' οὖν καὶ οἱ ἀσκηταὶ τὸ αὐτὸ ἐποίησαν (13), καὶ ἀντήλλαξαν τὸν πλοῦτον αὐτῶν μετὰ τῶν πενήτων, καὶ ἠγόρασαν τὸν παράδεισον. Οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, ἐκ τῶν πλουσίων τὴν ἐλεημοσύνην, ποιήσαντες [cod. ποθήσαντες]. Ἡ Ταβιθὰ, ἣν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων [9] ἀκούομεν, πόσας ἐλεημοσύνας ἐποιεῖτο ταῖς χήραις. Ὡσαύτως καὶ ἡ Εὐβούλα (14) πλουσία ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνην πολλὴν εἶχε, καὶ τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ διακονοῦσα. Οὐκ ἦν καὶ ἡ ὁσία Μελάνη (15) πλουσία σφόδρα; ναὶ λέγω πλουσία· ἀλλὰ καὶ τὴν μετάδοσιν τῆς ἐλεημοσύνης πλουσιωτέραν εἶχε. Καὶ γὰρ καθεξῆς τῶν ἐν πλούτῳ γενομένων ἐφ' ἡμᾶς μαρτύρων καὶ δικαίων τὰ κατορθώματα τῆς ἐλεημοσύνης αὐτῶν διηγήσασθαι, μακρόν ἐστι τοῦ λέγειν. Καὶ γὰρ μέχρι τοῦ παρόντος εἰσί τινες οἱ ἀγαπῶντες ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην διαπαντός· ὡσαύτως εἰσὶν οἱ πλείους, οἱ ποθοῦντες πλουτεῖν ἐκ τόκου καὶ ἀδικίας, οἱ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην μὴ ποιοῦντες καὶ μισοῦντες, καθὼς ὁ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν πλούσιον. Διὰ τοῦτο ἤκουσεν, *Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου.* Ἀπήλαυσας τὸν πλοῦτόν σου μόνος· οὐ γάρ τινι τῶν μὴ ἐχόντων παρεῖχές τι, ἀλλὰ μόνος ἦς τρυφῶν καὶ σπαταλῶν· καὶ ὁ πένης καὶ τῶν πιπτόντων ψιχίων ἐκ τῆς τραπέζης σου ἐστερεῖτο ἐπιθυμῶν. Λοιπὸν οὐκέτι σου μερίς ἐστιν ἐν τοῖς σωζομένοις· τῶν γὰρ ἐλεημόνων ἐκληρώθη ὁ παράδεισος.

ΚΒ. Καὶ οὐκ ἦν ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ μαλάξαι αὐτοῦ τὴν ὀδύνην· οὐ προσέθηκε πόνον, οὐκ ἔπληξεν αὐτὸν λόγοις, οὐκ ἠρνήσατο τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ πραείᾳ τῇ φωνῇ καὶ ἐλεεινῷ τῷ προσώπῳ ἀπόκρισιν ἐδίδου αὐτῷ τοιάνδε· *Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ ὁ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσι.* Ταύτην δὲ τὴν ἀπόκρισιν ὁ πλούσιος παρὰ τοῦ πατριάρχου ἤκουσε· καὶ οὐδὲ κἂν τοῦ μικροῦ σταλάγματος ἐδέξατο. Διὸ καὶ ὀδυνώμενος ἐν τῇ φλογὶ ἔλεγε· Εἰ δυνατόν ἐστιν, πάτερ, ἀπελθεῖν καὶ διαμαρτυρεῖν τοὺς ἀδελφούς μου, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον βασάνων; Ἔμαθον ὃ ἔπαθον. Τί μοι τὸ ὄφελος τοῦ πλούτου ἐγένετο; οὐδέν· ἀλλὰ πρόξενος πυρὸς αἰωνίου. Εἰ

A sæculo multi eleemosynæ dandæ studiosi fuerunt. Martyres itaque fuerunt divites, sed divitias suas distribuerunt, nudique ad certamen cucurrerunt. Idem præstitere ascetæ, qui opes suas cum pauperibus negotiati sunt, et paradisum sibi comparaverunt. Neque viri tantummodo, verum etiam feminæ, eleemosynam de suis opibus fecerunt. Tabitha quantas eleemosynas viduis largiretur, ex apostolorum Actibus audimus [9]. Eubula pariter dives erat, sed eleemosynis simul faciendis dedita, et coryphæo Petro ministrans. Nonne et sancta Melania dives admodum erat? utique, aio, dives, sed tribuendis eleemosynis ditior erat. Sed longum esset martyrum atque justorum singillatim usque ad nos eleemosynarias virtutes narrare. Namque et hodierno tempore nonnulli sunt qui perpetuas eleemosynas largiri gestiunt: quanquam majore numero sunt qui ditescere cupiunt ex usuris et iniquitate, quorum animus ab eleemosynis faciendis abhorret, haud secus quam ille a nobis supra memoratus dives. Idcirco audiit: *Recepisti bona in vita tua.* Divitiis tuis solus es fruitus, nemini egenti dedisti, sed solus luxui deliciisque indulsisti: pauper interim micis etiam de mensa tua cadentibus privabatur, quas disrupiebat. Superest igitur, ut portio tibi cum salvis nulla sit: namque hominum eleemosynæ faciendæ studiosorum hæreditas paradisus est.

XXII. Neque vero patriarcha Abrahamus divitis dolorem lenire potuit; quanquam calamitatem non gravavit, neque verbis illum vulneravit, neque humanæ naturæ oblitus est; sed miti voce et clemente vultu hoc ei responsum reddidit: *Fili, recordare quod tu bona tua receperis in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic recreatur, tu vero cruciaris. Et præter hæc omnia, inter vos et nos vorago magna constituta est; ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque isthinc ad nos commeare.* Hoc audiit dives a patriarcha responsum: neque tamen vel unam guttulam impetravit. Quamobrem cruciatus in flamma aiebat: An fieri potest, o pater, ut aliquis abeat ad rem testandam fratribus meis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum? Scio quid patiar. Quid mihi divitiæ profuerunt? nihil; imo ignem æternum promeruerunt. Profecto si ipsi quoque aures obstruent, quominus evangelicos sermones audiant Domini et

[9] Act. IX, 36.

NOTÆ.

(12) Puta SS. MM. Joannem et Paulum in Juliani imp. tyrannide.

(13) Antonius videlicet, Arsenius, aliique innumeri.

(14) Respicit ad I Cor. IX, 5, ubi sorores, id est piæ mulieres, dicuntur apostolis, et quidem ipsi Petro, in ipsorum per orbem itineribus ministrasse. Cum autem de hac nominatim Eubula sedulo quæsierim apud varios auctores patresque, qui de illo Pauli ad Corinthios loco verba fecerunt, nec non in sanctorum Historiis, nomen hoc piæ mulieris Petro singulariter devotæ ac munificæ, nondum mihi occurrit. Quo fit pretiosior hæc ab Eusebio nostro tradita notitia. Profecto Eubula, cujus Petrum alimentarium fuisse apparet, Romanorum præsertim benevolentia et obsequio, cum Pudentiana et Praxede, digna censebitur.

(15) Videsis quæ de Melania diximus in prævio Monito (*supra col.* 313.)

prophetarum ejus atque apostolorum, sine dubio flammis mecum addicentur.

XXIII. His hactenus dictis, charissimi, præsentem sermonem peroravi, ut saluti nostræ consulentes, studeamus singuli placere Deo, partim oratione ac jejunio, partim eleemosyna et charitate. Neque tamen divitias reas agamus; non enim divitiæ ducunt hominem, sed homo divitias quo vult perducit; hæque fiunt ei fructuosæ, uti scriptum est [30]. Bonæ sunt divitiæ recte administrantibus eas : sicut etiam paupertas bona est recte tolerantibus eam. Nam si bona sit voluntas hominis, divitiæ recte ab eo administrantur : sin prava sit ejus voluntas, fit homo immisericors, atque ita divitiæ in malum cedunt. Hoc enim in divitiis interest, quod bene dispergentibus inter egenos, paradisum comparant; male autem utentibus et cumulantibus atque in hoc mundo relinquentibus, causa fiunt ignis æterni. « *Et si justus vix salvatur, impius et peccator ubi parebunt* [31] ? » Rogo itaque, vos, fratres, quandiu pœnitentiæ tempus habemus, pro salute nostra certemus. Etiamsi enim ego indignus sum qui salutem consequar, vos tamen amittere nolim promissa vobis bona, quæ scilicet paravit Dominus noster diligentibus eum! Quæ utinam nos omnes consequi digni simus precibus immaculatæ dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ, splendidorumque angelorum, et sanctorum omnium. Quoniam ipsum decet gloria, honor, et adoratio, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰ ὦτα βύσουσι τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τὰς εὐαγγελικὰς ἐξηγήσεις τοῦ Δεσπότου καὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, πάντως οὗτοι ἐνθάδε καταδικασθήσονται σὺν ἐμοὶ φλογίζεσθαι.

ΚΓ'. Τούτων οὕτως ῥηθέντων, ἀγαπητοὶ, διῆλθον τὸν παρόντα λόγον · ἵνα τῆς σωτηρίας ἡμῶν πρόνοιαν ποιησώμεθα, καὶ ἕκαστος σπουδάσῃ ἀρέσαι Θεῷ, ὁ μὲν διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας, ὁ δὲ διὰ ἐλεημοσύνης (16) καὶ ἀγάπης. Καὶ μὴ αἰτιάσθω τι; τὸν πλοῦτον, οὐ γὰρ ἄγει ὁ πλοῦτος τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἄνθρωπος τὸν πλοῦτον ὅπου θέλει ἄγει, καὶ ὠφέλιμος αὐτῷ γίνεται καθὼς γέγραπται [30]. Καλὸς ὁ πλοῦτος τοῖς καλῶς αὐτὸν διοικοῦσιν · ὥσπερ γὰρ καὶ καλὴ πενία τοῖς καλῶς αὐτὴν ὑπομένουσιν. Ἐκ γὰρ προαιρέσεως ἀγαθῆς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ B πλοῦτος καλῶς παρ' αὐτοῦ διοικεῖται · ἐκ δὲ τῆς κακῆς προαιρέσεως ἔρχεται καὶ εἰς ἀσπλαγχνίαν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ πλοῦτος αὐτῷ κακὸς γίνεται. Δύο γὰρ διαφορὰς ἔχει ὁ πλοῦτος, τοῖς μὲν σκορπίζουσι τοῦτον καλῶς τοῖς ἐνδεέσι, πρόξενος παραδείσου ὑπάρχει · τοῖς δὲ κακῶς χρωμένοις, καὶ ἐπαξοῦσι τοῦτον, καὶ ὧδε καταλιμπάνουσι, πρόξενος πυρὸς αἰωνίου ἐστίν. Καὶ εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται ; *Διὰ τοῦτο παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἕως ὅτε ἔχομεν καιρὸν μετανοίας, ἀγωνισόμεθα τοῦ σωθῆναι.* Εἰ γὰρ καὶ ἐγὼ ἀνάξιός εἰμι τοῦ σωθῆναι, κἂν ὑμεῖς μὴ ἀποτύχητε τῶν ἐπηγγελμένων ὑμῖν ἀγαθῶν, ὧν προητοίμασεν ὁ Δεσπότης ἡμῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Οἷς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι πρεσβείαις τῆς ἀχράντου C Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν φωτοειδῶν ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις μετὰ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXII.

De astronomis.

I. Diebus haud paucis transactis, accedens ad

[30] Prov. XIII, 8. [31] I Petr. IV, 18.

ΓΒ'.

Περὶ ἀστρονόμων (17).

Α'. Ἡμερῶν διελθουσῶν οὐκ ὀλίγων, προσελθὼν

NOTÆ.

(16) In calce saltem præclari hujus de eleemosyna sermonis, tanquam in angulo collocare liceat, Anastasii (quicunque demum ex tot Anastasiis est) fragmentum ad Luc. XVI, 9, ex paulo ante citato codice sumptum, in quo item eleemosyna commendatur.

Ἀναστασίου. Οὐ, καθὰ νομίζουσί τινες, τὸν ἀπὸ D ἀδικίας συναγόμενον πλοῦτον, μαμωνᾶν φησι τῆς ἀδικίας · οὐ γὰρ ἂν ὁ δίκαιος ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἐδίδαξεν · ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ τὴν χρείαν ἡμῖν ἀποκείμενον. Ὁ γὰρ εὐπορῶν θρέψαι ἢ σῶσαι τὸν ἀπὸ λιμοῦ ἢ χρέους ἢ αἰχμαλωσίας ἀπολλύμενον, καὶ μὴ βοηθῶν, οὗτος ὡς ἄδικος καὶ φονεὺς δικαίως κατακριθήσεται · ὡς καὶ πάλιν τοὺς ἀνελεήμονας ἐλέγχων λέγει · « Εἰ ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν δώσει; » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀλλότριον μὲν καλεῖ τὴν τῶν χρημάτων περιουσίαν· οὐ γὰρ συγγεγέννηται ἡμῖν, ἀλλ' ἔξωθεν προσγίνεται. Λέγει δέ · Εἰ ἐν τοῖς ἔξωθεν προσγινομένοις καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν οὖσιν, οὐκ ἐγένεσθε πιστοὶ, πῶς ἂν λάβοιτε τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ ἡμέτερον, τουτέστι τὸ θεόσδοτον χάρισμα · *Nequaquam, ut nonnulli existimant, divitias iniquitate collectas, dicit Dominus mammonam iniquitatis ; nemo enim justus iniquitatem unquam docuit ; sed copias usui nostro superfluas ac repositas dicit. Nam cui facultas suppetit nutriendi vitamque conservandi ejus qui fame aut ære alieno aut captivitate perit, neque tamen opem fert, hic tanquam iniquus et homicida juste condemnabitur. Sicut et mors immisericordes reprehendens ait :* « *Si in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis ?* » *et reliqua. Alienum autem mammonam appellat divitiarum superfluitatem : neque enim hæ congenitæ nobis fuerunt, sed extrinsecus proveniunt. Dicit ergo : si in his quæ ab extrinseco accidunt, et supra usum nostrum sunt, non fuistis fideles, quomodo accipietis verum et nostrum, id est divinitus datum beneficium ?*

(17) Conferendus est sermo hic præsertim cum Eusebii ejusdem sermone 6 a nobis pridem edito in Spicil. Rom. t. IX, p. 664. Diximus de hoc sermone περὶ ἀστρονόμων ibidem in præf. p. 10. Jam ne de antiquitate dubitemus, citantur hujus sermonis sub Eusebii nomine partes abs Joan. Damasceno in Parallellis p. 316 et 391 ; imo etiam ab antiquiore Joanne monacho in suis Parallelis, p. 783; et quidem non sine minutis additamentis, quæ in codice Parisiaco sermoni deerant, a nobis autem inserta fuerunt.

ὁ Ἀλέξανδρος λέγει τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ τῷ ἐπισκόπῳ· Κύριε, ἤκουσα παρά τινων ὅτι κατὰ ἄστρον γεννᾶται ἄνθρωπος· καὶ ὅτι ὅσοι ἀστέρες εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, τοσοῦτοι καὶ ἄνθρωποί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὅταν ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ ἐκλείπει· καὶ ὅταν γεννηθῇ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ προστίθεται, ἐπειδὴ οὔτε τὸ γεννηθῆναι ἐκλείπει, οὔτε τὸ ἀποθανεῖν. Ὁ δὲ μακάριος ἤρξατο λέγειν· Ὢ πόση ἄνοια ἔγκειται ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ πόσα ἁμαρτάνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες! Εἰ γὰρ κατὰ ἄνθρωπον ἀστέρες ἐσκευάσθησαν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἦσαν ἐν τῷ παραδείσῳ, δύο ἀστέρες ἦσαν ἐν τῷ οὐρανῷ, πῶς ἀγνοοῦσι παντελῶς οἱ μηδὲν ἐπιστάμενοι; Εἶτα ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐπέλθῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πάντες πνικτῷ θανάτῳ παρεδόθησαν, καὶ Νῶε μετὰ τῶν ἑπτὰ ψυχῶν διεσώθη, ὀκτὼ μόνον ἀστέρες ἦσαν ἐν τῷ οὐρανῷ; Καὶ ἐξέλειπον οὖν πάντες, καὶ ἀκόσμητος ἔμεινεν ὁ οὐρανός; Καὶ εἰ κατὰ ἄνθρωπον οἱ ἀστέρες ἐν τῷ οὐρανῷ εἰσιν, πῶς τινες αὐτῶν κατ' ὀνομασίαν εἰσί; Πῶς ἡ Πλωὰς [ita cod.], ἡ λεγομένη Ἁμαξα, ἑπτὰ ἔχει ἀστέρας, καὶ οὐδέποτε ἐκλείπει ὁ ἀριθμὸς τῶν ἑπτὰ ἀστέρων; καὶ ὁ Μαζουρὼθ (19) ὁ λεγόμενος ἑξάστερος, ἓξ ἔχει ἀστέρας, καὶ οὐδέποτε ἐκλείπει ὁ ἀριθμὸς τῶν ἓξ ἀστέρων; Καὶ ἄλλοι δὲ φανεροί εἰσιν, οὓς οἴδαμεν κατὰ διαδοχὴν ὅτι οὐδέποτε ἐκλείπουσιν· εἰ οὖν κατὰ ἀριθμὸν τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν οἱ ἀστέρες, πῶς τούτων οὐδεὶς ἐξέλιπε ποτέ; Ὢ πῶς οὐδεὶς κατανοεῖ τὴν τῶν Γραφῶν διδαχήν! Οὐκ ἤκουσας τοῦ Δαβὶδ λέγοντος [22] *Σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας*; Οἱ ἀστέρες ἐξ ἀρχῆς τεθεμελιωμένοι δὲ λέγονται, οὐχ ὅτι ἀκίνητοί εἰσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ διαμένειν ἀεὶ ἐν τῷ οὐρανῷ· οὐκ εἰσὶ δὲ ἀκίνητοι, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν δρόμον τελεῖ καθὼς προσετάχθη· μεγάλως οὖν ἁμαρτάνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες.

A beatum Eusebium episcopum Alexander ait: Audivi, domine, a nonnullis sub suo quemque hominem astro nasci; et quotquot astra in cœlo sunt, totidem esse in terra homines; ita ut, moriente homine, astrum simul ejus desinat: nascente autem homine, astrum ejus pariter adjiciatur; quandoquidem neque generatio cessat neque obitus. Tum vir beatus sic dicere orsus est: O quanta est hominum dementia! quamque graviter errant qui ita loquuntur! Nam si pro numero hominum astra in cœlo creata essent, quo tempore Adamus atque Eva in terrestri paradiso erant, duo tantummodo astra in cœlo exstitisse, quomodo ignorant hi qui alioqui nihil omnino sciunt? Deinde cum diluvium orbi supervenit, omnesque in aquis suffocati sunt, Noe cum B septem tantum animabus incolumi, octone sola in cœlo astra fuerunt? Defecéruntne omnia reliqua, mansitque inornatum cœlum? Jam si pro hominum numero sunt astra in cœlo, cur ex his nonnulla proprio nomine appellantur? Quomodo Ploas, quod dicitur Plaustrum, septem habet astra; quorum Mazuroth etiam, quod dicitur hexastricum, sex habet astra, quin unquam horum deficiat numerus? Alia quoque sunt apparentia astra quæ nulla temporum successione desinere scimus. Igitur si pro hominum numero astra sunt, quomodo nullum unquam astrum defecit? Hem quomodo Scripturarum doctrinam nemo considerat! Nonne audisti dicentem Davidem: *Lunam et stellas quas tu fundasti* [22]? Porro stellæ ab initio fundatæ dicuntur, non quod C immobiles sint, sed quia perpetuo manent in cœlo. Revera non sunt immobiles, sed unaquæque cursum suum perficit, prout ei constitutum fuit. Valde igitur peccant, qui sic loquuntur.

Β'. Εἰσί τινες καταρώμενοι τοὺς ἀστέρας, ὅταν κατά τινος ὀργίζωνται, καὶ λέγωσιν, Οὐαὶ τῷ ἄστρῳ σου. Ἄλλοι δὲ λέγουσι, Καλῷ ἄστρῳ ἐγεννήθη, διὸ καὶ συναστρεῖ αὐτῷ τὰ πάντα. Καὶ οὐαὶ τοῖς ταῦτα λέγουσιν! Οὐαὶ τοῖς προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας! Πολλοὺς γὰρ οἶδα τοὺς προσκυνοῦντας καὶ εὐχομένους εἰς τὸν ἥλιον. Ἤδη γὰρ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, προσεύχονται καὶ λέγουσιν, Ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ οὐ μόνον ἡλιογνώσται (20) καὶ αἱρετικοὶ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ Χριστιανοί, καὶ ἀφέντες τὴν πίστιν, τοῖς αἱρετικοῖς συναναμίγνυνται. Τί ἀφεὶς τὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης καὶ τῶν ἀστέρων, τοῖς κτίσμασι προσκυνεῖς; Οὐ δεῖ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα. Γέγραπται γάρ [23]· *Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ λατρεύσεις.* Ἐπικατάρατος προσκυνῶν τὸν ἥλιον, καὶ

II. Quidam astris maledicunt, siquando homini alicui irascuntur, aiuntque: Væ astro tuo. Alii dicunt: Ille bono astro genitus fuit, ideoque res ejus cum astro concordant. Atqui væ iis qui hæc dicunt! Væ iis qui solem venerantur lunamque et stellas! Multos enim adorare solem eique supplicare scio. Nam sole oriente orant dicentes: Miserere nostri. Neque hoc tantum heliognostæ et hæretici faciunt, D verum etiam christiani, fide omissa, hæreticis admiscentur. Cur cœli, solis, lunæ, stellarumque relicto auctore, creaturas adoras? Non est creaturæ serviendum præ Creatore. Scriptum est enim: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi servies* [23]. Maledictus quisquis solem adorat et lunam ac stellas, et quidquid aliud factum est, loco Factoris. Multi alia quoque in cœlo imaginantur. Multi lunam fabulantur ad nos descendere, et in animal immutari.

[22] Psal. VIII, 4. [23] Deut. VI, 13.

NOTÆ.

(18) Alexander hic loquitur cum Eusebio etiam in aliis aliquot sermonibus, quos edidimus; deque eo dictum fuit in Græca Vita Eusebii, nostrisque præfationibus.

(19) Videtur Hebraicum מַזָּרוֹת apud Job XXXVIII, 32, quod idem est ac מַטְּלוֹת IV Reg. XXIII, 5.

(20) Animadverte vocabulum ἡλιογνώσται, imo etiam sectam peculiarem superstitiosorum.

Nam cum cruenta videtur, aiunt vaniloqui homi- A
nem aliquem eam de cœlo deduxisse veneficiis. Sed
væ hæc dicentibus! Quis enim fascinaturus con-
scendere in cœlum queat? Voluit et Simon magus
in cœlum ascendere, sed lapsu diruptus est. Longe
abest ut quidquam hujusmodi unquam contingat;
sed sunt potius complicatæ vices temporum ac bel-
lorum. Nemo certe potest cœli astra sive parum
sive magnopere commovere, quæ Deus virtute sua
stabilivit.

συστήματα καιρῶν εἰσι καὶ πολέμων· οὐδεὶς γὰρ δύναται σαλεῦσαι ἄστρον οὐρανοῦ, οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα, ἃ ὁ Θεὸς τῇ ἰδίᾳ δυνάμει ἐθεμελείωσεν.

III. Multi dicunt nubes et pluvias ab incantatori-
bus dispelli; in quo item stulte loquuntur. Quis
Dei jussum potest præstigiis ullis avertere? Nunc
quia nubes Dei jussu pluvias in tellurem effundunt, B
quomodo poterit homo mandatum Dei impedire?
Audi Scripturam. Cum Deus voluit Judæos ex
Ægypti regione educere, multa per Moysen patra-
vit signa atque prodigia [24]. Idem porro secundum
phantasiam magi quoque Ægyptiorum fecerunt, et
Pharaonem deceperunt. Sed extendit Moyses vir-
gam, et ecce nubes conglobabantur, et cœlum per-
miscebatur, et fulgura ac tonitrua procedebant,
mors Ægyptiis impendebat, grando ruebat, nihil
jam in agris vitale supererat. Si malefici poterant
nubes dispellere, cur cum grando ruebat non po-
tuere pluviam nubesque dissipare? Cuncta igitur
Dei jussu eveniunt. Sol haud cum vult exoritur,
sed cum jubetur. Nam si is forte quantum habet
calorem in regionem terrestrem jaculatur, haud C
jam hominum genus subsisteret: totus enim igneus
sol est. Luna item haud quantum vult crescit, sed
certa mensura ac pondere, prout jubetur. Tellus
haud pro suo libito fructificat, sed cum Deus præ-
cipit. Prorsus nihil absque Dei jussu fit, sicut ipse
dixit: ne passer quidem sine patre vestro in la-
queum cadet.

IV. Sunt etiam nonnulli qui aiunt scriptum esse
de homine, quidquid ipse pravi bonive acturus est.
Quamobrem hi cum in pravum aliquid decidunt
Satanæ vel propriæ voluntatis impulsu, dicere solent:
Væ scripto de me! Atqui væ potius ita loquentibus!
Novi item multos qui dicunt homines vi fati mori, D
aut in flumine, aut præcipitio, aut alio modo quo-
libet. Sed in hoc pariter fatue loquuntur et pec-
cant. Nam Deus libero præditum arbitrio fecit
hominem, eique tum lucis viam, tum tenebrarum,
atque emolumentum vel damnum inde manans
ostendit, ore prophetæ dicens: *Si volueritis et au-*

[24] Exod. VII, 3 seq.

τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ εἴ τι ἕτερον ποίημα παρὰ τὸν ποιητήν. Πολλοὶ καὶ ἕτερα τινὰ φαντάζονται ἐν τῷ οὐρανῷ. Πολλοὶ μυθολογοῦσι τὴν σελήνην κατέρχεσθαι καὶ εἰς ζῶον μεταβάλλεσθαι. Ὅταν γὰρ ἐξαιματῶται (21), λέγουσι πλανώμενοι, ὅτι ἄνθρωπος κατήγαγεν αὐτὴν καταγοητεύσας (22). Καὶ οὐαὶ τοῖς τοῦτο λέγουσι! Τίς ἠδυνήθη καταγοητεύσας ἀναβαίνειν εἰς οὐρανόν; Ἠβουλήθη καὶ Σίμων ὁ μάγος ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλὰ πεσὼν διερράγη· μὴ γένοιτο τοιοῦτόν τι γενέσθαι, ἀλλὰ

Γ'. Πολλοὶ λέγουσιν ὅτι νεφέλας καὶ ὑετοὺς ἀπελαύνουσι γόητες, καὶ τοῦτο ματαιολογοῦσι. Τίς δύναται πρόσταγμα Θεοῦ ἀποστρέψαι γοητείᾳ; καὶ γὰρ νέφη κατὰ προσταγὴν τοὺς ὑετοὺς ἐχχέουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, πῶς δύναται ἄνθρωπος πρόσταγμα Θεοῦ ἀποστρέψαι; Ἄκουσον τῆς Γραφῆς [24]. Ὅτε ἠβουλήθη ὁ Θεὸς ἐξαγαγεῖν τοὺς Ἰουδαίους ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐποίησε διὰ Μωϋσέως πολλὰ σημεῖα καὶ τέρατα· καὶ ἐποίησαν καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων κατὰ φαντασίαν, καὶ ἠπάτησαν τὸν Φαραώ. Ἐξέτεινε δὲ Μωϋσῆς τὴν ῥάβδον, καὶ ἰδοὺ τὰ νέφη συνέτρεχον, καὶ ὁ οὐρανὸς συνεσκεδάννυτο, καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ προέβαινον, θάνατος ἠπειλεῖτο τοῖς Αἰγυπτίοις, χάλαζα κατήρχετο, καὶ οὐκ ὑπελείπετο ἔτι ζῇν τὰ ἐν τῷ πεδίῳ. Εἰ δυνατοὶ ἦσαν οἱ φαρμακοὶ ἀπελάσαι νέφη, διὰ τί ὅτε ἐπηνέχθη ἡ χάλαζα, οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποστρέψαι τὸν ὑετὸν καὶ τὴν νεφέλην; Πάντα οὖν κατὰ προσταγὴν Θεοῦ γίνεται. Ὁ ἥλιος οὐχ ὅτε θέλει ἀνατέλλει, ἀλλ' ὅτε προστάσσεται· εἰ γὰρ ἔμελλεν ὅσην ἔχει θέρμην ἐκπέμπειν ἐπὶ τὸ τῆς γῆς χωρίον, οὐχ ὑφίστατο τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· πῦρ γάρ ἐστιν καὶ οὐδὲν ἕτερον. Ἡ σελήνη οὐχ ὅσον θέλει αὐξεῖ, ἀλλὰ μέτρῳ καὶ σταθμῷ καθὼς προσετάχθη. Ἡ γῆ οὐχ ὅτε θέλει καρποφορεῖ, ἀλλ' ὅτε Θεὸς [cod. θέλῃ pro Θεός] προστάσσεται· καὶ ἅπαξ οὐδὲν παρεκτὸς προστάγματος Θεοῦ γίνεται· καθὼς εἶπεν, ὅτι Οὔτε στρουθίον εἰς παγίδα (23) πεσεῖται ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν.

Δ'. Εἰσί τινες λέγοντες, ὅτι γεγραμμένον ἐστὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου ὅσα δεῖ αὐτὸν ποιῆσαι πονηρὰ καὶ ἀγαθά. Ὅθεν καὶ ἐμπίπτοντες εἰς κακὰ ἐκ τοῦ Σατανᾶ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως, συνήθως λέγουσιν, Οὐαὶ τῷ γραπτῷ μου! Καὶ οὐαὶ τοῖς ταῦτα λέγουσιν! Οἶδα πολλοὺς λέγοντας, ὅτι κατὰ δοτὸν ἀποθνήσκουσιν ἄνθρωποι, ἐν ποταμῷ ἢ ἐν κρημνῷ, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ. Καὶ τοῦτο ματαιολογοῦσι, καὶ ἁμαρτάνουσι λέγοντες. Ὁ γὰρ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον αὐτεξούσιον, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ τὴν ὁδὸν τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ σκότους καὶ τὸ κέρδος καὶ τὴν ζημίαν, λέγων διὰ τοῦ προφήτου· *Ἐὰν θέλητε καὶ*

NOTÆ.

(21) Errat hic Damasceni Latinus interpres p. 391 dicens: *Cum sese præstigiator cruentat*, etc. Non enim homo sed luna cruenta apparet, prout Act. II, 20. Recte tamen idem interpres p. 784.

(22) Virgilius in pharmaceutria: *Carmina de cœlo possunt deducere lunam.*

(23) Matth. X, 29, passim quidem εἰς τὴν γῆν, *in terram*. Sed εἰς παγίδα, *in laqueum*, habent apud Scholzium Clemens, Chrysostomus, Juvencus, quorum auctoritates Eusebius noster nunc cumulat.

εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, φησὶν, ἐγὼ οὐκ ἀναγκάζω ὑμᾶς. Τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, κέρδος οὐκ ἔχει. Ἠδύνατό σε ὁ Θεὸς καὶ ἄκοντα ποιῆσαι καλὸν, ἀλλὰ τὸ ἀκούσιον ἄμισθόν ἐστιν. Εἰ ἦν γεγραμμένον τὸ ποιεῖν ἀγαθὸν καὶ πονηρὸν, οὐκ ἔλεγεν· *Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου*· ἀλλὰ τοῦτο ἔλεγεν· Δεῦρο, ἐξακολούθει τοῖς γεγραμμένοις. Ἀλλὰ μονοτρόπως εἶπεν· *Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου.* Ἐγὼ, φησὶν, ὅρους σοι οὐκ ἔθηκα, οὐκ ἔταξα ἐπὶ σοὶ καλὰ καὶ κακὰ, αὐτεξούσιόν σε ἐποίησα· ὃ βούλει ποίει· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ποιεῖν καλὰ καὶ κακά. Ἐπεὶ εἰ ἔγραφέ με ποιεῖν ἁμαρτίαν, καὶ ποιῶ αὐτὴν, ἵνα τί με κρίνει; τῷ γὰρ προστάγματι αὐτοῦ ἀντιστῆναι οὐ δύναμαι. Ἢ τίς κρίνει με τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦντα; Μὴ πλανηθῇς, ὦ ἄνθρωπε· οὐδέποτε ὁ Θεὸς θελητής ἐστι κακοῦ ἀνθρώπων· οἱ γὰρ ἐπερχόμενοι τῷ ἀνθρώπῳ πειρασμοὶ, ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσιν. Εἰ δὲ ἐμοὶ οὐ πείθεις, ἄκουε τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι* (24) *κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα· ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας.* Ἐὰν δὲ ποιῇς ἀγαθὸν, τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἐπίγραψον· ἐὰν δὲ πονηρὸν, τῇ τοῦ διαβόλου πονηρίᾳ· ἡ ἀγαθὴ ὁδὸς παρὰ τοῦ Κυρίου κατευθύνεται τῷ ἀνθρώπῳ· ἡ πονηρὰ, ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

dieritis me, bona terræ comedetis : quod si nolueritis, neque auscultaveritis mihi, inquit, *equidem vos non cogo* [35]. Nam quod necessitate cogente fit, lucrum non habet. Poterat sane Deus te vel invitum efficere bonum ; sed tamen quod involuntarium est, caret mercede. Si scriptum esset, ut bene vel male ageremus, profecto haud dixisset : *Si volueritis et audieritis me ;* sed, Agesis, dixisset, scriptis obsequere. Atqui tantummodo dixit : *Si volueritis et audieritis me.* Ego, inquit, terminos tibi non constitui, bonum vel malum tibi non decrevi, liberum tibi arbitrium contuli ; quod vis age ; scriptum non est, ut bene vel male agas. Certe si is scripsisset ut ego peccarem, idque reapse agerem, cur me damnaret ? nam jussui ejus haud queo resistere. Quis me reum ageret Dei constituta exsequentem ? Ne tibi fucum facias, o homo. Nunquam Dei voluntate male agit homo : nam quæ eveniunt homini tentationes, a maligno hoste sunt. Quod si mihi non credis, audi dicentem Apostolum : *Nemo tentatus dicat se tentari a Deo ; Deus enim intentabilis malis est, et ipse neminem tentat, sed unusquisque tentatur a concupiscentia sua* [36]. Jam si bonum egeris, Dei benignitati ascribe : sin autem malum, diaboli malitiæ imputa. Nam bona via dirigitur homini a Domino, mala a Satana.

Ε'. Δύο εἰσὶν ὁδοί· εἰς οἵαν ἀρέσκεται ἄνθρωπος, ἐν αὐτῇ βαδίζει. Ἐάν ἐστιν ἡ πρόθεσίς τινος πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ θέλει τῇ ἀγαθῇ ὁδῷ βαδίσαι, εὐθέως ἀποδίδωσιν ὁ Θεὸς τὴν χεῖρα, καὶ κατευθύνει αὐτοῦ τὴν ὁδὸν, καὶ τὰ διαβήματα κατορθοῦνται, καὶ ὁ βίος αὐτοῦ γίνεται ἐν ἀγαθῇ πολιτείᾳ, καὶ πληροῦται ἐν αὐτῷ τὸ ῥητὸν τοῦ Δαβίδ· *Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα.* Ποίαν ὁδὸν θέλει ὁ Θεὸς πορευθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ πάντως τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον; Ἡ γὰρ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς τοῦ Σατανᾶ ἐστιν, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τὰ μίλιά εἰσι ταῦτα· πρὸ πάντων ἀγάπη, ἐλεημοσύνη, παρθενία, ἀφιλαργυρία, ἀφθονία, ἀοργησία, ἀμνησικακία, νηστεία, εὐχὴ, ἀγρυπνία, χαμευνία, ψαλμῳδία, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου τὰ μίλιά εἰσι ταῦτα· πλεονεξία μήτηρ τῆς εἰδωλολατρείας, μνησικακία, φθόνος, φόνος, μοιχεία, πορνεία, ἔρις, καταλαλιὰ, κατηγορία, ὀργὴ, μέθη, κραιπάλη, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τὸν πορευόμενον τὴν στενὴν ὁδὸν ὁδηγεῖ ὁ Θεὸς εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

V. Duæ viæ sunt : utram mavult homo, in ea graditur. Si cujus propositum ad Deum tendit, vultque bona via pergere, statim ei Deus manum tendit, ejusque iter dirigit ; ideoque gressus ejus prosperi fiunt, vita ipsius bonis moribus ornatur, in eoque Davidis dictum completur : *A Domino gressus hominis diriguntur; et viam ejus volet nimis* [37]. Quanam via vult Deus hominem incedere ? nempe angusta et aspera via, quæ ad vitam æternam ducit. Nam lata et spatiosa via Satanæ est, et in perditionem ducens. Angustæ et asperæ viæ milliaria veluti hæc sunt : in primis charitas, eleemosyna, virginitas, liberalitas, nullius rei invidentia, lenitudo, injuriarum oblivio, jejunium, preces, vigiliæ, chameunia, psalmodia, et his similia, quæ ad vitam æternam deducunt. Latæ vero ac spatiosæ milliaria hæc sunt : avaritia idololatriæ parens, animus ultor, invidia, cædes, adulterium, scortatio, contentio, obtrectatio, criminatio, ira, ebrietas, crapula, et his similia, quæ ducunt in perditionem. At enim illum, qui angusta via graditur, ducit Deus ad vitam æternam.

Ϛ'. Ἀλλ' ἀντιλέγουσί τινες λέγοντες, ὅτι οὐ θέλει τις δίκαιος εἶναι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασι-

VI. Sed contradicunt ita nonnulli : Quis nolit esse justus, et in regnum introire ? Profecto multi recte

[35] Isa. I, 19. [36] Jac. I, 13. [37] Psal. XXXVI, 23.

NOTÆ.

(24) Passivo sensu intellexit etiam interpres syriacus. In Labbeanis glossis ἀπείραστος *intentatus*, quod congruit cum Latino vulgato, mutato tamen *er* in *us*.

agere voluerant, neque tamen propositum perficere valuerunt. Cur hos Deus perire sivit? Cur his opem non tulit? Si volentibus, inquam, ad bonum tendere Deus manum porrigit, cur his reapse non est auxiliatus? Sed audi quid Scriptura dicat: *Non sicut homo, Deus videbit: homo faciem, cor Deus* [38]. Tu faciem consideras, resque exteriores spectas; Deus corda scrutatur, et mentes inspicit. Cave existimes cunctos secundum Deum vivere: pauci imo sunt qui ad Dei regulam mores componunt, sed ut hominibus placeant ita se gerunt, cilicium publice gestant, coma sunt intonsa, jactanter incedunt, nempe apud homines bona sua opera ostentantes, et sancti vocari volunt, atque ab omnibus adorari. Tu exteriora tantum consideras, illosque omnia secundum Deum agere existimas, nec quid in eorum corde lateat pervides: at Deus cordium renumque scrutator cursum illorum probe novit, eosque prolabi sinit, ut ipsorum consilia revelentur. Nam qui ut hominibus placeant, virtutes in vita exercent, hi lapsibus corruunt. Secus vero qui secundum Deum pergunt ascetæ, nunquam a Deo deseruntur, sicut ait Propheta: *Junior fui, etenim senui, et non vidi justum derelictum* [39].

A λείαν; Πολλοὶ, φησὶν, ἠθέλησαν δικαιοπραγῆσαι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐκτελέσαι· διὰ τί τούτους ἀφῆκεν ὁ Θεὸς ἀπολέσθαι; Διὰ τί οὐκ ἐβοήθησεν αὐτοῖς; Εἰ τοῖς βουλομένοις [cod. βαλλομένοις], φησὶν, εἰς ἀγαθὸν ἐπιδίδωσιν ὁ Θεὸς τὴν χεῖρα, διὰ τί τούτοις οὐκ ἐβοήθησεν; Ἀλλ' ἄκουσον τί λέγει ἡ Γραφή· *Οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ὄψεται ὁ Θεός· ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον, Θεὸς εἰς καρδίαν.* Σὺ τὸ πρόσωπον κατανοεῖς καὶ τὰ ἔξωθεν πράγματα βλέπεις· ὁ Θεὸς τὰς καρδίας ἐρευνᾷ καὶ τὰς διανοίας κατανοεῖ. Μὴ νομίσῃς ὅτι πάντες κατὰ Θεὸν πολιτεύονται· ὀλίγοι εἰσὶν οἱ κατὰ Θεὸν πολιτευόμενοι, ἀλλὰ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν ταῦτα ποιοῦσι, καὶ προβάλλουσι σακκοφορίαν, καὶ κομῶσι τὰς κεφαλὰς, καὶ περιπατοῦσιν ἐπιδεικτικῶς, ἐπιδεικνύμενοι τοῖς ἀνθρώποις τὰ B κατορθώματα ἑαυτῶν, καὶ θέλουσι κληθῆναι ἅγιοι, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων. Κατανοεῖς σὺ τὸ ἔξωθεν μόνον, καὶ νομίζεις αὐτοὺς κατὰ Θεὸν πάντα ποιεῖν, καὶ οὐκ οἶδας τί κέκτηται αὐτῶν ἡ καρδία· ὁ δὲ Κύριος ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, οἶδεν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, καὶ ἀφίσιν αὐτοὺς ἐκπεσεῖν, ἵνα φανερωθῶσιν αὐτῶν τὰ βουλεύματα. Οἱ γὰρ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν μετερχόμενοι τὸν βίον τῶν ἀρετῶν, οὗτοι καὶ σφάλμασι περιπίπτουσιν. Οἱ γὰρ κατὰ Θεὸν προβαλλόμενοι ἀσκῆσαι, οὐδέποτε ἐγκαταλιμπάνονται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὼς εἶπεν ὁ Προφήτης, ὅτι *Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον.*

VII. Multi monachi ad nuptias lapsi divertunt, prave intelligentes apostoli dictum, recte ab eo prolatum. Ait enim: *Si se non continent, nubant* [40]. Neque sciunt, post promissiones Deo factas, jam non dici nuptias, sed perpetuam fornicationem. Nam postquam ipsi Deo voverunt mundi renuntiationem, si retro convertantur, haud jam sit conjugium, sed tota vita crimen, copula damnabilis, filii nothi, nuptiæ illegitimæ. Nemo quippe qui manum suam ad aratrum miserit, et retro respexerit, regno cœlorum aptus est [41]. Non enim, ut ipsi putant, his qui renuntiarunt dixit Apostolus, ut deserto post renuntiationem monasterio, nuptiis copulentur; sed qui non se continent, nubant. Videlicet, ut antequam renuntiet, unusquisque se probet, animamque suam exploret, num corporis necessitates perpeti possit et scandala a maligno dæmone objicienda, et æstum cupiditatum: quo facto, tum demum jugum subeat renuntiationis. Quod D si se in his non continet, seque facile victum iri agnoscit, tali rei conditione nubat. *Melius est enim nubere, quam uri* [42]: ne dum semet custodire nequit, in inferni profunda ruat (25). His auditis et cognitis, quicunque renuntiaturus es, multum debes teipsum probare, nec nisi post multam considerationem jugo te renuntiationis submittere: ut deinde usque ad obitum portans præclarum conti-

Z'. Πολλοὶ δὲ τῶν μοναχῶν σφαλέντες εἰς γάμον προτρέπονται, κακῶς ἐκλαμβάνοντες τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν, τὸ καλῶς εἰρημένον. Φησὶ γάρ· *Εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν.* Καὶ οὐκ οἴδασιν C ὅτι μετὰ τὰς συνθήκας τὰς εἰς Θεὸν οὐ λέγεται γάμος, ἀλλὰ διηνεκὴς μοιχεία. Μετὰ γὰρ τὸ συνθέσθαι αὐτοὺς τῷ Θεῷ περὶ τῆς ἀποταγῆς, καὶ πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω στραφῆναι, οὐκ ἔστι γάμος, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἔγκλημα, ἡ κοίτη ἐν κατακρίσει, καὶ τὰ τέκνα νόθα, καὶ ὁ γάμος ἐν παρανομίᾳ. Οὐδεὶς γὰρ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οὐ γὰρ, ὡς ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι τοῖς ἀποταξαμένοις εἶπεν Ἀπόστολος ἀφιέναι τὴν τάξιν τῆς ἀποταγῆς καὶ τὸ μοναστήριον καὶ γάμῳ ζεύγνυσθαι· ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν, Εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· ἵνα πρὸ τοῦ ἀποτάξασθαι, δοκιμάσῃ ἑαυτὸν, καὶ νοήσῃ τὴν ἰδίαν ψυχὴν, εἰ δύναται ὑπενέγκαι τὰς ἀνάγκας τοῦ σώματος, καὶ τὰ σκάνδαλα τὰ D ἐπερχόμενα ἐκ τοῦ πονηροῦ, καὶ τὸν καύσωνα· καὶ τότε ὑπεισελθὼν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς. Εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐγκρατεύεται, καὶ γινώσκει ἑαυτὸν εὐάλωτον ὑπάρχειν, ἐν τούτῳ γαμησάτω. *Κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι·* καὶ μὴ δυνάμενον φυλάξαι ἑαυτὸν, ἐμπεσεῖν εἰς τὰ καταχθόνια τοῦ ᾅδου. Ταῦτα εἰδὼς καὶ ἀκούων, ὀφείλεις ἀποτασσόμενος πολὺ δοκιμάσαι ἑαυτὸν, καὶ μετὰ πολλῆς

[38] I Reg. xvi, 7. [39] Psal. xxxvi, 25. [40] I Cor. vii, 9. [41] Luc. ix, 62. [42] I Cor. vii, 9.

NOTÆ.

(25) Vides mirabilem Ecclesiæ in doctrina de religioso cælibatu constantiam. Vides item genuinam Paulini textus intelligentiam, quam ante hos annos propugnavit egregie etiam cardinalis Gottus colloquio tertio adversus Picenium.

σκέψεως ὑπεισελθεῖν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς, ἵνα ἕως τέλους βαστάσας τὸν χρηστὸν ζυγὸν τῆς ἐγκρατείας, τύχοις τῆς ἐπουρανίου βασιλείας, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A nentiæ jugum, cœlesti regno potiaris. Quod utinam omnes consequamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui una cum Patre et sancto Spiritu gloria, potestas, honorque nunc sit et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBIUS

EMESENUS EPISCOPUS.

—

NOTITIA.

(Ang. Mai, *Biblioth. nov.* t. II, 528.)

—

De Eusebio Emeseno, et quomodo is ab Eusebio Alexandrino distinguendus omnino videatur, satis ut spero disserui in superiore Monito (*supra col.* 287 *et* 311). Nunc lectores admonere placet, vidisse me in bibliotheca Vaticana Latinum codicem pervetustum, sæculi ferme XI, homilias continentem XXXIV, hoc titulo : *Incipit liber domni Eusebii, qui translatus est* (Cod. *quem translatum est*) *ex Hebræo in Latinum.* Hæ porro homiliæ, duabus exceptis XIV et XV, leguntur omnes sub Eusebii Gallicani nomine in Patrum Bibliotheca Lugdunensi t. VI. Ubi tamen in editione p. 631 G lacuna est : in nostro codice f. 49 b ea sic expletur : iterum virginitas fecundetur, *iterum humana conditio ex incorruptione nascatur, ut homo gloriosam ac virgineam nativitatem*, etc..... At secunda ibidem lacuna non potest ope codicis expleri, quia folium excidit. Jam duarum codicis homiliarum, quas in editione desiderari dixi, quæque in festo paschali recitatæ fuerunt, rationem ego postea, si operæ pretium fuerit, habiturus sum, cum Latinorum Patrum homilias alias, quas ex codicibus colligo, typis committam. Dicuntur itaque hæ Eusebii homiliæ ex Hebræo (id est Syriaco) translatæ. Et revera Eusebium (qui fuit postea Emesenus episcopus) natum in Mesopotamia, et in schola Syrorum Edessena eruditum, narrant nobis Socrates Hist. II, 9, et Sozomenus III, 6. Denique de harum Latini nunc sermonis homiliarum crisi verba facere hic non interest, quarum certe non unus auctor fuit; et si quidem Emesenus non est negandus, ne Gallicanus quidem aliquis est excludendus; quam jamdiu controversiam docti homines pertractaverunt.

NOTITIA ALTERA.

(Jos. Fessler, *Institutiones Patrologiæ*, t. II, p. 2.)

—

Eusebius Emesenus episcopus (anno 360) multa et varia scripsit, ex quibus ad S. Scripturam explanandam pertinebant *Expositio epistolæ ad Galatas* libris decem comprehensa, et *in Evangelia Homiliæ* breves, sed plurimæ (S. Hieronym. *De Scriptor. eccles.* c. 91), nec non *Commentarius in Genesin*, ex quibus nonnisi Fragmenta quædam in Catenis hodie inveniuntur. Opuscula nonnulla Græca, quæ hodie ipsius nomine exstant, scilicet *Oratio de adventu et annuntiatione Joannis Baptistæ apud inferos, Oratio de proditione Judæ, Oratio in Parasceven seu* κατασυλλογισμὸς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, et *Fragmenta* ex deperditis ejus Operibus, hic illic obvia, in unum collecta Græce edidit C. G. Augusti sub titulo : *Eusebii Emeseni quæ supersunt Opuscula Græca.* Elberfeldi 1829. Ea tamen Opuscula, ut solide nuper demonstravit J. C. Thilo (*Ueber die Schriften des Eusebius von Alexandrien und des Eusebius von Emisa. Halle* 1832), juniorem quemdam *Eusebium Alexandrinum*, qui vixit sæculo VII, habent auctorem. — Ejusdem *Eusebii Emeseni* nomine inde ab aliquot sæculis duplex circumfertur *Collectio Sermonum Latinorum*, nempe *Homiliæ* 36 *ad populum et monachos* (sub ejus nomine primum editæ a J. Gaigneio Paris. 1547 in 8°, recus. Lovanii 1560

in 12), et *Homiliæ* 145 (seu potius 142) *in Evangelia festosque dies totius anni* (primum editæ a Claudio Fremy Paris. 1554 in 8°; utraque dein Collectio recusa Paris. 1575 in-8°, iterumque nonnihil aucta ab A. Schotto sub nomine *Eusebii Gallicani* in Magna Biblioth. Patrum Coloniensi, t. V, p. 543-738 et in Maxima Biblioth. Patrum Lugdunensi t. VI, p. 618-822). Verum Homiliæ 145 (seu potius 142) in Evangelia revera S. Brunoni Astensi († c. a. 1125) debentur, ex cujus quippe *Commentario in IV Evangelia* (edito Romæ 1775 duobus tomis in 8°, et iterum in Opp. S. Brunonis Astensis ed. P. Bruno Bruni Romæ 1789-91. fol. t. II, p. 1-295) plerumque ad verbum, verosimiliter ab ipso Brunone, excerptæ sunt Homiliæ istæ, cujus etiam nomine insignitæ reperiuntur homiliæ 145 integræ in cod. mss., nec non in editione Operum S. Brunonis Astensis Venetiis 1651, fol. t. II, p. 1 seqq. et Romæ 1789-91, t. II, p. 373-463. Cf. Præfat. Editoris in S. Brunonis Commentar. in Evangel. p. XVI-XXIII; et cl. Mamachii Approbatio ibidem præfixa, M. Marchesii Dissert. histor. de S. Brunone Astensi p. IV. in fronte edit. Venet. a. 1651, et P. Bruno Bruni in Opp. S. Brunonis Ast. edit. Rom. t. II, Prolegom. p. V et VII — IX. — Prior autem Collectio 56 homiliarum non est nisi farrago variorum scriptorum Latinorum Galliæ, sancti Hilarii Arelatensis, sancti Eucherii Lugdunensis, Fausti Rhegiensis, sancti Maximi Taurinensis, sancti Cæsarii et al., fortasse collecta ab Eusebio Brunone Andegavensi episcopo (a 1047-1081, de quo vid. Chronica Andegavensia in Labbe Nova Bibliotheca Manuscriptorum Paris. 1657, t. I, p. 276, 282, 287 et 288. Cf. J. A. Fabricii Biblioth. med. et infimæ Latinit. t. I, p. 289). Neque improbabilis est conjectura, sanctum Brunonem Astensem et Brunonem Andegavensem, ætate suppares, facile inter se confundi potuisse (ut patet ex Auberto Miræo in J. A. Fabricii Bibliotheca ecclesiastica, p. 57), præsertim si Eusebius Bruno Andegavensis et ipse priores istas homilias 56 collegit, qui proinde recte Eusebius Gallicanus dictus est. Quod autem Eusebio Emeseno omnes istæ homiliæ circiter 200 fuerint attributæ, inde factum videtur, quod sciolus aliquis solum Eusebii nomen iisdem adscriptum invenerit, et cum ex Hieronymo ipsi constaret, Eusebium Emesenum « plurimas Homilias in Evangelia » reliquisse, Emeseni eas putaverit ejusque nomen temere adjecerit. Id unum conjecturæ huic difficultatem creat, quod jam sæc. XI ad finem vergente a Guitmundo Aversano in tribus libris de veritate Eucharistiæ (Biblioth. Patrum t. IV Paris. 1586, col. 249. 263. 291-92.) et ab Ivone Carnotensi ep. 284 (Ivonis Epistolæ Paris. 1585, p. 235 b.) loci quidam ex homilia 5 in Pascha Eusebii Emisseni nomine proferantur, adeoque error vivo adhuc Eusebio Brunone obrepsisset. Cas. Oudin, qui Commentario suo de scriptoribus ecclesiasticis (t. I, col. 389-426) *Dissertationem* admodum eruditam *de scriptis Eusebio Emiseno episcopo hucusque perperam attributis* inseruit, homilias 56 (et 18 alias, quas A. Schottus in Magna Biblioth. Patrum Coloniensi eisdem subjunxit) Fausto Rhegiensi episcopo sæc. V, summo studio asserere conatur. — Alii opuscula 14 Eusebio Cæsariensi vulgo tributa Eusebium potius Emesenum auctorem habere suspicati sunt (G. Cave vol. I, p. 183 et 207: Cf. Oudin, t. I, col. 423-24); alii saltem duos libellos *De fide adversus Sabellium*, in iis 14 Opusculis obvios, Eusebio Emeseno vindicare volebant (J. C. Thilo Op. supra laud. p. 64-79). Cf. præter auctores jam laudatos Tillemont t. VI, *Les Ariens*, art. 31 (p. 313-15); J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VII, p. 412-14; et ejusdem Biblioth. med. et infimæ Latinit. t. II, p. 126-28; Ceillier t. VI, cap. 3, n. 5-6, (p. 15-18); Augusti in Eusebii Emis. Opuscul. p. 59-101.

Loc. citat. p. 810, hæc addit FESSLER : Si conjecturæ hic locus esset, Homilias Eusebii Emiseni nomine vulgatas vel certe earumdem partem non omnino alienum esset Salviano tribuere, qui ficto nomine Græco scribere amavit et Gennadio teste Homilias multas pro episcopis edidit ætate fortassis jam provecta (a. 470-80), ut facile collectioni suæ Fausti Rhegiensis et sancti Eucherii Lugdunensis aliorumque Sermones inserere potuerit, nisi forte ævo demum posteriori ab aliena manu aliorum quorumdam auctorum Homilias primigeniæ collectioni admistas fuisse conjicere quis malit.

J. CHRISTIANI GUIL. AUGUSTI,

PHIL. ET THEOL. DOCT., EJUSDEMQUE IN UNIV. BORUSS. RHEN. P. P. O. P.

IN EUSEBIUM EMESENUM

ANNOTATIONES HISTORICÆ ET PHILOLOGICÆ

(Elberfeldi in bibliop. Henr. Bueschleri, 1829.)

—

CAPUT PRIMUM.

De Eusebii Emeseni vita et scriptis.

Eusebium Emesenum, doctorem sæculi quarti, inter viros sui ævi celeberrimos fuisse numeratum, vel ex eo colligi potest, quod expulso Athanasio dignus judicaretur, qui in locum tanti viri succederet, quodque, teste Socrat. *Hist. eccl.* lib. II, c. 6, Georgius, episcopus Laodicensis, operæ pre-

tium habuerit, librum singularem de vita et meritis Eusebii scribere. Accedit insignis laus (ut vulgo creditur), qua eum Hieronymus (De scriptor. eccl. c. 91, coll. c. 129), tanquam scriptorem et elegantis et rhetorici ingenii atque auctorem multorum librorum magno cum plausu a plurimis lectorum, nec non tanquam præclarum doctorem, cujus sectator magnus ille Chrysostomus fuerit, præ cæteris extollit.

Attamen hujus viri non solum origines et fata magna laborant obscuritate, sed etiam scripta tot sæculis valde erant neglecta, vel potius prorsus incognita. Exstant quidem sub ejus nomine *Homiliæ Latinæ*, quæ olim a nonnullis pro opere genuino sunt habitæ, nunc vero ab utriusque Ecclesiæ viris doctis tanquam liber ψευδώνυμος reprobantur.

Nil igitur superest, quam ut omnia Eusebii Emeseni scripta genuina, quorum, ut veteres testantur, magnus fuit numerus, interiisse dicamus. Hujus autem interitus duplex cogitari potest causa : altera *injuria temporis*, quæ tot egregia mentis humanæ opera delevit : altera *culpa hominum*, qua effectum est, ut vel invidia, vel timore, vel pietatis studio et prætextu, multa scripta, eaque haud raro præstantissima, negligerentur adeoque supprimerentur. In causa hæreticorum hoc sæpius apud Christianos factum esse constat, imprimis ab illo tempore, ubi Constantinus M. de comburendis hæreticorum libris primum dedit exemplum; id quod exinde multos habuit imitatores. Utcunque autem sit in Nostro (de quo infra accuratius disputabimus), scripta ejus tantis laudibus olim exornata triste habuerunt fatum, ut, si nonnulla, sed exigua, λείψανα excipias, altæ oblivioni traderentur.

Duo Eusebii fragmenta servata erant a Theodoreto Dialog. III, t. IV, p. 258 seqq. Præterea in Catenis Patrum Græc. nonnulla ejus latere excerpta dixerunt VV. DD. (Cf. Du-Pin nov. Bibl. Patr. t. II, p. 126); quamvis a nemine, quantum scio, quæ, et ubi sint, indicatum fuerit. Cætera ejus scripta omnia deperdita credebantur, et, ubi de usu cogitaveris, revera erant deperdita. Primus tamen fine sæc. XVII fuit Petrus Lambecius, qui Commentar. de Bibliotheca Cæsar. Vindobon. lib. IV, p. 184; et lib. V, p. 135, coll. p. 323—324, edit. Vindob. 1671, f. tres Eusebii nostri Homilias Græcas adhuc superesse et in celeberrima bibliotheca Vindobonensi asservari, docuit. Id quod etiam in Dan. Nesselii Catalog. Vindobon. 1690, f., p. 309 et p. 420, repetitum et confirmatum legimus. Ex illo tempore Eusebius noster iterum quidem inter auctores superstites numerari cœpit, nihilominus tamen nondum in vitam revocatus dici poterat, quippe qui in duobus codicibus manuscriptis male exaratis et scribarum mendis scatentibus latitans a paucissimis, vel a nemine, inspici poterat.

Non inutile igitur opus suscepisse mihi visus sum, cum a. 1820, occasione academica mihi oblata, Eusebii orationem in sacrum Parasceves diem e duobus codicibus Vindobonensibus in publicum emitterem (1). Apographum benevole mihi procuraverat Celeberrimus atque Generos. Thomas de Chabert, vir de litteris Orientalibus egregie meritus mihique multis ex annis amicus conjunctissimus. Is igitur id negotii demandavit homini, qui ad hoc idoneus videbatur et apographum non solum summa cum fide confectum, sed etiam a viro doctissimo atque ἑλληνικωτάτῳ Cl. de Kopitar revisum atque recognitum esse affirmavit. His igitur, ut par erat, fidem addens, apographum illud pro vitioso quidem, sed tamen pro tali habui, quod vitiositatem suam a codicis male scripti indole, non autem a culpa scribæ traxisset. Nam qui sine inspectione et comparatione codicis, scire potuissem, tot locos integros esse omissos et non uno nomine mutilatos? Idem visum est viro doctissimo Naekio, collegæ atque amico conjunctissimo, qui pro suo in me favore revisionem et examen apographi, antequam typis excuderetur, in se susceperat. Conjunctim emendavimus, quæ mendosa videbantur, passim conjecturis locis vexatissimis succurrere studuimus, reliqua autem ita dedimus, ut nobis tradita erant. Sic prima laudatæ orationis Eusebianæ editio nostra ante hos octo annos prodiit, manca quidem, ut nunc scimus, atque imperfecta, sed ea tamen, quæ subsidiis nostris qualibuscunque responderet.

Tulit hæc quoque qualiscunque editio VV. DD. plausum, fueruntque haud pauci, qui publice et privatim continuationem hujus operis optarent, meque ut, quod promiseram, alteram Eusebii orationem de Ἰωάννου παρουσίᾳ ἐν τῷ ᾅδει propediem in lucem emitterem, honorifice hortarentur. Jam vero, cum in eo essem, ut his desideriis satisfacerem, singulari benevolentia Duumvirorum egregiorum, qui nunc copiis litterariis, quibus præstat inclyta Bibliotheca Vindobonensis, præsunt, Gen. et Cel. de Kopitar et Gen. Jos. de Eichenfeld factum est, quod vix ac ne vix quidem sperare in hac causa poteram. Hi enim non solum, quod desideraveram, orationem de Joanne summa cum fide e codice descriptam et nonnullis observationibus criticis illustratam benevole mihi transmiserunt, sed etiam orationem in sacrum Parasceves diem denuo ad fidem codicis accuratissime examinarunt et integritati suæ restituerunt. Cel. de Kopitar igitur secundis curis retractatæ atque emendatiori editioni nunc re vera præstitit, quod

NOTÆ.

(1) Titulus libelli est : *Seminarii Theologici in Universitate Rhenana ab Ordine Theologorum Evangelicorum instaurati exordia, simul et Magistratus academici abdicationem a. d. 18 Octobr. indicit J. Chr. Guil. Augusti.* Præmissa est : *Eusebii Emeseni oratio in sacrum Parasceves diem e duobus codicibus Vindobon. nunc primum in lucem edita.* Bonnæ MDCCCXX, 4.

in priori non vere ei tribuebatur. Doctissimi Eichenfeldii cura adeo factum est, ut mihi accuratissimæ codicis ms. copiæ specimen (quod Angli *fac-simile* dicere solent) transmitteretur, quo de manuscripti codicis indole et charactere melius posset judicari.

Neque solum in his substitit optimorum virorum solertia; sed etiam diligentissime omnem codicum mss. gr. theol. supellectilem eo consilio perlustrarunt, ut de quæstione : utrum in Bibliotheca Vindobonensi adhuc alia Eusebii nostri lateant λείψανα, certius quam antea, constaret. De qua quidem re cum infra pluribus sit disputandum, sufficiat hoc loco afferre utriusque viri docti sententiam, qua, præter orationes nobiscum communicatas, nullum aliud Eusebii Emeseni opusculum superesse putant,

Quæ cum ita sint, cumque nulla fere adsit spes plura Eusebii fragmenta inveniendi (nam ipse felicissimus nostri ævi repertor, Angelus Majus, ad hunc usque diem neque Mediolani neque Romæ aliquid deprehendere potuit) : consilium nostrum de colligendis atque edendis omnibus Eusebii reliquiis diutius differre noluimus. Non multa sunt, quæ colligere potuimus; sed nostra profecto non factum est culpa. Qui igitur plura desiderabunt, non nos, sed fatum, quod plura denegavit, accusent. *Trilogiam* certe *sacram* et *dramaticam* exhibet hæc editio nostra, quæ hucusque ἅπαξ λεγόμενον fuit, quæque vel eo nomine non parvi æstimanda videtur, quod in ea origines *comœdiæ divinæ*, qua veteres Christiani tantopere delectabantur, deprehendamus.

Primæ Eusebii Emeseni editioni nonnulla de vita et scriptis hujus viri singularis præmittenda esse videntur.

Liber, quem, ut jam dictum, *Georgius Laodicensis* de Eusebio scripserat, non ad nostra venit tempora. Excerpta nonnulla ex eo dederunt Socrates, Hist. eccl. lib. I, c. 18; et lib. II, c. 6,7; et Sozomenus, Hist. eccl. lib. III, c. 5 (al. c. 6). Præter hos de eo exponit Theodoretus dialog. 3, coll. Hæret. fabul. lib. I (2), et Hieronymus in libro De viris illustr., cap. 91, coll., (in Fabricii Biblioth. eccles. Hamb. 1719, f. pag. 1780-81), passimque in aliis scriptis, ejusque epitomator Honorius Augustodunensis, De scriptor. eccl. lib. I, c. 92. G. Trithemii, De scriptor. eccl. c. 66 (edit. Fabric. p. 20). E scriptoribus Syrorum, quorum civis fuit Eusebius, unicus Ebed-Jesu (Catalog. libr. eccl. c. 36, in Assemani Bibl. Orient., t. III, p. I, p. 44), ejus meminit, quamvis etiam Xenajas Mabugensis (apud Asseman. Bibl. Orient. t. II, p. 28) nonnullos nostri tractatus laudet.

Ex hisce fontibus hauserunt historiæ litterariæ atque ecclesiasticæ, nec non theologiæ patristicæ scriptores. Ex quibus præ cæteris laudamus sequentes : Alb. Fabricii Bibl. Gr. t. VI, p. 106 seqq. Edit. Harless., t. VII, p. 412 seqq. Guil. Cave, Hist. lit. script. eccl., t. I, p. 207 seqq. Rob. Bellarmini, De scriptor. eccl. liber. Lutet. 1617, 8, p. 196-97. Phil. Labbei Dissert. de script. eccl., t. I, Paris. 1660, 8, p. 310-11, add. p. 779. Jo. Gerhardi Patrol. Ienæ 1668, 8, p. 427-29. El. Dupin, Nova Bibl. auctor. eccl., t. II, Colon. Agr. 1692. 4. 125-127. Casim. Oudini Commentar. de script. eccl. antiq., t. I, Lips. 1722, f. p. 390-426. Tillemontii Hist. eccl., t. VI, p. 313 seqq. Schroeckhii Chr. Kirchengesch., t. VI, p. 68-72, p. 113. Engelhardti, Liter. Leitfaden zu Vorles. über die Patristik. Erlang. 1823, 8, p. 31. Fuhrmanni Handwörterbuch der chr. Rel. u. Kirchengeschichte t. I, Hal. 1826, 8, p. 736. Gieseleri Lehrbuch der Kirchengeschichte I Th. edit. 2, Bonnæ 1827, p. 365.

Nostrum jam erit totum hoc argumentum data opera, et, quod aiunt, ex professo, examinare atque in nonnullas hujus historiæ partes, quæ adhuc obscuritate laborant, paulo accuratius inquirere.

Eusebius noster cognomen suum Emesenus, quo constanter ab aliis hujus nominis viris ejusque coævis e. gr. Eusebio Cæsar. s. Pamphili, Eusebio Nicomediensi aliisque distinguitur, ab urbe Phœniciæ (sive potius Cœle-Syriæ ad Orontem) *Emesa* habet (3). Nomen autem hujus celeberrimæ et nostris adhuc diebus sub nomine *Hems* in provincia *Ejaleth Damask* existentis urbis vario modo ab Orientalibus et Occidentalibus solet efferri. Syri pariter atque Arabes dicunt *Chemz* s. *Chemza*. Cf. Abulfedæ Annal. Muslem. edit. Reiske, t. I, p. 221-225, 463; t. IV, p. 303; t. V, p. 11 seqq. Græci autem pro more suo Orientalium Chet s. Cha (Hha) per ἡ vel ἐ exprimentes nomen urbis nostræ Ἔμεσα, Ἔμεσσα et Ἔμισα pronuntiant. Apud Plinium *Hemesa* propius ad Orientalismum accedit. Apud Ptolemæum et Ammianum *Emessa* et *Emissa* occurrit. Strabo, Theodoretus, Photius aliique semper Ἔμεσα scribunt, atque oriundum vel denominatum ex hac urbe, recta derivatione, Ἐμεσηνὸν vocant. Ita quoque Sophronius in versione Hieronymi De vir. illust. c. 91 : Εὐσέβιος Ἐμεσηνός, quam scriptionem et nos retinuimus, cum aliis *Emessenus*, aliis *Emmessenus*, aliis *Emisenus*, aliis *Emissæus* (Ἐμισσαῖος ab Ἔμισσα) pro licentia in tali re nemini deneganda, placeat.

Dictus autem Noster ita fuit, non quia oriundus ex urbe Emesa fuit, sed quia episcopatum Emesenum per aliquot temporis gessit. Nemine enim contradicente, fide Georgii Laodicensis, narrat

NOTÆ.

(2) Hujusce *Patrologiæ*, t. LXXXIII, p. 382.

(3) Apud Theodoretum (De hæret. fab. I, c. 28), Epiphanium (t. I, p. 658), et Nicephorum (Hist. VI, c. 31) Eusebius Phœnix (φοίνιξ), qui contra Manichæos scripserit, occurrit, sed non diversus a Nostro in Phœnicia nato.

Socrates (h. e. lib. II, c. 6, ed. Colon. 1612, f. p. 543) : Ὡς εἴη Εὐσέβιος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἐδέσης καταγόμενος, ἐκ νέας τε ἡλικίας τὰ ἱερὰ μαθὼν Γράμματα, εἶτα τὰ Ἑλλήνων παιδευθεὶς παρὰ τῷ τηνικαῦτα τῇ Ἐδέσῃ ἐπιδημήσαντι παιδευτῇ. Ex hoc testimonio, cum quo etiam Sozomen. h. e. lib. III, c. 5, concordat, patet Eusebium non solum *Edessæ* (4) honestis parentibus esse natum, sed etiam alumnum Scholæ Edessenæ, quæ sæc. III, IV et V, per totum Orientem, non minori laude quam Schola Antiochena atque Alexandrina, inclaruit. Duplicis autem meminit institutionis, alteræ in interpretatione Scripturæ sacræ, alteræ in litteris humanioribus (5). Hujus doctorem non nominat, sed tanquam virum doctum tunc temporis Edessæ habitantem laudat. Quisnam ille fuerit, nulla conjectura evidente possum assequi. Cogitari posset de Ethilao sive Ætolo, quem Chronicon Edessenum in Assemanii Bibl. Orient. *Aitallah* scribit, quique concilio Nicæno interfuit formulæque subscripsit, vel de Jacobo Nisibensi (non confundendo cum Jacobo Edesseno), vel de Abrahamo episc. Edesseno. Fortasse homo fuit hæreticus vel suspectæ fidei, ideoque ejus nomen a Georgio suppressum, ne male Noster, tanquam hæretici discipulus, audiret. *Bardesanis* discipuli diu in ecclesia Edessena floruerunt et contra illos clarissimus ille Ephræm Syrus, Nostri coævus et συμπολίτης, multa scripsit. Neque silentio prætereunda est societas, cujus participem Nostrum reddit cum Isidoro, famosissimo illo Philosopho θαυματουργῷ Photius in Biblioth. cod. 242, de qua quidem re infra plura sunt dicenda. Ex eo, quod Georgius reliquos doctores, Patrophilum Scythopolitanum et Eusebium Cæsareensem, nominaverit, haud temere colligi posset, eum doctores Edessenos non nominasse, cum titulo honorabili, quod aiunt, id fieri non posset.

Certiora sunt, quæ de institutione exegetica et homiletica (quæ in antiqua Ecclesia semper fuerunt conjunctæ, ut ex Origene et Augustini libro De doctrina Chr. patet), per Eusebium Cæsareensem et Patrophilum Scythopolitanum ex Georgio narrantur. Socrates habet : Τέλος ὑπὸ Πατροφίλου καὶ Εὐσεβίου τὰ ἱερὰ ἡρμηνεύθη Βιβλία · ὧν ὁ μὲν τῆς ἐν Καισαρείᾳ, ὁ δὲ τῆς ἐν Σκυθοπόλει προΐστατο Ἐκκλησίας. Idem Sozomenus his exprimit verbis : Ὕστερον δὲ ἐξηγητῇ Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, κα' Πατροφίλῳ τῷ προϊσταμένῳ Σκυθοπόλεως, τὰς θείας Βίβλους ἠκρίβωσε. Habemus igitur accuratiorem temporis, quo Noster studia sua theologica absolvit, finitionem. Nam Duumviri, quorum institutione usus est, initio sæculi IV floruerunt, et de Eusebio Cæsareensi pro certo constat eum ab a. 314 usque ad a. 340 cathedræ Cæsareensi (nam Antiochenam recusavit) præfuisse. Accedit testimonium Sozomeni, h. e. lib. III, c. 13, p. 283, ubi Eusebium Emesenum, Titum Bostrensem, Serapionem Thmuætensem, Basilium Ancyranum, Eudoxium, Acacium et Cyrillum Hierosolymitanum tanquam coævos laudat. Ex eodem auctore (lib. III, c. 5, p. 270) constat eum in favore imperatoris Constantii fuisse; propiusque accedit testimonium Hieronymi (De viris illustr. c. 91) : « Floruit temporibus Constantii imperatoris, *sub quo et mortuus, Antiochiæ sepultus est.*

De ævo igitur, quo vixit, nullum est dubium; de anno autem, quo natus et mortuus, non satis constat. De anno nativitatis nullum exstat vestigium; nihilque superest præter conjecturam, auctorem nostrum vel ultimo sæculi III lustro, vel primis sæc. IV annis lucem aspexisse. Quod ad annum mortis attinet, Hieronymo teste, ante Constantium imperatorem, hoc est ante a. 361 diem obiit supremum. Certissimum hoc, ut etiam Phil. Labbeus (De script. eccl., t. I, p. 310) observavit : « Vixit tempore Constantii imper. sub quo mortuus et Antiochiæ sepultus est, ideoque saltem ante annum 361 vivere desiit. » Tillemontius (Memor. hist. eccl., t. VI, p. II, p. 124), Oudinus (Commentar. t. I, p. 391), Fabricius (Bibl. eccl. p. 181 et Bibl. Gr. ed. Harless., t. VII, p. 412), Schroeckhius (Ch. Kirchengeschichte t. VI, p. 69), aliique mortis annum a. 360 assignant, ex mera conjectura, uti videtur. Ad rem magis faciens judicat Du-Pinius (Nov. Bibl. auct. eccl., t. II, p. 126) : « Obierat jam a. 359, quandoquidem ejus successor Paulus Emesenus adfuit concilio Seleuciensi, ut ex Epiphanio videre est. » Agit de hoc conciliabulo (ita enim veteres hanc Semi-Arianorum et Anomœorum synodum vocabant) Seleuciensi jussu Constantii a. 359 habito Epiphanius hæres. N. 73, § 23 26. Opp., t. I, p. 870-874. In subscriptione p. 874 exhibita loco septimo legitur : Παῦλος ἐπίσκοπος Ἐμίσης. Occurrunt ibi etiam duo Eusebii, nimirum Eusebius episcopus Seleuciæ Syriæ, et Eusebius episcopus Sebastæ Palæstinæ; sed hi a Nostro sunt diversi.

Cum autem ob defectum historiæ, omne Nostri vitæ curriculum καθεξῆς absolvi nequeat, consultius videtur, collectis undique ex antiquis scripto-

NOTÆ.

(4) De hac antiquissima et celeberrima urbe nuper docte et acute, ut solet, pluribus egit Cel. Ph. Buttmannus in libro : Mythologus, oder Abhandlungen über die Sagen des Alterthums. Th. I, Berlin. 1828, p. 235 seqq.

(5) Τὰ Ἑλλήνων (γράμματα) recte jam Christophorsonius in versione per *humaniori litteratura* expressit. Cum apud Edessenos lingua Syriaca dominaretur, omnino de elementis linguæ Græcæ potest intelligi. Sed notissimum est, juxta usum loquendi, imprimis sæc. III et IV, latius patentem, τὰ Ἑλληνικά et Ἑλληνισμόν idem significare, ut apud nos *humaniora*, *litteræ elegantiores*, etc. Confirmat Sozomenus interpretationem, nam scribit : Τὰ παρ' Ἕλλησιν ἐξεδιδάχθη παιδεύματα.

ribus notitiis, memorabilia ejus sub capita quædam præcipua revocare.

I. Socrates et Sozomenus ex Georgio Laod. narrant Eusebium, postquam per aliquod tempus Antiochiæ commoratus et cum Euphronio successore Eustathii familiariter conjunctus fuerit, cum sacerdotii munus vitare vellet, Alexandriam se contulisse, ibique philosophiæ operam dedisse. Uterque scriptor iisdem fere utitur verbis. Socrates quidem : Φεύγοντά τε τὴν ἱερωσύνην, καταλαβεῖν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖ μαθεῖν τὰ φιλόσοφα. Sozomenus autem : Φεύγων τε ἱερᾶσθαι, ἀφίκετο εἰς Ἀλεξάνδρειαν, φιλοσόφοις τοῖς τῇδε φοιτήσας, καὶ τὰ ἐκείνων ἀσκηθεὶς μαθήματα, ἐπανῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, etc. (6).

Abhorret hoc quidem a moribus sæculi nostri, sed neutiquam a consuetudine antiquæ Ecclesiæ. Tantum enim abfuit, ut munus sacerdotale atque episcopale, tanquam beneficium (eo sensu, quo recentiori ævo sumunt), votis ac desideriis expeteretur, ut potius tanquam officium atque onus gravissimum et periculosissimum extimesceretur. Fuga sacerdotii et episcopatus tam crebra erat, ut candidati, qui ad hoc munus idonei haberentur, undique essent conquirendi et haud raro inviti et obtorto quasi collo ad suscipiendum munus essent cogendi. Nonnulli post longas enixasque deprecationes nacti sunt muneris declinandi gratiam et veniam; alii in fuga vel absconsione salutem quæsiverunt; alii denique, quod vix credibile videtur, simulata insania tali muneri sese subtrahere conati sunt. Innumera fere sunt hujus reformidationis et recusationis exempla. Laudamus inter multa exempla Gaudentii, Paulini, Ambrosii, Basilii Magni, Gregorii Nysseni, Gregorii Nazianzeni atque Ephræmi Syri, qui omnes eodem tempore vixerunt. Qui plura desiderat, in Ludovici Thomassini Opere De vet. et nov. disciplina, p. II, lib. II, c. 2, c. 65 seqq., inveniet descripta.

Mirum autem est, tempore persecutionum sæc. II et III multo rarius hujus aversationis inveniri exempla. Persecutores præ cæteris in episcopos et sacrorum antistites sæviebant, quod maxime sub Decio et Diocletiano factum esse constat; non defuerunt tamen, qui ultro hoc μαρτύριον expeterent. Egregie de hoc statu et tempore Gaudentius, episcopus Brixiensis (circa finem sæc. IV, qui ipse ad suscipiendum episcopatum erat compulsus, cf. Gaudentii serm. 16) scribit : « Cum episcopatum cogitas, ne referas animum ad hæc tempora, quibus episcopi nihil minus norunt, quam eas partes, quæ illis a Paulo (I Tim. III) assignantur. Nec quidquam aliud nunc intelligitur appellatione episcopi, quam fructus et vectigalia, immanesque honores. Sed tempora illa ante oculos propone, cum Paulus ipse, qui alios instituebat episcopos, peragrabat orbem terrarum in fame et siti, in frigore, nuditateque, in verberibus plagisque, in carceribus atque quotidianis mortibus. Eo igitur tempore optare episcopatum, nihil omnino aliud erat, quam optare quotidie millies pro Christo mori, quod sane optare nulla religio prohibet. »

Hæc tamen conditio inde a sæc. IV prorsus erat diversa. Cum autem hujus loci non sit, totum hoc argumentum pertractare, hoc tantum monendum censemus, non defuisse etiam hoc tempore causam atque occasionem martyrii, licet alia ratione. Ecclesiæ quidem Christianæ status externus per Constantium M. ita in melius erat transformatus, ut a persecutionibus, quales sub imperio gentilium rempublicam Christi invaserant, timor esset nullus. Sed status internus variis controversiis, schismatibus atque hæresibus ita erat perturbatus, ut præsulum ecclesiasticorum officium non uno nomine redderetur impeditum et difficillimum. Nemo hoc mirabitur, qui ex Historia ecclesiastica compertum habet, quales turbæ a Novatianis, Donatistis atque Arianis tunc temporis fuerint excitatæ. Ab utraque parte episcopos videmus depositos, inque exsilium missos, iterum restitutos et paulo post rejectos. Exemplum Athanasii instar omnium esse et optime docere potest, quales illo tempore commotissimo præsulum ecclesiasticorum conditiones et fata fuerunt.

II. Noster igitur dum sacerdotium evitaturus secederet, atque Alexandriæ otium philosophicum expeteret, nil aliud fecit, quam quod a multis hujus ævi viris doctis et a partium studio abhorrentibus factum erat. Sed idem, quod multis et cœvis suis, ei accidit, voti sui non compos factus; nam invitationibus Placiti, successoris Euphronii, aliorumque cedens Antiochiam reversus, ibique a concilio eo tempore in hac urbe congregato, episcopus Alexandriæ, in locum Athanasii, quem concilium ad tenorem can. 4 (in Harduini Act. concil. t. I, p. 590) deposuerat, fuit electus atque designatus. Factum id imprimis consilio Eusebii Nicomediensis, post mortem Arii Arianorum capitis, ut Socrates et Sozomenus testantur. Convocatum fuit hoc concilium Antiochenum a. 341, occasione dedicationis templi magnifici, quod Constantinus M. ædificari jusserat, sub auspiciis Constantii imperatoris, qui ipse interfuit, Eusebio Nicomediensi autem præsidis partes dedit. Historiam hujus concilii Antiocheni (non confundendi cum eo, quod ibidem a. 361 congregatum fuit) libro singulari diligenter exposuit Eman. Scheltraten : Sacrum Antiochenum concilium. Antverp. 1681, 4. Cf. *Pagi* ad Baron. a. 341, et Schroeckhii Chr. Kirchengesch. t. VI, p. 59-68. Irenicum fuisse præsulibus hujus synodi consilium studiumque commune, ut pax inter Catholicos atque Arianos

NOTÆ.

(6) Non tam accurate, ut alias solet, Schroeckhius (t. VI, p. 69) hanc exposuit historiam.

tam diu interrupta restituatur, vel ex eo potest colligi, quod Eusebium nostrum in Athanasii locum sufficerent.

Is enim non solum ob eruditionem, ingenium et loquendi facultatem eximiam, qua præstaret, dignus habebatur, qui Athanasio succederet, sed etiam, cum inter acriores utriusque partis antesignanos tanquam medioxumus quidam staret, ad dirimendum atque componendum hoc dissidium præ cæteris idoneus videbatur.

At Noster dignitatem titulo tam honorabili in ipsum collocatam recusavit. Narrabimus Sozomeni (270) verbis: Ἔφετο γὰρ (Eusebius Nicomediensis, concilii præses) αὐτὸν οὐ μάλα πολιτευόμενον, καὶ λέγειν κράτιστον ὄντα ῥᾳδίως μεταστῆσαι τοὺς Αἰγυπτίους τῆς περὶ Ἀθανάσιον εὐνοίας· ἐπεὶ δὲ ταύτην παρῃτήσατο τὴν χειροτονίαν, λογισάμενος ὡς εὐτρεπὲς εὑρήσει μῖσος παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν οὐκ ἀνεχομένοις ἕτερον ἀντὶ Ἀθανασίου ἰδεῖν, ἐπιτρέπεται Γρηγόριος τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων, αὐτὸς δὲ τὴν Ἐμέσης Ἐκκλησίαν. Excusandus certe in eo Noster. Nam si etiam non illa in ipso animi fuit constantia et fiducia, quæ in hominibus eminentioris virtutis et heroibus deprehendi solet, quaque res arduas et difficillimas alacriter aggrediuntur; tamen modestia et prudentia laudanda, qua Alexandrinis tam impense suum Athanasium adamantibus obtrudi, atque officio, cui nunc satisfacere non posset, fungi nollet. Annuerunt quoque Patres Antiocheni ejus precibus eique aliam provinciam, episcopatum Emesenum, demandaverunt, quam etiam provinciam parato animo in se suscepit.

III. Sed Emeseni novum episcopum admittere noluerunt. Ejusmodi detrectationis illo tempore, in primis in controversia Novatiana et Donatistica, nec non ipsa Ariana, plura exstant exempla, indeque fuga illa sacerdotii atque episcopatus, de qua diximus, explicari potest. Attamen in casu nostro causa adest singularis. Brevius Socrates (p. 543) exponit: Πεμφθῆναι δὲ εἰς τὴν Ἐμισηνῶν πόλιν· διαστασιασάντων δὲ τῶν Ἐμισηνῶν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ αὐτοῦ, ἐλοιδορεῖτο γὰρ, ὡς μαθηματικὴν ἀσκούμενος, φυγῇ χρῆται, καὶ ἄπεισιν εἰς Λαοδίκειαν, πρὸς τὸν περὶ αὐτοῦ πολλὰ εἰπόντα Γεώργιον. Consentit Sozomenus (p. 270), nisi quod magis ad rem observet: Ἐνταῦθα (i. e. apud Emesenos) στάσιν ὑπομείνας, διεβάλλετο γὰρ ἀσκεῖσθαι τῆς ἀστρονομίας ὃ μέρος ἀποτελεσματικὸν καλοῦσι, φυγὰς ἦλθεν εἰς Λαοδίκειαν πρὸς Γεώργιον τὸν ἐνθάδε ἐπίσκοπον ἐπιτήδειον ὄντα. Hæc paulo curatius consideranda.

Notissimus est non solum apud auctores profanos sed etiam Patres ecclesiasticos loquendi usus, quo μαθηματική (s. ἐπιστήμη s. γνῶσις) sensu specialiori pro *Astronomia*, nec raro pro *Astrologia*, sumitur. Hunc usum loquendi etiam apud Latinos auctores obtinuisse, testis est Cicero Tuscul. quæst. lib. I, c. 17; De divinat. lib. II, c. 2; De orat. lib. I, c. 3. E Patribus ecclesiasticis laudamus testimonium Tertulliani, De idololatr. c. 9, cum propius ad rem faciat. Dicit autem p. 108 (edit. Rigalt.): « Expelluntur mathematici, sicut angeli eorum. Urbs et Italia interdicitur mathematicis, sicut cœlum angelis eorum. Eadem pœna est exsilii discipulis et magistris. Sed magi et astrologi ab Oriente venerunt. Scimus magiæ et astrologiæ inter se societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiaverunt; primi muneraverunt. Hoc nomine Christum, opinor, sibi obligaverunt. Quid tum? Ideo nunc et mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio? De Christo scilicet est mathesis hodie, stellam Christi, non Saturni et Martis et cujusque ex eodem ordine mortuorum observat et prædicat. *At enim scientia ista usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretetur.*» His dictis respondent, quæ idem Tertull. Adv. Marc. lib. I, c. 18, scribit: « Processerit, age, jam in notitiam quando voluit, quando potuit, quando hora fatalis advenit; fortasse enim Anabibazon (ἀναβιβάζων, exsurgens, emergens) ei obstabat, aut aliquæ maleficæ, aut Saturnus quadratus, aut Mars trigonus. Nam et mathematici plurimum Marcionitæ; nec hoc erubescentes, de ipsis etiam stellis vivere Creatoris. »

Ex his patet non male Sozomenum expressisse: Τῆς ἀστρονομίας ὃ μέρος ἀποτελεσματικόν (i. e. *Astrologiam divinatricem*) καλοῦσι, quod simpliciter a Socrate μαθηματικὴ dictum erat, quodque tanquam hæreticum atque impium damnabatur. Uterque autem Eusebium non accusat, sed solummodo narrat, hanc famam de ipso, ad invidiam excitandam, fuisse sparsam: id quod verba ἐλοιδορεῖτο et διεβάλλετο, quæ semper sensu malo sumuntur, indicant.

Quid autem? si nihilo secius hæc qualiscunque suspicio, quæ contra Eusebium apud Emesenos erat excitata, non prorsus sine causa fuisset? Uterque scriptor sequitur Georgium Laodicensem; is autem, amicus Eusebii, quavis occasione causæ ejus patrocinatur, et omnia in meliorem, quod aiunt, convertit partem. Fatemur nobis de hac re nullum dubium esse exortum, nisi post lectam narrationem, quæ continetur in Photii Bibliotheca, cod. 242, p. 1062-10 63, edit. Andr. Schotti. Rotomag. 1653, f. Edit. Imman. Bekkeri. Berolin. 1824, 4, p. 348. Cum hæc narratio a nemine, quantum sciam, in hac historia sit allegata, multumque tamen ad eam illustrandam faciat, integrum hunc locum transcribendum curabimus. Præmonemus autem totam illam apud Photium narrationem desumptam esse e Damascii (philosophi Stoici sæc. VI florentis) libro De Isidori Philosophi vita. Locus autem huc faciens hisce expressus est verbis:

Ὁ δὲ συγγραφεὺς ἐκ ταύτης ὥρμητο τῆς πόλεως· ὡς ἡ ἀσχολία τοῦ ῥητορεύειν δεινὴ, στρέφουσα μὲν περὶ στόμα καὶ γλῶτταν τὴν ὅλην μου σπουδὴν,

ἀποστρέφουσα δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τῶν ἀποκαθαιρόντων αὐτὴν μακαρίων τε καὶ θεοφιλῶν ἀκουσμάτων. Ταῦτα δ' ἐννοῶν, φησὶν ὁ συγγραφεὺς, ἐνίοτε διεκοπτόμην τῶν ῥητορικῶν ἐξηγήσεων. Ἕνατον ἔτος οὕτω μοι διεληλύθει. Συνδιήγομεν ἀλλήλοις ὅσαι τε ἡμέραι καὶ ὅσαι νύκτες, ἐπὶ μῆνας ἡ'. Εἶδον, φησὶ, τὸν βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον, ποτὲ δ' ἐν τοῖς ἱματίοις κρυπτόμενον, ἤδη δέ ποτε καὶ ἐν χερσὶ βασταζόμενον τοῦ θεραπεύοντος. Ὄνομα δ' ἦν τῷ θεραπεύοντι (7) τὸν βαίτυλον Εὐσέβιος, ὃς καὶ ἔλεγεν ἐπελθεῖν αὐτῷ ποτε ἀδόκητον ἐξαίφνης προθυμίαν ἀποπλανηθῆναι τοῦ ἄστεος Ἐμέσης ἐν νυκτὶ μεσούσῃ σχεδὸν ὡς πυῤῥωτάτω πρὸς τὸ ὄρος αὐτὸ, ἐν ᾧ τῆς Ἀθηνᾶς ἵδρυται νεὼς ἀρχαιοπρεπὴς· ἀφικέσθαι δὲ τὴν ταχίστην εἰς τὴν ὑπώρειαν τοῦ ὄρους, καὶ αὐτόθι καθίσαντα ἀναπαύεσθαι ὥσπερ ἐξ ὁδοῦ· σφαῖραν δὲ πυρὸς ὑψόθεν καταθοροῦσαν ἐξαίφνης ἰδεῖν, καὶ λέοντα μέγαν τῇ σφαίρᾳ παριστάμενον· τὸν μὲν δὴ παραχρῆμα ἀφανῆ γενέσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ τὴν σφαῖραν δραμεῖν ἤδη τοῦ πυρὸς ἀποσβεννυμένου, καὶ καταλαβεῖν αὐτὴν οὖσαν τὸν βαίτυλον, καὶ ἀναλαβεῖν αὐτὸν, καὶ διερωτῆσαι ὅτου θεῶν ἂν εἴη, φάναι δ' ἐκεῖνον εἶναι τοῦ γενναίου (τὸν δὲ γενναῖον Ἡλιουπολῖται τιμῶσιν ἐν Διὸς ἱδρυσάμενοι μορφήν τινα λέοντος), ἀπαγαγεῖν τε οἴκαδε τῆς αὐτῆς νυκτὸς οὐκ ἐλάττω σταδίων δέκα καὶ διακοσίων, ὡς ἔφη, διηνυκώς. Οὐκ ἦν δὲ κύριος ὁ Εὐσέβιος τῆς τοῦ βαιτύλου κινήσεως, ὥσπερ ἄλλοι ἄλλων· ἀλλ' ὁ μὲν ἐδεῖτο καὶ ηὔχετο, ὁ δὲ ὑπήκουε πρὸς τὰς χρησμῳδίας. Ταῦτα ληρήσας καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὁ τῶν βαιτυλίων ὡς ἀληθῶς ἄξιος, τὸν λίθον διαγράφει καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ. Σφαῖρα μὲν γὰρ, φησὶν, ἀκριβῆς ἐτύγχανεν ὤν, ὑπόλευκος δὲ τὸ χρῶμα, σπιθαμιαία δὲ τὴν διάμετρον κατὰ μέγεθος. Ἀλλ' ἐνίοτε μείζων ἐγίνετο καὶ ἐλάττων, καὶ πορφυροειδὴς ἄλλοτε. Καὶ γράμματα ἀνέδειξεν ἡμῖν ἐν τῷ λίθῳ γεγραμμένα, χρώματι τῷ καλουμένῳ τιγγαβαρίνῳ κατακεχρωσμένα, καὶ ἐν τοίχῳ δὲ ἐγκρούσας· δι' ὧν ἀπεδίδου τὸν ζητούμενον τῷ πυνθανομένῳ χρησμὸν, καὶ φωνὴν ἠφίει λεπτοῦ συρίσματος, ἣν ἡρμήνευεν ὁ Εὐσέβιος. Τερατολογήσας οὖν τὰ εἰρημένα ὁ κενόφρων οὗτος καὶ μυρία ἄλλα παραλογώτερα περὶ τοῦ βαιτύλου, ἐπάγει· Ἐγὼ μὲν ᾤμην θειότερον εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ βαιτύλου, ὁ δὲ Ἰσίδωρος δαιμόνιον μᾶλλον ἔλεγεν· εἶναι γάρ τινα δαίμονα τὸν κινοῦντα αὐτὸν, οὔτε τῶν βλαβερῶν, οὔτε τῶν ἄγαν προσύλων, οὐ μέντοι τῶν ἀνηγμένων εἰς τὸ ὕλον εἶδος, οὐδὲ τῶν καθαρῶν παντάπασι· τῶν δὲ βαιτύλων ἄλλον ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνος δυσφημῶν λέγει, θεῷ, Κρόνῳ, Διὶ, Ἡλίῳ, τοῖς ἄλλοις.

Cum hujus loci et consilii non sit, hanc historiam commentario, quo omnino indigere videtur, illustrare, liceat tamen unum vel alterum monere.

A Quod ad illa βαίτυλα sive βαιτύλια attinet, deprehendimus superstitionem antiquissimam et Phœniciæ quam maxime propriam. Nomen βαίτυλος, vel βαίτυλον, antiquis Græcis scriptoribus ignotum, derivatur ex lingua Hebraica et Phœnicia; בֵּית־אֵל (*Beth-el*, i. e. οἶκος Θεοῦ) et lapidibus sacris et inunctis, qui e cœlo lapsi, animati et ad divinandum idonei credebantur, impositum est. In libro Geneseos c. xxviii, primum occurrit vestigium lapidis a Jacobo patriarcha, in itinere Mesopotamico, uncti oleo, in monumentum (מַצֵּבָה *Gen.* xxviii, 18 : ἔστησεν αὐτὸν στήλην) erecti, et una cum loco *Beth-el* vocati. Mos ille lapides ungendi talesque lapides colendi etiam apud Græcos deprehenditur, ut ex Theophrasti charact. eth. xvii De superstit. B apparet : Καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν. Idem affirmat Clemens Alex. Stromat. lib. vii : Οἱ αὐτοὶ πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Cf. Arnob. Adv. gent. lib. i, c. 39 : « Si quando conspexeram lubricatum (i. e. λιπαρὸν, unctum) lapidem, et ex olivi unguine sordidatum [*al.* ordinatum; *al.* irrigatum; *al.* divatum], tanquam inesset vis præsens, adulabar, affabar, et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco. »

Ab hisce tamen lapidibus diversa sunt illa βαιτύλια, de quibus hic loquitur ex Damascio Photius. Sunt *lapides mystici et magici*, e cœlo delapsi, vel C arte dei cujusdam aut dæmonis, *miraculosa virtute præditi*. Antiquissimum de illis testimonium exstat in Sanchuniationis Fragmentis ab Eusebio Cæsar. in Præparat. evang. lib. i, c. 10, servatis. Ibi legimus : Ἐπενόησε Θεὸς οὐρανὸς βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. Jejuna est Sam. Bocharti Geogr. sacr. lib. ii, c. 2, p. 707, edit. Leusden. Lugd. B. 1692. f. conjectura : « Scripserat, credo, Sanchoniaton : אבנים נשפים : *lapides unctos*, a rad. שׁוּף in ungendi notione apud Syros usitata. Sed פ et שׁ transpositis pro נפשים scriptum נשפים; unde factum, ut lapides *uncti* mutarentur in *animatos*. » Recte dictum in versione Græca Sanchuniatonis a Philone Biblio confecta : ἐμψύχους (animatos), nam ejusmodi lapidibus non solum κίνησις D spontanea, sed etiam virtus divinatrix, futura indicandi et miraculosas res efficiendi, tribuitur. Mansit quoque Phœnicia et Syria vera τῶν βαιτύλων patria; id quod Photius in antecedentibus pag. 342 (ed. Beck.) narrat : Ὅτι κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν τῆς Συρίας εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ἀσκληπιάδην ἀνελθεῖν φησι, καὶ ἰδεῖν πολλὰ τῶν λεγομένων βαιτυλίων ἢ βαιτύλων, περὶ ὧν μυρία τερατολογεῖ ἄξια γλώσσης ἀσεβούσης. Neque minus huc pertinet, quod idem Photius paulo antea (p. 235) de Alexandro Severo, imperatore Romano

NOTÆ.

(7) In editione Schotti (p. 106), male θεράποντι legitur et totum comma redditur : nomen *medici*, qui Bætulum gestabat, erat Eusebius. Non de medico sermo, sed de *ministro* et *famulo*, qui τῷ κυρίῳ (domino s. magistro) opponitur.

dixit : Ὃς ἔλεγε καὶ λίθον ἰδεῖν, ἐν ᾧ σελήνης ἐγίνετο σχήματα μεταμορφουμένης παντοῖα μὲν, ἄλλοτε δὲ ἄλλα, πρὸς ἥλιον αὐξομένης καὶ μειουμένης, ἐνόντα τῷ λίθῳ καὶ αὐτὸν τὸν ἥλιον. Ὁ γοῦν Ἰσίδωρος ἐῴκει μὲν τὸ ζητούμενον εἰδότι, λέγειν δ' οὐκ ἠβούλετο. Idem repetit infra p. 349, ubi addit : Ἡ φήμη τοὺς τοιούτους λίθους καλεῖ συνοδίτας. Qui plura de Bætyliis legere cupit, adeat, præter Bochartum l. c. aliosque antiquiores, libellos nostris diebus conscriptos : *Ueber den Meteor-Cultus der Alten, von v. Dalberg.* Heidelb. 1811. Fr. Münter : Ueber die vom Himmel gefallenen Steine der Alten. Cf. *Antiquar. Abhandl.* p. 257 seqq. Rosenmüller : Altes und neues Morgenland. Th. I, p. 125 seqq. Deutsche Encyclop. der Wissensch. und Künste oder allg. Real-Wörterbuch. th. II, p. 698-99.

Utcunque autem sit cum isto Bætylo, ejus indole, virtute et usu, hoc ex historia nostra certum est, Eusebium quemdam, ex urbe Emesa, fuisse ministrum atque interpretem miraculosi Bætylii, ejusque ope plurima effecisse, quæ vires naturales superarent. Exprimit hoc auctor noster verbis τερατολογήσας et παραλογώτερα. Ex sententia Damascii quidem (qui philosophus paganus fuit tempore Justiniani) per Bætylia oracula divina edebantur ; Isidorus vero, philosophus Christianus, Bætylii virtutem dæmoni cuidam tribuere maluit : et hoc quoque judicio opinionem hoc ævo omnibus fere Ecclesiæ Chr. doctoribus communem prodit.

Dum igitur hunc Eusebium Emesenum pro Nostro habemus, objectionem a Chronologia petitam non exspectamus, Damascium enim scriptorem sæc. VI in rebus ad chronologiam pertinentibus minime esse accuratum, jam a Jac. Bruckero aliisque demonstratum est. Congerit narrationes similes ex variis sæculis, personasque consociat non eodem tempore viventes, sed idem vel simile quid docentes aut facientes. Loquitur in sua Isidori Vita de Severo, Ammonio, Proclo, Marino, Ptolemæo, Pythagora, Asclepio aliisque multis viris illustribus, quos certe ideo nullo modo coævos habebimus.

Quid autem ? Anne episcopum Christianum, qui adeo, juxta nonnullorum sententiam, nomen *Sancti* tulit, tam crassæ superstitionis participem et complicem putabimus ? Qui fieri potuisset, ut Eusebius, quem tamen Socrates et Sozomenus ab hoc crimine liberant, a concilio Christiano ad dignitatem episcopalem sit promotus, si revera artibus astrologicis et magicis fuisset imbutus ? Mirari desinet, qui quam longe lateque superstitio inter Christianos sæculi III et IV regnaverit, ex Historia ecclesiastica didicit. Celeberrimi inter doctores ecclesiasticos, Origenes, Clemens Alexandrinus, Gregorius Neo-Cæsareensis, Athanasius, Gregorius Nyssenus et Nazianzenus aliique multi θεουργίας, ἐπιστήμης μυστικῆς, γοητείας, μαντείας, ἀστρολογίας, μαντικῆς, etc. fautores ac patroni. In Ecclesia Orientali altas egerat radices superstitio per A Platonicos et Neo-Platonicos adaucta, et colore Christiano tincta, non solum apud Ophitas, Valentinianos, Marcosios, aliasque Gnosticorum familias, sed etiam apud Patres orthodoxos, uberrimum habuit ingressum. Exempla multa collecta invenies a Meinerto, Drückio, Gibbonio, Haubero, Horstio aliisque multis. Plura de superstitione mathematica et astrologica testimonia possunt colligi ex Firmici Materni libris, quos de Mathesi s. Astronomia (libris VIII edit. Basil. 1551 f.) et de errore profanarum religionum (edit. Gronovii. Lugd. B, 1709, 8.) conscripsit.

Si quis vero his aliisque exemplis, quoniam privatorum hominum sint exempla et judicia, minus fidem habere velit, lex profecto ecclesiastica majorem habebit auctoritatem. Talis autem lex exstat B in concil. Laodic. can. 35 et 36. In c. 35 anathema imponitur iis, qui angelos invocantes (ἀγγέλους ὀνομάζειν) clandestinæ idololatriæ se dicant (κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρίᾳ σχολάζοντες) et Jesum Christum relinquant. His statim, c. 36, subjunctum est : Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν · τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν.

De anno hujus concilii non pro certo constat, cum Chronologia in hac parte valde sit obscura. In eo tamen conveniunt VV. DD, ut non ante a. 342, ita non post annum 365 habitum esse hoc concilium, cujus canones disciplinares omni tempore in C Ecclesia Christiana magnam obtinuerunt auctoritatem. Non igitur temeritatis accusationem timemus, dum arbitramur concilium Laodicense ad causam tunc temporis apud Antiochenos atque Emesenos actam respexisse, et canonem disciplinarem, quem apposuimus, Eusebium nostrum præ cæteris tangere.

An Emeseni revera Eusebii τὴν μαθηματικήν, sive τῆς ἀστρονομίας τὸ μέρος ἀποτελεσματικόν, horruerint, an potius hoc uterentur prætextu, qui Episcopo a Concilio electo propter principia dogmatica in causa Ariana minus favebant, non liquet. Hoc tamen scimus eum fuisse paulo post restitutum atque introductum. Socrates enim, consentiente Sozomeno, narrat : Οὗτος (Γεώργιος) δὲ D αὖθις εἰς τὴν Ἀντιόχειαν καταστήσας, παρεσκεύασεν αὖθις ὑπὸ Πλακίτου (alii vocant eum Flacillum) καὶ Ναρκίσσου καταχθῆναι εἰς Ἔμισαν. Nunc igitur ab Emesenis admissus, per breve tantum tempus tanquam ἐπίσκοπος σχολάζων, quales illo ævo tam multi fuerunt, a muneris episcopalis exercitio vacasse videtur.

IV. Quandiu in hac statione manserit, quid ibi egerit et quæ expertus sit fata, narratione continua memoriæ non est proditum. Sunt tamen notitiæ duæ, e quibus, qualis ejus fuerit conditio, conjectura haud improbabili potest assequi lector.

Primo Socrates addit : Ἤλπιν τε μέμψιν ὑπομεῖναι, ὡς τὰ Σαβελλίου φρονοῦντα αὐτόν · καὶ τὰ μὲν

περὶ τῆς καταστάσεως αὐτοῦ, πλατύτερον διεξῆλθεν ὁ Γεώργιος. Quod ad ultimam narrationis partem attinet, utrum Socrates de prima introductione (sive *installatione*, ut scriptores medii ævi dicere solent), per Placitum et Narcissum, an de nova quadam post liberationem ab accusatione Sabellianismi causa facta, loquatur, in dubio relinquitur. Neque ex Sozomeni verbis, qui de eadem accusatione tradit, de liquido constat. Ipsam tamen Sabellianismi accusationem (μέμψιν) ex invidia (φθόνῳ) prolatam esse, affirmat. Nec aliter profecto statuendum, nisi supponere velis, Eusebium subito partes mutasse, et ab Arianis, quibus etiam Hieronymo teste annumerabatur, ad Nicænos adeoque Athanasianos transiisse. Nam hi erant, quos Ariani nomine Sabellianorum diffamare solebant. Ab Arianis igitur postea defecisse credendus esset, quod tamen cum verisimilitudine pugnare videtur.

Secundo narratur imperatorem Constantium magni fecisse Nostrum eumque in expeditionibus bellicis adversus Barbaros (Persas) comitem habuisse. Jam vero ille imperator Arianis favebat, indeque probabiliter concluditur Eusebium non ad Athanasios transiisse. Sed ex illa narratione aliud adhuc apparet. Sozomenus dicit (p. 270) : Ἐγένετο δὲ Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ κεχαρισμένος, ἀμέλειτοι ἡνίκα Πέρσαις ἐπιστρατεύειν ἔμελλεν, αὐτὸν ἐπήγετο· λέγεται γὰρ πολλὰ δι' αὐτοῦ θαυματουργῆσαι τὸ θεῖον. Quod paulo accuratius designatum est a Socrate : Ὅτι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἀπιὼν ἀπῆγε· καὶ ὅτι τεράστια ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἐγένετο (8). Commode hæc ex Photio a nobis supra laudato illustrari possunt. Verba : Τὰ τεράστια ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ad illum βαίτυλον referenda videntur, de quo apud Photium legitur : Ἤδη δέ ποτε καὶ ἐν χερσὶ βασταζόμενον τοῦ θεραπεύοντος· ὄνομα δ' ἦν τῷ θεραπεύοντι τὸν βαίτυλον Εὐσέβιος. Cf. quæ addita sunt de χρησμῳδία, virtute bætyli edita. Utcunque sit, imperatori Constantio, quem in superstitione simillimum fuisse patri suo Constantino M. constat (cf. inter multos testes Ammian. Marcell. Histor. lib. XXI, c. 16), exoptatissimus erat vir talis θαυματουργός.

Non dicitur, quo anno id factum, quandiu in imperatoris societate manserit, et an et quando ad Emesenos reversus fuerit. Cum Hieronymus dicat eum Antiochiæ esse sepultum, inde fortasse conjiciendum, eum ad vitæ usque finem apud imperatorem esse commoratum. Is enim, teste Socrate in Hist. eccl. lib. II, c. 30-32, per plures annos, cum ob bellum contra Saporem Persarum regem infausto successu gestum, tum ob schisma Meletianum (secundum, ut vocant), quo Ecclesia misere turbabatur, Antiochiæ commoratus est atque in hac urbe eo ipso anno 361, quo ex vita excessit, concilium novum, ad componendas res Meletianas, convocavit; quo finito in itinere per Ciciliam mortuus est Constantius, postquam ab Euzoio, episcopo Antiocheno, sacris Christianis per baptismum esset initiatus. Gregor. Naz. orat. 21, et Athanas. De synodis, p. 748. Videtur igitur, Eusebium nostrum una cum imperatore Antiochiam venisse, ibique paulo post diem obiisse supremum. De anno anno jam disputavimus, ibique annum 359, tanquam mortis terminum assignavimus. Cæterum, si supponere velis, Nostrum diutius fuisse ἐπίσκοπον σχολάζοντα aliisque negotiis involutum Emesenæ provinciæ abdicasse, ita ut novus ibi constitueretur episcopus, argumentum illud de Paulo Emeseno ex Epiphanio desumptum caderet. Pugnat id quidem cum regulis canonicis, quæ nec episcopos vagantes, nec plures simul unius sedis admittunt : neminem tamen fugit, illo tempore canones ecclesiasticos sæpius esse non observatos et violatos, ipsasque μητροπόλεις haud pauca ejusmodi irregularitatis præbuisse exempla. Fieri omnino igitur potuisset, duos simul exstitisse episcopos Emesenos, quorum unus (Paulus, episcopatum revera gerens) a. 359 in synodo Seleuciensi præsens fuit, alter (Eusebius), tanquam σχολάζων vel abdicatus, Antiochiæ apud imperatorem vixit, ibique mortuus et sepultus est. Quo posito, eum usque ad a. 360 vel 361 superstitem fuisse, posset contendi. Cæterum, ut nobis quidem videtur, non multum lucri inde exoritur, quod annum aut biennium vitæ ejus addamus. Monendum id tamen putavimus, ne quis fortasse ἀκρισίαν historicam et chronologicam nobis objiciat.

Quod ad judicia veterum de Eusebii nostri indole, auctoritate et fama attinet, veteres scriptores in varias abire partes, jam dictum est. Sunt enim qui eum pro Ariano habeant, alii autem, qui eum Sabellianismi asseclam faciant. Re autem accuratius perspecta, jure meritoque Sabellianus haberi non potest. Nam Socrates et Sozomenus non dicunt eum fuisse Sabellianum, sed loquuntur tantum de μέμψει, ὡς τὰ Σαβελλίου φρονοῦντα. Socrates alio loco (Hist. eccl. lib. I, c. 18) fusius de Sabellianismi criminatione tunc temporis creberrime prolata disserens, de Georgio Laodicense, qui vitam Eusebii Emeseni conscripsit, tanquam refragatore τοῦ ὁμοουσίου loquitur. Dixerat autem antea : Οἱ μὲν γὰρ τοῦ ὁμοουσίου τὴν λέξιν ἐκκλίνοντες τὴν Σαβελλίου, καὶ Μοντανοῦ δόξαν εἰσηγεῖσθαι αὐτὴν τοὺς προσδεχομένους ἐνόμιζον, etc. Et Sozomenus, qui ipse Arianis favere creditur, addit : Οὐ διέφυγε τὸν φθόνον τῶν ἀνιᾶσθαι πεφυκότων ἐπὶ ταῖς ἄλλων ἀρεταῖς. His igitur si fidem tribuimus, Sabellianus non fuit, sed potius, cum, sicuti ejus magister Eusebius Cæsareensis, τὸ ὁμοούσιον respueret, Arianorum fautor ac patronus præsumebatur.

Hieronymus in Chronic. ad a. X Constantii scri-

NOTÆ.

(8) In Christophorsonii versione Latina hæc legitur paraphrasis : « Tum pro certo compertum esse portentosas quasdam præstigias ab ipso editas fuisse. »

bit : *Eusebius Emisenus Arianæ signifer factionis, multa et varia conscribit.* Hoc tamen judicium vel ideo non adeo erit urgendum, cum idem Hieronymus etiam alios viros præclaros, e. gr. Eusebium Cæsareensem aliosque, qui tamen nunquam Ariani fuerunt, tanquam tales designaverit. Præter Hieronymum etiam Theodoretus, episcopus Cyri, Nostrum inter Arianos recenset. In dialog. 3, Opp. t. IV, p. 257 testem affert : Εὐσέβιον, τὸν Φοίνικα, τὸν Ἐμέσης τῆς πρὸς τῷ Λιβάνῳ πόλεως ἀρχιερέα γενόμενον. Vocat eum : ἐξ ἑτέρας ἀγέλης αἱρετικῆς μάρτυρα, et intelligit sub tali hæreticorum grege Arianos. Apparet hoc ex verbis sequentibus, ubi de Eusebii scriptis sermo est : Ἐνέτυχον ἐνίοις (ergo non omnes Eusebii libros legerat) τούτου συγγράμμασι, καὶ εὑρόν γε τοῖς Ἀρείου συμφερόμενον δόγμασι. Quæ adhuc confirmantur testimonio statim adjecto : Ἐκείνης τῆς συμμορίας (contubernio, factione, ut antecedens ἀγέλης αἱρετικῆς) οὗτος ἐτύγχανεν ὤν. Ex sententia igitur Theodoreti non dubium est Eusebium Arianum fuisse. Hoc tamen bene erit tenendum, Theodoretum nihilominus testimonio hujus viri, nec non Apollinarii, ubi rectam exprimat doctrinam et cum Orthodoxis consentiat (πρὸς ἡμᾶς αὐτὸν ἡγοῦ κεχρῆσθαι τοῖς λόγοις, ut p. 257 dicitur), magnam tribuisse auctoritatem. Excusaturus autem hanc libertatem in fine (p. 263) affirmat, doctores pios exemplum apis ex omnibus herbis et floribus non venenum, sed mel, colligentis imitari debere. Εἰ δέ που καὶ πόαν εὕροις οὐκ ἐδώδιμον, οὔτε γλυκεῖαν, ὁποῖος οὗτος Ἀπολινάριος καὶ Εὐσέβιος, ἔχουσαν δέ τι πρόσφορον εἰς μελιτουργίαν, οὐδὲν ἀπεικὸς, τὸ μὲν χρειῶδες λαβεῖν, καταλιπεῖν τὸ βλαβερόν. Ex his simul patet Theodoretum, etsi severum hæreticæ pravitatis se censorem gesserit, neutiquam consilia eorum, qui libros hæreticorum cremandos delendosque suaderent, approbasse.

Ex quo tamen V. V. D. D. Historiam ecclesiasticam curatius et sine præjudicio dogmatico et partium studio examinantes non omnes Arianos eosdem esse demonstrarunt, etiam Eusebio nostro contigit, ut numero Arianorum eximeretur et Semi-Arianis ascriberetur. V. Franc. Walchii Historie der Ketzereyen u. s. w. Th. II, p. 666-67 ; et Schrœckhii Kirchen-Gesch. Th. VI, p. 70, coll. p. 109 et 113. Ipsa autem Arianorum atque Semi-Arianorum (Ἡμιαρείων) distinctio jam apud veteres occurrit, et quantum nos scimus, Epiphanius (Adv. hæres. A 73, § 1, Opp. t. I, p. 844-845) primus fuit, qui inter Ἀρειομανίτας (i. e. s. insanos, puros ac putos Arianos) et Ἡμιαρείους distingueret. Dicit autem : Ἐκτεμόντες τῆς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ἀρείου φυείσης ὑλομανίας, διασκοπήσωμεν πῶς τινες Ἡμιαρείζουσιν, ἐκείνου μὲν τὸ ὄνομα ἀρνούμενοι, αὐτὸν δὲ καὶ τὴν αὐτὴν κακοδοξίαν ἐνδεδυμένοι, etc. Paulo post Basilium Ancyranum et Georgium Laodicensem duces Semi-Arianorum vocat : Ὡς τῆς Ἡμιαρείων ταύτης τῆς αἱρέσεως προστάται φασίν, additque omnes fere Cœle-Syriæ (Κοίλης Συρίας) doctores cum illis fecisse. Eusebium nostrum quidem non recenset inter illos ; sed facile intelligitur eum numero amicorum sociorumque comprehendi. In eo tantum differt Epiphanius a recentioribus, quod ille Semi-B Arianos non minorem Ecclesiæ pestem habeat, quam puros Arianos, hi vero multo mitiorem de illis proferant sententiam.

Utcunque autem sit judicium de hoc viro ab antiquioribus et recentioribus enuntiatum, hoc certe mirari subit, quod adeo inter sanctos fuerit numeratus. Testes citari solent Cæsar Baronius (9) in Annal. ad a. 441, n. 11, et Petr. de Natalibus Vit. sanctor. lib. VII, c. 63. Hoc tamen testimonium valde dubium mihi videtur, ita ut personarum permutationem subesse putaverim. Fortasse a veritate non longe aberraveris, si de Eusebio Vercellensi cogites, qui eodem fere tempore a. 355, ob amicitiam cum Athanasio, in exsilium missus, deinde vero in episcopatum Vercellensem restitutus et tanquam intrepidus defensor fidei Nicenæ et Scripturæ sacræ interpres magnam consecutus est famam. Utcunque autem sit, in nullo, quantum equidem scio, Martyrologio et Calendario, quod auctoritatem atque usum habet in Ecclesia, Eusebii Emeseni nomen legitur. In Martyrologio Ecclesiæ Græcæ, etc. Edit. U. G. Siberi. Lips. 1727, 4, decem nominantur Eusebii ; sed nullus eorum Noster esse potest. Neque persuadere mihi possum, eum latere sub nomine, quod ad d. 23 Januar. cum hoc disticho est positum :

In S. Patrem Eusebium:

Δεῦρο πρὸς ἡμᾶς εἰς τὰ τερπνὰ τοῦ πόλου·
Εὐσεβίῳ λέγουσιν οἱ τερπνοὶ τρόες (i. e. intelli-D gentiæ S. Angeli).

Reliqui omnes vel cognomen, vel martyris titulum gerunt. Martyrologium Romanum, edit. Antverp. 1771, 8, decem et sex Eusebios exhibet, inter quos autem Emesenus desideratur. Ne Eusebium Phœ-

NOTÆ.

(9) Baronius omnino de eo loquitur, quod Eusebius Emesenus sanctus sit dictus ; sed tantum abest, ut huic sententiæ faveat, ut potius eam prorsus dederit explosam. Verba ejus enim sunt :

« At satis hæc ad Ariani hominis sepulturæ gloriæ titulum, quem tamen alicubi, maxima auctoris inscitia, qui ejus nomine quasdam edidit Homilias, invenimus nominatum esse *beatum*, et ab aliis (Petr. Natal. in Catal. sanctor. lib. VII, c. 63 ; Martyrol. d. 14 Aug.) *recensitum perperam inter sanctos*. Decepti hi omnes fuerunt Sozomeni auctoritate, quem scite oportuit confutasse, ne amplius ejus assertio exsistat laqueus imperitis. Auctor quoque Socrates est, eumdem qui supra Georgium Laodiceæ episcopum Arianum scripsisse librum de vita ejusdem Eusebii, in quo tot tantaque de *collega impietatis* mendacia consarcivit. Sed de his alias in Notis ad Romanum Martyrologium dixisse meminimus. »

Quibus lectis nemo profecto Baronium testem pro *sancto Eusebio* habebit.

micensem ad d. 21 Septembr. p. 355, laudatum pro Nostro habeas, obstant verba, quæ adjecta sunt : « In Phœnicia S. Eusebii martyris, qui ultro præfectum adiens et se Christianum esse denuntians, ab eo multis tormentis afflictus, capite cæsus est. » Id quod persecutionis tempus innuit et in Nostrum cadere non potest. Idem valet de Eusebio martyre ad d. 8 Septembr. p. 241, qui una cum aliis tempore Juliani Apostatæ Gazæ in Palæstina, irruente turba gentilium, necatus est. In eodem Martyrologio p. 213 ad d. 14 Aug. docetur sanctum Eusebium esse Eusebium presbyterum, qui a Constantio imp. Ariano, ob catholicæ fidei defensionem, in quodam cubiculo domus suæ inclusus, ibique menses septem in oratione constanter perseverans, dormitionem acceperit, etc.

In nullo prorsus libro ecclesiastico sancti Eusebii Emeseni nomen deprehenditur. Apud Walchium (Historie der Ketzereyen, t. II, p. 667) legimus quidem : « Er ist von den Alten, mit grofsem Widerspruch der Neuern, unter die Heiligen versetzt worden. » Sed ingenue fatemur, nobis nec de veteribus, ejus canonisationem (ut vocant) postulantibus, nec de recentioribus, qui oblocuti sint et quasi advocati diaboli partes susceperint, aliquid esse compertum. Ex eo enim, quod in titulis orationum a nobis editarum vel ὁ μακάριος Εὐσέβιος, vel ὅσιος ἡμῶν πατὴρ Εὐσέβιος sit designatus, plane non sequitur, eum *beatificam benedictionem* (ut loquuntur scholastici) ab Ecclesia tulisse. Non possumus igitur omnem hanc rem pro certa et liquida, sed potius pro dubia et ficta declarare. Hoc tamen certissimum est, Eusebium nostrum, etiamsi sancti nomen ei non competat, inter præsules et doctores antiquæ Ecclesiæ honorabilem obtinuisse locum. Is profecto non contemnendus erat, quem Diodorus Tarsensis et Joannes Chrysostomus, tanquam doctorem et ducem sunt secuti.

—

His qualibuscunque de persona Eusebii Emeseni expositis, superest, ut de scriptis ejus disseramus.

Duos autem tantum inter antiquos scriptores habemus de scriptis hujus viri referentes. Inter hos Theodoretus, Cyri episcopus, integrum quidem fragmentum asservavit (Theodoreti dialog. 3, Opp. t. IV, p. 25 (10) seqq. idem fragmentum, quod a nobis p. 36 seqq. exhibitum est); sed librum Eusebianum, ex quo deprompsit, non indicavit. In alio opere Hæreticarum fabularum compendio lib. I, c. 26 : αἱρετικῆς κακομυθίας ἐπιτομή · Opp. t. IV, p. 322 (11), inter Patres, qui adversus Manichæos scripserunt, recenset quoque Nostrum, dicendo : Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ Φοίνιξ Εὐσέβιος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν (sine dubio respicit ad dialog. 3). Jam ante Theodoretum etiam Epiphanius (hæres. 66, c. 21; Opp. t. I, p. 688, edit. Petav.) idem dixerat. Loquitur ibi de magnis viris (ἀνδράσι μεγάλοις), qui egregie (θαυμαστῶς) contra Manetem scripserint, et nominat inter illos : Archelaum, Origenem (quod falsum tamen esse, Petavius in Observat. ad Epiphan. t. II, p. 268-69 docuit), Eusebium Cæsareensem, Eusebium Emesenum, Serapionem, Athanasium, Georgium Laodicensem, Apollinarium Laodicensem, et Titum (Bostrensem). Sed præter hoc testimonium conforme de libro Eusebii Emeseni contra Manichæos nil legitur, neque Hieronymus, neque Ebed-Jesu ejus meminit; unde colligi posse videtur eum non inter præstantissimos fuisse relatum.

Hieronymus autem in libro de Viris illustribus c. 91 (in Fabricii Biblioth. ecclesiast. p. 180-81) hæc habet : « Eusebius Emesenus, episcopus [omissus hic titulus in Sophronii versione Græca], elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his, qui declamare volunt, studiosissime legitur : e quibus vel præcipui sunt adversum Judæos et gentes, et Novatianos, et ad Galatas libri decem, et in Evangelia Homiliæ breves, sed plurimæ. Floruit temporibus Constantii imperatoris, sub quo et mortuus, Antiochiæ sepultus est. »

Prætermisso nunc judicio Hieronymi de indole ac virtute rhetorica Eusebii, de quo paulo post erit dicendum, ad hunc locum hæc habemus monenda :

I. Verba : *innumerabiles confecit libros*, apud scriptorem, qualis est Hieronymus a ὑπερβολῇ minime alienus, non adeo urgenda esse videntur. Nam si Emesenus ipsum Origenem (τὸν Ἀδαμάντινον), Chrysostomum, Augustinum, vel ipsum nostrum Hieronymum aliosque viros πολυγράφους numero librorum superasset, non innumerabiles tamen fuissent libri. Etiamsi statuamus singulas Homilias, paræneses, tractatus exegeticos, etc., more veterum, tanquam libros et opera recenseri (ut fit in Origene), et hæc tamen opuscula certe sub numerum revocari poterant. De Chrysostomo simili utitur ὑπερβολῇ Suidas dicendo : « Ejus scriptorum numerum recensere non hominis est, sed Dei potius omnia cognoscentis! » Sufficiat igitur, Hieronymum dicere voluisse, Eusebium nostrum auctorem esse multorum librorum, ut ipse alio loco (Chronic. ad a. x Constantii) scripsit : « Eusebius Emesenus — — — multa et varia conscribit. »

II. Hieronymus non omnes, qui superstites erant, recenset, sed tantum eos, qui ex suo judicio erant præcipui vel, si ipse non probaret, maximam famam consecuti erant.

III. In dubio manet, utrum scriptum Adversus Judæos et gentiles sit unum opus adversus utrumque hostem religionis chr., ita ut simul et contra Judæos et contra gentiles Apologetam ageret. Ejusmodi combinationis autem apud veteres sunt exempla rarissima, vel nulla; itaque si ex more consueto

NOTÆ.

(10) Hujusce *Patrologiæ* t. LXXXIII, p. 311.

(11) Tom. LXXXII, p. 382.

res dijudicanda, Eusebius duos conscripsit libros, quorum uno Judæos, altero gentiles impugnavit (12). Liber adversus Judæos potiorem, ut videtur, consecutus est laudem; sæpius enim a scriptoribus sequioris ævi, e. gr. Ebed-Jesu aliisque citatur. Periisse tamen, æque ac liber contra gentiles, credendus, cum λόγος εἰς τοὺς Ἰουδαίους, vel κατασυλλογισμὸς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, quem Lambecius, Assemanius aliique laudant, non sit liber singularis, sed oratio eadem, quæ etiam sub titulo : *Homilia de Juda proditore* exstat, et de qua infra videbimus.

IV. Liber Adversus Novatianos, præter Hieronymum a nemine citatur. In mentem veniebat, an fortasse *Manichæos* loco *Novatianos* sit legendum? Eusebius scripsit contra Manichæos (ut ostendimus) et causa cum Novatiani sæculum tertium turbantibus hoc ævo explosa haberi posset. Sed falsissimum hoc. Nam ex quo concil. Nic. can. 8 receptionem Novatianorum s. Καθαρῶν concesserat, et ex quo (teste Socrate et Sozomeno) Novatiani cum Homousiastis rem communem fecerant, ita ut concil. Laodic. can. 7, nova lex contra coalitionem cum illis esset ferenda, hæc controversia denuo in Ecclesiam erat introducta, nec a veritate abhorret, Eusebium contra hosce schismaticos stylum strinxisse. In integro igitur textus Hieronymi habendus.

V. Quid verba : *Et ad Galatas libri decem* sibi velint, dubium. Male Sophronius : Καὶ πρὸς Γαλάτας εἴς (pro δέκα) expressit. De opere ad Galatas scripto non cogitandum, sed de commmentario in epistolam Paulinam ad Galatas. Codex Guelpherbytanus a E. S. Cypriano (apud Fabricium Bibl. eccl. p. 181) excitatus recte, ut videtur, interpretatus est; habet enim tanquam lectionem genuinam : *Et in Epistolam ad Galatas* ὑποθέσεων *libri decem.* De hoc opere, quamvis non accurate, loquitur idem Hieronymus in epist. ad Augustin., quæ est inter Augustini Opp. t. II, p. 170, edit. Bened. Dixerat H. de Origenis commentar. in ep. ad Galatas et addit : « Prætermitto Didymum videntem meum, et Laodicenum ex Ecclesia nuper egressum, et Alexandrum veterem hæreticum, Eusebium quoque Emisenum et Theodorum Heracleotem : qui et ipsi nonnullos super hac re commentariolos reliquerunt. E quibus vel si pauca decerperem, fieret aliquid, quod non penitus contemneretur. » Respondet his Augustinus, epist. 82, ad Hier., p. 199, et quidem his verbis : « Flagitas a me, ut aliquem saltem unum ostendam, cujus in hac re sententiam secutus; cum tu tam plures nominatim commemoraveris, qui te in eo, quod astruis, præcesserunt; petens, ut in eo, si te reprehendo errantem, patiar te errare cum talibus; *quorum ego, fateor, neminem legi.* Sed cum sint ferme sex vel septem, horum quatuor auctoritatem tu quoque infringis. Nam Laodicenum, cujus nomen taces (13), de Ecclesia dicis nuper egressum; Alexandrum autem veterem hæreticum; Origenem vero ac Didymum, reprehensos a te lego in recentioribus opusculis tuis, et non mediocriter, nec de mediocribus quæstionibus, quamvis Origenem mirabiliter ante laudaveris. Cum iis ergo errare puto, quia nec te ipse patieris; quamvis hoc perinde dicatur, ac si in hac sententia non erraverint. Nam quis est, qui se velit cum quolibet errare? Tres igitur restant : Eusebius, Theodorus Heracleotes, et quem paulo post commemoras, Joannes, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam. »

Hoc utriusque Patris testimonium ab omnibus, quantum videmus, prætermissum, etsi præter nudum Eusebii Emeseni nomen de eo nil contineat, tamen ideo adducendum putavimus, quod ex illo apparet, Emesenum commentarium in Epist. ad Galatas scripsisse, simulque, quibus aliis doctoribus socius fuerit datus. Sed patet et hoc, Hieronymum, qui etiam in hac causa sibi non constabat, ut merito exprobat Augustinus, de Emeseno interprete benevolentius judicasse, quam, ut mox videbimus, de oratore.

VI. Quod denique ad Homilias in Evangelia, breves, sed plurimas, attinet, in hoc genere maximam laudem et famam meruisse videtur Emesenus. Homilias illas præ cæteris in mente habuisse videtur Hieronymus, cum scriberet : *Ad plausum populi pertinent, et ab his, qui declamare volunt, studiosissime leguntur.* Si igitur genuinæ essent Homiliæ Latinæ, quæ sub Eusebii Emeseni nomine circumferuntur et inde ab a. 1531 pluribus editionibus in publicum sunt emissæ, etiam de pluribus, de quibus loquitur auctor, constaret. Oudinus in Comment. de script. eccl. T. p. 392, de hac re ita scribit : « Homiliæ plures eduntur sub nomine Eusebii, Emeseni episcopi, quæ certo ad eum non spectant. Non uno eodemque tempore tantam homiliarum multitudinem accepit Eusebius E. E., qui paulatim et successive crescente in dies gaza hac ecclesiastica, homiliarum fere ducentarum auctor inscriptus est, atque aliquandiu creditus. Ex parvis initiis magna sæpe fiunt, ut in auctore isto contigit. » Quam suspectum autem sit hoc opus homileticum Latinum, nemo melius ostendit, quam idem Oudinus, qui amplissima Dissertatione p. 392-426 mul-

NOTÆ.

(12) Centuriatores Magdeburg. Centur. IV, p. 1474 et p. 1538 duos diversos Emeseni libros statuunt, et hoc Hieronymi testimonio utuntur.

(13) Laodicenus ille de Ecclesia nuper egressus (i. e. hæreticus declaratus) sine dubio est Apollinaris s. Apollinarius, cujus nomen plures codd. mss. exprimunt, idem, quem Emeseno socium dedit Theodoretus dial. 3. Magni faciebat hunc suum præceptorem Hieronymus; sed non audet Hæreticum sibi consentientem laudare; tacet igitur invisum pluribus nomen.

tis comprobavit argumentis, omnes istas homilias Latinas non nisi sæc. v et vi a doctoribus pluribus Gallicanis, Fausto Regiense, Eucherio, Cæsario Arelatense aliisque esse conscriptas et ex ignorantia et oscitantia posteriorum sæculorum sub Eusebii Emeseni nomine collectas.

Sed jam dudum Rob. Bellarminus (De scriptor. eccl. p. 196-97) brevius et subactius idem judicaverat. Quod judicium hic repetendum censemus : « Eusebii Emeseni nomine circumferuntur Homiliæ in Evangelia totius anni, et rursus homiliæ quinquaginta variorum argumentorum dissertissimæ. Eusebii Emeseni cujusdam meminit S. Hieronymus, quem dixit scripsisse plurimas, et vixisse tempore Constantii imperatoris, filii Constantini Magni. Sed illius opera non exstant, ideo eum non posuimus suo loco (i. e. sæcul. iv). Hic autem vel est alius Eusebius Emesenus, undecunque hoc nomen acceperit, vel sub nomine suppositio Homiliæ istæ sunt editæ, cum verus auctor ignoraretur. Neque videntur Homiliæ illæ breves in omnia Evangelia ejusdem esse auctoris, cujus sunt quinquaginta homiliæ de variis argumentis; stylus enim valde diversus est. Illud certum est, auctorem L Homiliarum fuisse Latinum et Monachum in monasterio Lirinensi; nam hom. v, ad Monachos, indicat se fuisse abbatem monasterii in insula constituti. Idem homilia de S. Maximo eam insulam Lirinensem vocat. Videtur etiam ex abbate Lirinensi factus episcopus, ut ipse subindicat in hom. de S. Blandina. Disputat etiam contra Pelagianos in hom. de fer. v in cœna Domini; unde manifestum est eum non esse Eusebium Emesenum, qui floruit sub Constantio. Sunt qui has Homilias tribuant Eucherio ep. Lugdunensi; nec desunt qui auctorem nominent Cæsarium Arelatensem. Vidi unam ex his Homiliis prænotatam nomine Fausti ep. Regiensis; neque est improbabile esse omnes ejusdem Fausti, qui abbas fuit monast. Lirinensis, et ex abbate episcopus creatus, teste Gennadio. Non definio cujus sint, sed hoc loco placuit auctorem earum Homiliarum constituere, quoniam sive sit Eucherius, sive Faustus, sive etiam Cæsarius, ante hoc tempus non vixit. »

Hæc Bellarminus, cui omnes ex utraque Ecclesia suffragantur viri docti, quorum judicium in ejusmodi rebus aliquid valet. Ex genuinis Homiliis Eusebianis lingua Græca scriptis nil superest, præter tres illas a nobis primum in lucem emissas et deinde examinandas.

Superest tertius testis, qui quidem non ante sæculum xiii vixit, cujus tamen testimonium vel eo nomine aliquid valet, quia homo Syrus fuit. Is est Ebed-Jesu (alius *Bar-Bricha* vocatus, qui inter Nestorianos Syros dignitate Metropolitani ornatus a. 1318 e vita decessit), qui in Catalogo metrico scriptorum ecclesiasticorum ab Abrah. Echellense, Romæ, 1653 et in Assemani Biblioth. Orient. t. III, p. 1, correctius edito c. 36, hæc habet :

Eusebius Chemzoio (Emesenus) composuit :

Librum adversus Judæos;
Quæstiones in Vetus (Testamentum);
Homiliam de Stephano.

Tres igitur recenset libros, quorum primus idem est, de quo monuimus. Inter libros proprie sic dictos, sive tractatus refert, sique pro *homilia* habuisset, sine dubio titulo *orationis* (vid. Assemanius in Bibl. Orient. t. III, p. 1, p. 3; t. II, p. 154; t. I, p. 61 et passim) usus fuisset. Liber polemicus igitur adversus Judæos, quo nos caremus, apud Syros tempore Ebed-Jesu adhuc exstitisse videtur; quamvis et hoc non extra omnem dubitationem sit positum. Non dicit enim adhuc exstare seque legisse, sed simpliciter tanquam scriptum Eusebii recenset.

Idem valet de duobus aliis scriptis, quorum solus Ebed-Jesu meminit. Quam vellemus autem, ut Quæstiones in Vetus Testamentum pluribus descripsisset, ut saltem, quale fuerit opus hoc, quod in maximum litterarum detrimentum interiit, aliquatenus intelligeretur. Nunc vero nil certum, quam illud, de quo scriptores ante sæc. xiii tacent, Emesenum nostrum Veteris quoque Testamenti fuisse interpretem. Nam titulus : *Quæstiones* (non explicandus ex Syriaco, nam verbum *sadam* significat irrisit, male tractavit, etc.; sed Græcorum ζήτημα, quod in versione Syr. Act. xviii, 15 legitur) non indolem homileticam, sed exegeticam indicare solet.

Homilia de Stephano tractabat argumentum, quod Homiletæ Christiani eo tempore, quo Martyrium in tanto fuit honore, præ cæteris amasse videntur; nam in omnibus fere sermonibus de sanctis, Stephanus, ὁ πρωτομάρτυρ, orationibus panegyricis celebratur. Sine dubio et hæc Nostri oratio deperdita ejusdem erat generis et indolis, ut oratio de Joanne Baptista.

Denique ex Assemani Bibl. Orient. t. II, p. 28, discimus, quod Xenajas, celeberrimus episcopus Mabugensis (sive Hieropolitanus), qui a Græcis Philoxenus vocatur, cujusque versionem Syriacam S. S. sub titulo *Philoxeniana* adhuc habemus, singularem suam de Jesu Christi persona sententiam (i. e. Monophysiticam) testimoniis Ephræmi Syri, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini et Eusebii Emeseni roboraverit. Adjicitur autem testimonia Eusebii Emeseni fuisse desumpta ex hujus viri libro De fide; ex Homilia de novis mutationibus, et ex Homilia habita Beryti. En igitur Nostri tres novos tractatus, quorum tamen nullus servatus. Fortasse liber De fide idem fuit, ex quo Theodoretus, dialog. 3, duo fragmenta de Jesu Christi persona, a nobis exhibita, deprompsit.

Jam vero ad id, de quo primum egimus, revertendum, et verbis viri doctissimi Jos. de Eichenfeld, cujus singulari benevolentiæ et curæ hæc debentur, docendum est, præter tres orationes a nobis editas, in Bibliotheca Cæsar. Vindobonensi, nullum aliud opusculum Eusebii Emeseni exstare. Bona igitur optimi viri gratia totum locum huc spectan-

tem, ex epistola d. XVI Jun a. 1826 ad nos data, ipsissimis auctoris verbis lectoribus nostris apponamus :

« Der eigentliche Zweck des gegenwärtigen Schreibens ist aber, *jeden Zweifel, als ob in der Hof-Bibliothek von den Werken des Eusebius Emesenus mehr vorhanden wäre, als die drey gelieferten Homilien, gänzlich zu beseitigen.* Die Hof-Bibliothek besitzt nur zwey Codices, in denen Werke des Eusebius Emesenus vorkommen : nämlich cod. theol. Gr. 248. Lambec. (jetzt nach Nessel, 307) und cod. theol. Gr. 176. (jetzt 284) Ersterer enthält *drey* Homilien in folgender Ordnung :

« I. *Aufschrift :* Μακαρίου Εὐσεβίου λόγος περὶ παρουσίας Ἰωάννου ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐγκεκλεισμένων. Ueber ᾅδῃ καὶ seqq. stehet noch : καὶ εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα (der Gegenstand der zweyten Homilie). *Anfang :* Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστιν πάλιν σήμερον ἐρευνῆσαι καὶ γνῶναι, ποταπὸς ὁ εὐαγγελισμός, etc.

« II. *Aufschrift :* Λόγος τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν προδοσίαν. *Anfang :* Δεῦρο λοιπὸν, υἱέ μου ἀγαπητὲ, καὶ περὶ τῆς προδοσίας, etc.

« III. *Aufschrift :* Εὐσεβίου λόγος εἰς τὸν διάβολον καὶ τὸν ᾅδην, μετὰ τὸ παραδοῦναι ὁ Ἰούδας τὸν Κύριον. *Anfang :* Δικαῖον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοί, etc.

« Cod. theol. Gr. 176. (jetzt 284) enthält nur *eine* Homilie mit der Aufschrift : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατασυλλογισμὸς, und fängt an : Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, etc. Diese Homilie ist mit der im vorigen codex enthaltenen dritten gleichen Inhalts; aber, wie Ew. H. selbst bemerkt haben, als eine andere edition anzusehen, da sie theils weniger, theils mehr, als die im vorigen codex vorkommende enthält. Die Gleichheit des Inhalts dieser zwey Homilien hat schon Kollar in den Noten zu seiner Ausgabe des Lambecius bemerkt. Ich theil Ew. H. die beyden Noten Kollar's hier mit, da Ihnen seine Ausgabe des Lambecius vielleicht nicht zu Gebote stehet (14). Er sagt nemlich in der Note A. zu Lambec. lib. IV, cod. 176, col. 409 : « *Hæc Eusebii Emeseni oratio diversa non est ab illa, quæ habetur Comment. nostrorum lib.* V, *cod.* 248, *n.* 4, *titulo : In Diabolum et Infernum inscripta. Igitur emendandi sunt, qui diversam esse arbitrantur, Cavæus Histor. lit. script, eccl., t. I, p.* 207; *Oudinus, t. I, p.* 424; *et Fabricius, Bibl. Gr., vol. VI, p.* 157. *Videtur adhuc inedita.* Und Not. C. zu lib. V, col. 248, col. 286 : *Utrum hæ tres homiliæ sint* γνήσιαι, *dicere non habeo; ineditæ tamen adhuc esse videntur. Ad tertiam quod attinet, diversa non est ab illa, quæ habetur lib.* IV, *cod.* 176, *n.* 4, *inscribiturque : Contra Judæos. Vide, quæ ad eamdem adnoto lib.* IV, *col.* 409, *not. A; quibus addas velim Fabricium pariter videri errare, dum tres istas homilias Bibl. Gr., vol. VI, et XI, in Eclogis et Vitis sanctorum, adversus epigraphes nostræ fidem Eusebio Alexandrino tribuit.*

Von dieser in cod. theol. gr. 176 (jetzt 284) enthaltenen Homilie mit der Aufschrift : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατασυλλογισμός, die Ew. H. schon herausgegeben haben, spricht Lambecius in der Recension dieser Handschrift, wenn er sagt : *Meminit hujus orationis* (non libri) *contra Judæos sanctus Hieronymus libro De script. eccl., c.* 91; *Eusebius Emesenus — sed plurimæ.* — Er schliefst aber offenbar falsch, wenn er unsere Homilie mit dem nicht mehr vorhandenen, oder wenigstens doch nicht entdeckten Werke des E. E. *Adversus Judæos et gentes,* identificirt; vielmehr gehört sie augenscheinlich unter die erwähnten *Homilias breves in Evangelia.* »

Ita Gen. de Eichenfeld, cujus certe judicium in hac re maximæ nobis auctoritatis esse debet. Plura ex litteris ejus prætereo, in primis ea, quæ vir humanissimus de meo qualicunque merito de Emeseno antea prorsus neglecto adjecit. Hoc unicum addo, consensum ejus in judicio de libro Eusebii adversus Judæos, de quo supra sententiam meam exposueram, mihi esse gratum atque exoptatum.

Plura de persona et scriptis Eusebii nostri non habeo, maximopere lætaturus, si vir aliquis doctus plura et meliora dare aut vellet aut posset.

Quod autem ad qualemcunque nostram collectionem opusculorum Eusebianorum attinet, statim apparet, triplicis eam generis opuscula continere :

I. *Homiletica*, h. e. tres orationes, non diversum argumentum tractantes, sed τριλογίαν homileticam efficientes.

II. *Dogmatica*, s. duo fragmenta a Theodoreto servata, quibus pars quædam doctrinæ de Jesu Christi persona exponitur.

III. *Exegetica*, s. Excerpta nonnulla ex Catenis Patrum, quæ sub Eusebii nomine plura interpretationis specimina continent, de quibus tamen non ex liquido constat, utrum Emeseni, an alterius cujusdam sint Eusebii.

Quilibet statim videbit, opuscula homiletica præ cæteris in censum venire et principem obtinere locum, cum dogmatica nimis sint brevia atque exilia, exegetica autem dubia et suspecta. Præterea sunt fragmenta, quod idem valet de dogmaticis, e quibus genuinus scriptoris character difficilius agnoscitur, quam ex orationibus integris et continuis. His itaque potior nostra cura erit tribuenda.

Genuinum Eusebii Emeseni opus esse orationes nostras, cum Lambecio aliisque viris doctis, nullus dubito. Argumentis tamen externis minus tribuendum videtur, quam internis. Est omnino aliquid, quod duobus codicibus mss. Græcis exhibeantur,

NOTÆ.

(14) Gratissimo animo hanc doctissimi viri agnosco solertiam. Etenim Kollarii nova Lambecianorum Commentariorum editio apud nos et in vicinitate nostra frustra quæritur, neque aliam inspicere potui, quam primam, quæ 1671 prodiit.

satis antiquis, neque ullo modo suspectis. Sed scimus, in multis codicibus ejusdem indolis contineri Homilias sub nomine Gregorii Neo-Cæsareensis, Athanasii, Epiphanii aliorumque, quæ tamen non ab illis auctoribus sunt profectæ, sed suppositæ : id quod ex argumento, tractandi genere, et stylo dijudicatur. In nostro igitur et sic procedendum erit, ut argumentis internis doceatur, in his orationibus nil contineri, quod a scriptore sæc. IV non profectum esse possit, quodque cum aliqua veritatis specie alio, quam Emeseno, viro tam singulari, tribui posse videatur. De his autem in capite sequente et passim pluribus erit disserendum.

CAP. II.

De indole et œconomia orationum Eusebianarum.

Inter veteres solus est Hieronymus (De viris illustr. c. 91), qui de Eusebio Emeseno, tanquam oratore, judicavit. Dicit autem : *Elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his, qui declamare volunt, studiosissime legitur.* Qui in hoc judicio eximiam Patris nostri laudem inveniunt (quam sententiam apud multos expressam legimus) longe errant et Hieronymi naturam, ingenium, morem et usum loquendi ignorant. Qui utrumque intelligunt, non negabunt, eum his verbis vituperare Eusebium potius, quam laudare voluisse.

Jam Henr. Gravius in suis in h. l. observationibus (in Fabricii Bibl. eccles. p. 181, repetitis) id vidisse videtur. Affert enim ex aliis Hieronymi scriptis plura testimonia, quibus elucet, qualis (scilicet) fautor elegantiorum et rhetoricorum ingeniorum et eloquentiæ popularis (i. e. ad plausum populi) fuerit Hieronymus. Loci a Gravio allegati sunt Hieron. epist. ad Cyprian. Præfat. in Isaiam. Commentar. in Ezech. XVIII, XXII; in Eccles. X, et in Matth. XII. Invehitur in illos doctores, qui composita et artificiosa oratione, verborum elegantia, plausuque populari imperitorum aures decipere et palpare studeant. Increpat illos, quorum aures fastidiosæ sunt, et ad intelligendas Scripturas nauseant, plausuque tantum eloquentiæ delectantur. Dicit denique : « Cum hæc intelligentia plausum quemdam, et colorem doctrinæ præferat, nescio an habeat veritatem. Hisce testimoniis aliud adjungo ex Hieron. epist. II ad Nepot. ubi hæc occurrunt : « Docente te in ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacrymæ auditorum laudes tuæ sint. Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum et sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sæpe quod nescit, et cum aliis persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam. — Nihil tam facile, quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, cum quidquid non intelligit, plus miratur. »

Plura ex hoc auctore colligi possent testimonia, quæ probant, quantopere aversatus sit artes rhetoricas, ornatum poeticum et lusus dramaticos in iis, quorum officium est, veritatem et simplicitatem religionis Christianæ tenere et populo Christiano tradere. In doctore Christiano, juxta Hieronymi sententiam, non ingenium et elegantia, non ars declamandi et facundia dicendi, præcipua est virtus, sed veritas, pietatis studium et simplicitas. Neque solus Stridonensis, licet paulo severior et morosior harum rerum æstimator et judex, ita judicat; sed illos ipsos præstantissimos antiquæ Ecclesiæ oratores sacros, Basilium M., Gregorium Nazianzenum, Joannem Chrysostomum, Augustinum, multosque alios habet consentientes. Hi omnes vituperant artes rhetoricas, declamationes, pompam theatralem, et simplicitatem commendant. Nil opus est, rem liquidam multis testimoniis probare; sed id solummodo nobis concedi volumus, Hieronymum, dum Emeseno elegans et rhetoricum ingenium, nec non artem declamatoriam (in qua aliis exemplum proponatur) attribuit, neutiquam hunc oratorem laudare, sed potius vituperare voluisse. Nam si hoc non, plane non sibi constans et contra sua principia impugnans, laudasset in eo, quod alias in genere et specie, adeoque in ipss amicis, quales Epiphanius atque Augustinus fuerunt, solet improbare.

Sed alio adhuc modo, et, quod aiunt, ex inductione historica, poterit suaderi, quam parum Hieronymus Emeseni fuerit fautor. Nimirum in eodem libro c. 119, de Diodoro Tarsensi scribit : « Exstant ejus multa alia, ad Eusebii magis Emeseni characterem pertinentia, cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam sæcularium litterarum. » In his quidem eloquentiæ Eusebianæ laus; sed innuit simul auctor, eam non esse vere Christianam, sed profanam potius eloquentiam. Quod ad characterem Eusebii attinet, de interpretatione Scripturæ sacræ et principiis dogmaticis hæc verba sunt intelligenda, in quibus neutiquam faciebat cum Diodoro, cujus simul doctorem et magistrum increpat. Idem porro c. 129, de Jo. Chrysostomo habet : Joannes (15) Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebii Emeseni Diodorique sectator, multa componere dicitur, de quibus Περὶ ἱερωσύνης tantum legi. « Omnes tacet

NOTÆ.

(15) Bene E. S. Cyprianus observat ad h. l. cognomen *Chrysostomi* tunc temporis nondum fuisse notum, sed inventionem sæculi sexti vel septimi. Apud Jo. Moschum, ut putat Cyprianus, primum legitur; sed jam in Isidori Hispal. De script. eccl. c. 6, hoc cognomentum est expressum. V. quæ monuimus in libro nostro : *Denkwurdigkeiten aus der. chr. Archæologie.* Th. VI p. 287, not

libros, quorum auctor fuit Chrysostomus, priusquam in sedem Constantinopolitanam evocaretur, et tanta brevitate laudisque parcimonia de clarissimo loquitur oratore, ut facile intelligas, invidiosum ipsi esse ejus nomen : id quod magis ex Hieronymi ep. 88, ad Theoph. et Facundi defens. trium capitul. lib. VI, c. 5, apparet. In discipulo et sectatore iterum simul carpit magistrum.

Quidquid autem sit in hoc judicio Hieronymi, sive vero, sive falso, ipse tamen vel invitus testis est magnæ famæ et gloriæ, quam Emesenus orator consecutus est non minus apud suos coævos, quam apud posteros. Ipse fatetur Nostrum laudem eximii oratoris tulisse, et pro exemplo fuisse habitum iis, qui declamare volunt. Et certe ejusmodi discipuli et sectatores, quales Diodorus et Chrysostomus fuerunt, apud omnes, qui morositate non æquant Stridonensem, ornant magistrum.

Unum tamen est in hoc testimonio (cui, tanquam unico ex antiquitate, diutius inhærendum); de quo, ne sinistre intelligatur, paucis monendi sunt lectores.

Dicit Hieronymus : *Eusebium magis historiam esse secutum*. Quid sibi vult hoc loco *Historia?* Si sæculo XIX scripsisset H. fortasse de sermonibus sacris historiam universalem vel historiam sæc. XVIII exponentibus, quales Rosenmüllerus, Stolzius aliique composuerunt, cogitasset ; sed illud ævum, quo vixit Hieronymus, a tali μεταβάσει εἰς ἄλλο γένος prorsus erat alienum. Sed nec de historia religionis, Ecclesiæ, et dogmatum est accipiendum ; nam in orationibus Nostri, quas habemus, nil ejusmodi deprehendimus. Ut paucis dicamus, apud scriptores sæc. IV, et V utriusque Ecclesiæ ἱστορία opponitur ἀλληγορίᾳ et θεωρίᾳ et de sensu Scripturæ sacræ litterali s. historico sumitur. Apud Isidorum Pelusiotam ep. lib. IV, epist. 117. ἡ ἑρμηνεία καθ' ἱστορίαν distinguitur a θεωρίᾳ et ἀλληγορίᾳ. Genus interpretandi et docendi allegoricum, cujus præcipuus auctor et fautor Origenes fuit, in eo maxime erat conspicuum, ut, spreto sensu litterali et grammatico, omnia S. S. effata ad sublimiora, invisibilia et intelligibilia traherentur et μυστικῶς et ἀναγωγικῶς exponerentur. In primis adhibebatur hoc interpretandi genus in locis ubi de Jesu Christi persona est sermo, et in vaticiniis V. T. de Christo. Huic interpretandi rationi opponitur a Cosma Indicopl. (Diodori Tarsensis sectatore) in Topogr. Chr. lib. V, p. 227, interpretatio, quæ fit : Εἰς τὸν Χριστὸν μόνον καὶ κυρίως, κατὰ ῥητὸν καὶ καθ' ἱστορίαν. Vocabulum θεωρία sæpius idem est, quod etiam φιλοσόφημα, φιλοσοφούμενον, φιλοσοφεῖν, etc., dicitur, cujusque proprietas in eo consistit, quod a Scriptura sacra quidem egrediens (nam nullus sermo sacer in antiqua Ecclesia absque Scriptura est), ejus tamen textum et litteram non presse sequatur, sed pro ingenio et arte dialectica sensum constitueret, qui consilio oratoris aptus videbatur. Hinc factum est, ut θεωρία et ἀλληγορία sæpius tam in principio quam in effectu inter se non differrent, sed conspirarent.

Consentientem in his habemus acutissimum harum rerum æstimatorem atque interpretem. In J. A. Ernestii Opusculis theol. edit. 2, Lips. 1792, 8, exhibetur *Narratio critica de interpretatione prophetiarum Messianarum in Ecclesia Chr.*, ubi plura de interpretatione historica, mystica, allegorica, etc. ad amussim sunt exposita. Dum lectores ad hanc doctissimam dissertationem ablegamus, pro consilio nostro id solum ex illa eligimus, quod p. 449-450, de Nostro scriptum est. Postquam auctor de Origenis interpretatione allegorica ejusque incommodo exposuisset l. c. ita pergit : « Eo incommodo, ut opinor, motus, sive alia de causa, Eusebius Emesenus instituit primus, quantum scimus, diversa illa genera distinguere, et in interpretando sequi illud modo, quod *historiam* teneret, et ea modo vaticinia ad Christum referre, iis solis uti in disputando, in quibus proprie de eo et uno sermo esset (Hieron. Cat. script. eccl. c. 119), quod fortasse in opere adversus Judæos (ibid. c. 91) fecit in primis ; sicut et totum allegoricum genus, quod historiam ad res intelligibiles trahit, in dicendo scribendoque repudiabat. Cum libri ejus a permultis legerentur, tamen res non est admodum animadversa, aut reprehensa et ad invidiam ei faciendam tracta : sive, quod eloquentia, propter quam legebantur cupidius, rem tegeret, sive, quod nihil invidendum esset in ejus fortuna. Et tum erant alia, quæ occuparent animos et linguas calamosque. »

Loquitur deinde auctor de Eusebii discipulo « Diodoro Tarsensi (16), hujusque duobus discipulis clarissimis Theodoro Mopsuesteno et Joanne Chrysostomo, quorum uterque historicam interpretationem, qua præcesserat Emesenus, magis magisque exornavit. Theodorus Mopsuestenus libro suo Contra Allegoristas valde displicuit Origenis asseclis, et ab illis, cum Nestorii et Theodoreti esset præceptor, Judaismi fuit accusatus. In controversia Nestoriana sæpius de *sententiis judaizantibus* sermo est, et famosissima formula Nestorii Χριστοτόκος originem suam habet in interpretatione illa καθ' ἱστορίαν. En igitur Nostrum antecessorem et quasi ducem controversiarum, quibus sæculum quintum tantopere fuit turbatum!

Sed latius illud : *historiam secutus*, quam in exponendis de Christo vaticiniis, patere putaverim.

NOTÆ.

(16) Mirum, quod Ernestius prætermiserit testimonium de Diodoro Tarsensi, quod præ cæteris huc facit, apud Socratem Hist. eccl. lib. VI, c. 3 : Διόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος, πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Quibus verbis et magistri (Eusebii) et discipuli (Diodori) character optime exprimitur.

Ex tribus nostris orationibus videmus, morem Emeseni fuisse, in sermonibus sacris non singula dogmata astruere, non hæreticos oppugnare, non in singulis locis S. S. morari eosque allegorice vel mystice interpretari; sed *quemdam historiarum sacrarum cyclum* exornare, earumque totum contextum exponere. Imitatus in hoc genere tractandi *tragicos Græcos*, cum quibus et plures Ecclesiæ doctores magnam familiaritatem contraxerant, ut ex Athenagora, Clemente Alexandrino, aliisque potest videri. Laudatur in Nostro, ut c. I e Socrate et Sozomeno allatum est, quod litteris Græcis diligenter fuerit imbutus; et Hieronymus (c. 119) ei tribuit eloquentiam ex scientia sæcularium litterarum ortam. Quidni igitur et in hac parte eum peritum et bene instructum habeamus?

Jam vero, ut inter omnes constat, tragicorum poetarum mos est et consuetudo solemnis, ne dicam perpetua, ut pro libertate poetica argumentum (ὑπόθεσιν) eligant e Mythologia (h. e. historia) idque δραματικῶς aptent. Non fingunt facta, sed sequuntur historiam, et personarum illustrium fata et res gestas narrant, non suis figmentis, sed traditioni historicæ inhærentes. Exemplo esse potest historia Promethei, OEdipi, Agamemnonis, Orestis, aliarumque personarum tragicarum, quam Æschylus, Sophocles atque Euripides toties tractant, ingenioque poetico et arte, qua pollent, vario modo exornant. Dum sequuntur historicam traditionem, historici sunt; dum autem ingenio et arti indulgent, poetæ. Solent autem non singulas, separatas et quasi disjectas historias tractare, sed historiæ, quam eligendam putarunt, omnem ambitum et tenorem proponere, et dum ad antecedentia et consequentia attendunt, totum contextum illustrare. Veteres rhetores et artifices hoc tractandi genus κύκλον δραματικὸν et vel τριλογίαν vel τετραλογίαν δραματικὴν dixerunt; et supersunt adhuc (licet plura interierint) tam multa, ut firmum de hac re efficere possimus judicium.

Sed nolumus docere rem satis notam et a Valckenario, Heynio, Schutzio, Hermanno, Blümnero, Welckero nostro multis aliis viris in hoc genere egregiis multo doctius et melius, quam a nobis fieri posset, expositam. Id tantum monere volumus, Nostrum tragicorum Græcorum Trilogias dramaticas ante oculos habuisse et, quantum ratio atque œconomia doctrinæ Christianæ permitteret, imitatum esse. Hoc certe factum est in tribus, quas nunc ad usum nostrum paratas habemus, Homiliis, quæ veram τριλογίαν δραματικὴν efficiunt, et de cujus indole ac œconomia paulo post exponemus.

Ingeniosissimus atque doctissimus H. Th. Tzschirnerus, ὁ μακαρίτης, in Comment. de claris Ecclesiæ veteris oratoribus, comment. VI, p. 6, de oratione Eusebiana speciminis loco a. 1820 a nobis edita hoc tulit judicium: « Versatur hæc Homilia, A ornate satis eleganterque scripta, in Mythologia Christiana et ad id genus pertinet, quod non incommode *poeticum* appellaveris. » Pergit deinde, p. 7: « En argumentum Homiliæ Eusebii Emeseni, eam potissimum ob causam memoratu dignæ, quod ex ea, tempore ejus et Mythologiam Christianam incrementa insignia cepisse, et *eloquentiam sacram in poeseos campos evagatam esse interdum*, et ex iis reportasse, quæ ad meram delectationem audientium facerent, intelligitur. »

Neque male ita judicavit b. auctor, dum orationes sacras Emeseni ad Mythologiam Christianam et ad genus poeticum referret. Neque contrarium est Hieronymi judicium, quo eum historiam esse secutum affirmavit. Nam utrumque genus, et historicum, B et poeticum, locum habere potest; et Noster pari modo, ut Æschylus, Sophocles atque Euripides, historiam cum poesi conjunxit. Materiam ex historia vera et biblica (adhibitis quoque narrationibus extra IV Evangelia) sumit, ejusque ordinem et contextum non mutat; in forma autem, suum secutus ingenium, exornat illam, imaginibus illustrat, et nexum, ubi omissus, ex ingenio suo vel ex traditione historica supplet. Eamdem fere rationem tenet, quam præstantissimos poetas Christianos, Miltonium in Paradiso, Klopstockium in Messia, Tassonem in Hierosolymis, aliosque multos secutos esse videmus.

Primus omnium omnino in Ecclesia Christiana Noster fuisse videtur, qui hoc genus concionandi C introduxit et in hac eloquentia sacra princeps fuit. Hanc ei tamen præripere videtur palmam Gregorius Neo-Cæsareensis, sive Thaumaturgus, qui integro sæculo ante Emesenum (nam a. 265 diem obiit supremum) Homilias nostris simillimas edidisse creditur. Sunt enim inter Gregorii Neo-Cæsar. Opera, Edit. Paris, 1622, quatuor homiliæ, quarum tres de Annuntiatione S. Dei Genitricis, quarta autem in Festum S. Theophaniæ et de baptismate Christi. In hisce orationibus drama homileticum habemus; nam omnes ac singulæ personæ: Deus pater, Christus, Maria, Archangelus Gabriel, etc. loquentes introducuntur; et homil. quarta continet dialogum inter Joannem Baptistam, qui baptiD smum a Christo petitum deprecatur, multisque argumentis utitur, quibus eum ab hoc consilio deterreat, et inter Christum, hæc argumenta confutantem et baptismum flagitantem. Plura insunt, quæ cum homiliis Eusebianis prorsus concordant; et ipsa brevitas testimonio esse potest, unum alterum esse imitatum.

Sed omnes fere VV. DD. genuinas esse dubitant. Audiamus ex multis Du-Pinium (Nov. Bibl. auct. eccl. p. I, p. 289): « Nullus etiam dubito, quin Conciones nomen Gregorii Thaumaturgi præferentes alius auctoris sint. Nam præterquam quod nemo veterum earum mentionem facit, conscriptæ sunt stylo valde diverso. ——— Secundo, harum concionum auctor de mysteriis Trinitatis et Incarna-

tionis ita loquitur, ut appareat post Arianorum et Nestorianorum ortas hæreses vixisse. Studiosius et sæpius utitur nomine Θεοτόκος, dum de Maria Virgine loquitur, cujus laudes profuse celebrat, quod post concilium Ephesinum tantum in usu fuit. Denique manifestum est has Homilias compositas esse eo tempore, quo Ecclesia pace fruebatur, diesque festos magna cum solemnitate agebat. Tres conciones de Annuntiatione redolent stylum Procli Constantinopolitani. Harum trium concionum postrema Chrysostomo etiam tributa est, at styli diversitas repugnat. Quarta de baptismate Christi, cujus dies festus Epiphaniæ die celebratur, tribus præcedentibus elegantior est, videturque alius esse auctoris, qui tamen non est Gregorius Thaumaturgus, ob rationes jam allatas: invenitur nomen Θεοτόκος et *consubstantialis*. » Consentit Oudinus t. I, p. 294-96, hisce Homiliis ætatem adhuc juniorem assignans.

Si hæc, ut nemo dubitabit, vera sunt, sequitur auctorem, qui sub nomine Gregorii Th. scripsit, hasce Homilias ad imitationem Eusebii Emeseni, cum quo, si a dogmaticis discesseris, adeo concordant, composuisse.

Idem valet de Methodio, episcopo Tyri, qui circa a. 303, sub Diocletiano martyrium passus est. In ejus Operibus et Fragm. edit. Fr. Combefisii, Par. 1644, f. exstant duo sermones in Nativitatem Christi et De oblatione Chr. in templo, qui etiam *De Simeone et Anna* inscribitur. Uterque ad formam dramaticam accedit longoque dialogo inter Mariam et Simeonem est conspicuus. Præterea Origenis allegorias cæterosque errores impugnat; id quod Methodium, Origenis adversarium, designare videtur. Sed tot insunt sequioris ætatis vestigia (de Trinitate, incarnatione, peccato originali, virginitate Mariæ et his similia), ut jam dudum invaluerit apud VV. DD. sententia, quæ non genuinas, sed post concilium Ephesinum supposititas affirmat. Vid. Oudinum t. I, p. 303-306. Quo posito Noster non ante oculos habere potuit istas Homilias ad ipsius potius exemplum compositas.

Nullum igitur habemus in hoc genere concionandi antiquiorem, Nosterque in eo dux atque antesignanus factus multos nactus est imitatores: id quod etiam verba Hieronymi, *studiosissime legitur ab his, qui declamare volunt*, indicant. Plures inter ejus coævos reperiuntur, qui ei in poetico tractandi genere sunt similes, eumque ornatu, pompa et luxuria orationis superant: quales sunt Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, et in primis Ephræm Syrus, qui non solum ad dithyrambos, sed etiam ad dialogos accedunt. Utrum illi Emesenum habuerint ducem et antecessorem non ex liquido constat. Hoc tamen certum, Theodoretum et Chrysostomum etiam in hac parte ejus fuisse sectatores, in eo tantum et potissimum diversi, quod a breviloquio Emeseni (quod jam Hieronymus suo, *Homiliæ breves*, indicat) recedentes in illam μακρολογίαν, qua Græci tantopere delectantur, sint evagati. In breviloquio suo potius Latinos habuit imitatores. Cæterum nec apud Græcos nec Latinos ejusmodi τριλογίαν homileticam invenimus; et nostra revera ἅπαξ λεγόμενον est habenda.

His, ut par erat, in genere præmonitis, jam de œconomia, quam in tribus, quas habemus, orationibus sacris, adhibet Noster, dicendum.

Primo quidem visu varii argumenti esse et titulo τριλογίας, quo insigniendas diximus, parum respondere videntur. Prima enim de adventu et annuntiatione Joannis Baptistæ apud inferos; secunda de proditione Judæ; tertia (ex una in duas conflata), vel adversus diabolum et Haden, vel disputatio adversus Judæos, neque male, inscribitur.

Magna igitur argumenti diversitas et μετάβασις εἰς ἄλλο γένος inesse videtur. Sed falluntur, qui ita obiter judicant et re accuratius considerata, quam bene et presse omnia cohæreant et ad unum quasi caput redeant, intelligitur.

En œconomiam tribus orationibus continuatam, et ratione temporis, personarum et argumenti (ὑποθέσεως s. objecti tractationis) συμφώνως exornatam!

Tres orationes nostræ res tractant eodem tempore peractas, quarum memoria in *Hebdomada magna*, quæ etiam ἑβδομὰς παθητική, vel μεγάλη, vel ἁγία, vel σωτήριος (V. Jo. Fæs. De Hebdomade magna, Brem. 1695, pag. 19-53, et liber noster: *Denkwürdigkeiten aus der chr. Archæologie*, th. II, p. 34 seqq.) dicitur, ab Ecclesia Christiana pie recolebatur.

Hæc tamen temporis œconomia, cum ea, quæ nunc in Ecclesia obtinet et inde a sæc. V et VI, obtinuit, non prorsus congruit. Argumentum quidem orationis secundæ et tertiæ coincidit cum solemnitate et objecto feriæ VI et VII (de proditione Judæ et descensu Christi ad inferos); sed memoria Joannis Baptistæ cum istis diebus nil habet commune. Ejus nativitas, ut inter omnes constat, celebratur d. XXIV Junii, et in Ecclesia Græca et Latina festum Decollationis Joannis d. XXIX Aug. agitur, cujus origo ad inventionem capitis Joannis tempore Juliani Apostatæ (ergo paulo post mortem Eusebii) refertur. Sozomen. Hist. lib. VII, c. 21; Rufini h. e. lib. II, c. 28. V. nostrum librum: *Denkwürdigkeiten aus der chr. Archæol.* th. II, p. 155 seqq. Nonne igitur μετάβασις εἰς ἄλλον χαιρὸν apud Nostrum? Cave dixeris. Ejus tempore utrumque festum nondum fuit in usu, adeoque Ecclesia Orientalis diu post Occidentalem recepisse videtur. Non recte igitur fieret, si juxta consuetudines sequioris ævi dijudicare velles.

Cum igitur tunc temporis nulla esset ordinata in Ecclesia Joannis Baptistæ festivitas, Noster memoriam præcursoris eo tempore celebrat, quo martyrium passus credebatur, i. e. *ante Pascha*. In Martyrologio Romano ad d. 29 Augusti p. 229, legitur: « Decollatio sancti Joannis Baptistæ, quem

Herodes circa festum Paschæ decollari præcepit : cujus tamen memoria hoc die solemniter colitur, quando ejus venerandum caput secundo inventum fuit : quod postea Romam translatum in ecclesia S. Sylvestri ad Campum Martium summa populi devotione asservatur. » Comparanda cum his sunt, quæ J. Lightfoot in Horis Hebr. p. 182, observavit : « Tempus decollationis Joannis B. elicimus ex verbis istis Joann. VI, 4 : *Aderat jam Pascha*, hac ratiocinatione. Absque controversia concludi potest discipulos, quam primum de morte magistri audientes eumque sepelientes, ad Christum se contulisse, cædem magistri narrantes, eique cautionem isto exemplo præbentes, ut sibi consuleret de salute sua. Is, re audita, transit in desertum Bethsaidæ, atque illic quinque hominum millia pascit miraculose, cum adesset jam Pascha, ut refert Joannes, historiam istam recognoscens cum Evangelistis. *Decapitationem ergo Baptistæ arbitramur fuisse paulo ante Pascha*, cum carcerem jam passus fuerat per sesquiannum, prout per sesquiannum prædicasset ante incarcerationem. »

Jure autem suo hanc commemorationem cum solemnitatibus Septimanæ sanctæ conjungere poterat, cum lex et consuetudo ecclesiastica, quæ omnes alias festivitates ab hoc tempore soli Christo dicato et consecrato, nondum esset in vigore (17). Quam apta autem sit hæc conjunctio quilibet videt, qui ad nexum, cum personæ, tum rei, animum attendit.

Joannes Baptista Christi præcursor et præco, non solum officii et muneris in vita, sed etiam in morte et post mortem. Noster, dum hoc exponit, nil finxit aut novi atque inauditi protulit, sed secutus est opinionem suo ævo fere communem, ut pluribus infra monstrabimus. Sistit igitur τὸν πρόδρομον τὸν πληρώσαντα τὸν δρόμον (ut pag. 4 dicit) ad inferos descendentem, ibique prophetis Veteris Testamenti adventum Christi mox futurum annuntiantem. Excitat autem singulos, ut ipsi, quidquid de Christi persona et fatis vaticinati sint, exponant : Recitantur igitur a Davide, Isaia, Jeremia, Osee, et Zacharia (λεγόντων περὶ ἑκάστης οἰκονομίας, p. 6) effata, quæ, sub ipsorum nomine ac titulo, Scriptura sacra V. T. de vita terrestri Jesu Christi continet. Excipit hunc testium catalogum dialogus inter Ἅδην et Διάβολον, in quo hic suum consilium de Joannis cæde, de Judæorum insidiis et Judæ proditione exponit, et Ἅδην, qui, prophetarum præsagiis perterrefactus, timorem suum prodit, hortatur, ut bono sit animo causamque communem adjuvare velit. Quo facto diabolus in mundum redit, ut Christo suas insidias struat. Invenit Judam paratum ipsumque ad facinus proditionis patrandum subornat. Concludit auctor orationem suam apostrophe ad auditores, eosque pie hortatur, ut inobedientiam (παρακοήν), omnium malorum fontem, et Satanæ illecebras fugiant firmamque fidem conservent.

Oratio secunda uberius de proditione Judæ agit. Sed bene titulus non Περὶ τῆς προδοσίας, sed Λόγος εἰς τὴν προδοσίαν inscribitur. Pauca sunt quæ, ducibus evangelistis, de proditore narrat. Subsistit in primis in verbis Marc. XIV, 4, 5 ; et Matth. XXVI, 15, indeque sumit occasionem in proditorem declamandi. Vividissimis pingit coloribus Judæ ingratitudinem, impietatem atque insaniam, et ita quidem pingit, ut appareat, eum neutiquam, neglecto ἠθικῷ μέρει, merum agere voluisse historicum aut poetam, sed eum potius ante oculos habuisse regulam Horatianam (A. P. 333) illam :

Et delectare et prodesse volunt.

In oratione tertia filum narrationis de Juda duabus orationibus continuatum absolvit (18). Dixerat Christus, teste Matth. XXVI, 38 : Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. Hæc verba ex mœrore ob Judæ impietatem et pœnam pronuntiata (cf. p. 14 : Περὶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς τοῦ ἀθλίου ἐλυπεῖτο καὶ ἠδημόνει, ὅτι ἀπόληται). Diabolus, mirum in modum deceptus, ita interpretatur, ac si Christus mortem timeat, ideoque Filius Dei esse non possit. Dum igitur hoc supponit, adit Haden, inferorum dominum, ei narrat omnia ad mortem Christi necessaria esse parata, ipsumque rogat, ut Christum recipiat. Hades autem diaboli dictis non addit fidem eique opponit exemplum Lazari e mortuis resuscitati et τὸ κήρυγμα Joannis Baptistæ et prophetarum. In dialogo inter Haden et diabolum is quidem fatetur Christum sæpius ipsi fuisse contrarium (πολλὰ ἐνεδείξατο τὰ ἐναντία) et multa fecisse, quæ, quomodo facta sint, se nescire (repetit semper formulam πῶς, vel πόθεν, οὐκ οἶδα); semper tamen redit ad perniciosissimum suum præjudicium : Ἐγὼ ἐπείσθην, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι, φοβούμενος τὸν θάνατον.

Hades dubitat, diabolum hortatur ut a tali consilio et conamine temerario desistat. Is vero ejus timorem ridet et brevi tempore Christum mortuum tradere promittit, quem, se recepturum apud se, si victor evaserit diabolus, promittit Hades. Sed res longe aliter cedit. Cum enim diabolus miracula mortis Christi videt, territus ad Haden fugit, eumque obsecrat ut Christum adventurum non recipiat, sed ipsi ingressum neget. Vehementer Hades

NOTÆ.

(17) Adeo rigorose hæc lex observatur, ut ipsa Mater, in tanto tamen honore habita, in hoc casu Filio cedat ! Quoties enim Festum Annuntiationis Mariæ d. 25 Martii incidit in Septimanam magnam, ad Dominic. post Pascha transfertur. Plane igitur contrarium, quam in festo Nativitatis Christi, ubi plures solemnitates (Christi natales, Stephanus protomartyr, Joannes evangelista et Innocentes) sunt copulatæ.

(18) Nexum cum oratione prima indicant quoque verba p. 16 : Ὃν Ἰωάννης καὶ οἱ προφῆται ἔλεγον, etc.

increpat diabolum jamjam lamentantem suumque errorem et stultitiam agnoscentem. Sed dum adhuc altercantur, sine mora adest Christus, victor mortis atque inferni, angelorum stipatus agmine, portas inferni divina sua potentia aperit, diabolum catenis æternis vinctum in abyssum detrudit et prophetas omnesque pias animas inferno inclusas liberat et in paradisum transducit. Finitur oratio et diaboli irrisione, et gratiarum actione, et doxologia a choro prophetarum in laudem victoris prolata.

Argumento trium orationum continuarum recte considerato, quilibet videt thema homileticum commune esse *Diabolum deceptum et succussum*. Vaferrimus piorum adversarius suis propriis astutiis illaqueatus capitur, et fit, quod Hades prædixerat: Κατάγελως τῶν δικαίων, ἐπίχαρμα τῶν ἁγίων, ἀσθενὴς καὶ ἀπρόσκοπος (p. 26). Primus fuisse Noster videtur, ut jam diximus, qui concione publica et ad dramatis instar hoc exposuit argumentum; antiquiorem certe non habemus, qua id factum sit, orationem sacram. Sed res ipsa a primis jam doctoribus Ecclesiæ tractata et ex ipsa N. T. fontibus derivata est; id quod pluribus deinde illustrabimus exemplis.

Ut in argumenti tractatione, ita quoque in dicendi genere et stylo multum Noster ab aliis scriptoribus et Homiletis recedit. Eum amare *breviloquium*, jam diximus, et comparatione cum aliis, in primis cum Origene, Athanasio, Basilio M., Gregoriis aliisque instituta facile, quale sit, intelligitur. Cernitur autem tam in materia, quam in forma. Utrumque Hieronymus suo, *Homiliæ breves*, exprimere voluisse videtur. Oratio tertia in Parasceves diem omnium est longissima atque amplissima: quis tamen non videt eam vix dimidiam partem spatii ab aliis occupati explere? Neque tamen argumenti gravitas vel ubertas desideratur. Non solum sunt *multa*, sed etiam *multum*, quod profert auctor: tam largam enim exponit materiam et silvam, ut aliis ad plures orationes sufficeret. Ubi autem quæsiveris, unde hoc fiat? in promptu est, quod respondeas.

1. Non amat Noster ambages, introitus, digressiones, demonstrationes atque argumentationes in longum latumque diffusas. More poetarum lectorem *in medias res rapit*, et brevi summa id, quod caput rei esse videtur, ante oculos ponit.

2. Non sequitur morem fere vulgarem, in orationibus sacris tractare *theologiam dogmaticam et polemicam*. Omnes sciunt, quantum sibi placeant tractatores sacri in refutandis hæreticorum erroribus, ita ut plurimorum sermones nil fere sint, quam prologi et epilogi galeati adversus hæreticos. Ab hac tamen consuetudine longe abhorret Noster, nullum hæreticum in medium proferens, et non ἀντιθετικῶς, sed θετικῶς, veritatem astruens. Quo facto aliis brevior esse potuit.

3. Scripturæ sacræ, quam non allegorice, sed historice interpretatur, locos non raro et passim, sed semper et de continuo laudatos, non fuse commentatur, sed simpliciter allegat et nudo eorum utitur testimonio. Unicus est locus orat. 1, pag. 8, ubi verba e Matth. xii, 14 allegata, brevi, se ingeniosa annotatione illustrat: Καὶ βλέπε ——— ἀλλὰ συμβούλιον ἔλαβον· nimirum, ut intelligatur Judæos non sponte sua, sed diabolo instigatore, malignum hoc cepisse consilium.

4. Idem non amat phraseologiam et περισσείαν τῶν λόγων· evitat longas et artificiosas periodos verborumque structuras. Mira ei inest concinnitas et parcimonia, qua tamen non ita abutitur, ut fiat juxta notam poetæ sententiam:

Brevis esse laboro; obscurus fio.

Sed potius ubivis apparet perspicuitas et naturalis quædam dicendi facilitas. Omnia quæ profert, concitato quasi incedunt pede, et methodus ζητητικὴ, qua utitur, multum confert ad augendam styli vivacitatem atque alacritatem. De Græcitate, quatenus apud Nostrum propria et singularis esse videtur, in sequentibus nonnulla, licet pauca, proferemus exempla.

Superest ut, præter illa quæ de interpretatione non allegorica sed historica monuimus, quo modo Noster Scripturam sacram alleget, paucis dicamus. Sæpissime citat locos tam Veteris quam Novi Testamenti, et in eo quoque sequitur morem antiquorum doctorum, quod nullum prorsus inter Vetus et Novum Testamentum agnoscens discrimen, utrumque codicem sacrum, tanquam genuinum religionis Christianæ fontem, et tanquam firmissimum verbi Dei testimonium, adhibeat. More item aliorum oratorum sacrorum modo integros affert locos, modo tantum singulas locorum partes, vel phrases biblicas, sine auctorum sacrorum mentione, et sine allegandi formula Patribus usitata: Ὁ Κύριος λέγει, ὡς ἐν τῇ Γραφῇ λέγεται, κατὰ τὸ ῥηθέν, et his similibus.

Ast dices: In locis allegatis auctor haud raro textum S. S. canonicum non exprimit, sed vario modo, vel adjiciens aliquid, vel omittens, vel aliud substituens vocabulum, ab illo recedit; ita quidem, ut alium potius textum, quam eum, quem nunc habemus, ante oculos habuisse et secutus videatur. Illud omnino ita se habet; sed inde non sequitur hoc quod dicis. Caveamus igitur ne ex consuetudine et, ut ita dicam, negligentia homiletica, regulam criticam constituamus.

Loci præcipui, in quibus a textu recepto recedit, in notis criticis orationibus subjectis sunt notati. Vide ad p. 5, 6, 9, 12, 20, 30, al. Si attentius consideraveris, variantis lectionis ne vestigium quidem invenies. In locis p. 9 prolatis conjungit plura testimonia ex Isaia et Evangeliis, non integra quidem et suo ordine collocata, sed contracta et paulo transposita, iisque nullo alio consilio utitur, quam ut pervicaciam atque infidelitatem Judæorum, invitationem et promissionem Christi ad sa-

lutem contemmentium, ex consonantia V. et N. T. demonstret. Ratio quædam critica, cur ita copulaverit et composuerit, vix cogitari potest. Idem in aliis locis: nullusque exstat, ubi alium, quam nostrum, secutus sit textum. Affert testimonia S. S. vel ex memoria, vel juxta accommodationem homileticam atque asceticam. Neque aliter ad hunc usque diem procedunt Homiletæ, quorum usus in rebus criticis aut valde exiguus est, aut nullus.

Si itaque hypothesis, quam V. S. V. Fridericus Münterus, episcopus Seelandiæ, de Eusebio nostro cum Evangelio Nicodemi concordante, nuper proposuit (19), ita sumatur, ac si Noster alio quam canonico S. S. textu usus sit, nos quidem calculum adjicere non possumus. Libenter tamen astipulamur in eo, quod Emesenus in traditione historica, quam non inepte *Mythologiam ecclesiasticam* dixeris, hauserit quam plurimum ex hoc Evangelio apocrypho, vel, si hoc non placuerit, ex iisdem fontibus, quibus Pseudo-Nicodemus usus est. Nam si etiam sententiam eorum, qui hoc ἀπόκρυφον jam circa medium sæculi II scriptum esse putant (cf. Guil. Ludov. Brunn. Disquisit. hist. crit. de indole, ætate et usu libri apocryphi, vulgo inscripti *Evangelium Nicodemi*, Berol. 1794, 8, p. 83-85), probare nolis, hoc tamen certum, hunc librum satis esse antiquum et tempore medii ævi usitatissimum, ut tam multæ versiones Latinæ, Gallicæ, Germanicæ, Anglo-Saxonicæ, etc., testantur. Multo tutius autem hoc Evangelium in testimonium adhiberi potest, ex quo in Birchii Auctario codic. apocr. N. T. Fabric. Havniæ 1804, 8, textus Græcus antea ignotus, multumque a versione Latina apud Fabricium diversus, prodiit.

Maluissemus quidem, virum doctissimum nobisque charissimum a consilio suo, de edendo Eusebio et ex Evangelio Nicodemi illustrando, non abstinuisse. Cum tamen sine dubio multis aliis iisque A gravissimis negotiis impeditus fuerit quominus hisce desideriis satisfacere posset, nos quidem nostri officii esse putavimus, quantum id fieri posset, ad hanc harmoniam attendere et in singulis locis, ubi Emesenus cum Nicodemi Evangelio concordare et ex eo hausisse videtur, data opera adnotare. In quo quidem negotio nil magis dolemus, quam quod nobis non liceat comparare novam hujus apocryphi editionem, quam promisit V. V. J. C. Thilo, Theologus apud Halenses præstantissimus, in Notitia uber. novæ codic. apocr. Fabric. editionis, quæ præmissa est Actis sancti Thomæ apostoli, etc. 1823, 8, ab ipso in lucem editis. Jam ex eo, quod vir doctissimus et subacutissimi ingenii critici inde a p. XXX—LII de Evangelio Nicodemi, B Actis Pilati, aliisque confinis argumenti opusculis disputavit, optime poterit intelligi, quantum ab hac nova editione sit exspectandum. Summo igitur desiderio eam expetentes, id solum apponimus, quod auctor p. XLVI-XLVII, de hoc Evangelio Judaizante monuit: « Sane nobis quoque, quod alii addubitant, certum videtur, archetypum libri non Hebraico, neque Latino, sed Græco sermone fuisse conscriptum; minime vero textus Græcus, qualem postea a Birchio editum habemus, sæculo quinto antiquior haberi potest, cum tot tamque indubia Græcitatis ab ævo Theodosiano fatiscentis et labentis signa præ se ferat. Itaque egregie hæc linguæ facies consentit cum temporis notatione, quo Ananias se vixisse perhibet, » etc.

C Præter textum Græcum a Birchio non satis accurate editum et accentibus destitutum, comparavimus quoque versiones, sive potius recensiones Latinas, quæ, ut inter se differunt, ita quoque a Græco sæpissime multum recedunt. Non alienum ab instituto nostro esse videtur, hoc observare, cum oratio nostra tertia singulare duplicis editionis s. recensionis præbeat exemplum.

(19) Fr. Münter: Ueber die Antiochenische Schule. In libro menstruo: *Archiv für alte und neue Kirchengeschichte von C. F. Staeudlin und H. G. Tzschirner*. I. B. I. St. p. 13-14, ubi de Eusebio Emeseno Scholæ Antiochenæ alumno disseritur additurque: « Er bediente sich der berühmten Evangelii des Nicodemus, wie ich nächstens in der Ausgabe einer oder mehrerer Homilien dieses Bischofs, die ich besorgen will, zeigen werde. » Cf. ejusdem auctoris doctissimam Dissertationem: *Probabilien zur Leidensgeschichte aus dem Evang. des Nicodemus*. Ibid. V. B. 2. St. pag. 317-354, ubi tamen Emeseni nulla fit mentio.

EUSEBII EMESENI

ORATIONES SACRÆ NUNC PRIMUM EDITÆ.

MONITUM IN SEQUENTEM ORATIONEM.

De titulo: Λόγος περὶ τῆς παρουσίας Ἰωάννου ἐν τῷ ᾅδῃ, etc. notandum eum non ab auctoris esse manu, sed a sequioris ævi editore ascriptum, ut præmissum: Τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου (20) testatur.

NOTÆ.

* E codice mss., qui in Bibliotheca Cæsar. Vindobonensi sub rubr. Codd. Theol. Gr. cod. 248, asservatur, et de quo videndus Petr. Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæsar. Vindob. ed. 1671, lib. v, p. 323 — 324, Conf. Dan. Nesselii Catal. Vindob. 1690, n. 307.

(20) Leo Allatius Diatr. de Symeonum scriptis, Paris. 1664, 4, p. 82, orationem nostram Eusebio

Desumptus esse videtur ex verbis, p. 4 · Ὁ Πρόδρομος παρεγένετο πρὸς τοὺς κατακλείστους ἐν τῷ ᾅδῃ, et quæ sequuntur : Οὕτως καὶ Ἰωάννης ὡς πρόεδρος ἔδραμεν εἰς τὸν ᾅδην λύχνος ὑπάρχων · καὶ ἐμήνυσεν τοῖς ἐκεῖσε, ὅτι ἔρχεται ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐξάξει ὑμᾶς [αὐτοὺς;] ἐκεῖθεν. Referendus quoque ad orat. 3, p. 23 : Ἐγὼ ἤκουσα τί εὐηγγελίσατο ὁ Ἰωάννης, etc. Neque male electus ; nam bene argumentum, quod in prima et principaliori orationis parte tractatur. Vox παρουσία, quantum scimus, nunquam de descensu Christi ad inferos adhibetur, ejusque loco κατάβασις, vel κάθοδος, vel κατελθεῖν εἰς τὸν ᾅδην solet poni. Joannis autem descensus dicitur παρουσία, ut actus Præcursoris annuntiantis adventum Domini a triumpho, quem Christus de inferno et diabolo reportavit, discerneretur.

Quod autem ad ipsum Joannis Baptistæ descensum ad inferos attinet, Eusebius noster nec primus nec unicus est inter Patres ecclesiasticos, qui ea de re loquitur. Ex sæc. III habemus testimonium Hippolyti De Antichr., c. 45 ; quo dicitur : Οὗτος (Ἰωάννης) προέφθασε καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ εὐαγγελίσασθαι, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Ἡρῴδου, Πρόδρομος γενόμενος ἐκεῖ, σημαίνειν μέλλων, κἀκεῖσε κατελεύσεσθαι τὸν Σωτῆρα, λυτρούμενον τὰς ἁγίων ψυχὰς ἐκ χειρὸς θανάτου. Porro apud Epiphanium Homil. in sepulcr. Christi. Opp., t II, p. 268, ed. Petav. legimus : Ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ πολὺς Ἰωάννης, ὁ μείζων πάντων τῶν προφητῶν, ὡς ἐν τῇ σκοτεινῇ μήτρᾳ Χριστὸν προκηρύττων τοῖς ἐν ᾅδῃ ἅπασιν, ὁ διττὸς Πρόδρομος καὶ κήρυξ ζώντων καὶ νεκρῶν · ὁ ἐκ φυλακῆς Ἡρῴδου τῇ πανδήμῳ φυλακῇ παραπεμφθεὶς τοῦ ᾅδου [ὅθεν] τῶν ἀπ' αἰῶνος δικαίων τε καὶ ἁδίκων κεκοιμημένων. Idem multi ex scriptoribus Græcis sequioris ævi repetunt, teste Nicephoro Callisto, Hist. eccl, lib. I, c. 31 et Leone Allatio De libris ecclesiast. Græc., p. 304. Ex Chrysostomo (hom. 38 in Matth.) et Theophylacto (Commentar. ad Matth. XI, 2 probasse : quod tamen uterque ἀνόητον dicit, quia Joannes, prophetis superior, non ignorare potuerit τὴν σταύρωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν εἰς ᾅδην κάθοδον. Quæ quidem ratio non multum valebit, ubi de συγκαταβάσει cogitaveris, quam Noster in sua narratione statuit. Affert quoque nec improbat hanc interpretationem Hieronymus (Epist. ad Algas. et Commentar. in Matth. XI) ; dicit enim : « Joannes mittebat discipulos suos in vinculis constitutus, ut sibi quærens illis disceret. Quod autem dicit : *Tune es, qui venturus est, an alium exspectemus?* Hunc quoque sensum habere potest : Scio quod ipse sis, qui tollere venisti peccata mundi ; sed quia ad inferos descensurus sum, hoc interrogo, utrum et illuc ipse descendas, an impium sit, hoc de Filio Dei credere, aliumque missurus sis? Hoc autem scire desidero, ut qui te in terris hominibus nuntiavi, etiam inferis nuntiem, si forte venturus es? » Hanc interpretationem et Noster in tota hac oratione supponit.

Quod si autem hæc et alia Patrum testimonia mittamus, hoc certissimum est, in Evangelio Nicodemi simillimam vel potius eamdem legi historiam. In textu quidem Græco, tum ex codice Paris. tum Palatino-Vaticano (apud Birchium in Auctor. Fasc. I, p. 109-111), pauca et imperfecta narrantur. In cod. Palat. Vatic. deest historia ; sed totus locus : Ἔρχεται ὁ μονογενὴς Υἱὸς Θεοῦ ὧδε — — — — γενέσθαι ἀδύνατον, nemini quam Joanni, quem etiam N. T. tanquam κήρυκα τῆς μετανοίας laudat, tribui potest. In altero codice omissum est τὸ κήρυγμα · sed pergit historia : Τοῦ Ἰωάννου τοίνυν διδάσκοντος οὕτως ἐν τῷ ᾅδῃ, ἀκούσας καὶ ὁ πρωτόπλαστος καὶ προπάτωρ Ἀδὰμ, λέγει πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Σήθ, etc.

Sed longe prolixior atque exornatior est narratio, quam exhibet versio, sive potius recensio (ut utamur hoc termino technico a recentioribus prolato) Latina, apud Fabricium aliosque editores. In illa (c. XVIII) exponunt Charinus et Lenthius (duumviri, quos ex inferno liberaverat Christus, ut testes sint in terra de iis quæ Christus apud inferos fecerit), quod Simeon primus fuerit, qui Adamo, prophetis et sanctis in inferno detentis adventum Christi et liberationem e carcere annuntiaverit (21). Hunc sequitur Joannes, de quo Pseudo-Nicodemus hæc exponit : « Et posthæc supervenit quasi Eremitula (22), et interrogatur ab omnibus : Quis es tu? Quibus respondens dixit : Ego sum vox clamantis in deserto, Joannes Baptista et propheta Altissimi, præiens [al. prævius] ante faciem adventus ejus præparare vias ejus, ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum illorum. Et ego Joannes videns Jesum venientem ad me, compulsus sum a Spiritu sancto et dixi : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi!* Et baptizavi eum in flumine Jordanis et vidi Spiritum sanctum descendentem super eum in specie columbæ. Et audivi vocem de cœlo dicentem : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite!* Et nunc præviante me ante faciem ejus, descendi annuntiare vobis, quia in proximo visitabit [male, *visitavit*] nos ipse Filius [ejus] Dei oriens ex alto veniens ad nos sedentes in tenebris et in umbra mortis. »

Nemo non videt, œconomiam orationis nostræ, qua Joannes apud inferos præco Christi mox adventuri sistitur, ad hanc compositam esse narrationem. In eo tamen differt quod omnis ille de Adamo ejusque filio Setho (revelationem Michaelis archangeli tradente) μύθος in c. XIX expositus, a Nostro sit omissus. An vero ex consulto omiserit, an in libro, quem secutus est, non invenerit, ita ut narratio illa de Adamo sæc. V sit adjecta (23), de liquido non constat et in utramque partem de hac re posset disputari. Nam

NOTÆ.

Alexandrino tribuit, auctoritate Symeonis Metaphrast. Fieri id poterat vel personæ permutatione, vel ideo, quod Eusebius noster, ob studia philosophica Alexandriæ absoluta, *Alexandrinus* diceretur. Utcunque sit, orationem nostram innuit, licet titulus paulo discrepet. Ita enim exhibetur : Ἀναγκαῖόν ἐστι πάλιν σήμερον τῷ πρωῒ τοῦ λόγου περὶ τῆς παρουσίας Ἰωάννου εἰς τὸν ᾅδην.

(21) Plures apud Græcos fuisse, qui Simeonis præconium de Christo apud inferos docuerint, ex J. A. Dietelmaieri, Histor. dogmat. de descensu Chr. ad inferos lit. edit. 2, 1762, 8, p. 159, 160, disci potest.

(22) Alia lectio, *Eremicola* vel *Hermicola*, eumdem præbet sensum. Antiquissimum cæterum et commune est dogma, animas mortuorum in Hade non plane corporis esse expertes, sed eas, ut Irenæus et Tertullianus docent, post mortem *characterem* (figuram) *corporis retinere et forma gaudere humana*, ita ut agnosci possint.

(23) In editione Latina c. XXII, leguntur verba : *Quis es tu, qui illos, qui originali peccato astricti tenentur, absolvis captivos et in libertatem pristinam revocas?* Desunt hæc in textu Græco ; et jam G. L. Brunnius (Disquisit. hist. crit. de Evang. Nicod. p. 75, 76), cui textus Græcus nondum erat notus, judicat, hunc locum a Latinis esse corruptum, cum doctrina de peccato originali ante Augustinum nondum fuerit introducta, et a Græcis non recepta. Quod quidem de termino technico et doctrinæ forma concedi potest, neutiquam tamen de materia. Nam si in persona Adami captivitas apud inferos pro effectu peccati Adamitici est habenda, ut dicit Brunnius, quid in prophetis et sanctis ista captivitas aliud erit, quam effectus ejusdem peccati? Auctor Adamus peccati et mortis, quæ a Paulo apostolo τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας (Rom. VI, 23) dicitur : omnes igitur ac singuli, qui moriuntur, pœ-

traditio de Adami liberatione ex inferno, per Christum mortis et diaboli victorem, satis nota est, ut ex Epiphan. orat in sepulc. Chr. Opp., t. II, p. 273, aliisque testimoniis patet. Noster igitur ex aliis quoque fontibus, quam ex Evangelio Nicodemi, haurire potuisset, quod tamen, ut in aprico est, non hausit; nam Adami nulla prorsus apud illum mentio facta est. Simpliciter de omnibus loquitur τοῖς καταχλείστοις ἐν τῷ ᾅδῃ, et deinde prophetarum V. T. præcipuorum excitat testimonia de persona Jesu Christi.

Præconium autem Joannis vocatur εὐαγγελισμός, vocabulum idem significans quod διδασκαλία in Evangelio Nicodemi, secundum textum Græcum, c. XIX. Neque differt ab Εὐαγγέλιον (e. gr. Galat. I, 6, 7, 8), nisi in eo quod scriptores ecclesiastici rarius eo utantur, illudque tanquam exquisitius et sanctius quoddam vocabulum apostolis Christi quasi reservent. Quamvis igitur, p. 7, et infra, p. 23; coll., p. 29, de Joanne dictum sit: Περὶ οὗ νῦν εὐηγγελίσατο αὐτοῖς, lætissima tamen jamjam instantis liberationis annuntiatio non Εὐαγγέλιον (ut in N. T.), sed εὐαγγελισμὸς dicitur (24).

In Evangelio Nicodemi, ut supra allatum, ipse Joannis εὐαγγελισμὸς exhibetur. Hunc vero Noster omittit; nam verba p. 4: Καὶ ἐμήνυσεν τοῖς ἐκεῖσε, ὅτι ἔρχεται ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐξάξει αὐτοὺς (vel ὑμᾶς), summam quidem et materiam præconii indicat, sed non ipsam formam, qua loquendo usus fuerit, exprimunt. Examen potius instituit cum prophetis singulosque provocat, ut sua de Jesu Christi persona et fatis proferant et repetant vaticinia. Hoc non ita intelligendum, ac si Joannes rerum futurarum ignarus τὴν προφητείαν καὶ οἰκονομίαν non intellexerit; sed sistitur tanquam doctor quasi Socraticus, qui quæstionibus propositis discipulis vel auditoribus occasionem præbet profereudi id, quod in animo et pectore habent. Prophetæ a Nostro excitati ex concessis et confessis loquuntur, eorumque vaticinia nullo alio allegantur consilio, quam ut confirmetur sententia apostolica· Προφητεία γραφῆς ἰδίας οὐ γίνεται ἐπιλύσεως (*II Petr.* I, 20).

Testimonia autem prophetarum V. T. (Davidis, Isaiæ, Jeremiæ, Oseæ, Michææ et Zachariæ) simpliciter et nulla addita interpretatione excitantur. Ex quo videmus auctorem non singulis locis et phrasibus tenaciter inhæsisse, sed universalem λόγον προφητικὸν spectasse. Confirmatur eo judicium Hieronymi a nobis jam supra laudatum, quo Eusebium *magis historiam secutum* dicit. Fingit quidem, ut p. 6 dictum est, quemlibet prophetam λεγόντα περὶ ἑκάστης οἰκονομίας, ἧς ἔμελλεν ποιεῖν ὁ Κύριος· sed omnia singulorum effata, non ordine chronologico, sed reali adducta, unum et commune efficiunt vaticinium, quo duplex Jesu Christi status depingitur. Docet itaque hoc νέφος μαρτύρων (*Hebr.* XII, 1), cum quo testium excitatio apud Epiphanium Opp., t. II, p. 268 seqq. comparanda, quam verum sit illud Apostoli effatum: Πνεῦμα Χριστοῦ ἐν αὐτοῖς, προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας (*I Petr.* I, 11, 12). Discimus præterea, quænam V. T. dicta tunc temporis pro vaticiniis Messianis sint habita; indeque historia interpretationis S. S. ex hac oratione non incommode potest illustrari.

Interrumpitur prophetarum concentus dialogo inter Ἅδην (inferorum dominum) et diabolum. Cum enim prophetæ ob lætum nuntium de liberatione ex captivitate et restitutione ad meliorem sortem lætitiam suam proderent et jubila extollerent (ἀγαλλιωμένων αὐτῶν ἐπὶ τῇ προτροπῇ, μεγαλόφρονες φλυαροῦσιν)· Hades causam et occasionem hujus lætitiæ et exsultationis quærit. Respondens diabolus paucis hanc causam historiamque Joannis Baptistæ exponit. Egregie autem pingit Noster diaboli et πανουργίαν simul et δειλίαν. Dissimulat quidem timorem; rem ita narrat, ac si parvi esset momenti; dicit enim: Μικρά τινα καὶ ἐμὲ ἐλύπησεν, cum tamen multa et magna sint mala quibus eum uterque adversarius affecit; fatetur se ab initio non sine timore fuisse (μεγάλως ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ ἐφοβήθην)· sed dum se impavidum jactat et Haden propter animi pusillitatem increpat, pavorem, quo ipse captus tenetur, ægre potest celare. Hadi et sibimetipsi persuadet, se contemnere ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον, i. e. Jesum, sed nihilominus timet et curat eum, de quo gloriatur: Οὐκέτι ἐφρόντισα περὶ τούτου, et mox: Οὐ φοβοῦμαι αὐτόν.

Hades diaboli fictionibus et fallaciis neutiquam inducitur, sed recte quid sit futurum auguratur, et πένθος, λύπην et καταγελασμὸν timet. Exsultatio prophetarum et spes victoriæ ipsi est lamentatio et cladis exspectatio. Diabolus vero inhæret suæ fictioni et sibi socioque suo persuadere pergit Jesum non esse Filium Dei, sed purum putum hominem, Filium Mariæ et Josephi, cujus natales et fata breviter recenset. Confirmatus fuit in suo errore in primis facto quodam, quod ad suum libitum interpretatus erat. Narrat nimirum Matthæus in Evangelio suo c. XIV, v. 13 (coll. Matth. IV, 12; Marc. I, 14), de Jesu, postquam mors Joannis ei esset annuntiata: Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. Hoc factum igitur ita sibi effinxit, ut p. 7 expressum est: Ἀλλ' ἀκούσας περὶ τοῦ θανάτου Ἰωάννου, καὶ φοβηθείς, μὴ καὶ τοῦτον (vel αὐτὸν) ἀνέλῃ ὁ Ἡρώδης, ἔφυγεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· τότε ἔγνων, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι λοιπὸν (i. e. nihil aliud quam homo; vel λυπῶν, i. e. tristitia et pavore affectus homo), καὶ φοβεῖται τὸν θάνατον. Ita igitur ratiocinatur: Cum Jesus homo sit, humani nihil a se alienum reputans, mortemque extimescens, Filius Dei non esse potest.

Habemus hic argumentum, quo omnis hujus dramatis homiletici (25) œconomia nititur, quodque universam Christianam personat antiquitatem. Ex utraque Ecclesia plures fuerunt doctores, qui hoc argumentum tractarunt. Exempla plura invenies collecta in Guil. Münscherî, Handbuch der chr. Dogmengeschichte. th IV, p. 277 seqq.

Nec absone nec contra analogiam biblicam ita judicarunt veteres. Nam si ipsis angelis bonis mysteria incarnationis Filii Dei nonnisi revelatione divina speciali innotuerunt (de qua Petrus, *I Ep.* I, 12, scribit: Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι)· quo modo resciverint diaboli ejusque angeli, μὴ τηρήσαντες τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν (*Ep. Jud.* v. 6), tam splendidum et salutare mysterium? Nam incarnatio Filii Dei res est, de qua id valet, quod Apostolus pronuntiat: Ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν, itemque: ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν (*I Cor.* II, 8, 9). Tales autem non sunt πνεύματα ἀκάθαρτα

NOTÆ.

nam peccati Adamitici luunt. Res igitur prorsus eadem est, quam Paulus, *Rom.* V, 12 seqq. pluribus exponit.

(24) In Leonis Allatii Diatr. de Symeonum scriptis. Paris. 1664, 4, plures orationes in decollationem Prodromi laudantur. Inter has quoque, p. 83: Michaelis Pselli λόγος εἰς τὸν Εὐαγγελισμόν. Sed dubium, an non sit festum Annuntiationis, quod Græci εὐαγγελισμόν vocare solent.

(25) Ne aliquem hoc dictum offendat, sciendum est, jam apud Clement. Alex. Cohort. ad gent. 10, p. 172 (ed. Oberth.) legi: Οὔθ' ὅτε τὸ ἀνθρώπου προσωπεῖον ἀναλαβὼν, καὶ σαρκὶ ἀναπλασάμενος, τὸ σωτήριον δρᾶμα τῆς ἀνθρωπότητος ὑπεκρίνετο.

καὶ πονηρά, quibus, tanquam hostibus, abscondit Deus æterna sua consilia et decreta de promovenda hominum salute per Christum.

Ex historia evangelica luculenter apparet diabolum (qui in S. S. et doctrina ecclesiastica non Deo, sed Christo opponitur) incertum et dubium fuisse, an Christus sit Filius Dei, necne, et quid ejus nativitas et conditio humilis in hac vita sibi velit? Testatur hoc narratio de tentatione Christi, ut traditur Matth. IV, 1, 11; Marc. I, 12, 13; Luc. IV, 1, 14. Aggreditur Jesum ὁ πειράζων tanquam personam dubiam atque suspectam; vult explorare utrum Jesus sit ὁ Χριστὸς, Filius Dei, qualem se prædicabat, varioque modo eum tentat, dicendo: Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ. Supponit quidem, sed non pro certo scit, rectene supponat, vel non? Ita inter veteres plurimi historiam tentationis explicant, ut Hugo Grotius ad Matth. IV, 3, adnotavit.

Patres (ut inter multos ex Athenagor. Legat. p. 27, et Epiphan. hæres. 47 patet) semper Gnosticos et Manichæos graviter vituperarunt, quod non Christum et Belial, ut œconomia Christiana postulat, sed Deum et diabolum, ut dualismi patroni statuebant, tanquam sibi opposita considerarent. Diabolum non deum, aut dominum, sed angelum malum malique ministrum esse docent. Superant quidem diabolus ejusque angeli homines et scientia et potestate, longe tamen inferiores Deo ejusque subditi et servi; nec omniscii, nec omnipotentes, nil possunt scire atque efficere, nisi quod ipsis a Deo permittitur. Multa hujus rei Patrum habemus testimonia. Inter multa præ cæteris laudamus: Hermæ Pastor. mandat. VII, XVII, § 5; Iren. Adv. hæres. lib. V, c. 26; Orig. De princip. lib. III, c. 2; lib. I, Procem. § 5; Tertull. Apol., c. 22 seqq.; Cyprian. De zelo et liv. serm. 2 De idol. van., p. 8; Lactant. De opific. Dei c. 19, 20; Augustin. De Eccl. dogm. c. 81, adnotat. c. Faustin XXI. c. 2; De vera rel. c. 13; De civit. Dei, lib. VIII, c. 22; Gregor. M. Moral. in Job. II, c. 6; XIV, c. 14, 16, 23; Jo. Cassian. Collat. VII, c. 21, rel.

Talem et Noster pingit diabolum. Observat homines, ad eorum indolem moresque attendit, eorumque factis et verbis invigilat. Sed idem spiritui vaferrimo contingit, quod hominibus; falso supponit, male interpretatur, et perverse ratiocinatur.

I.

ORATIO DE ADVENTU ET ANNUNTIATIONE JOANNIS (BAPTISTÆ) APUD INFEROS.

—

Τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου λόγος περὶ τῆς παρουσίας Ἰωάννου ἐν τῷ ᾅδῃ καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐγκεκλεισμένων (26).

A *Beati Eusebii Emeseni de adventu Joannis in infernum, et de ibi inclusis, sermo.*

Δέσποτα, εὐλόγησον (27).

Domine, benedic.

Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστι (28) πάλιν (29) σήμερον

Necesse habemus hodie denuo inquirere quæ

EDITIO ALTERA.

Περὶ τῆς παρουσίας Ἰωάννου εἰς ᾅδην, καὶ περὶ τῶν ἐκεῖ ὄντων.

[Cod. f. 333 b.] Ἀναγκαῖόν ἐστιν πάλιν σήμερον τοῦ πρωῒ λόγου τὰ ἀκόλουθα διασαφῆσαι ἡμᾶς, καὶ

NOTÆ.

(26) Post ἐγκεκλεισμένων in codice ab eadem manu additum: Καὶ εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, quod ad sequentem Orat. II, spectat probatque, librarium utramque orationem conjungere voluisse. — Eamdem homiliam sub nomine Eusebii Alexandrini edidit Ang. Mai, *Spicileg. Rom.* tom. IX, col. 688.

(27) Post titulum p. 3, addita formula: Δέσποτα, εὐλόγησον, quæ etiam p. 15, repetita et p. 29: Εὐλόγησον, ὦ δέσποτα, expressa est. Hæc formula doxologica in Homiliis Græcis admodum frequens e. B gr. Epiphan. Opp. t. II, p. 251, p. 276, etc. Juxta Ferrarium (De concionibus vet. lib. I, c. 8, p. 42), omnes ejusmodi formulæ non ab auctoribus ipsis, sed a monachis sunt additæ; quæ tamen sententia non satis probata videtur. Nam nulla adest justa causa, cur hanc formulam, etsi non in S. S. κατὰ ῥητὸν, tamen κατὰ διάνοιαν, non præmiserint sacri oratores. Plane eadem est cum formula e S. S. desumpta et a nostris Homiletis sæpius adhibita: *O Herr hilf, o Herr, lass' alles wohlgelingen!* Alii hæc verba, pro quibus sæpius: Εὐλόγησον, κύριε, ponitur, non doxologiam, sed allocutionem oratoris ad episcopum, qua ejus benedictionem et quasi consecrationem expetat, habent. Non negamus quidem contra Ferrarium, hanc benedicendi consuetudinem, cujus etiam apud nos exstant vestigia, obtinuisse in Ecclesia antiqua (Cf. librum nostrum: *Denkwurdigkeiten aus der chr. Archæologie* t. VI, p. 357-362); sed negamus, vocabulum δέσποτα et κύριε hunc habere sensum. Pugnaret hoc cum perpetuo usu loquendi Ecclesiæ antiquæ, quo utrumque vocabulum non nisi de Deo vel Christo adhibetur. Si de episcopo accipiendum, non κύριε, sed πάτερ (addito etiam ἅγιε, vel μακάριε) fuisset ponendum. Nostrum: Δέσποτα, εὐλόγησον, idem sibi vult quam doxologia: εὐλογητὸς ὁ Θεός, de cujus usu videndus Chrysostom. Hom. post redit. t. V, p. 912, ed. Francof.

(28) Formula alloquendi auditores in nostra oratione deest; in aliis autem est simplex illa et biblica: ἀγαπητοὶ, vel υἱέ μου ἀγαπητέ, collective pro υἱοὶ ἀγαπητοί, non minus biblica, qua etiam Latini utuntur: *Dilectissimi, filii mei dilecti*, etc. Doctor Christianus est πατὴρ, omnes suos auditores tanquam υἱούς, i. e. discipulos filiosque, habens. In eo differunt concionatores sacri ab oratoribus profanis, qui sermones suos ad *auditores* dirigunt, et haud raro epitheta ornantia, *spectatissimi, splendidissimi*, et his similia addere solent. Rarissime doctores Christiani ab hac simplicitate et dignitate ecclesiastica et pastorali recesserunt.

(29) *Πάλιν σήμερον ἐρευνῆσαι.* Illud πάλιν vel anniversariam solemnitatem recurrentem, vel commemorationem combinatam et copulatam indicat. Ejusmodi combinationes pluribus diebus, in primis Septimanæ magnæ, fuisse in usu, multa testantur exempla, de quibus exposuimus in libro: *Denkwur-*

Præcursor in inferno nuntiaverit et quid ibi eum interrogaverint.

Cum suos ad Dominum misisset discipulos ut ab eo expressius quærerent : *Tu es qui venturus est, an alium exspectamus*[1] ? illique reversi responsum retulissent, ecce mittens Herodes decollavit Joannem in carcere. Impleto igitur Præcursor suo cursu venit ad inclusos in inferno : qui lucernæ viso splendore, eum inde agnoverunt, ac de Sole justitiæ cœperunt interrogare ; quique Joannem viderunt mundi lucernam, ipsis magna fuit inde consolatio : Solem namque justitiæ appropinquare cognoverunt ; sicut enim, peracta jam nocte primumque diei albescente luce, præit lucifer solis adventum indicans ; ita quoque Joannes, quippe

[1] Matth. xi, 3.

ἐρευνῆσαι (30) καὶ γνῶναι, ποταπὸς ὁ εὐαγγελισμὸς τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ τί ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπερώτησαν αὐτόν.

Ἀποστείλαντος αὐτοῦ τοὺς μαθητὰς πρὸς τὸν Κύριον μαθεῖν τὴν ἀκρίβειαν τό, *Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν ;* καὶ ἐλθόντων αὐτῶν καὶ κομισάντων τὴν ἀπόκρισιν, ἰδοὺ Ἡρῴδης πέμψας ἀπεκεφάλισεν τὸν Ἰωάννην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Καὶ πληρώσας τὸν δρόμον ὁ Πρόδρομος, παρεγένετο πρὸς τοὺς κατακλείστους ἐν τῷ ᾅδῃ. Καὶ θεασάμενοι αὐτοῦ τὴν αὐγὴν τοῦ λύχνου ἐγνώρισαν αὐτόν· καὶ ἤρξαντο περὶ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης (31) ἐρωτᾷν αὐτὸν, εἰ ὃ ἂν εἶδεν (32) τὸν λύχνον τοῦ κόσμου Ἰωάννην, καὶ παραμυθία αὐτοῖς γέγονεν. Ἔγνωσαν γὰρ, ὅτι καὶ ἡ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης παρουσία ἐγγύς ἐστι. Ὥσπερ γὰρ τῆς νυκτὸς

EDITIO ALTERA.

ἰδεῖν ποταπὸς ὁ εὐαγγελισμὸς τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ τί ἐπερώτησαν αὐτόν. Ἀποστείλαντος αὐτοῦ πρὸς τὸν Κύριον τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ μαθεῖν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ, *Σὺ εἶ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν ;* καὶ ἐλθόντων αὐτῶν καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἐνεγκάντων, ὁ Ἡρῴδης πέμψας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην. Καὶ πληρώσας τὸν δρόμον ὁ Πρόδρομος τοῦ Κυρίου παρεγένετο πρὸς τοὺς κατακλεισμένους ἐν τῷ ᾅδῃ· καὶ ἰδόντες τὴν αὐγὴν τοῦ λύχνου ἐγνώρισαν αὐτὸν, καὶ ἤρξαντο ἐπερωτᾷν αὐτὸν περὶ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης· ἰδὸν γὰρ τὸν λύχνον τοῦ κόσμου Ἰωάννην, καὶ παραμυθία αὐτοῖς ἐγένετο τοῦ λύχνου τὸ φέγγος· ἰδὸν τὸν λύχνον, καὶ εὐθυμοι ἐγένοντο πάντες· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι καὶ ἡ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης παρουσία ἐγγύς ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ τῆς νυκτὸς παρελθούσης, καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιγινομέ-

NOTÆ.

digkeiten aus der chr. Archæologie, t. II, p. 34 seqq. p. 302 seqq. Solemnitates et commemorationes feriæ v, ut supra dictum est, erant propriæ : 1. Proditio Judæ. 2. Pediluvium. 3. Eucharistia. In Ecclesia antiquissima rarius de sacra cœna, quam de proditione Judæ actum est (*a*).

Nostrum σήμερον igitur sine dubio feriam v, sive ut nunc vocatur : *diem viridium* significat. Quod si hoc admittere nolis, in feria iv (die Mercurii) subsistendum erit. Tunc vero oratio, quæ sequitur, de proditione, pertinet ad feriam v, in cujus fine p. 14, dictum est : Αὔριον ἀκούσωμεν καὶ περὶ ἐκείνης τῆς ὑποθέσεως. Illa vero continuatio, quæ in postero die promittitur et oratione p. 15 seqq. exhibetur habita est τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ, i. e. feria vi Septimanæ magnæ.

Si fides habenda testimonio jam supra ex Leonis Allatii Diatr. de Symeonum scriptis p. 82, allato, verba : Ἀναγκαῖόν ἐστι πάλιν σήμερον τῷ πρωΐ τοῦ λόγου, etc., indicant diei tempus quo habita fuerit oratio ; nimirum in *conventu matutino*. Tunc oratio de proditione Judæ habita est in *conventu pomeridiano* vel *vespertino*, eamque excepit altero die (αὔριον), i. e. die Parasceves tertia : λόγος εἰς τὸν Διάβολον καὶ εἰς τὸν Ἅδην, etc. Ut in Ecclesia antiqua nulla oratio sacra absque textu S. S. habita est, ita quoque nostra lectionem biblicam, textus loco, supponit. Hæc autem lectio est vel Matth. xi, 1 seqq. vel Matth. xiv, 1-13. Verbum quoque ἐρευνᾶν, quod adhibet Eusebius, non solum in loco biblico Joan. v, 39, sed etiam a scriptoribus ecclesiasticis semper de interpretatione et accommodatione S. S. dicitur. Habet autem, secundum Athanasium et Theophylactum hanc emphasin : ἐρευνᾶν εἰπὼν τὴν ἐπιμελῆ καὶ νηφάλιον τῶν κεκρυμμένων ἐξέτασιν. Cum quo consentit Chrysost. Hom. XII. in Joan. : Οὐκ ἀγνοίας, ἀλλ' ἀκριβοῦς γνώσεως τὸ ἐρευνᾶν ἐνδεικτικόν.

(30) Male ἐρευνᾶσαι apud Lambecium.

(31) *Περὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης.* Totus locus referendus ad Joan. i, 7-9, et I Petr. i, 19. Comparatur Joannes ὁ Πρόδρομος cum aurora, vel potius cum Lucifero (ἑωσφόρος ἀστήρ), solis nuntio. Metaphora autem ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης desumpta est ex Malach. iv, 2, (text. Hebr. iii, 20) : Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου Ἥλιος δικαιοσύνης, quem locum veteres pro vaticinio de Christo ejusque præcursore Elia (sub quo Joannes Baptista latuit, cf. Matth. xi, 14) habuerunt. De creberrimo hujus metaphoræ usu apud Patres Græcos et Latinos vid. Suiceri Thes. eccles. t. II, pag. 1319-21. Addimus locum ex Clement. Alex. Cohort. ad gent. Opp. t. I, p. 178, ed. Oberth. a Suicero quidem laudatum, sed non integre appositum. Dicit autem de Christo : Χαῖρε, φῶς, ὅτι φῶς ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ, τοῖς ἐν σκότει κατορωρυγμένοις, καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου κατακεκλεισμένοις ἐξέλαμψεν, ἡλίου καθαριώτερον, ζωῆς τῆς ἐνταῦθα γλυκύτερον· τὸ φῶς ἐκεῖνο, ζωή ἐστιν ἄϊδιος· καὶ ὅσα μετέλληφεν αὐτοῦ, ζῇ· ἡ νὺξ δὲ, εὐλαβεῖται τὸ φῶς· καὶ δύνουσα διὰ τὸν φόβον, παραχωρεῖ τῇ ἡμέρᾳ Κυρίου. Τὰ πάντα φῶς ἀκοίμητον γέγονεν, καὶ ἡ δύσις ἀνατολὴ πεπίστευκεν. Τοῦτο ἡ κτίσις ἡ καινὴ βεβούληται· ὁ γὰρ τὰ πάντα καθιππεύων δικαιοσύνης Ἥλιος, ἐπίσης περιπολεῖ τὴν ἀνθρωπότητα, τὸν Πατέρα μιμούμενος, ὃς ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ, καὶ καταψεκάζει τὴν δρόσον τῆς ἀληθείας· οὗτος τὴν δύσιν εἰς ἀνατολὴν μετήγαγεν, καὶ τὸν θάνατον εἰς ζωὴν ἀνεσταύρωσεν.

(32) Ita legendum putavi, cum scriptio codicis, οἶδαν nullum præbeat sensum.

(*a*) Tempore adhuc Chrysostomi ἡ προδοσία τοῦ Ἰούδα thema hujus diei erat principale. Cf Chrysost. Opp. t. II, p. 376, p. 720, ed. Montf. In Leonis Allatii Dissert. de Domin. et hebdomad. Græc. edit. Colon. 1648, 4, p. 1447 ; ex Isidoro Pelusiota relatum est : Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ οἱ τὰ πάντα καλῶς διαταξάμενοι θεῖοι Πατέρες ἀληλοδιαδόχως ἔκ τε τῶν θείων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων Εὐαγγελίων παραδεδώκασιν ἡμῖν τέσσαρά τινα ἑορτάζειν· τὸν ἱερὸν νιπτῆρα, τὸ μυστικὸν δεῖπνον, τὴν παράδοσιν δηλαδὴ τῶν καθ' ἡμᾶς φρικτῶν μυστηρίων, τὴν ὑπερφυᾶ προσευχὴν, καὶ τὴν παραδοσίαν αὐτήν.

πληρωθείσης καὶ τῆς ἡμέρας αὐγῆς (33) ἀρχομένης, προτρέχει ἑωσφόρος ἀστὴρ μηνύων τὴν τοῦ ἡλίου παρουσίαν· οὕτως καὶ Ἰωάννης ὡς πρόεδρος ἔδραμεν εἰς τὸν ᾅδην λύχνος ὑπάρχων· καὶ ἐμήνυσεν τοῖς ἐκεῖσε, ὅτι ἔρχεται ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐξάξει ὑμᾶς [vel αὐτοὺς] ἐκεῖθεν. Τότε ἀκούσαντες οἱ ἐν τῷ ᾅδῃ προέδραμον τῷ Ἰωάννῃ λέγοντες· Παραγίνεται ὁ Κύριος ἐνταῦθα· πολὺς γὰρ ἀπελπισμὸς κατέχει ἡμᾶς. Εἰ ἄρα ἔρχεται λοιπὸν καὶ ἀπαλλάττει ἡμᾶς τῆς θλίψεως ταύτης, ἐπληρώθησαν τὰ προφητευθέντα εἰς αὐτόν.

A lucerna, prior descendit in infernum, ibi prænuntiaturus quia venit Sol justitiæ et vos hinc educet: Quibus auditis, ad Joannem concurrere omnes et dicere: Ecce adest Dominus, magna quidem tenet nos desperatio; sed si tandem venit et nos ex hac tribulatione expedit, jam impleta sunt de eo prænuntiata.

Ἀποκριθεὶς ὁ Ἰωάννης ἐπηρώτα τοὺς προφήτας λέγων· Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀπαγγείλατε, τί ἕκαστος ὑμῶν προεφήτευσεν περὶ τοῦ Κυρίου, ἵνα καὶ οἱ ἐν τῷ ᾅδῃ ἀκούσαντες εὔθυμοι γίνωνται.

Respondens Joannes interrogavit prophetas: Renuntiate, quæso, mihi quæ vestrum unusquisque de Domino prophetaverit, quod audientes qui sunt in inferno bona spe erigantur.

Ἐπειδὴ οὖν κακὸς θάνατος ὁ ἐκ τοῦ σχοινίου πάρεστί σοι· καὶ οὐδὲ τὸ ἥμισυ τῶν ἐτῶν σου συγχωρεῖ σοι ζῆν (60)· *Ἄνδρες γὰρ αἱμάτων καὶ δολιότητος*

EDITIO ALTERA.

σὲ κοινωνὸν ἐποίησεν. Καὶ ὅτε ἐπεριεζώσατο τὸ λέντιον, καὶ ἔνιψεν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ τοὺς σοὺς πόδας ὁμοίως τῶν ἐκείνων ἔνιψεν· οὐδενός σε τῶν ἀγαθῶν ὑστέρησεν, καὶ διὰ τί ἄρτι παραδίδως αὐτόν; εἰπέ μοι· οὐχὶ ὅτε ἔγνωσαν πάντες οἱ ἀπόστολοι λοιπὸν ὅτι σὺ παρεδίδους αὐτὸν, ἐπετίμων σοι λέγοντες, Ἄπελθε ἀφ' ἡμῶν, παράνομε; Ὁ δὲ Κύριος σπλαγχνιζόμενος ἐπὶ σοὶ εἶπεν· Ἄφετε αὐτὸν ἔτι τὸ σήμερον μεθ' ἡμῶν εἶναι; Οὐκ ἀπώλεσέν σε, οὐκ εἶπεν, Ἄπελθε ἀπ' ἐμοῦ, προδότα δόλιε, πλεονέκτα, ὅτι οὐκ εἶ ἄξιος φαγεῖν καὶ πιεῖν μετ' ἐμοῦ, καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι οὐκ οἶδέ σου τὸν δόλον καὶ ἐποίησέν σε δειπνῆσαι μεθ' ἑαυτοῦ. Καὶ πάλιν ἐπ' αὐτῆς τῆς τραπέζης φησὶν, *Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ τὴν χεῖρα εἰς τὸ τρυβλίον, ἐκεῖνός με παραδώσει*[31*]. Καὶ οὐκ εἶπέν σοι· Ἔγειραι ἐκ τῆς τραπέζης μου, προδότα· οὐδέν σοι κακὸν ἀνταπέδωκεν· ἀλλὰ σὺ ἐκ τῆς προαιρέσεως τοῦτο ἐσκέψω, ἐπὶ τῆς τραπέζης ὑπῆρχες, καὶ ἡ χεὶρ σου τοῦ ἄρτου ἐκοινώνει, καὶ ἡ ψυχή σου τῇ τιμῇ αὐτοῦ συνεφώνει. Ὦ Ἰούδα, πεποίηκας τοῦτο, καὶ νῦν ἐχθρὸς τοῦ Κυρίου εἶ, καὶ προδίδως αὐτόν. Οὐκ ἦν σοι καλὸν τὸ πραττόμενον· σὺ δὲ, ὃν ὡς ἑαυτὸν ἠγάπα, καὶ ὁμοδίαιτον εἶχεν, καὶ συγκάθεδρον, τοιοῦτον κακὸν ἐπεχείρησας ποιῆσαι;

Οὐαί σοι, Ἰούδα, ὅτι φίλος ὑπάρχων τοῦ Κυρίου, ἀργυρίου ἐραστὴς γέγονας μᾶλλον, ταλαίπωρε, καὶ τούτου προδότης προείλου γενέσθαι. Καὶ οὐκ οἶδας ὧν ἐπεθύμησας· ἀργυρίων κληρονόμος οὐ γίνῃ διὰ τὸν δόλον σου· ἐπειδὴ ὁ κακὸς θάνατος ἐκ τοῦ σχοινίου πάρεστιν, καὶ οὐδέποτε οἶμαί σε τῶν ἐτῶν σου συγχωρίζειν· *Ἄνδρες γὰρ αἱμάτων, καὶ δολιότητος οὐ μὴ μεσεύσουσιν τὰς ἡμέρας αὐτῶν*[31**]. Καὶ οὐκ

[31.30] Psal. LIV, 13. [31] Psal. XXXX, 10. [31*] Matth. XXVI, 23. [31**] Psal. LIV, 24.

NOTÆ.

(59) *Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον οὐκ ἐχώρισέν σε τῆς κοινωνίας τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου.* Ex sententia igitur Eusebii Judas, cum Christus sacram institueret cœnam, præsens et δείπνου Κυριακοῦ conviva fuit. Habemus igitur novum hujus interpretationis testem, quam etiam Chrysostomus defendit. Is enim l. c. p. 414, disertis et cum Nostro consentientibus dicit verbis: Καὶ παρῆν Ἰούδας, καὶ μετεῖχε τῆς ἱερᾶς τραπέζης· ὥπερ γὰρ τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τῶν ἄλλων ἔνιψε μαθητῶν, οὕτω καὶ ἱερᾶς μετέσχε τραπέζης, ἵνα μηδεμίαν ἀπολογίας ἔχῃ πρόφασιν, ἐὰν ἐπιμείνῃ τῇ πονηρίᾳ. Constat autem, multos jam Patres præeunte auctore Constitut. Apostol. lib. v, c. 14, Hilario aliisque auctoribus, ex Joan. XIII, 30, hoc negasse, multumque omni tempore in utramque partem de hac re disputatum esse. Cf. Hoornbeckii Miscell. sacr. lib, I, c. 19; Jo. Fr. Hebenstreit, Dissertat de Juda Ἰσκαριώτῃ p. 18 seqq.; J. A. Stark, Geschichte der christlichen Kirche im ersten Jahrhundert. Th. II, pag. 205-211. Singularis præterea est hypothesis, quæ legitur apud Theophylactum in Pass. Domin. in Combefisii Bibl. Patr. concionator. t. III, p. 566, ubi dicitur: « Judas enim *panem* accepit, et non comedit, sed occultavit, ut monstraret Judæis, quod panem corpus suum vocaret Jesus; *poculum* autem invitus bibit, cum non posset occultare. » Ab ejusmodi conjecturis Noster est immunis.

(60) *Οὐδὲ τὸ ἥμισυ τῶν ἐτῶν σου συγχωρεῖ σοι ζῆν.* Non urgenda sunt hæc verba, quibus, ut videtur, hoc solummodo dicere voluit auctor: Judam, vitæ termino nondum expleto, præmatura, voluntaria et violenta morte periisse. Nam etsi veteres multum disputaverint de Judæ Iscariotis vita fatisque, de quo videndi sunt libri singulares a J. F. Gronovio, Jac. Perizonio, G. H. Gœtzio, Jo. Fr. Hebenstreitio aliisque conscripti, nullam tamen disquisitionem de ejus ætate et anno vitæ, quo perierit, invenimus. Fortasse τὸ ἥμισυ τῶν ἐτῶν, ortum esse poterit ex sinistra interpretatione verborum Act. I, 18: Πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε (vel, ut Zonaras in Lexic. t. I, p. 691, placet: Ἐλά-

οὐ μὴ ἡμισεύσωσιν τὰς ἡμέρας αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἔγνως, ὅτι δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια τὰ βραχέα, *ἀνομία τῶν πατέρων σου οὐκ ἐξαλειφθήσεται· καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρός σου οὐκ ἐξαλειφθήσεται.* Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια, ἃ συνεφώνησας λαβεῖν, *τὴν ἐπισκοπήν σου λάβοι ἕτερος, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασίν σου οὐκ ἔσται ὁ κατοικῶν.* Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια ἐνεδύσω κατάραν ὡς ἱμάτιον. Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια πολλῶν ἀγαθῶν ξένος ἐγένου, καὶ πολλῶν κακῶν κληρονόμος· παραδείσου αἰχμάλωτος, καὶ γεέννης κληρονόμος (61). Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια μυρίων μυριάδων καὶ χιλίων χιλιάδων στρατιῶν ἀγγέλων γέγονας ἐχθρός· καὶ ἑνὸς μόνου, τοῦ διαβόλου, φίλος γέγονας. Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια τὰ τριάκοντα τοῦ ἁγίου χοροῦ τῶν ἀποστόλων ἐχωρίσθης· καὶ τοῖς δαίμοσιν συγκατηριθμήθης· καὶ τοῦ θρόνου τοῦ Δεσποτικοῦ ἀπέστης, καὶ τῷ Ταρτάρῳ παρέστης· τὴν δόξαν ἀπεδύσω, καὶ τῷ σκοινίῳ τῆς ἀγχόνης περιεβάλου. Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια τὸ φῶς τῆς ζωῆς ἀπηρνήσω, καὶ τὸ αἰώνιον σκότος ἐπόθησας. Ὦ Ἰούδα! τί πεποίηκας τοῦτο; Ἀργύριον ἔλαβες, καὶ τὸν Κύριον παρέδωκας. Ὦ Ἰούδα! τριάκοντα ἀργυρίων ἐπώλεις τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Ποιητήν; Τί ποιεῖς, Ἰούδα; πῶς αὐτὸν πωλεῖς; Εἶτα πωλεῖς κἂν γνῶθι, πῶς πωλεῖς. Εἰ ἔσχες δοῦλον τεχνίτην, πῶς οὖν αὐτὸν ἐπώλεις; Οὐκ ἐπώλεις διὰ τὴν τέχνην αὐτοῦ πλεῖον τριάκοντα χρυσίων; Καὶ τὸν ποιήσαντα τὴν ἰδίαν τέχνην ὅλον τὸν κόσμον ἐν ἓξ ἡμέραις, τριάκοντα ἀργυρίων πωλεῖς, ταλαίπωρε! πᾶσαν τὴν δημιουργίαν, ἣν ὁρᾷς, αὐτὸς ἐποίησεν ἐν ἓξ ἡμέραις.

Μετὰ δὲ τὸ ἐξελθεῖν ἐκεῖνον καὶ χωρισθῆναι τοῦ

A *suos* [33]. Nec hoc sciebas quod propter hos argenteos tam cito perituros, *injustitia patrum tuorum non delebitur et iniquitas matris tuæ non auferetur* [33a]. Propter hos argenteos quos accipere non dubitasti *episcopatum tuum accipiet alter,* [34] *et in tabernaculis tuis non erit qui inhabitet* [35]. Propter hos argenteos induisti maledictionem sicut vestimentum. Propter hos argenteos, multorum bonorum jacturam fecisti, multorum autem malorum sarcina te obruisti, paradisi exsul factus, gehennæ autem hæres. Propter hos argenteos, myriadum myriadibus et millium millibus angelicarum legionum factus es inimicus, unius autem, scilicet diaboli, amicus. Propter hos argenteos ex apostolorum choro es ejectus et cum dæmoniis communeratus: longe a throno Domini

B tui es in Tartara detrusus; gloriam tuam exuisti, et laqueum suffocationis tibi circumdedisti. Propter hos argenteos lumen vitæ repulisti et æternas tenebras exoptasti. O Juda! quare hoc fecisti? Pecunia accepta Dominum tradidisti! O Juda! triginta argenteis cœli et terræ Factorem vendidisti? Quid agis, Juda? Quo pacto eum vendis? Sed si vendis, saltem cognosce quo pacto vendas! Si tibi esset servus cujusvis artis peritus, quanti eum venderes? puto, non nisi plus quam triginta aureis, scilicet ob peritiam: et qui sua arte cœlum et terram intra sex dies fecit, eum triginta argenteis vendis, infelix! omnem tamen quam vides creaturam intra sex dies ipse fecit.

C

Postquam egressus fuerat et se ex apostolorum

EDITIO ALTERA.

οἶδας, ἄθλιε, ὅτι δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια ἐπισκοπήν σου λαμβάνει ἕτερος, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασίν σου οὐκ ἔσται ὁ κατοικῶν; Δι' ἐκεῖνα *Τὰ ἀργύρια ἐνεδύσω κατάραν ὡς ἱμάτιον, καὶ εἰσῆλθεν ὡσεὶ ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατά σου* [35a]. Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια πολλῶν ἀγαθῶν ξένος [ab ἐξέννυμι. Vel ἄξενος] ἐγένου, καὶ πολλῶν κακῶν κληρονόμος· δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια μυρίων μυριάδων στρατιῶν ἀγγέλων γέγονας ἐχθρὸς, καὶ ἑνὸς μόνου τοῦ διαβόλου φίλος. Δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια τοῦ ἁγίου χοροῦ τῶν ἀποστόλων ἐχωρίσθης, καὶ τοῖς δαίμοσι συγκατηριθμήθης· τοῦ θρόνου τοῦ Δεσποτικοῦ ἀπέστης, καὶ τῷ Ταρτάρῳ παρέστης· τὴν δόξαν ἀπεδύσω, καὶ σχοινίον τῆς ἀγχόνης περιεβάλου· δι' ἐκεῖνα τὰ ἀργύρια τὸ φῶς τῆς ζωῆς ἀπηρνήσω, καὶ τὸ αἰώνιον σκότος ἐπόθησας· *Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; καὶ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια.* Ὦ Ἰούδα, τί ἐποίησας τοῦτο; ἀργύριον ἔλαβες, καὶ τὸν Κύριον παρέδωκας; Ὦ Ἰούδα, τριάκοντα ἀργυρίων πωλεῖς τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητήν; Ἀνάστρεπτα τὰ πράγματα. Ὁ δοῦλος Δεσπότην πωλεῖ, τὸ πλάσμα κατὰ τοῦ πλάσαντος δόλον μελετᾷ· ὁ δοῦλος κατὰ τοῦ Δεσπότου σφαγὴν ἐπινοήσας, προδίδωσιν. *Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; καὶ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια.*

Μετὰ δὲ τὸ ἐξελθεῖν ἐκεῖνον καὶ χωρισθῆναι τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ καὶ τῆς δόξης τῆς Δεσποτικῆς τῆς

[33] Psal. CVIII, 14. [34] Psal. CIX, 8. [35] Psal. LXIX, 26. [35a] Psal. CVIII, 18.

NOTÆ.

κισε μέσος· ἀντὶ τοῦ ἐσχίσθη· ἐλάκησε δὲ ἀντὶ τοῦ ἐβόησε καὶ ἐφώνησεν) μέσος. Cæterum verba ex psal. LV (al. LIV), 24, allegata non stricte sunt accipienda, sed eumdem habent sensum, ut dictum Prov. x, 7.

(61) *Παραδείσου αἰχμάλωτος, καὶ γεέννης κληρονόμος.* De sententia nullum dubium. Eamdem profert Chrysostomus Comment. in Matth. hom. 27, Commentar. ed. Francof. t. I, p. 326 dicendo: Καὶ γὰρ ὁ Ἰούδας υἱὸς βασιλείας ἦν· καὶ ἤκουσε μετὰ τῶν μαθητῶν Ἐπὶ δώδεκα θρόνους καθεῖσθε, ἄλλα γέγονεν υἱὸς γεέννης. Sed vox αἰχμάλωτος offendit, cum sensu malo de privatione libertatis dici soleat, quod hic locum habere non potest. Agnoscunt tamen Chrysostomus in psal. CXXVI, et Œcumenius in Epist. ad Ephes. p. 633: Τὴν καλὴν καὶ συμφέρουσαν αἰχμαλωσίαν, et de ea Paulum Ap. II Cor. x, 5, locutum esse putant. Hoc quoque sensu exponit *Zonaras* in Lexic. t. I, p. 95: Αἰχμαλωτίζοντες· ἀντὶ τοῦ αἰχμαλώτους ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος λαμβάνοντες, ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν. Et hæc *bona* est in paradiso *captivitas*, ad quam destinatus erat et Judas, nisi sua propria culpa

D factus esset socius et filius gehennæ.

choro sejunxerat, et gloria cœlesti se abdicaverat, tunc cœpit Jesus contristari et mœstus esse, et dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem* [36]; non quod mortem timeret, sed quod de Judæ ruina contristaretur; namque super miseram ejus animam flebat, et mœstus erat quia periret. Arbitratus est autem Diabolus eum ideo tristem esse quia mortem timeret, et exinde crucem sistere festinavit. O viscera Domini! super proditorem flebat; mortem enim timere non poterat, ut pote immortalis; non autem Christus perditionis ejus causa fuit, sed sua inexplebilis avaritia.

Nobis nunc esset dicendum de diaboli cum inferno consultatione; sed, inclinata jam die, hoc hodie omittimus, et si dignetur Deus nos adjuvare, eras de illo proposito audiemus: Christo autem gloria, honor et imperium nunc et semper et in sæcula.

A χοροῦ τοῦ ἀποστολικοῦ, καὶ τῆς δόξης τῆς Δεσποτικῆς τῆς ἐπουρανίου, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν (62), καὶ λέγει· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*· τοῦτο δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὅτι τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο· ἀλλὰ περὶ τῆς ἀπωλείας τοῦ Ἰούδα ἐλυπεῖτο· περὶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς τοῦ ἀθλίου ἐλυπεῖτο καὶ ἠδημόνει, ὅτι ἀπόλλυται. Ὁ δὲ ἄθλιος διάβολος ἐνόμισεν, ὅτι τὸν θάνατον φοβούμενος λυπεῖται· καὶ ἔσπευδεν στῆσαι τὸν σταυρόν. Ὦ σπλάγχνα Δεσπότου! ὑπὲρ τοῦ προδότου ἐλυπεῖτο· θάνατον γὰρ οὐκ ἐφοβεῖτο ὁ ἀθάνατος· ὅτι οὐχ ὁ Χριστὸς ἐγένετο αἴτιος τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ, ἀλλὰ ἰδία ἄπληστος γνώμη.

Ἔδει δὲ ἡμᾶς καὶ περὶ τῆς συμβουλίας τοῦ διαβόλου τῆς πρὸς τὸν ᾅδην εἰπεῖν· ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς B ἡμέρας ὀλίγον παραλιμπάνομεν σήμερον, καὶ εἰ ὁ Θεὸς ἀξιώσει ἡμᾶς, αὔριον ἀκούσωμεν καὶ περὶ ἐκείνης τῆς ὑποθέσεως· τῷ δὲ Χριστῷ δόξα καὶ τιμὴ καὶ κράτος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

EDITIO ALTERA.

ἐπουρανίου, ἤρξατο Ἰησοῦς λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, καὶ λέγειν· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν οὐχ ὅτι τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο, ἀλλὰ περὶ ἀπωλείας τοῦ Ἰούδα ἐλυπεῖτο· περὶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐλυπεῖτο, ὅτι ἀπώλλυτο. Ὁ δὲ ἄθλιος διάβολος ἐνόμισεν ὅτι τὸν θάνατον φοβούμενος ἐλυπεῖτο, καὶ ἔσπευδεν στῆσαι τὸν σταυρόν. Ὦ σπλάγχνα Δεσπότου ὑπὲρ προδότου ἐλυπεῖτο· θάνατον γὰρ οὐκ ἐφοβεῖτο ἀθάνατος ὤν. Δόξα Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[36] Matth. xxvi, 30.

NOTÆ.

(62) *Ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν—ἰδία ἄπληστος γνώμη.* Ex hoc loco omnis illa traditio de diaboli succusione, cui, ut jam monuimus, universa orationum nostrarum œconomia innitur, optime intelligitur. — Chrysostomus Homilia de proditione Judæ, editionis novæ tom. II, p. 373, non locum Matth. xxvi, 38, sed Joan. xiii, 21, allegat similiterque ad Jesum accommodat. Addit enim: Ὦ πόση εὐπλαγχνίατοῦ Δεσπότου, ὁ προδοθεὶς ὑπὲρ τοῦ προδόντος ἀλγεῖ, etc. Edit.

* Ex fine hujus orationis et initio sequentis (*de Diabolo et Orco*) constat duas has homilias nempe de *Proditione Judæ* et de *Diabolo et Orco* eumdem sibi vindicare auctorem vel etiam unam ac eamdem efficere homiliam. Has Eusebio Alexandrino tribuit Ang. Mai. (*Spicileg. Rom.* t. IX); Guillelmus Augusti Eusebio Emeseno eas adscribit. Homiliam vero *de Diabolo et Orco*, quam hic ponendam clamant ultima præcedentis orationis verba, jam incaute edidimus inter opera Eusebii Alexandrini, supra, col. 883. Eam ergo ibi legere est, benevole lector. Edit.

EUSEBII EMESENI
FRAGMENTA.

(*J. Christ. Guillelmus Augusti, lib. cit.*, pag. 36 sqq.)

I.

FRAGMENTA DUO DE JESU CHRISTI PERSONA (63).

FRAGMENTUM PRIMUM.

Qua de causa mortem timet? an ne quid a morte C patiatur? Quid enim illi erat mors? an non sece-

Τίνος ἕνεκα φοβεῖται τὸν θάνατον (64); μή τι παθῇ ἀπὸ τοῦ θανάτου; Τί γὰρ ἦν αὐτῷ θάνατος; οὐχὶ τὸ

NOTÆ.

(63) Theodoretus, qui dialog. 3, Opp. ed. Hal. t. IV, p. 258 seqq., hæc Emeseni fragmenta asservavit, titu-

de illusione diaboli, qua Christum merum hominem præsumens, et conjunctionem humanæ naturæ cum divina non præsagiens, pati et mori posse sibi persuaderet. Christus moritur, sed moritur humana natura; Christus Deus (mortem nec timens, nec passus) vivit et tanquam victor ad inferos descendit. En igitur idem argumentum de Deo impatibili!

(64) Cohæret aliquatenus hæc disputatio cum argumento in tribus antecedentibus orationibus exposito, ejusque antecedens (cujus consequens in orationibus tractatur) haberi potest. Ibi sermo est

ἀναχωρῆσαι τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς σαρκός; Μὴ γὰρ ἦλιον (65) ἐδέξατο ἡ δύναμις, ἵνα φοβηθῇ; Εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ ἡμῶν οὐ πάσχει τὰ τοῦ σώματος συνοῦσα, ἀλλὰ τυφλοῦται ὀφθαλμὸς, καὶ ἡ διάνοια ἔῤῥωται, καὶ κό-

A dere potentiam a carne? Non enim clavum excepit potentia, ut timeret. Si enim anima nostra non sustinet corporis passiones, licet cum eo sit, sed excæcatur oculus, et mens manet incolumis, pes

NOTÆ.

titulum libri, cujus pars fuerant, non indicat, tanquam opus autem satis notum supponit. Conjecturæ a nobis propositæ p. 97, fuisse librum De fide, qui in Assemani Bibl. Or. t. II, p. 28, citatur, non obstinate inhæremus; hoc solummodo affirmandum censemus, fuisse tractatum dogmaticum et polemicum. Suadent id verba Theodoreti p. 257, ubi de Eusebio Emeseno dicit: Μακροὺς δὲ ἀγῶνας ὑπὲρ ταύτης (i. e. doctrinam de impatibili divinitate) καὶ μάλα γε θαυμαστοὺς ἀνεδέξατο· quod certe librum ea de causa scriptum, si non postulat, neutiquam tamen excludit. Vocat quidem Theodoretus librum Eusebii, ex quo duos affert locos, λόγον, quod orationem s. homiliam indicare solet; sed etiam Actor I, et apud scriptores ecclesiasticos et profanos sæpissime *librum* significat. Si oratio fuerit, ad genus dogmaticum et polemicum erit referenda.

Judicium Theodoreti de Emeseno jam supra exposuimus. Taxat eum tanquam Arianismi patronum; nihilominus tamen in causa, ubi rectam doctrinam assecutus sit, ejus testimonium, sicuti etiam Apollinaris (s. Apollinarii), in medium proferre nullo modo dubitat.

Expressis dixerat verbis: Πρὸς ἡμᾶς αὐτὸν ἡγοῦ κεχρῆσθαι τοῖς λόγοις, quibus ejus consensum testatur. Qualis autem sit ille consensus cum Theodoreto, paucis erit docendum.

Post mortem Cyrilli Alexandrini a. 440, scripserat Theodoretus, amicus et sectator Nestorii, tunc temporis episcopus Cyri (in Syria), opus polemicum sub titulo Ἐρανιστὴς sive Πολύμορφος. In hoc opere, quod tribus Dialogis: I) Ἄτρεπτος, immutabilis, II.) Ἀσύγχυτος, inconfusus, III.) Ἀπαθὴς, impatibilis, consistit (*c*), impugnat sententiam de persona Christi eam, quæ hoc tempore in primis a doctoribus Ægyptiacis acriter defendebatur, et postea post concilium Chalcedonense doctrina *Monophysitica* dicta est. Ipse in Præfatione ad hoc opus Opp. t. IV, ed. Schulz. p. 2, dicit: Τὸ δέ γε μίαν φύσιν ἀποκαλεῖν τὴν θεότητα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐκ τῶν Ἀπολιναρίου φληνάφων (nugis) ὑφείλοντο, Πάλιν δ' αὖ, τὸ τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ προσάπτειν τὸ πάθος, ἐκ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίας κεκλόφασιν. Prudenter autem agit, quod, dum Apollinaristas et Arianos impugnat, duos ex eorum medio proferat testes, quorum dictis suam sententiam confirmat, ita, ut ex ipsis adversariorum dictis de veritate constet. Sed non minus prudenter (etsi non sincere) agit in eo, quod dialog. 5 p. 167-69, ipsum Cyrillum Alexandrinum inter testes veritatis ponat. Factum hoc in favorem amicorum Cyrilli et aulæ imperialis, quæ pacem inter Cyrilli et Nestorii asseclas restituere omni studio laborat. Poterat autem jure quodam Cyrillus inter hos testes numerari, cum variis temporibus, pro inconstantia sua, varie esset locutus. Hoc tamen dubio non caret, Theodoretum in hoc opere, licet tecto nomine, Cyrilli sententiam de natura Christi et in primis ejus formulam: Μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, et alteram illam: Θεὸς ἀπαθῶς ἔπαθε, nec

non Dioscurum, Cyrilli successorem et pedisequum, impugnasse. Vide, quæ de hac causa monuerunt VV. DD. J. Chr. Fr. Wundemann, Geschichte der christlichen Glaubenslehren vom Zeitalter des Athanasius bis Gregor. d. Gr. Th. II, p. 252 seqq. et Guil. Münscher, Handbuch der chr. Dogmengeschichte, Th. IV, p. 72 seqq. Idem recte monuit (p. 86), Theodoretum librum suum jam ante Eutychen, et specialiter contra Cyrilli formulas in Oriente magis magisque sparsas scripsisse. Idem denique ibidem judicat, non laudandum esse Theodoretum, quod Cyrillum quidem patrem orthodoxum declaravit, ejus tamen sententias, formulas loquendi et terminos technicos, quibus tantum, ut omnes sciunt, tribuendum, tanquam hæreticas atque impias reprobaverit (*d*).

In hoc igitur opere Theodoretus Emesenum secum consentientem laudat in doctrina, quam omnes omnino ecclesiæ Antiochenæ doctores uno quasi ore sunt professi. Est autem hæc doctrina nihil aliud, quam Duophysitismus antiquior, cui adhæsit quoque Nestorius, et qui Monophysitismo, in specie autem opinioni eorum, qui Theopaschitæ sunt dicti, est oppositus. Hujus igitur Duophysitismi anti-theopaschitici Ensebius noster, si non auctor (nam plures ante eum idem docuerant), tamen est defensor præcipuus, et tanquam talis a Theodoreto adductus.

Duo autem Eusebii fragmenta unum efficiunt testimonium idemque tractant argumentum. Hoc autem argumentum versatur circa thesin: Θεὸς ἀπαθὴς i. e. in Deum non cadere potest passio. Si itaque, ut profitemur, Christus est verus Deus, pati et mori non potuit; et si tamen, teste Scriptura sacra, Christus passus et mortuus est, id non divinæ suæ naturæ, sed humanæ, quæ a divina assumpta dicitur, tribuendum. Hanc sententiam fusius tractat variisque illustrat exemplis. — Exstant hæc fragmenta apud Theodoretum Dialog. III Ἀπαθής, hujusce *Patrologiæ*, t. LXXXIII, p. 311-318. Edit.

(65) Quater in duobus his fragmentis τῶν ἥλων facit mentionem. Id respicere videtur ad p. 00, εὑτρέπισα ἥλους et p. 00: Ἰδοὺ, κατεσκεύασα ἥλους. Ita autem hic utitur hac phrasi, ut quam absurda sit opinio de *patibili Deo* eo magis intelligatur. Dicit enim vel: ἦλον ἐδέξατο ἡ δύναμις (idem quod πνεῦμα i. e. natura divina τοῦ Θεανθρώπου); vel: Ἦλον πῆξον εἰς ψυχήν· vel: Οὐ δέχεται ἦλον ψυχή, etc. et causam addit p. 49: κἂν εἴπῃς μοι· Διατί; λέγω σοι. Οὕτως γὰρ ἐκτίσθη, i. e. pugnat cum ejus natura.

Cæterum in his similibusque phrasibus origo formularum et controversiarum, quæ sæculo V et VI Orientem tantopere commoverunt, quærenda est. Nam formulæ: Θεὸς ἔπαθε, Θεὸς ἐσταυρώθη, εἷς ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ἔπαθε, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, aliæque a Proclo, Xenaja Mabugensi, Petro Fullone aliisque multis introductæ aut defensæ nullo alio consilio fuerunt prolatæ, quam ut διαίρεσις aut μερισμός, quem a Nestorio introductum putabant, vitaretur.

(*c*) Notandi sunt isti termini technici tanquam præcursores eorum, quos Symbolum Chalcedonense a. 451 sancivit: Ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀθιαίρετως, ἀχωρίστως. Omnis fere controversia circa hasce formulas versabatur.

(*d*) Verba Münscheri l. e. p. 121 sunt: " Es war inconsequent, daſs ein Theodore den Cyrillus späterhin zwar als rechtgläubig anerkannte, und zugleich den Lehrsätzen und den Formeln desselben, als gefährlichen Irrthümern, sich entgegensetzte." Addimus, multo minus laudandum esse Theodoretum, quod adeo non erubesceret, anathema pronuntiare de Nestorio amico, cujus tamen sententiis inhærebat, quemque antea defendere sui officii esse putaverat.

amputatur, et non claudicat ratio : et hoc natura testatur, et Dominus confirmat dicens : « *Nolite timere eos qui corpus possunt occidere, animam autem occidere non possunt* [37]. » Si non possunt, non quia nolunt, sed quia non possunt, etsi velint, efficere ut anima ea patiatur, quæ conjunctum ipsi corpus : qui animam creavit, et corpus formavit, is eadem quæ corpus patitur, si vel maxime corporis passiones suscipit? Sed passus est Christus pro nobis, et non mentimur. Nam *Panis*, inquit, *quem ego dabo, caro mea est* [38], quam pro nobis dedit. Detentum est quod detinetur, crucifixum est quod crucifigitur. Qui vero potestatem habet inhabitandi et discedendi, dicit : « *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* [39]; » non in manus eorum qui vim afferunt ut exeat. Non sum contentiosus, sed a contentione abstineo; cum mansuetudine autem de iis quæ sunt in controversia rogare volo tanquam fratres. An non verum est quod dico, carnis passiones cadere in potentiam non potuisse? Ego itaque taceo. Dicat qui volet, quid passa sit potentia. Defecit? vide periculum. Exstincta est? vide blasphemiam. Non amplius fuit? hoc enim est mors potentiæ. Dic quid possit vincere ut pateretur, et non contendo. Si vero non possis dicere, quid mihi succenses, quia non dico? Quod non habes, non excepit. Clavum infige in animam, et in potentia recipiam. Sed compassa est. Explica mihi istud, *compassa est*, quid est *compassa est?* verbi gratia, in carnem clavus, in potentiam infixus est dolor. Hoc dicamus *compassa est*. Doluit potentia non percussa. Dolor enim passionis semper comes est. Quod si etiam corpus persæpe incolumi mente dolores contemnit propter robur cogitationis, hic exponat aliquis sine contentione, quid passum sit, quidve compassum. Quid igitur? an non pro nobis mortuus est Christus? Quomodo mortuus est? « *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* [40]. » Recessit spiritus, mansit corpus, sine spiritu mansit corpus. An ergo mortuus non est? Mortuus est pro

Ἅπτεται ποῦς, καὶ οὐ χωλεύει λογισμός· καὶ ἡ φύσις μαρτυρεῖ, καὶ ὁ Κύριος ἐπισφραγίζει, ὁ λέγων· *Μὴ φοβεῖσθε τοὺς δυναμένους ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένους ἀποκτεῖναι* (66). Εἰ τὴν ψυχὴν (67) οὐ δύνανται, οὐχ ἧ οὐ βούλονται οἱ ποιοῦντες, ἀλλ' ἧ οὐ δύνανται, κἂν θελήσωσι, παθεῖν τὰ τοῦ σώματος τοῦ συνεζευγμένου· ὁ κτίσας τὴν ψυχὴν, καὶ πλάσας τὸ σῶμα, οὗτος πάσχει τὰ τοῦ σώματος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀναδέχεται τοῦ σώματος εἰς ἑαυτὸν τὰ παθήματα; Ἀλλ' ἔπαθε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ οὐ ψευδόμεθα. Ὁ γὰρ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν (68). Ἐκρατήθη τὸ κρατούμενον, ἐσταυρώθη τὸ σταυρούμενον. Ὁ δὲ ἔχων ἐξουσίαν καὶ ἐνοικῆσαι καὶ ἀναχωρῆσαι, τόδε λέγει· *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου* (69), οὐκ εἰς χεῖρας βιαζομένων τὴν ἔξοδον. Οὐκ εἰμὶ φιλόνεικος, ἀλλὰ καὶ ἀπέχομαι φιλονεικίας· μετὰ πραότητος δὲ περὶ τῶν ἀμφιβαλλομένων βούλομαι πυθέσθαι ὡς ἀδελφῶν. Οὐκ ἀληθεύων λέγω, ὅτι ἡ δύναμις οὐκ ἠδύνατο δέξασθαι τῆς σαρκὸς τὰ παθήματα; Ἐγὼ οὖν σιωπῶ. Ὁ βουλόμενος λεγέτω, τί ἔπαθεν ἡ δύναμις. Ἐξέλιπεν; ὅρα τὸν κίνδυνον. Ἀπέσβη; ὅρα τὴν βλασφημίαν. Οὐκ ἔτι ἦν; τοῦτο γάρ ἐστι δυνάμεως θάνατος. Εἰπὲ τί δύναται κρατῆσαι, ὅτι ἔπαθε, καὶ οὐ φιλονεικῶ. Εἰ δὲ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, τί μοι ἀγανακτεῖς, ὅτι οὐ λέγω; Ὃ οὐκ ἔχεις, οὐκ ἐδέξατο. Ἦλον πῆξον εἰς ψυχὴν, καὶ δέξομαι εἰς δύναμιν. Ἀλλὰ συνέπαθεν. Ἑρμήνευσόν μοι τὸ *συνέπαθε*· τί ἐστι τὸ *συνέπαθεν*, οἷον εἰς τὴν σάρκα ἦλος, εἰς δὲ τὴν δύναμιν ὁ πόνος. Τοῦτο εἴπωμεν τὸ *συνέπαθεν*. Ἤλγησεν ἡ δύναμις ἡ μὴ τυπτομένη. Πάντως γὰρ τὸ ἄλγημα ἀκολουθεῖ τῷ παθήματι. Εἰ δὲ καὶ σῶμα πολλάκις ἐῤῥωμένης τῆς διανοίας καταφρονεῖ τῶν ἀλγημάτων διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ἐνθυμήματος, ἐνταῦθα ἑρμηνευέτω τις ἀφιλονείκως, ἢ τί ἔπαθεν, ἢ τί συνέπαθεν (70). Τί οὖν; οὐκ ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν; Πῶς ἀπέθανε; *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου.* Ἀνεχώρησε τὸ πνεῦμα (71), ἔμεινε

[37] Matth. x, 26. [38] Jean vi, 51. [39] Luc. xxiii, 46. [40] Luc. xxiii, 46.

NOTÆ.

(66) Ex Matth. x 28. (non 26, ut in edit. Schulziana citatur.) Textus autem noster habet : Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι.

(67) Schulzius l. c. observat : Hæc ponenda sunt, ut videtur, post κἂν θελήσωσι.

(68) Ex Joan. vi, 54, ubi ita leguntur : Καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.

(69) Apud Luc. xxiii, 46 expressum : Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Notandum autem, in edit. Theodoreti Roman. et Lips. etiam παραθήσομαι esse conformatum.

(70) Noster verbum συνέπαθεν (quod sine dubio ad Hebr. iv, 15 et x, 34 respicit et in usu ecclesiastico specialiori fuise videtur) ita interpretatur, ut nec divinæ nec humanæ naturæ aliquid detrahatur, utque nec hæc nec illa in redemptionis negotio fieret otiosa. Dicit enim p. 38 : Ἐπειδὴ ἀναλαβοῦσα ἡ δύναμις ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν, ὃ ἔχει δύναμις," ἀναλογίζεται τῇ σαρκί. Οὐκοῦν ἀντίστρεφον, ἃ πάσχει ἡ σάρξ, ἀναλογίζεται τῇ δυνάμει. Πῶς ἔπαθε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν; ἐνεπτύσθη, ἐτύφθη ἐπὶ κόῤῥης, περιέθηκαν στέφανον περὶ μέτωπον, ὠρύχθησαν αὐτοῦ χεῖρες καὶ πόδες. Ταῦτα πάντα παθήματα περὶ σῶμα, ἀναφέρεται δὲ ἐπὶ τὸν ἐνοικοῦντα. Bona igitur fide Emesenus subscribere potuisset Symbolo, quod post centum fere annos Patres Chalcedonenses promulgarunt. Servat enim id, quod jubet hoc symbolum : Οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζομένων ἢ διαιρουμένων, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν καὶ μονογενῆ, Θεὸν Λόγον, Κύριον, Ἰησοῦν Χριστόν. Sed bona quoque fide Theodoretus ad nostri consensum provocavit.

(71) Terminus technicus περιχώρησις, de quo semper disputarunt dogmatici, non legitur; non

τὸ σῶμα, ἄπνουν ἔμεινε τὸ σῶμα. Οὐκ ἀπέθανεν οὖν; ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν. Ὁ ποιμὴν προσήνεγκε τὸ πρόβατον, ὁ ἱερεὺς προσήνεγκε τὸ θῦμα, ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτόν· *καὶ Ὃς τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων ἔδωκεν αὐτοῦ τὸν Υἱόν* (72). Οὐκ ἀθετῶ τὰ ῥητά, ζητῶ δὲ τῶν ῥητῶν τὴν διάνοιαν. Λέγει ὁ Κύριος, ὅτι *Ὁ ἄρτος τοῦ Θεοῦ κατῆλθεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, καὶ ἑρμηνεύων, εἰ καὶ οὐ δύναμαι σαφέστερον εἰπεῖν διὰ τὰ μυστήρια, τοσοῦτον δὲ λέγει (73), ὅτι *Ἡ σάρξ μού ἐστιν*. Ἡ σὰρξ τοῦ Υἱοῦ ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν; Οὐ κατῆλθεν ἀπ' οὐρανοῦ. Πῶς οὖν λέγει, *Ὁ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ζῇ, καὶ καταβέβηκεν ἐκ τῶν οὐρανῶν*, καὶ ἑρμηνεύων; Ἐπειδὴ ἀναλαβοῦσα ἡ δύναμις ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν, ὃ ἔχει ἡ δύναμις, ἀναλογίζεται τῇ σαρκί. Οὐκοῦν ἀντίστρεψον, ἃ πάσχει ἡ σὰρξ, ἀναλογίζεται τῇ δυνάμει. Πῶς ἔπαθε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν; Ἐνεπτύσθη, ἐτύφθη ἐπὶ κόρρης, περιέθηκαν στέφανον περὶ μέτωπον, ὠρύχθησαν αὐτοῦ χεῖρες καὶ πόδες. Ταῦτα πάντα παθήματα περὶ σῶμα, ἀναφέρεται δὲ ἐπὶ τὸν ἐνοικοῦντα. Ῥῖψον λίθον εἰς εἰκόνα βασιλέως, τί τὸ λεγόμενον; Βασιλέα ὕβρισας. Περίσχισον ἱμάτιον βασιλέως, τί τὸ λεγόμενον; Βασιλεῖ ἐπανέστης. Σταύρωσον σῶμα Χριστοῦ, τί τὸ λεγόμενον; Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν. Τίς δὲ χρεία ἐμοῦ καὶ σοῦ; προσέλθωμεν τοῖς εὐαγγελισταῖς. Πῶς παρελάβετε παρὰ Κυρίου, πῶς ἀπέθανεν ὁ Κύριος; Ἀναγινώσκουσιν, ὅτι *Πάτερ, εἰς τὰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου*. Τὸ πνεῦμα ἄνω, καὶ τὸ σῶμα ἐπὶ σταυροῦ ὑπὲρ ἡμῶν· προσήνεγκε γὰρ τὸ πρόβατον, ὅσα εἰς τὸ σῶμα αὐτῷ λογίζεται.

A nobis. Pastor ovem obtulit, sacerdos nostiam obtulit, seipsum pro nobis dedit, et : « *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus dedit Filium suum* [41]. » Verba non rejicio, sed verborum quæro sententiam. Dicit Dominus : « *Panem Dei descendit de cœlo* [42], et interpretans (quanquam apertius dicere non possum propter mysteria, hoc dicit : *Caro mea est.* Caro Filii descenditne de cœlis? Non descendit de cœlo. Quomodo ergo dicit, et quidem interpretans : *Panis Dei vivit, et descendit de cœlis?* Quoniam potentia quæ assumpsit descendit de cœlis, id quod habet potentia, carni tribuitur. Ergo converte : quæ patitur caro, imputantur potentiæ. Quomodo passus est Christus pro nobis? Consputus est, in maxilla percussus est, frontem ejus corona cinxerunt, confossæ sunt ipsius manus et pedes. Hæc omnia corporis fuerunt passiones, referuntur autem ad eum qui inhabitat. Conjice lapidem in imperatoris imaginem, quid dicitur? Imperatorem injuria affecisti. Lacera vestem imperatoris, quid dicitur? Insurrexisti adversus imperatorem. Crucifige corpus Christi, quid dicetur? Christus pro nobis mortuus est. Sed quid te aut me opus est? accedamus ad evangelistas. Quomodo accepistis a Domino, quomodo mortuus est Dominus? Legunt : « *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* [43]. » Spiritus sursum, et corpus in cruce pro nobis. Obtulit enim ceu ovem, quidquid ratione corporis ipsi attribuitur.

B

FRAGMENTUM SECUNDUM.

Τὴν ἡμετέραν φύσιν ἦλθε σῶσαι, οὐ τὴν ἑαυτοῦ ἀπολέσαι. Ἐὰν θελήσω εἰπεῖν, ὅτι κάμηλος πέτεται, εὐθὺς ξενίζεσθε, ὅτι οὐχ ἁρμόττει τῇ φύσει· καὶ καλῶς ποιεῖτε. Ἐὰν δὲ θελήσω εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωποι θάλατταν οἰκοῦσιν, οὐκ ἀνέχεσθε· καλῶς γε ποιοῦντες· οὐ γὰρ δέχεται ἡ φύσις. Ὥσπερ οὖν ἐὰν εἴπω ξένα περὶ τούτων τῶν φύσεων, ξενίζεσθε· οὕτως ἐὰν εἴπω, ὅτι ἐκείνη ἡ δύναμις, ἡ πρὸ αἰώνων, ἡ ἀσώματος τὴν φύσιν, ἡ ἀπαθὴς τὴν ἀξίαν, ἡ οὖσα πρὸς τὸν Πατέρα, ἡ παρὰ τῷ Πατρὶ, ἡ ἐκ δεξιῶν, ἡ ἐν δόξῃ, ἐὰν εἴπω, ὅτι ἐκείνη ἡ φύσις ἡ ἀσώμα-

C Ejusdem, *ex eodem libro.* Venit ad naturam nostram servandam, non ad suam perdendam. Si dixero camelum volare, vos protinus absurdum ducitis, quia naturæ non convenit; et recte facitis. Si dixero homines in mari habitare, non toleratis, et recte facitis; natura enim non patitur. Hinc prouti alienum vobis videtur, si quæ ab harum rerum natura abhorrent, loquor, ita, si dixero, illam potentiam, quæ est ante sæcula, et natura sua incorporea, et dignitate impatibilis, et apud Patrem, et ad dexteram, et in gloria, si, inquam, dixero,

[41] Rom. VIII, 32. [42] Joan. VI, 51. [43] Luc. XXIII, 46.

NOTÆ.

docet tamen ἀναχώρησιν ab ecclesia omni tempore reprobatam. Scribit p. 00. Ἀνεχώρησε τὸ πνεῦμα (idem, quod alias ἡ δύναμις i. e. natura divina), ἔμεινε τὸ σῶμα· οὐκ ἀπέθανεν οὖν; ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν· ὁ ποιμὴν προσήνεγκε τὸ θῦμα. Id quod infra repetitum legitur : Τὸ πνεῦμα ἄνω, καὶ τὸ σῶμα ἐπὶ σταυροῦ ὑπὲρ ἡμῶν· προσήνεγκε γὰρ τὸ πρόβατον, ὅσα εἰς τὸ σῶμα αὐτῷ λογίζεται. Idem docet, quod Apostolus Petrus I Epist. II, 24 seqq. ubi etiam ex Isa. LIII, coll. Joann; I, 29; Hebr. XIII, 20, metaphora προβάτου καὶ ἀμνοῦ, et descriptio Christi tanquam ποιμὴν καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν, docuerat, nimirum : Αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον.

Quam longe autem ab ἀναχωρήσει abhorreat auctor ex ejusdem oratione III (*cf. supra col.* 440) D apparet. Ibi enim (ut ad hunc locum adnotavimus) Christum sistit *tota persona* ad inferos descendentem et diabolum ἀλύτοις δεσμοῖς vincientem,

(72) Ex Epist. ad Rom. VIII, 32, ubi tamen παρέδωκεν est.

(73) Ad verba, τοσοῦτον δὲ λέγει, etc. observat Schulzius pag. 259 : « Vel alias lectiones habuit, vel ex ingenio hunc locum emendare aggressus est Strigelius. »

naturam illam incorpoream pati, nonne aures vestras obturatis? Si aures vestras hæc audientes non obturaveritis, obturabo ego cor meum. An possumus angelo aliquid facere, verbi causa, gladio ferire, aut omnino discindere? Quid dico angelo? an animæ possumus? Non admittit clavum anima, non scinditur anima, non uritur. Et, si dixeris mihi, quid ita? dico tibi, sic enim condita est. Opera ejus sunt impatibilia, et ipse patibilis? Non rejicio dispensationem, amplector autem injurias, quibus affectus est. Mortuus est Christus pro nobis, et crucifixus. Sic scriptum est, sic natura admisit, verba non deleo, nec naturam blasphemo. Sed hæc vera non sunt. Dicantur veriora. Beneficus est, non molestus, qui docet, nec hostis est, si ingratus non sit qui docetur. Habes boni aliquid quod dicas? patent aures cum gratia. Rixandi cupidus est quispiam? in otio suam exerceat cupiditatem. An potuerunt Judæi Filium Dei crucifigere, et potentiam ipsam morte multare? potestne vivens mori? Mors istius potentiæ, ejus est defectio. Corpus nostrum, cum mortui fuerimus, manet. Si potentiam illam morte multaverimus, ad nihilum illam redigemus. Nescio an non possitis audire. Corpus si mortuum fuerit, anima separatur et manet: si autem mortua fuerit anima, quoniam est incorporea, non est amplius. Anima quæ moritur, non est penitus. Mors enim eorum quæ sunt immortalia, eo illa redigit, ut non sint. Aliud considera; nec enim dicere audeo. Hæc vero dicimus sicut intelligimus. Legem autem non ferimus, si quis contentiosus sit. Unum autem scio,

A τος πάσχει, οὐχὶ τὰ ὦτα ὑμῶν κρατεῖτε; Ἐὰν μὴ κρατήσητε ὑμῶν τὰ ὦτα, ταῦτα ἀκούοντες, κρατήσω μου τὴν καρδίαν. Ἆρα ἀγγέλῳ δυνάμεθά τι ποιῆσαι οἷον ξίφει κροῦσαι, ἢ ὅλως σχίσαι; Τί λέγω ἀγγέλῳ; ψυχῇ δυνάμεθα; Οὐ δέχεται ἧλον ψυχή, οὐ τέμνεται ἡ ψυχή, οὐ καίεται. Κἂν εἴπῃς μοι, Διατί; λέγω σοι, Οὕτως γὰρ ἐκτίσθη. Τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπαθῆ, καὶ αὐτὸς ἐμπαθής; οὐκ ἀθετῶ τὴν οἰκονομίαν, ἀσπάζομαι δὲ τὰς κακουργίας. Ἀπέθανε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐσταυρώθη. Οὕτως γέγραπται, οὕτως ἐδέχετο ἡ φύσις, οὔτε τὰ ῥήματα ἀπαλείφω, οὔτε φύσιν βλασφημῶ. Ἀλλ' οὐκ ἀληθῆ ταῦτα. Λεγέσθω τ' ἀληθέστερα. Εὐεργέτης οὐ χαλεπαίνων ὁ διδάσκων, οὐκ ἐχθρὸς, ἐὰν μὴ ἀγνώμων ᾖ ὁ διδασκόμενος. Ἔχεις τι καλὸν εἰπεῖν; ἠνοίκται τὰ
B ὦτα μετὰ χάριτος. Φιλονεικεῖ τις, σχολάζων ἀκολουθῇ φιλονεικίᾳ. Ἴσχυσαν Ἰουδαῖοι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σταυρῶσαι; αὐτὴν τὴν δύναμιν νεκρῶσαι; δύναται ζῶν ἀποθανεῖν; Ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης δυνάμεως ἔκλειψις αὐτῆς ἐστι. Τὸ σῶμα ἡμῶν, ὅταν ἀποθάνωμεν, μένει. Ἐὰν ἐκείνην τὴν δύναμιν νεκρώσωμεν, εἰς ἀνυπαρξίαν αὐτὴν καταφέρομεν. Οὐκ οἶδα, εἰ οὐκ ἠδυνήθητε ἀκοῦσαι· τὸ σῶμα ἐὰν ἀποθάνῃ, ἡ ψυχὴ χωρίζεται καὶ μένει· ἐὰν δὲ ψυχὴ ἀποθάνῃ, ἐπειδὴ ἀσώματός ἐστιν, ὅλως οὐκ ἔστιν. Ψυχὴ ἀποθνήσκουσα, ὅλως οὐκ ἔστιν. Εἰς ἀνυπαρξίαν γάρ ἐστι τῶν ἀθανάτων ὁ θάνατος. Νόησον τὸ ἕτερον. Οὐ γὰρ τολμῶ οὐδὲ εἰπεῖν. Ταῦτα λέγομεν, ὡς νοοῦμεν. Οὐ νομοθετοῦμεν δὲ, εἴ τις φιλονεικεῖ.
C Ἕν δὲ οἶδα, ὅτι ἕκαστος ἀφ' ὧν φρονεῖ, ἀπὸ τούτων ἔχει ἀπολαῦσαι. Καὶ ἀπέρχεται ἕκαστος (74) πρὸς

NOTÆ.

(74) Singulare est, quod inde a verbis: Καὶ ἀπέρχεται ἕκαστος πρὸς τὸν Θεὸν — τὰ φρονήματα περὶ πίστεως, proponitur.

Primo in rebus tam arduis ac intricatis provocat ad Dei τοῦ καρδιογνώστου judicium. In illo nulla est μικρολογία, nullumque verborum et formularum aucupium; sed, ut emphatice dicit, φανερὰ πάντα.

Deus non consulit formulas, confessiones et regulas fidei; non quærit, quid quis dixerit et scripserit, sed quid cogitaverit aut voluerit, hominemque judicat juxta ἀναλογίαν τῆς πίστεως (*Rom.* XII, 6) κατὰ μέτρον πίστεως (*ibid.* 3). Hoc sine dubio verbis illis: Μὴ γὰρ νομίζετε, ὅτι βίβλους ἀναγινώσκει ὁ Θεὸς, ἢ μνήμαις ὀχλεῖται, τί εἴπες, καὶ τίς ἤκουσε; exprimere voluit. Apud Deum aliter fit, quam in
D foro humano, in judiciis et Conciliis, ubi scripta proponuntur et formulæ et verba ad arbitrium hominum examinantur.

Deinde singularem quoque in eo ostendit Eusebius tractandi methodum et modum, quod hæreticos, quorum formulas de persona Christi breviter recenset non ipse condemnet, sed judicium de eorum fide et merito, ex decreto Dei et Christi, ad cujus tribunal sistuntur, pronuntiet. Et in his prodit suum ingenium poeticum et dramaticum. Fingit enim Christum in tribunali sedentem (κάθηται ὁ κριτής), singulumque hæreticum ante illud constitutum (φέρεται, vel προσέρχεται, vel προσῆλθεν, adducitur, sistitur) examinantem.

Primus, qui ibi sistitur, est: φέρεται Παῦλος ὁ ἐνταῦθα. Perperam de apostolo Paulo intelligeretur: de quo hic plane non sermo est. Sine dubio est Paulus Samosatenus, qui a concilio Antiocheno a 269. Hæreticus fuit pronuntiatus.

Si auctor Antiochiæ suum scripsisset tractatum, nostrum ἐνταῦθα hanc urbem posset insignire, vel etiam Syriam, cujus civis fuit Noster. Sententiam ejus de Christo uno comprehendit verbo: ἄνθρωπόν με εἶπες, quod per ψιλὸν ἄνθρωπόν (purum putum hominem) est interpretandum. Ita docuisse Paulum, præter Eusebium, Athanasium et Theodoretum, omnes fere veteres testantur. Cf. Walch Ketzerhistorie. th. II, p. 97. Sed plures fuisse hæreticos cum Paulo consentientes, testatur Theodoret. hæret. fabul. lib. V, p. 420. Ἐβιωναῖος δὲ, καὶ Θεοδοτιανοὶ, καὶ Ἀρτεμωνιανοὶ, καὶ Φωτεινιανοὶ, ψιλὸν ἄνθρωπον εἰρήκασιν ἐκ τῆς Παρθένου τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι.

Reliquorum hæreticorum nomina non apponit, suppleri tamen cum probabilitate possunt ex adjectis.

Προσέρχεται ἄλλος· εἶπές με ἓν τῶν ὄντων. *Arium* et *Arianos*, et inter hos præcipue *Eunomianos* putat, qui filium Dei κτίσιν vel κτίσμα vocabant, Christoque veram dignitatem (τὴν ἀξίαν) detrahebant. Cf. Theodoret. hæret. fabul. lib. IV, p. 250, p. 356.

Qui post hos protrahitur, docet, ὅτι οὐκ ἀνέλαβεν σῶμα. Non unus autem est vel alter, qui hoc docet, sed tota *Gnosticorum*, præ cæteris *Docetarum*, familia. Sunt omnes illi, de quibus II Joan. v, 7 dictum est: Οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ἰησοῦν Χριστὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί. Cf. I Joan. IV, 2, 3.

Paulo difficilius dictu est, ad quem, vel ad quos, referenda sint verba Christi ultimo loco posita: Προσῆλθε ἄλλος· Εἶπες, ὅτι οὐκ ἐγεννήθην ἐκ Παρθένου, ἵνα σώσω τὸ σῶμα τῆς Παρθένου, οὐ σω-

τὸν Θεὸν, καὶ προβάλλεται ὃ εἶπε περὶ αὐτοῦ καὶ ἐφρόνησε. Μὴ γὰρ νομίζετε, ὅτι βίβλους ἀναγινώσκει ὁ Θεὸς, ἢ μνήμαις ὀχλεῖται. Τί εἶπες; καὶ, Τίς (75) ἤκουσε; Φανερὰ πάντα. Κάθηται ὁ Κριτὴς, φέρεται· Παῦλος ὁ ἐνταῦθα· Ἄνθρωπόν με εἶπες, οὐκ ἔχεις ζωὴν μετ' ἐμοῦ· ἐπειδὴ οὐκ ἔγνως με, οὐ γιγνώσκω σε. Προσέρχεται ἄλλος· Εἶπές με ἐν τῶν ὄντων, οὐκ ἔγνως μου τὴν ἀξίαν, οὐ γιγνώσκω σε. Προσέρχεται ἄλλος· Εἶπες, ὅτι οὐκ ἀνέλαβον σῶμα, ἠθέτησάς μου τὴν χάριν, οὐ μεταλήψῃ μου τῆς ἀθανασίας. Προσῆλθεν ἄλλος· Εἶπες ὅτι οὐκ ἐγεννήθην (76) ἐκ Παρθένου, ἵνα σώσω τὸ σῶμα τῆς Παρθένου, οὐ σωθήσῃ. Ἕκαστος ἀποφέρεται τὰ φρονήματα (77) περὶ πίστεως.

A fore ut unusquisque ex iis quæ sentit fructum percipiat; et accedit unusquisque ad Deum, et proponit quod de eo dixit et sentit. Nolite enim arbitrari, Deum libros legere, aut recordando cruciari quæstionibus illis, Quid dixisti? et : Quis audiit? Manifesta sunt omnia. Sedet Judex, producitur Paulus qui hic est. Hominem me dixisti, non habes vitam mecum : quoniam me non cognovisti, nec te cognosco. Accedit alius : Dixisti me unum eorum quæ creata sunt; non nosti meam dignitatem, non novi te. Accedit alius : Dixisti me non assumpsisse corpus : pro nihilo duxisti gratiam meam, non eris immortalitatis meæ particeps. Accessit alius : Dixisti me non esse natum de Virgine, ut servarem corpus Virginis : non salvaberis. Sic unusquisque fidei suæ B fructum percipit.

NOTÆ.

θήσῃ. Emphasis inesse videtur verbis : Ἵνα σώσω τὸ σῶμα τῆς Παρθένου. Fuerunt autem jam pristinis temporibus, qui docerent *transitum Christi per Mariam* (veluti aquæ par canalem), non autem veram et salutarem incarnationem. Loquitur de illis Irenæus, Adv. hæres. lib. I, c. 1; lib. III, c. 31, 22, et passim. Cf. Theodoreti hær. fabul. compend. lib. V: Περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας. Opp. t. IV, p. 420 seqq.

Ex paucis his a nobis allatis apparet, hæc fragmenta, etsi nimis sint brevia, quam ut certum et perfectum de illis formari possit judicium, continere tamen nonnulla, quæ in historia dogmatum non prorsus negligenda esse videntur.

(75) Pro τίς legunt edit. Rom. Lips. et Strigelius τί : quid audivisti?

(76) Ed. Rom. et Lips. εἶπεν, ὅτι οὐκ ἐγεννήθης.

(77) Ed. Rom. et Lips. ante περὶ præmittunt τά.

I.

FRAGMENTA NONNULLA EXEGETICA EX CATENIS

—

PRÆMONENDA.

Præter Oudinum (Commentar. de scriptor. antiq. eccl. t. I, p. 391-92, coll. p. 426), qui omnia omnino Eusebii Emeseni scripta interiisse affirmat, alii viri docti nonnulla ejus fragmenta exegetica in Catenis Patrum nobis esse servata docent. Ita in Phil. Labbei libro rarissimo De Scriptor. eccles. Paris, 1660, 8, t. I, p. 779, scriptum : « Exstant ex ejus Commentariis in sacram Scripturam quædam apud Theodoretum et in Catenis Græcarum Explanationum. » Consentit El. Dupinius in Nov. Biblioth. auctorum eccles. t. II, Colon. 1692, 4, p. 126 : « Et reperiuntur adhuc in Catenis Græcis in Scripturam plurima Fragmenta, quæ Eusebio Emeseno ascribuntur. » Idem judicatur in Franc. Combefisii Biblioth. Concion. t. I, p. 12 : « Eusebii Emiseni nomine, exceptis pauculis ex Catena Græca, nulla nobis exstant. »

Ita judicant etiam alii viri docti; sed nemo eorum, quantum equidem scio, quænam sint illa fragmenta, et in quibusnam Catenarum editionibus inveniantur, indicavit. Ex ipsis autem Catenis parum præsidii petendum. Nam in editionibus, quas inspicere et evolvere licuit, in Elencho auctorum legitur quidem *Eusebii Emeseni* nomen; in ipsis autem Excerptis nudum poni solet *Eusebii* nomen, ita ut prorsus in dubio relinquatur, cuinam inter tam multos, qui Eusebii nomen gerunt (78), Scholion sit ascribendum. Quo facto omnia dubia atque incerta redduntur.

Cum Eusebius Emesenus, teste Hieronymo, in primis Novum Testamentum illustraverit, in Catenis Patrum Græcorum in N. T. plurimas ejus reliquas contineri crederes; sed frustra. Rarius ibi Eusebii nomen deprehenditur, et ubi occurrit, vel Eusebium Cæsareensem, vel incertum et dubium designat. In J. A. Nœsselti docta dissertatione : *De Catenis Patrum Græcorum in Novum Testamentum observationes*, quæ denuo edita est in : Nœsselti Opusculorum ad Histor. eccles. Fascic. III, Halæ 1817, 8, p. 321-402, de Eusebio Emeseno ne vestigium quidem inveniendum. Perlustranti Catenas in quatuor Evangelia (Catena in Marcum et Lucam apud nos Latina tantum versione exstat) nil se obtulit, quod cum aliqua verisimilitudinis specie Emeseno tribui posse videretur, præter Excerpta nonnulla in Joan. XX, quæ leguntur in Catena Patrum Græcorum in S. Joannem. Antverp. 1630, f. p. 448 seqq. quæque a nobis, sed tanquam dubia, subjuncta sunt.

Eusebium nostrum veteris Testamenti interpretem non dicunt veteres (vel potius Hieronymus, qui tamen ei *innumerabiles libros* tribuit, eumque præcipuos designat, eumque alio in loco tanquam magistrum et exemplar Diodori Tarsensis et Jo. Chrysostomi laudat); sed falsissimum esset, si in hoc

NOTÆ.

(78) In Fabricii Bibliotheca Gr. edit. Harless. vol. VII, p. 409 seqq. post Eusebium Cæsareensem *alii Eusebii, amplius sexaginta* sunt enumerati et descripti. Si autem ex hac caterva vel in iis tantum, qui præ cæteris nomen et famam habent, in Eusebio Nicomediense, Dorylæense, et Alexandrino, subsistere velis, quilibet tamen perspiciet hujus negotii difficultatem.

casu regulam : e silentio narrantis ad negandam rem non valet consequentia, non sequeremur. Magister duorum celeberrimorum Patrum, quos nominavimus, et discipulus Eusebii Cæsareensis et Patrophili Scythopolitani (ob versionem V. T. Græcam clari), omnino Veteris Testamenti interpres præsumendus est. Etsi fortasse linguæ Hebraicæ minime gnarus haberetur (quamvis in homine Syro scholæque Edessenæ atque Antiochenæ alumno etiam hoc supponi posse videatur), tamen, more Patrum, Alexandrinæ versionis commentator haberi potest.

Jam vero in *Catenis Patrum in Vetus Testamentum* Eusebii nomen est frequentissimum; neque id solum, sed sæpius quoque Scholiis præmissum legimus nomen Εὐσεβίου Καισαρείας : quo facto aliquam saltem paulo certiorem habemus notitiam, licet nondum sufficientem, ad verum Eusebium Emesenum demonstrandum.

In *Catena in Genesim ex auctoribus ecclesiasticis plus minus sexaginta*, etc. *Auctore Aloisio Lippomano*, Metonensi episcopo Coadjutoreque Veronensi. Paris, 1546, f. p. 30, 118, et 424 ante Excerptum legitur : *Eusebius Emesenus* et p. 59 : *Eusebius episcopus Emesenus*, qui etiam in Elencho scriptorum ab Eusebio Cæsareense, cujus Scholia etiam sunt excitata (præter novem locos, ubi simpliciter *Eusebius* exprimitur) distinguitur, justoque collocatur ordine chronologico. Suspectus tamen erat primo visu iste *Emesenus Latinus* eumque nullum alium esse putabam, quam illum, cujus Homiliæ, ementito Eusebii nomine, a Gagneo aliisque sunt editæ, et de quibus Oudini Commentar. t. I, p. 392-426, prolixius egit. Sed cum locos nostros ibi non reperirem, confidentius factus sum iis, quæ editor in Præfatione asserit : « Ubicunque in Græcos doctores legendo incideris, Basilio, Origene et Chrysostomo duntaxat exceptis—parcito æquoque feras animo, si non locum ubi quæ dicuntur excerpsimus, annotaverimus. *Eorum namque dicta ex antiquissimo apostolicæ Bibliothecæ Græco extracta sunt codice*, in quo litteræ caducæ erant adeo, ut vix legi possent, ubi nulla etiam reperiebatur loci assignatio. » E codice Græco (catenæ Græcæ, ut videtur) igitur et noster Eusebius translatus est; id quod fidem auget. Cum præterea vidissem, citatum esse ab auctore *versionem Syriacam* (procul dubio ecclesiasticam illam, quæ *Peschito* dicitur, quamque etiam Ephræm Syrus commentatus est), textumque Hebraicum, non diutius cunctatus sum, hos locos pro genuinis Eusebii Emeseni fragmentis habere et tanquam talia cum lectoribus communicare.

In opere amplo, quod titulum gerit : *Expositio Patrum Græcorum in Psalmos. Græce et Latine edita a Balthas. Corderio.* Antverpiæ, 1646, t. I-III, f. tot *Excerpta Eusebiana* exhibentur, ut plus quam decimam totius operis expleant partem. Sed quinam sunt illi ubivis paginarum occurrentes Eusebii? Interdum quidem Εὐσέβιος Καισαρείας declaratur, de reliquis tamen multum ambigitur. Inter eos esse Nostrum, quis non crediderit? Sed difficillimum saue, ne dicam impossibile, negotium, quid ei competat, et quid non, evincere. Locos specimi'is atque exempli causa subjunctos inter multos alios eligendos putavi, quod in eis cognationem quamdam et similitudinem cum orationibus Eusebianis deprehenderem. In quo judicio dextre sinistreve versatus sim, judicent peritiores, quibus id, quod sentio, lubenter submitto.

Habes igitur, lector benevole, fragmenta nonnulla exegetica e Catenis Patrum collecta, quæ ex meo quidem judicio Eusebio Emeseno probabiliter possunt ascribi. Eusebiam certe sunt; nec multum fortasse interierit, utrum magistri Cæsareensis, an discipuli Emeseni habeamus Scholia. Utcumque sit, te fragmentulis his exiguum, quod implent, spatium facile esse concessurum, confido rogoque.

FRAGMENTA EXEGETICA EX CATENIS V. T.

I.

EXCERPTA EX CATENA LIPPOMANI IN GENESIN.

I. Cat. pag. 30, super Gen. I, 6 : *Eusebius Emesenus.* Quæritur, utrum luminaria ac stellæ infra cœlum distantia cursum peragant, an cœlo fixa sint, an veluti viatores in cœlo iter faciant? Ac si quidem [quidam] dixerint, infra cœlum currere, audiant Homerum, apud quem sol e fluentis Oceani ad medium cœlum ascendit, deinde cursu confecto, occidit. Neque item cœlo fixa dici possunt; ea enim ratione alterum altero nunquam velocius esset, quod tamen adeo perspicuum est, ut negari non possit. Sacra ergo ac divina Scriptura testatur, cœlum firmum atque immobile esse, solem vero ac lunam in cœlo moveri, ac cursum suum peragere. Nam in Josue dictum est : *Sol et luna stet;* non ait : cœlum movens lunam aut solem, stet. Item ab Ezechia dictum est : *Sol retrocedat;* non ait : cœlum movens solem retrocedat.

II. Cat. p. 59, super Gen. II, 4 : *Eusebius episcopus Emesenus.* Alii quidem tradunt, *Eden* appellari locum, in quo paradisus plantatus sit. Alii vero Eden nomine, paradisum ipsum intelligi volunt, interpretem vero interpretationem ipsam pro nomine posuisse. Quæritur vero, utrum paradisus post factum hominem plantatus sit? Verba enim Moysis id significare videntur, tertia die una cum aliis arboribus plantatum fuisse. Syrus autem interpres transtulit : et plantavit Deus paradisum in Eden, non ut alii ἀπ' ἀρχῆς, id est a principio. Complures vero tradunt, paradisum post alia a Deo conditum atque plantatum fuisse. Cum enim Moyses dixisset : *Et plantavit Deus paradisum et posuit in eo hominem, quem formavit,* continuo subjunxit : *et produxit Deus adhuc de terra omne lignum pulchrum visu,* et cætera. Adhuc enim, sive præterea, significat plantas paradisi consitas post ea, quæ simul a principio creationis facta fuerant.

Idem : Aliter Eden locum esse aiunt, in quo paradisus consitus sit atque plantatus, eumque in medio mundi positum esse.

III. Cat. p. 118, super Gen. VI, 26 : *Eusebius Emesenus.* In Hebræo legitur : *Hic speravit invocari nomine Domini,* hoc est, Deus dici, et Filius Dei. Justi enim, qui erant a semine Seth, filii Dei vocabantur.

IV. Cat. p. 424. col. b., super Gen. XLIX, 16 : *Eusebius Emesenus. Dan judicabit,* etc. Hoc ergo ad Sampsonem refertur, qui ita facile duodecim tribubus, sicut uni præfuit. *Fiat ipsi Dan serpens,* etc., id est, quemadmodum calcaneo equi a serpente in via morso, necesse est, ut adscensor retro cadat,

nullamque spem nisi in Dei ope atque auxilio habeat, eadem ratione Sampson a Dalida [justa textum Hebr. *Delilah*] tanquam morsus corruit, atque una cum eo populus Israel, qui a Sampsone veluti equus ferebatur, donec iterum divina virtute corroboratus, ultionem de Philistenis jure ac merito sumpsit.

—

II.

EXCERPTA EX CATENA IN PSALMOS.

I. Cat., t. III, p. 223 seqq. Super psal. CIX [al. CVIII].
II. Excerpta ex Exposit. Par. Græc. in psalmum CX (al. CIX), t. III, p. 238 seqq.
(*Hæc legere est inter Opera Eusebii Pamphili; vide hujusce* Patrologiæ, t. XXIII, col. 1334, 1335, 1336, 1337, 1340, 1341.)

FRAGMENTA EXEGETICA EX CATENIS N. T.

(Catena Patrum Gr. in S. Joannem. Edit. Balthas. Corderii. Antverpiæ 1630, f. p. 448 seqq.)

—

SUPER EV. JOANNIS C. XX, 1, 2.

[81] Isa. LIII, 9. [82] Psal. XVIII, 8, 9. [83] Habac. III, 3.

A μος ἐπιστρέφων ψυχάς. Ποίας ψυχὰς ἐπιστρέφων, καὶ ὅθεν, καὶ ποῦ ἄρα ὁδηγῶν αὐτάς;

ΕΡΒΑΝ. Τὰς πλανωμένας ἀπὸ τοῦ νόμου, ὁ αὐτὸς νόμος ἐν τῷ ἀναπτύσσεσθαι, θᾶττον ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ δι' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ὁδηγεῖ πάντας.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ἀτάκτως ἀπατᾷ· πάντες γὰρ ὑμεῖς πλανᾶσθε ἀπὸ τοῦ νόμου μοιχείαις καὶ ἀνδρομανίαις· εἶτα καθ' ἕκαστον Σάββατον ὑμῶν ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, ἀλλ' εἰκῆ καὶ μάτην· οὐδεμία γὰρ ψυχὴ ἀφ' ὑμῶν ἐπιστρέφεται πρὸς Κύριον ἐν ἀληθείᾳ. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; Ὡς οἶμαι, οὐδείς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἀπεστράφη ὑμῶν, καὶ ἐξεδίωξεν ὑμᾶς, καὶ διεσκόρπισεν ὑμᾶς εἰς τὰ B πέρατα τῆς οἰκουμένης· δι' ἣν γὰρ αἰτίαν, εἰπέ μοι, διεσκορπίσθητε εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐστὲ ὡσεὶ κατάρα ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν;

ΕΡΒΑΝ. Διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν πρόδηλον.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Καὶ ἐγὼ προεῖπον ὑμῖν, ὅτι διὰ ἁμαρτίας ὑμῶν ἐσκορπίσθητε, διωχθέντες ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας. Πῶς δὲ εἴρηκας, ὅτι ὁ νόμος ἐπιστρέφει πρὸς ἀρέσκειαν τοῦ Δεσπότου τὰς ψυχὰς ὑμῶν; Τοὺς ἀρέσκοντας οὖν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἀπωθεῖται, καὶ διασκορπίζει; Ὅρα, πῶς ἃ λέγεις, διαβολὴν ἄπειρον κέκτηνται.

ΕΡΒΑΝ. Καὶ λέγε αὐτὸς σὺ, τί δηλοῖ τὸ κεφάλαιον.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Νόμος Κυρίου πέφυκεν ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅστις καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, C καὶ ἐνανθρωπήσας, πλῆθος υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπέστρεψε πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ἀγαθότητα, Χριστιανίζειν παιδεύσας, ὧν πρῶτος Πέτρος καὶ οἱ λοιποί. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν χιλιάδας καὶ μυριάδας ἐπέστρεψε τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, πρὸς τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ἐπίγνωσιν. Τηλικοῦτος δὲ ἦν ἄμωμος, ὅτι κέκραγεν Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ· *Καὶ αὐτὸς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.*

ΕΡΒΑΝ. Ὁ μὲν Προφήτης ἀρετὰς ἐνταῦθα ἐπαριθμήσας, τάδε λελάληκεν· ἐπειδὴ προσέθηκε τούτοις τὸ, *Ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ, σοφίζουσα νήπια· τὰ δικαιώματα Κυρίου εὐθέα, εὐφραίνοντα καρδίαν, καὶ ἡ ἐντολὴ Κυρίου καὶ ὁ φόβος·* D καὶ τὰ ἑξῆς. Σὺ δὲ πάντα μαγγανείαις τισὶ καὶ πανουργίαις, τέχνῃ τε ὀξυδερκεστάτῃ, πρὸς ἑαυτὸν ἐπισύρεις· εὐθεία γὰρ γλώττῃ ἐπισυνάγων τρεπτικῶς ἅπαν νόημα εἰς τὴν σεαυτοῦ βοήθειαν.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Οὐκ ἀκούεις τί λέγει ὁ Ἀββακοὺμ περὶ ὧν εἴρηκας, ὅτι ἀρετὰς ἐπαριθμήσας (37) λελάληκεν. Αἱ γὰρ ἀρεταὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ μου ἦσαν, ἃς ἐπηρίθμησε καὶ ὁ Ἀββακοὺμ, ὅτι *Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ.*

NOTÆ.

(37) *Ἐπαριθ.* Ἀπαριθ. GULON.

ΕΡΒΑΝ. Περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ νόμου τοῦτο εἴρηκεν πάντως. Τίς γὰρ καὶ ἴσος τούτου ἐν ἀρεταῖς ;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Μή τίς σε πεπλάνηκεν, ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐκ ἐχρημάτιζε Θεὸς τοῦ νόμου ; μηθέν σοι πρὸς ταῦτα, μαύζηρε (38). Ὁ γὰρ ἐμὸς Κύριος, καὶ τοῦ καθ' ὑμᾶς νόμου Κύριός ἐστι, καὶ τῆς νέας χάριτος Θεὸς καὶ βασιλεύς. Λέγει γὰρ ὁ Ἀββακοὺμ, *Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ Ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου δασέως.*

ΕΡΒΑΝ. Τὸ Θαιμὰν, τί δηλοῖ ; τό τε ὄρος τὸ κατάσκιον, τί διαγορεύει ;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τὸ μὲν Θαιμὰν, ἐκ τῶν ἄνω δηλοῖ αὐτὸν ἥκειν, ἤτοι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἀνατολῆς. Ἡ δὲ ἀλήθεια δείκνυσιν, ὅτι ἐκ τοῦ παρθενικοῦ σώματος φάσκει αὐτὸν ἕξειν τὴν ἐνανθρώπησιν, καθὼς καὶ παρεγένετο, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ὄρος δὲ κατάσκιον, αὕτη ἡ Παρθένος ἐστὶν, ἐξ ἧς καὶ προῆλθεν ἀφράστως σαρκωθείς. Ὄρος δὲ αὐτὴν λέγει, διὰ τὸ, ὡς ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει, παραπλησίως καταβεβηκέναι ἐν αὐτῇ τὸν Θεὸν, καὶ κατασκηνῶσαι, εἴτε καὶ διὰ τὸ ἀδιόδευτον τῆς παρθενίας · ἐπειδὴ τὸ δάσος τῶν ὀρέων δύσβατόν ἐστιν, ἢ καὶ παντελῶς ἀδιόδευτον. Κατάσκιον δὲ αὐτὴν ἐμφαίνει, διὰ τὸ συσκιάζειν ἐν αὐτῇ τῷ πλήθει τῶν ἀρετῶν τὸ μυστήριον τῆς αὐτῆς παρθενίας · πρὸς τὸ μὴ διαγινώσκεσθαι ποίῳ τρόπῳ γεγέννηκεν αὕτη. Παρθένος γὰρ ἔτεκε, καὶ μετὰ τόκον παρθένος σῶα πάλιν διέμεινεν.

ΕΡΒΑΝ. Οὐ περὶ Χριστοῦ τοῦτό φησιν, ἀλλ' οὔτε περὶ ἧς αὐτὸς ἀπηριθμήσω Παρθένου, ἀλλά γε περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ νόμου, τοῦ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ τῷ Μωϋσῇ κατεμφανισθέντος. Εἰ γὰρ οὕτως ἦν, ἔδει αὐτὸν εἰπεῖν · Ὁ Χριστὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ οὐχὶ ὁ Θεός. Θαιμὰν δὲ ἡμεῖς τὸν τόπον, ὅθεν ἀναπνεῖ ὁ νότος, προσαγορεύομεν.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Θαιμὰν δὲ ἡμεῖς, ὅθεν προσκυνοῦμεν, τοῦτο προσαγορεύομεν. Κατὰ ἀνατολὰς γὰρ ἐδιδάχθημεν προσεύχεσθαι, διότι ἐκεῖ εὑρίσκομεν τὸν Θεὸν πλάσαντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν παράδεισον ποιήσαντα. Πρόδηλον οὖν ὅτι κἀκεῖνος ὁ τὰ πάντα πληρῶν, τοῖς ἐκεῖσε ἐναυλίζεται. Καὶ ὑμεῖς ὅθεν προσκυνεῖτε, Θαιμὰν τοῦτο προσαγορεύετε. Ἐπὶ τὴν δύσιν γὰρ ὑμεῖς προσκυνεῖτε · καὶ οὐδὲν ἀμφίβολον περὶ τούτου. Ἀνοίας γὰρ τὰ ῥήματα πέπληστο, ἃ σὺ παρεισάγεις, μὴ καλῶς γινώσκων τὰς προφητείας. *Ὁ Θεὸς*, εἴρηκεν, *ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ Ἅγιος ἐξ ὄρους.* Τίς ἐστιν ὁ *Θεὸς*, καὶ τίς ἐστιν ἅγιος, διήγησαί μοι.

ΕΡΒΑΝ. Θεὸς αὐτός ἐστι καὶ ἅγιος, δύο προσηγοριῶν κειμένων ἐν ἑνὶ πράγματι.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ποῖόν ἐστι μεῖζον, τὸ *Θεὸς*, ἢ τὸ *Ἅγιος* ;

ΕΡΒΑΝ. Τὸ *Θεὸς* (39) μεῖζον ἢ τὸ *Ἅγιος*.

HERB. De Deo legis auctore dixit omnino. Quis enim huic æqualis est in virtutibus?

S. ARCH. Non quis te seduxit, quod Verbum Dei (id est, Filius) qui de cœlis descendit, non fuit Deus legis? Nihil tibi ad hæc, o stulte. Nam meus Dominus, et vestræ legis Dominus est, et novæ gratiæ Deus et Rex. Dicit enim Habacuc : *Deus a Thæman veniet, et Sanctus de monte obumbratæ densitatis* [84].

HERB. Thæman, quid significat? et mons (Pharan) obumbratus quid indicat?

S. ARCH. Thæman quidem eum e supernis venire declarat, nempe e cœlo, id est ab ortu : veritas autem demonstrat, quod e virginali corpore propheta affirmat ipsum habiturum esse humanitatem, quemadmodum evenit, et ex sancta Domina nostra Dei Genitrice, semperque Virgine Maria. Mons vero obumbratus ipsa est Virgo, ex qua prodiit ineffabiliter carne indutus. Montem autem ipsam dicit, eo quod, ut in montem Sina, sic in ipsam descendit Deus, et obumbravit; vel propter virginitatis impervium accessum : siquidem montium densitas accessu est perdifficilis, vel potius omnino invia. Obumbratam autem ipsam indicat, propterea quod in ipsa simul cum virtutum multitudine, virginitatis ipsius mysterium obumbrat : adde quod nescitur quomodo hæc genuit. Virgo enim peperit, et post partum, virgo salva et integra permansit.

HERB. Non de Christo hoc dicit, neque de ea quam annumerasti Virgine, sed potius de Deo legis, qui in monte Sina Mosi apparuit. Si enim ita esset, oportebat ipsum dicere, Christus e Thæman veniet, et non Deus. Nos autem Thæman locum unde spirat notus sive auster, appellamus.

S. ARCH. Nos vero Thæman, unde adoremus, nuncupamus. Nam ad solis ortum orare edocti sumus; quoniam illic Deum invenimus, qui hominem formavit, et qui paradisum condidit. Perspicuum igitur, quod ille qui omnia implet, in illis partibus inhabitat. Vos autem locum unde adoratis, Thæman vocatis. Nam vos ad occasum adoratis : neque hoc dubium et controversum est. Amentiæ quidem verba plena sunt quæ tu profers, haud recte vaticinia sive prophetias intelligens. *Deus* (dixit) *ex Thæman veniet, et Sanctus ex monte* [85]. Quis est Deus ille, et quis sanctus, expone, rogo.

HERB. Deus ipse est, et sanctus : duæ appellationes in re una positæ sunt.

S. ARCH. Utrum majus est, Deus, an Sanctus?

HERB. Deus quidem, majus quam Sanctus.

[84] Habac. III, 3. [85] ibid.

NOTÆ.

(38) *Μαύζηρε*. Forte μαύρε. GULON.

(39) *Τὸ Θεὸς*, κ. τ. λ. Videtur aliquid esse prætermissum a scriba; quod licet conjicere ex ipso exemplari ms. in margine, cujus sunt hæc verba, τὸ Θεὸς μεῖζον ἢ τὸ ἅγιος. ID.

S. ARCH. Vide quomodo imprudens laberis, neque dignoscis. Nam paulo ante dixisti, quod Deus **618** quiddam valentius est quam Sanctus. In Deo igitur nomen parvum et magnum.

HERB. Tu vero mihi edissere et explica, quid sibi vult caput.

S. ARCH. Quod veniet, sed per corpus. Numen enim non locum e loco transit, sicut corpora. Illud vero, *Sanctus e monte*, id est, humanitas cum deitatis essentia veniet, ex impolluto utero semper Virginis et Deiparæ Mariæ. Dicimus igitur, *Deus*, propter essentiam deitatis; et *Sanctus*, propter humanam naturam : quandoquidem sicut superius dixi, duplex erat Dominus meus Jesus, et Deus et homo. Dicit itaque idem propheta superius de ipso : *In medio duorum animalium cognoceris* [86]; id est, in medio duarum essentiarum, et utrarumque naturarum, unus et idem Dei Filius subsistens cognoceris. Et quod veniet, et non tardabit, ait : *Dum appropinquant anni, cognosceris; dum tempus pertransit, demonstraberis* [87].

HERB. Sapienter quidem respondes. Verumenimvero nos Judæi avitam illam et patriam fidem deserere et ad novam accedere, semper dolemus et vehementer angimur. Vinum enim vetus novo melius est.

S. ARCH. Vinum vetus lex vestra est; sed vapidum et acescens, inutile evasit. Verum hoc scio, quod velum semper cordibus vestris obtenditur, quod non sinit vos ad eam quam oportet veritatem annuere (eamque amplecti et approbare), et verba vitæ ac veræ fidei audire, et digne credere. Attamen Propheta vestra jure abdicans ac renuntians, dixit : *Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum* [88]. *Constitue, Domine, legislatorem super eos; sciant gentes quoniam homines sunt* [89].

HERB. De alia quadam hypothesi dixit Propheta, quoniam de nobis idem dicit : *Libera, Deus, Israelem ex omnibus tribulationibus suis* [90]. Deinde : *Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion. Quoniam roboravit vectes portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te* [91]. Atque Isaias : *Israel*, inquit, *servabitur a Domino* [92].

S. ARCH. Illud, *A paucis de terra divide vos*, hoc declarat, nimirum vestram dispersionem e terra promissionis in omnes gentes brevi factam. Hoc vero, *Constitue, Domine, legislatorem super eos*, etc., de Servatore nostro Jesu Christo Propheta vaticinatus est. Ipsum enim Deus Pater constituit legislatorem in gentes, dum vos increduli diffiditis,

A Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Βλέπε πῶς ἐμπίπτεις, καὶ οὐ διαγινώσκεις. Ἀνωτέρω γὰρ εἴρηκας, ὅτι τὸ *Θεὸς* τοῦ Ἅγιος ἐπικρατέστερον πέφυκεν. Ἔστιν οὖν ἐν τῷ Θεῷ ὄνομα μικρὸν ἢ μέγα.

EPBAN. Καὶ διήγησαί μοι αὐτὸς, τί δηλοῖ τὸ κεφάλαιον.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ὅτι ἥξει, ἀλλὰ διὰ σώματος. Τὸ γὰρ Θεῖον οὐ μεταβαίνει τόπον ἐκ τόπου, ὡς τὰ σώματα. Τὸ δὲ, *Καὶ ὁ Ἅγιος ἐξ ὄρους*, τοῦτ' ἔστιν ἡ ἀνθρωπότης, ἥξει μετὰ τῆς θεότητος, ἐκ τῆς ἀμιάντου κοιλίας, τῆς ἀειπαιδος [leg. ἀειπαρθένου] καὶ Θεοτόκου Μαρίας. Λέγομεν οὖν τὸ, *ὁ Θεὸς*, διὰ τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος· τὸ δὲ καὶ, *ὁ Ἅγιος*, διὰ τὴν οὐσίαν τῆς ἀνθρωπότητος· ἐπειδὴ καθὼς ἀνωτέρω λελάληκα, διπλοῦς ἦν ὁ Κύριός μου Ἰησοῦς, Θεός τε καὶ ἄνθρωπος. Λέγει γὰρ ὁ αὐτὸς προφήτης ἀνωτέρω περὶ αὐτοῦ· *Ἐν μέσῳ δύο ζώων* (40) *γνωσθήσῃ*· τοῦτ' ἔστιν ἀναμεταξὺ τῶν δύο οὐσιῶν, καὶ τῶν ἑνεκατέρων (41) φύσεων, εἷς καὶ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ ἐνυπόστατος ἐπιγνωσθήσῃ. Καὶ ὅτι ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ, φησὶν, *Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ.*

EPBAN. Συνετῶς μὲν ἀποκρίνῃ. Πλὴν ἀνιώμεθα διὰ παντὸς ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν πίστιν, καὶ προσελθεῖν τὴν νεαράν. Οἶνος γὰρ παλαιὸς κρείττων ὑπὲρ τὸν νέον.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Οἶνος παλαιὸς ὁ νόμος ὑμῶν ἐστιν, ἀλλ' ὀξώσας λοιπὸν κατηχρείωται. Πλὴν οἶδα ὅτι κάλυμμα διὰ παντὸς κεῖται ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐᾷ ὑμᾶς ἀνανεῦσαι πρὸς τὴν δέουσαν ἀλήθειαν, καὶ ἀκούειν τοὺς λόγους τῆς ζωῆς καὶ τῆς πίστεως τῆς ὄντως καὶ ἀξίως πιστεύειν. Ὅμως μέντοι δικαίως ἀπειπὼν τὰ πρὸς ὑμᾶς ὁ Προφήτης λελάληκεν· *Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτοὺς, γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν.*

EPBAN. Περὶ ἄλλης τινὸς ὑποθέσεως εἴρηκεν ὁ Προφήτης, ἐπεὶ περὶ ὑμῶν ὁ αὐτὸς λέγει, *Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτου.* Καὶ ἔπειτα, *Ἐπαίνει, Ἰερουσαλὴμ, τὸν Κύριον, αἴνει τὸν Θεόν σου, Σιὼν, ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, εὐλόγησε τοὺς* D *υἱούς σου ἐν σοί.* Καὶ ὁ Ἡσαΐας, *Ὁ Ἰσραὴλ, φησὶ, σωθήσεται ὑπὸ Κυρίου.*

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τὸ, *Ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτούς*, τοῦτο δηλοῖ, τὸν διασκορπισμὸν ὑμῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας εἰς πάντα τὰ ἔθνη κατ' ὀλίγον γεγονότα. Τὸ δὲ, *Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς*, καὶ ἑξῆς, περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ὁ Προφήτης ἠνίξατο. Αὐτὸν γὰρ κατέστησεν ὁ Πατὴρ ἐν τῷ

[86] Habac. III, 2. [87] ibid. [88] Psalm. XVI, 14. [89] Psal. IX, 21. [90] Psal. XXIV, 22. [91] Psal. CXLVIII, 12, 13. [92] Isa. XLV, 17.

NOTÆ.

(40) *Δύο ζώων.* In hunc locum videsis Toutteum ad Cyrill. Hier. Catech. XII, cap. 20, pag. 174.
(41) *Ἑνεκατ.* Scribe ἐν ἑκατ. GULON.

ἀπειθεῖν ὑμᾶς μὴ καλῶς (12) πολιτεύεσθαι, νομοθέτην ἐπὶ τὰ ἔθνη. Ὅτι δὲ εἴρηκεν ὁ Προφήτης, *Λύτρωσαι ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ*, καὶ τὰ ἑξῆς, οὐδὲν παράδοξον. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἰδίου ἔθνους παρεκάλει τὸν Κύριον. Ἡμεῖς δὲ οἱ Χριστιανοὶ, ὡς εἰκὸς, τὸν Θεὸν φοβούμενοι, καθ' ἑκάστην ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμεθα, ἵνα ἐπιγνῶτε τὸ συμφέρον. Τὸ, *Ἐπαίνει, Ἰερουσαλὴμ, τὸν Κύριον*, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ τοῦτο ἀληθές ἐστι. Πρὸ γὰρ τοῦ γενέσθαι τὸν Χριστιανισμὸν, ἥρμοζε τὸ ῥῆμα, καὶ οὐδ' αὐτὸς ἀντιλέγω. Καὶ γὰρ πρὸ τοῦ παραγενέσθαι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν κόσμον τὸν Κύριον, κἀγὼ εἴπερ ἤμην, Ἰουδαῖος ἂν ἐγενόμην. Καὶ γὰρ τοῖς καιροῖς ἐκείνοις ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Ἰσραὴλ μόνον ἐχρημάτιζεν ἡ σωτηρία. Ὅτι δὲ εἴρηκας, Κρεῖσσων ὁ παλαιὸς οἶνος παρὰ τὸν νέον, πεπλήρωται ὁ παλαιὸς οἶνος ἐκεῖνος, καὶ οὐδὲν κατελείφθη ἐν τοῖς πίθοις ὑμῶν, πλὴν ὁ τρυγίας, κατὰ τὸν Προφήτην. Λέγει γὰρ, *Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος· καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο.* Ἐκ παλαιοῦ νόμου ἔκλινεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν νέον, τῇ ἀποπληρώσει τῶν μελιῤῥύτων ῥήσεων τῶν θείων προφητῶν καὶ τῶν νοημάτων. Καὶ οὐδὲν πλέον ἐν τῇ Παλαιᾷ, κενωθείσης αὐτῆς εἰς τὴν Νέαν, ἀπέμεινεν ἡμῖν, πλὴν ὁ τρυγίας, τοῦτ' ἔστιν, αἱ πληρωθεῖσαι Γραφαὶ, τὸ λοιπὸν διακενῆς.

ΕΡΒΑΝ. Σὺ παντελῶς ἐκμυεῖς τὰ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὰ σὰ προσοικειοῖς διὰ τοῦ ἐσταυρωμένου τῷ παντοκράτορι, καὶ μὴ ἐπιστάμενος τὸ ῥῆμα τοῦ Κυρίου τὸ κραυγάζον, *Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει.*

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Καὶ τὸ ἑξῆς τοῦ στίχου τῆς περιοχῆς, πῶς οὐκ ἀνέγνως; Ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, εὖ οἶδα ἢ σύ· καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, σαφῶς ἐπίσταμαι· πλὴν, ἕως πότε, λέξον. Ὁ γὰρ ἔμπροσθεν τῆς λέξεως ταύτης στίχος, διορισμὸν προθεσμίας ἐπικέκτηται, *ἕως πότε*, φάσκων. Ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν πνευματικήν· τὸν Χριστιανισμόν φημι. Ἐλθὼν ὁ Χριστός μου καὶ Κύριος, οὗτός ἐστιν ἡ ἀληθὴς δικαιοσύνη. Ἐπιστρέψει δὲ τοὺς ὑπηκόους· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἐχόμενοι αὐτῆς τῆς νέας χάριτος, οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, οἵ τε ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεπιστευκότες εἰς αὐτόν. Περὶ δὲ ὑμῶν τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων, λέγει ὁ αὐτὸς Προφήτης· *Τίς ἀναστήσεται ἐπὶ πονηρευομένοις, ἢ τίς συμπαραστήσεται ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν;* Ἀνέστη δὲ πάντως πρόδηλον ἐπ' ἐσχάτων Οὐεσπασιανὸς καὶ Τῖτος, κατὰ τὴν προφητείαν, καὶ ἠφάνισεν αὐτούς· καὶ τὸ τηνικαῦτα ὀδυνώμενοι, ἐλέγετε, καθὼς Ἡσαΐας προεφήτευσε, *Νῦν τὴν κρίσιν μου*, εἰπὼν, *ἦρε Κύριος, καὶ ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν ἡμᾶς·* καὶ μάλα εἰκότως.

A non bene et præclare civitatem vestram administrare. Quod autem dixit Propheta : *Libera, Deus, Israelem*, etc., nihil mirum neque inopinatum. Nam pro gente sua invocabat Dominum : siquidem nos Christiani, ut par est, Deum timentes, quotidie preces ad Deum pro vobis fundimus, ut quod vobis utile est et salutare, cognoscatis. Atque illud : *Lauda, Jerusalem, Dominum*, etc., et hoc verum est. Antequam enim esset Christianismus, hoc verbum congruebat; neque ipse infitior. Et prius quam e cœlo in mundum Dominus devenisset, et ego si fuissem, Judæus fuissem. Nam temporibus illis tantummodo in lege Israelis erat salus. Quod autem dixisti, vinum vetus novo melius esse, illud vetus vinum expletum est et exhaustum, nihilque B relictum est in doliis vestris, præter fæcem, quemadmodum testatur Propheta. Dicit enim : *Quia calix in manu Domini, vini meri plenus misto : et inclinavit ex hoc in hoc* [93]. E vetere lege inclinavit Deus in novam, repletione mellifluorum verborum **619** divinorum prophetarum et intelligentiarum. Et nihil amplius in vetere lege, cum sit evacuata in novam, vobis remansit præter fæcem : id est, adimpletæ Scripturæ in posterum sunt supervacaneæ et inutiles.

HERB. Tu omnino quæ sunt Israelis, excludis, et tua per crucifixum Deo omnipotenti accommodate applicas, nesciens verbum Domini quod alte C clamat, *Quia non repellet Dominus plebem suam, et hæreditatem suam non derelinquet* [94].

S. ARCH. Et reliquum periochæ versus quomodo non legisti? Quod enim Dominus non repellet populum suum, melius novi quam tu : et quod hæreditatem suam non derelinquet, certo scio : sed quousque, dic. Qui enim præcedit versus hanc locutionem, præscripti temporis definitionem complexus est, dum dicit, *Quousque*. Quoad usque justitia convertatur in judicium spiritale : Christianismum dico. Cum venit Christus meus et Dominus; hic est vera justitia. Convertet autem obedientes : hi enim sunt, qui ipsam novam gratiam consequuntur, et qui sunt recti corde, quique D sive ex Judæis, sive ex gentibus, in ipsum crediderunt. De vobis autem pervicacibus et incredulis Judæis dicit idem Propheta : *Quis exsurget adversus maligne agentes, aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem* [95]? Surrexit omnino, quod perspicuum est, in extremis temporibus Vespasianus et Titus, secundum prophetiam, et ipsos abolevit : et tunc dolore cruciati dicebatis, quemadmodum Isaias vaticinatus est : *Nunc judicium*, inquit, *tulit Dominus, et a me recessit, et dentibus alieni comedunt nos* [96] : et quidem merito.

[93] Psal. CLXXIV, 9. [94] Psal. XCIII, 14. [95] ibid. 16. [96] Isa. XL, 27 ; et I, 7 sec. LXX.

NOTÆ.

(12) *Μὴ καλ.* Scribe καὶ μὴ καλ. GULON.

HERB. Nos rursus Israelitæ resurgemus, et civitas nostra instaurabitur, et vos qui Christum prædicatis, erubescetis. Scriptum est enim nobis a Domino : *Quod ædificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit : qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum* [97]. Sive quam primum, sive longe post ad extremum, hoc verbum adimplebitur : quid tibi et mihi, o archiepiscope ?

S. ARCH. Si unam (civitatem) ædificassetis, atque in unam cuncti reducti essetis, quid tibi magis quam mihi? Non Nabuchodonosor Jerusalem captam in servitutem redegit, et populum ejus abstulit, et hanc evertit? Non postea misertus Dominus hanc reædificavit, et vos dispersos in unum coegit? Non etiam temporibus Jeremiæ et Baruchi prophetarum, civitas vestra hostibus tradita est, direpta et funditus diruta : rursusque clementia et benignitate digna existimata, fuit instaurata ? Tandem, ne sæpe ejus pericula referam, a Romanis funditus deleta periit. Quid adhuc igitur desidens exspectas ut prophetia adimpleatur, quæ jam bis et ter fuit adimpleta, neque quidpiam amplius firmum habet? Audi igitur affirmationem, quam Deus de vobis in universum protulit, ut accurate certoque cognoscas Deum vos e corde suo repulisse. Videns enim, sciensque vestra ad ipsum sacrificia nihil in posterum profutura, sermonem contrahendo dixit : *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, neque recordabor nominum ipsorum per labia mea.* De hæreditate quæ ad eum pertinet, dixit ipsi Deo unigenitus ejus Filius : *Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi* [98]. Vides igitur, o Herbane, quomodo ex ipso corde vos odit Deus : et contra vos et omnes vestras synagogas pronuntiavit, **620** *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, neque memor ero nominum ipsorum per labia mea.* Quoniam igitur neque per labia vult vestri meminisse Deus, quanam re amplius digni estis, obtenebrati, cæci, supra modum fermentati et immemorabiles ?

HERB. Vide, nonne ait Propheta : *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus : spes ejus in Domino ipsius* [99] ? Non etiam Moses dicit : *Peribitis, nisi legem ad auxilium habueritis* [1] ? Et de vobis gentibus subjunxit David : *Peribitis, gentes, de terra illius* [2]. Ac rursus Moses : *Quod gens consilium amisit, nec in ipsis est scientia.* Nonne etiam Isaias dicit : *Ne exsultetis, omnes alienigenæ : contritum enim est jugum cædentis nos* [3] ? Quoniam igitur a prophetis interdicti estis et abdicati, frustra exsultatis, inania et vana exspectantes.

ΕΡΒΑΝ. Πάλιν ἀναστητόμεθα ἡμεῖς οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν οἰκοδομηθήσεται, καὶ ὑμεῖς οἱ Χριστὸν κηρύττοντες αἰσχυνθήσεσθε. Γέγραπται γὰρ ἡμῖν παρὰ Κυρίου, *Ὅτι οἰκοδομῶν Ἰερουσαλὴμ ὁ Κύριος, τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει· ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν.* Κἂν οὖν ἐν πρώτοις, κἂν ἐπὶ τέλει, τὸ ῥῆμα τοῦτο πληρωθήσεται· καὶ τί ἐμοὶ καὶ σοὶ τὸ λοιπὸν, ἀρχιεπίσκοπε ;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ἐὰν μίαν ᾠκοδομήθητε, καὶ εἰς μίαν συνήχθητε, τί σοὶ μᾶλλον ἢπερ ἐμοί ; Οὐ Ναβουχοδονόσωρ ᾐχμαλώτευσε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπῆρε τὸν λαὸν αὐτῆς, καὶ ταύτην κατέστρεψεν; Οὐ μετὰ ταῦτα σπλαγχνισθεὶς ὁ Κύριος (43) αὐτὴν ᾠκοδόμησεν, καὶ ὑμᾶς διασπαρέντας ἐπισυνήγαγεν; Οὐ παρεδόθη ἡ πόλις ἐπὶ Ἱερεμίου καὶ Βαροὺχ τῶν προφητῶν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κατεσκάφη, καὶ πάλιν φιλανθρωπίας ἀξιωθεῖσα ᾠκοδομήθη ; καὶ τὸ τελευταῖον, ἵνα μὴ τοὺς πολλὰ λέγω κινδύνους αὐτῆς, ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ὅλωλε διὰ παντός. Τί οὖν τὸ λοιπὸν παρακαθήμενος ἀναμένεις προφητείαν πληρωθεῖσαν καὶ δὶς καὶ τρὶς, καὶ μηδὲν τὸ λοιπὸν βέβαιον ἔχουσαν; Οὐκοῦν ἄκουσον τὴν ἀπόφασιν, ἣν εἶπεν ὁ Θεὸς καθολικῶς περὶ ὑμῶν, ἵνα ἐπιγνώσῃ ἀκριβῶς, ὅτι ἀπὸ καρδίας αὐτοῦ ἀπώσατο ὑμᾶς ὁ Θεός. Ἰδὼν γὰρ ὅτι οὐκ ὠφελήσεται τὸ λοιπὸν τὰ πρὸς αὐτὸν, συνελὼν εἴρηκεν, *Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν* ἐξ αἱμάτων, οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν *διὰ χειλέων μου.* Περὶ δὲ τῆς ἐπομένης αὐτῷ κληρονομίας, εἶπεν αὐτῷ τῷ Θεῷ ὁ μονογενὴς Υἱὸς αὐτοῦ, *Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί.* Βλέπεις οὖν, ὦ Ἑρβᾶν, πῶς ἀπ' αὐτῆς τῆς καρδίας μεμίσηκεν ὑμᾶς ὁ Θεός· καὶ ἀπεφήνατο (44) καὶ κατὰ πασῶν τῶν συναγωγῶν ὑμῶν, *Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου.* Ἐπεὶ οὖν οὐδὲ διὰ χειλέων βούλεται μεμνῆσθαι ὑμᾶς ὁ Θεὸς, τίνος ἐστὲ τοῦ λοιποῦ ἄξιοι, σκοτεινοὶ, καὶ τυφλοὶ, καὶ συμπεφυρμένοι ὑπάρχοντες, καὶ ἀμνημόνευτοι ;

ΕΡΒΑΝ. Οὐκ ἰδοὺ (45) λέγει ὁ Προφήτης, *Μακάριος οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον τὸν Θεόν ;* Οὐκ ἰδοὺ λέγει καὶ Μωσῆς, *Ἀπολεῖσθε εἰ μὴ νόμον εἰς βοήθειαν ἔχοντες ;* Καὶ περὶ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν ἐπήγαγε Δαβὶδ, *Ἀπολεῖσθε, ἔθνη, ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν Μωσῆς, *Ὅτι ἔθνος ἀπολωλεκὸς βουλὴν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἐπιστήμη.* Οὐκ ἰδοὺ Ἡσαΐας λέγει, *Μὴ εὐφραίνεσθε πάντες οἱ ἀλλόφυλοι· συνετρίβη γὰρ ὁ ζυγὸς τοῦ παίοντος ἡμᾶς.* Ἐπεὶ οὖν ἀπηγορεύθητε παρὰ τῶν προφητῶν, μάτην καυχᾶσθε, κενὰ προσδοκῶντες.

[97] Psal. CXLVI, 2, 3. [98] Psal. XV, 4, 5. [99] Psal. CXLV, 5. [1] Deut. VIII, 20. [2] Psal. X, 16 sec. Hebr. [3] Isa. XIV, 29.

NOTÆ.

(43) *Κύριος.* Cotelerius ad Barnabæ Epist. cap. 12, suspicatur Κύριος impressum fuisse pro Κῦρος. *Non postea misertus Cyrus*, etc.

(44) *Καὶ ἀπεφήνατο.* Ἐκλείπει, καθ' ὑμῶν· καὶ τὸ μόριον, καὶ, παρέλκει. GULON.

(45) *Ἰδού.* Forte ἰδών. GULON. — At nihil mutandum videtur. Sic enim paulo post, οὐκ ἰδοὺ Ἡσαΐας λέγει.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Πρῶτον διανάγνωθι τὰ εἰρημένα τίνα δηλοῦσιν, εἶθ' οὕτως ἡμῶν καταγίνωσκε. Καὶ γὰρ τὸ, *Μακάριος οὗ ὁ Θεὸς Ἰακώβ*, περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ εἴρηται· καὶ σὺ ἐρεῖς ὅτι ἡ ἐλπὶς ἡμῶν ἐπὶ Κύριον πέφυκε, καθὰ σημαίνει. Ἐγὼ δὲ λέγω, ἦν τὸ παλαιὸν, οὐκ ἔτι δὲ ἀρτίως. Ἐλπὶς γὰρ ἦδη τὸ λοιπὸν ἀπόλωλεν ἐξ ὑμῶν, ἐπειδὴ ἠρνήσασθε τὴν ἐλπίδα καλήν τε καὶ θείαν, ἣν ἀπέστειλεν ὑμῖν ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Περὶ δὲ οὗ φάσκει, ὅτι *Ἀπολεῖσθε, ἔθνη, ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ*, οὐ περὶ ἡμῶν λέγει τοῦτο ἁπλῶς, ἀλλὰ περὶ ὑμῶν μᾶλλον τῶν Ἰουδαίων. Ἐπειδὴ γὰρ κακῶς ἐχρήσασθε τῷ δεδομένῳ ὑμῖν νόμῳ, καὶ ἐμίγητε τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμάθετε τὰ ἔργα αὐτῶν, ἔθνη, ἀσύνετε, καὶ ὑμᾶς ἐκάλεσε. Καὶ ἀπάγγειλον δή μοι *τίς* ἀπώλετο ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς, οἱ παραβάται καὶ ἀρνησίθεοι, καθὼς ὑπαγορεύεις; Οὐκ ἰδοὺ ἐν τῇ γῇ τῶν πατέρων ὑμῶν τοῦ δεῦρο ἀναστρεφόμεθα, ὑμᾶς δὲ τοὺς παρανόμους διώκων ἐξεδίωξεν Κύριος ὁ Θεὸς τῆς γῆς τῶν ἐθνῶν, ἅτινα εἶπεν ὑμῖν παραδώσειν τοῦ ἐξολοθρεῦσαι, καὶ οἰκῆσαι ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξωλοθρεύσατε αὐτὰ, ἀλλ' ἐμίγητε αὐτοῖς, καὶ ἐμάθετε τὰ ἔργα αὐτῶν; Τοσοῦτον γὰρ ἦτε ταλαίπωροι, ὅτι οὐδὲ ἰδίαν γῆν ἐκτήσασθε πώποτε. Ἰδοὺ οὖν κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Κυρίου, ὅτι εἶπε, *Διασπερῶ αὐτοὺς*, διεσπάρητε ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐστὲ εἰς ὀνειδισμὸν ἑαυτοῖς καὶ ἀπώλειαν. Περὶ δὲ ὧν λελάληκεν Ἡσαΐας, *Μὴ εὐφραθείητε, πάντες οἱ ἀλλόφυλοι*, περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν Ἀσσυρίων προφητεύων, τάδε ᾔνιξατο. Κατωτέρω γὰρ ἐμφαίνει περὶ αὐτοῦ· *Ὃν τρόπον* γὰρ, φησὶ, *βεβούλευμαι, οὕτω μενεῖ, τοῦ ἀπολέσαι με τοὺς Ἀσσυρίους ἀπὸ τῆς γῆς ἐμῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέων μου, καὶ ἔσονται εἰς καταπάτημα.*

Τί οὖν σοι δοκεῖ πρὸς ταῦτα;

ΕΡΒΑΝ. Πρὸς σπερμολόγον ἄνδρα τίς ἱκανὸς χρήσασθαι ῥήμασιν; Ὅσα γὰρ ἂν ἐροῦμεν πρὸς σὲ, πάντα διαβάλλεις. Τί οὖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας; λέγει ὡς ἐκ προσώπου Κυρίου; *Ἰδοὺ ἐγὼ σώζω τὸν λαόν μου ἀπὸ γῆς Ἀνατολῶν* (46), *καὶ εἰσάξω αὐτὸν*,(47) [*εἰς τὴν γῆν αὐτῶν*,] *καὶ κατασκηνώσουσιν* (48) *ἐν μέσῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ.* Καὶ μετά τινα· *Καὶ ἔσται, ὃν τρόπον ἦτε ἐν κατάρᾳ* (49) *ἐν τοῖς ἔθνεσιν οἶκος Ἰούδα καὶ οἶκος Ἰσραὴλ, οὕτω διασώσω ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε εἰς εὐλογίαν* (50). *Θαρσεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, διότι τάδε λέγει Κύριος· Ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς ἐν τῷ παροργίσαι με τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ οὐ*

S. ARCH. Primum dignosce ac discerne, dicta quænam declarant, deinde ita nos condemna. Nam illud, *Beatus cujus Deus Jacob*, de patriarcha Jacob dictum est : et tu dicis, quod spes nostra in Domino Deo est, sicut significat. Ego vero dico, erat olim, nunc autem amplius non est. Nam vobis spes periit, præsertim cum spem illam præclaram quidem et divinam quam cœlitus ad vos demisit Deus, abnegayeritis. Quod autem ait, *Peribitis, gentes, de terra illius*, non de nobis hoc simpliciter enuntiat, sed potius de vobis Judæis. Postquam enim vobis data lege abusi estis, et gentibus] misti fuistis, et ipsarum opera didicistis; vos etiam gentes, o insipiens, vocavit. Tu vero hoc mihi dicito, utri e sua terra perierunt, nos gentiles, an vos Judæi? qui transgressores ac scelerati, impii et Dei abnegatores, sicut loqueris. Non in terra patrum vestrorum versamur, vos autem nefarios persequens Dominus Deus, e terra gentium exterminavit? quas gentes dixerat se vobis traditurum, ut eas exterminaretis, et in terra ipsarum habitaretis, neque tamen ipsas exterminastis, sed cum ipsis commercium habuistis, et opera ipsarum didicistis? Usque adeo enim fuistis ærumnosi et extorres, ut neque unquam propriam terram possederitis. Ecce igitur secundum quod dictum a Domino : *Dispergam*, inquit, *eos*[4], dispersi estis inter omnes gentes, et estis in opprobrium ipsis et in interitum. De quibus autem locutus est Isaias : *Ne lætemini, omnes alienigenæ*[5] ? de interitu Assyriorum vaticinans, hæc velamento quodam protulit. Paulo post enim de ipso ostendit : *Quemadmodum*, inquit, *deliberavi, sic permanebit : perdere nimirum Assyrios e terra mea et a montibus meis : et erunt in conculcationem*[6]. Quid igitur tibi videtur ad hæc?

HERB. Adversus verborum funditatorem et blateronem, quis in respondendo satis idoneus esse queat? Quæcunque enim contra te dicimus, calumniaris omnia. Quid igitur propheta Zacharias dicit tanquam e persona Domini? *Ecce ego salvum facio populum meum a terra orientali (et de terra occasus solis), et adducam eos (in terram suam), et habitabunt in medio Jerusalem : et erunt mihi in populum, et ego ero ipsis in Deum in veritate et justitia*[7]. Et postea : *et erit, sicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda, et domus Israel; sic conservabo vos, et eritis benedictio. Confidite et prævalete in manibus vestris, eo quod hæc dicit Dominus : Quemadmodum* **621** *cogitavi malis vos affligere, cum patres vestri me ad iracundiam provocassent, neque eos*

[4] Jerem. xv, 7. [5] Isa. xiv, 29. [6] ibid. 24, 25. [7] Zach. viii, 7, 8.

NOTÆ.

(46) *Ἀπὸ γῆς ἀνατολῶν*. Desunt hæc, καὶ ἀπὸ γῆς δυσμῶν. GULON.

(47) *Αὐτόν*. Scribe αὐτούς. Sequentia inclusa non sunt in textu. ID.

(48) *Κατασκηνώσουσιν*. Leg. ut in textu κατασκηνώσω. ID.

(49) *Ἐν κατάρᾳ*. Sic LXX. Sed forte leg. cum Vulg. absque ἐν, κατάρα. ID.

(50) *Εἰς εὐλογίαν*. Rescribe cum LXX, ἐν εὐλογίᾳ. Forte hic quoque legendum εὐλογίᾳ, absque ἐν. ID.

pœnituit : sic statui et cogitavi in his diebus, Israel benefacere in domo Judæ. Confidite, hi sunt sermones Dei [8]. Quid igitur dices ad hæc, o archiepiscope ?

S. ARCH. Revera hæc propheta vaticinatus est, et bis terque a gentibus revocati estis, et Jerusalem recepistis, et ad aliquod usque tempus perdurantes in benedictionibus : deinde in direptionem et prædam traditi fuistis, et in depastionem atque in exsecrationem gentibus, qui graviter peccastis. Non igitur paulo ante tibi enumeravi, quoties captivus ductus est Israel, et quoties revocati fuistis? Non amplius in sæculum, nonne? nisi quando Satanas et Antichristus in mundum venerit. Nam reprobati estis, ac plane inutiles inventi. Quod vocavit Deus gentes pro vobis, audi Isaiam sic loquentem : *Hæc dicit Dominus omnipotens: Quod venient populi multi ædificantes civitates multas, et convenient in unam civitatem dicentes : Eamus euntes oratum faciem Domini omnipotentis* [9]. Vides quomodo gentium ad Deum impetum et concursum Isaias propheta, imo vero Deus ipse, prædixit : *Venient*, inquit, *populi multi et gentes multæ ad inquirendum faciem Domini omnipotentis* [10]. Quid ad hæc tibi respondendum esse censes?

HERB. Michæas propheta dixit : *In diebus illis, dicit Dominus, congregabo contritam, et abjectam suscipiam. Et quos abjeci vocabo, et ponam contritam ad residuum, et abjectam in gentem fortem : et regnabit Dominus super ipsis in Sion ex hoc nunc et in sæculum* [10]. Ergo non videtur tibi, quod aliquando Dominus Deus Israelem quem abjecit, revocaturus est, et quod oportet ipsum esse in gentem fortem, et regiam et maxime formidandam?

S. ARCH. Fallis, o Herbane, haud dubie prophetæ vaticinium tuæ genti proprium faciens. Nam *contritam* cum dixit, gentium accolatum adumbravit. Et cum dixit *abjectam*, idolorum cultum reprobatum ac rejectum ipsarum gentium obscure intellexit. Atque nunc nonne Romanum imperium est in gentem magnam et fortem? Non Jerusalem ecclesiis et sacris ac divinis templis Christi crucifixi plena est? Nonne ex Bethleem processit Jesus Christus Filius Dei, quem vos negastis? non regnat in omnibus propemodum totius orbis terrarum finibus, a monte Sion, id est, ab altitudine supercœlesti? Attentissime audi quid dicat Micheas postea : *Et tu Bethleem domus Euphrata, non mini-*

A μετενόησαν (51), οὕτω παρατέταγμαι καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, τοῦ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῷ οἴκῳ Ἰούδα. Θαρσεῖτε, οὗτοι οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ (52). Τί οὖν ἐρεῖς πρὸς ταῦτα, ὦ ἀρχιεπίσκοπε ;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ἐν ἀληθείᾳ ταῦτα ὁ προφήτης ἠνίξατο, καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀνεκλήθητε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπελάβετε, καὶ μέχρι τινὸς ἐν εὐλογίαις διαρκέσαντες (53)· ἔπειτα εἰς διαρπαγὴν παρεδόθητε καὶ εἰς προνομὴν, εἰς κατάραν τοῖς ἔθνεσιν ἐξαμαρτήσαντες. Οὐκοῦν ἀνωτέρω οὐκ ἀπηρίθμησά σοι ποσάκις ᾐχμαλώτευται Ἰσραὴλ, καὶ ποσάκις ἀνεκλήθητε ; Οὐκέτι εἰς τὸν αἰῶνα, οὔκουν· εἰ μὴ ὁπόταν παραγένηται ὁ Σατανᾶς καὶ
B Ἀντίχριστος εἰς τὸν κόσμον. Ἀπεδοκιμάσθητε γὰρ, καὶ εὑρέθητε τελείως ἀνωφελεῖς, ὅτι ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὰ ἔθνη ἀντὶ ὑμῶν. Καὶ ἄκουσον τοῦ Ἡσαΐου (54) λέγοντος· *Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὅτι ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, κατοικοῦντες πόλεις πολλὰς· καὶ συνελεύσονται* (55) *εἰς μίαν πόλιν, λέγοντες, Πορευθῶμεν πορευόμενοι, δεηθῆναι πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος.* Βλέπεις ὅπως πρὸς τὸν Θεὸν τὴν ὁρμὴν τῶν ἐθνῶν προεῖπεν Ἡσαΐας, μᾶλλον δὲ ὁ Θεός· Ἥξουσι, φησὶ, *λαοὶ πολλοὶ καὶ ἔθνη πολλὰ, ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος.* Τί οὖν δοκεῖ σοι πρὸς ταῦτα ;

ΕΡΒΑΝ. Μιχαίας ὁ προφήτης εἶπεν· *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, λέγει Κύριος· Συνάξω τὴν συντετριμμένην, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰσδέξομαι.*
C *Καὶ καλέσω οὓς ἀπωσάμην, καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ ἀπωσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν· καὶ βασιλεύσει Κύριος ἐπ' αὐτοὺς ἐν Σιὼν, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα.* Οὐκοῦν οὐ δοκεῖ σοι, ὅτι ἔρχεταί ποτε τοῦ ἀνακλῆσαι Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ πάλιν ὃν ἀπώσατο, καὶ δεῖ καὶ αὐτὸν εἰς ἔθνος ἰσχυρὸν καὶ βασίλειον φοβερώτατον ;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Σφάλλεις, ὦ Ἑρβᾶν, ἀσφαλῶς, ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔθνος τὴν προφητείαν σφετεριζόμενος. *Συντετριμμένην* γὰρ εἰπὼν, τὴν τῶν ἐθνῶν παροικίαν ἀπείκασε· καὶ *ἀπωσμένην* εἰρηκὼς, τὴν εἰδωλολατρείαν (56) ἀπωσθεῖσαν, φησὶ, τῶν αὐτῶν ἐθνῶν ἠνίξατο. Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία εἰς ἔθνος μέγα καὶ ἰσχυρόν ; Οὐ πέπληστοι
D Ἱερουσαλὴμ ἐκκλησιῶν καὶ θείων τεμενῶν τοῦ ἐσταυρωμένου Χριστοῦ ; Οὐχὶ ἐκ Βηθλεὲμ προέβη Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν ὑμεῖς ἠρνήσασθε ; οὐ βασιλεύει περάτων σχεδὸν καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ τοῦ ὄρους Σιὼν, τουτέστι, τοῦ ὕψους τοῦ ἐπουρανίου ; Πρόσεχε γὰρ τί λέγει Μιχαίας μετὰ ταῦτα· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Εὐ-*

[8] Zach. VIII, 13, 14. [9] ibid. 20, 21. [10] Mich. IV, 6, 7.

NOTÆ.

(51) *Μετενόησαν*. Scribe cum LXX, μετενόησα. Sic et Vulg. GULON.

(52) *Τοῦ Θεοῦ*. Pro his, apud LXX, οὓς ποιήσετε. ID.

(53) *Διαρκέσαντες*. Scribe, διαρκεῖσθε σαυταῖς. ID.

(54) *Τοῦ Ἡσαΐου*. Non Isaias, διὰ εἰδωλ. Sed Zacharias VIII, 20, 21.

(55) *Συνελεύ*. LXX Vat. συνελεύσονται κατοικοῦντες πέντε πόλεις εἰ; μίαν πόλιν. AA. LL. κατοικοῦντες μίαν εἰς μίαν πόλιν.

(56) *Εἰδωλ*. Scribe, διὰ εἰδωλ. ID.

φραθᾶ (57), *μὴ ὀλιγοστὸς εἶ ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα Ἰσραήλ. Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ, ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος.* Καὶ γὰρ, φησὶν, ὡς ἄνθρωπος ἀρτίως ἐγεννήθη· ἀλλ' αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· ὅτι καὶ Θεὸς προαιώνιος πέφυκε· διὰ τοῦτο δώσει αὐτοῖς ἕως καιροῦ τικτούσης· τουτέστι, δώσει ὑμῖν τοῖς Ἰουδαίοις κρατύνειν τὸν νόμον Μωσέως, ἕως καιροῦ τικτούσης τὸν θεῖον νόμον, καὶ ἡγούμενον, τὸν ἐκ Βηθλεὲμ προερχόμενον· τουτέστιν, ἐκ τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας· *Τέξεται γὰρ ἡ κόρη*, φησὶ, *τὸν ἄρχοντα τοῦ Ἰσραήλ.* Γέγραπται γὰρ, ὅτι οὔτε οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ ἐξ Ἰωσὴφ αὐτῷ εἶναι νομιζόμενοι, ἐπίστευον εἰς αὐτόν. *Καὶ αὐτὸς δὲ*, φησὶ, *στήσεται καὶ ὄψεται, ποῖον ἄρ' ἔσται τὸ ποίμνιον αὐτοῦ.* Καὶ ἴδῃ, ὅτι τὰ ἔθνη ἐπεδόθη αὐτῷ, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ Κύριος. *Καὶ ἐν τῇ δόξῃ ὀνόματος Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, ὑπάρξουσι τὰ ἔθνη.* Διότι νῦν μεγαλυνθήσεται ὁ ποιμὴν καλὸς, ἕως ἄκρων τῆς γῆς· τουτέστιν, ἐκ τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας μέχρι τῆς συντελείας. Καὶ εἰ βούλει ἀντειπεῖν ὅτι οὐκ ἐμεγαλύνθη ὁ ποιμαίνων τὰ ἔθνη Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀνάβλεψον καὶ ἴδε τοῖς ὀφθαλμοῖς σου εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ὅπως μεγαλύνεται ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, μέχρι τῆς συντελείας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ὅτι *μεγαλυνθήσεται ἕως ἄκρου τῆς γῆς.*

ma es in millibus Juda : ex te enim exibit dux, qui regat Israelem. Exitus ejus ab initio, ex diebus æternitatis [11]. Etenim, ait, ut homo nuper natus est; sed viæ ejus ex diebus sæculi, quod et Deus ante sæcula fuit: ob eam causam dabit ipsis usque ad tempus parientis, id est, dabit vobis Judæis firmare legem Mosis usque ad tempus parientis divinam legem, et ducem ex Bethleem venientem: hoc est, ex semper Virgine et Deipara Maria: *Pariet enim*, inquit, *Virgo principem Israelis.* Scriptum est enim, quod neque fratres ejus qui ex Josepho huic esse putabantur, in ipsum credebant. *Et ipse*, ait, *stabit, et videbit quinam erit grex ejus* [12]. Et scias quod jam gentes ei traditæ sunt, et pascet gregem suum in fortitudine Dominus. *Et in gloria nominis Domini Dei sui aderunt gentes* [13]. Quocirca nunc **622** magnificabitur pastor egregius usque ad extremum terræ, id est, ex Virgine et Deipara Maria usque ad consummationem. Quod si inficiari vis, non esse magnificatum illum qui pascit gentes Dominum Jesum Christum Filium Dei; respice et vide tuis oculis ad orbis terrarum usque fines, quomodo magnificatur Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei, ex hoc nunc et usque in sæculum usque ad consummationem: hoc enim declarat, quod *magnificabitur usque ad extremum terræ.*

EPBAN. Καὶ εἰ οὕτως ἐστὶ, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ εἶπεν ὁ προφήτης, ὅτι ἐκ σοῦ μοι Ἐξελεύσεται, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐπήγαγεν;

HERB. Si ita est, quam ob causam non dixit propheta: Quod ex te mihi exibit, qui sit princeps in gentibus, sed, in Israele, subjunxit?

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. *Νοῦς ὁρῶν τὸν Θεὸν*, Ἰσραὴλ ἑρμηνεύεται. Ἐπεὶ οὖν ὑμεῖς, οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ποτὲ νοῦς ὁρῶν τὸν Θεὸν πεφυκότες, παραγενομένου πρὸς ὑμᾶς τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἐκουσίᾳ τῇ γνώμῃ ἐκαμμύσατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν τοῦ μὴ ἰδεῖν τὸ ἀνέσπερον φῶς, ἀπετυφλώθητε εὐθέως καὶ ἀπωλέσατε τὸ εἶναι νοῦς ὁρῶν τὸν Θεὸν, ἀνθ' ὧν τὰ ἔθνη τά ποτε τυφλὰ χρηματίζοντα ἀνένευσαν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐπίστευσαν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ, παραχρῆμα ἀναβλέψαντες, τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐδέξαντο. Καὶ εὐθέως ἐπετέθη αὐτοῖς, καὶ τὸ Ἰσραὴλ ὄνομα, χειρὶ Θεοῦ ἀρθὲν ἀφ' ὑμῶν. Ἀρτίως γοῦν οἱ Θεὸν ὁρῶντες ἐπ' ἀληθείας Ἰσραὴλ ἀξίως προσαγορεύονται· οἱ δὲ τῇ ἀπιστίᾳ ἀποτυφλωθέντες, ἀπώλεσαν τὸ εἶναι καὶ ἀκούειν Ἰσραήλ. Ἐπεὶ οὖν μετετέθη τὸ ὄνομα ἐξ ὑμῶν αὐτὸ τὸ, Ἰσραὴλ, ἐτέθη ἐν τοῖς ἔθνεσι· περὶ τῶν ἐθνῶν εὐδηλον εἶπεν ὁ προφήτης τοῦ νέου Ἰσραὴλ, ὅτι Ἐξελεύσεται ὁ Κύριος τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ.

S. ARCH. *Mens* sive *intellectus Deum cernens et intuens* exponitur Israel. Postquam igitur vos, Judæi, qui aliquando fuistis mens Deum videns, cum ad vos Dei unigenitus Filius venit, sententia sponte concitata vestros clausistis oculos ne viderent vespere carentem lucem; continuo excæcati fuistis, et pereuntes desiistis esse mens Deum cernens: ob eamque causam gentes quæ antea cæcutiebant, mentem ad Deum sustulerunt, et unigenæ Dei Filio crediderunt: et mox lucem intuitæ sacrosanctum lavacrum acceperunt. Atque illico ipsis nomen Israel inditum atque impositum fuit, quod Dei manu vobis sublatum fuit. Nunc igitur qui Deum contemplantur et mentis oculis cernunt, re vera et digne ac merito Israelitæ vocantur: qui autem perfidia et pervicaci incredulitate obcæcati sunt, cum sua pernicie et exitio desierunt nomen Israelis habere et audire. Quoniam igitur Israelis nomen ex vobis translatum est, et gentibus inditum, notum est et perspicuum, prophetam dixisse de gentibus, de novo Israele, venturum Dominum, ut sit princeps et dux in Israele.

EPBAN. Πλεῖστα λέγεις εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπηρῶν τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων, τοῦ μηκέτι προσδοκᾷν ἀνα-

HERB. Plurima dicis in desperationem, mutilans genus Judæorum, ne amplius revocationem

[11] Mich. v, 2. [12] ibid. 4. [13] ibid.

NOTÆ.

(57) *Εὐφρ.* Rescribe, Εὐφραθᾶ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλ. ID.

exspectent. Verum ego non amplius tua verba sustinebo : quandoquidem prophetam audio Isaiam dicentem : *Fulgebit Deus in illa die in concilio cum gloria in terra, ut extollat et gloria illustret residuum Israelis in Sione, et quod reliquum est in Jerusalem. Sancti omnes vocabuntur, qui conscripti ad vitam in Jerusalem* [15]. Ac deinde, *Quod eluet Dominus sordes filiorum et filiarum Sionis, et sanguinem Jerusalem expurgabit e medio ipsorum, spiritu judicii et spiritus ardoris* [16]. Oportet igitur nos revocari, quemadmodum audis prophetarum oracula, iterumque in pristinum honorem restaurari, imo vero in præstantiorem. Quamobrem ne mihi amplius multiplici verborum profluentia fretus obsiste, nec adversare, sed crede et persuasissimum habe ita futurum esse : sive quam primum, sive in posterum, nihil refert.

S. ARCH. Divinæ Scripturæ accuratam subtilitatem haudquaquam intelligens, vanis et adulterinis, futilibus et inutilibus notitiis te ipsum oblectas. Quod enim ait : *Fulgebit Deus in die illa in concilio cum gloria in terra, ut extollat et gloria cumulet reliquias Israelis*, hoc jam adimpletum est. Nam Dei Filius unigena fulgens ex sancta Virgine Deipara in Jerusalem, reliquias Israelis gloria et nonore extulit : spiritaliter autem gloria illustravit, et non corporaliter, sicut tu carnalis Judæus animo fingis. Quid autem relictum sit, et cujus causa scriptum, attende diligenter, ut boni aliquid inde perdiscas, et quod ad salutem tuam, si velis, commodum sit et conducibile, intelligas. Quod reliquum est ex Israele, multitudo est Hebræorum, quæ cum Christus advenit, in eum credidit : relicta enim fuit a Domino, videlicet electa. Nam genus humanum a dæmonum tyrannide et vexatione, quæ animo et mente intelligitur, servatum fuit, ut Dei Filio crederet **623** et salvum esset : ut non funditus genus Hebræorum interiret, si fidem non habuisset, et incredulum omnino permansisset. De hac enim summa propheta dicit : *Nisi Dominus vobis reliquisset semen, sicut Sodoma facti fuissetis, et Gomorrhæ similes effecti essetis* [17] : significans eos, qui ex vobis crediderunt et salvi facti sunt. Quod autem scriptum, *ad vitam*, ad supercœlestem vitam scriptum est, quam ab unigenito Dei Filio pendere indicat. Quod vero *filiorum et filiarum Sionis sordes eluit* et detersit, eorum qui crediderunt intelligit : et quod *sanguinem civitatis Jerusalem mundans* expiavit e medio ipsorum, pretioso et sancto baptismate, nullus est qui contradicat. De hoc enim Isaias vaticinatur : *Lavamini, mundi estote* [17], et cætera. Quod *spiritu judicii*, amore et benevolentia erga homines dijudicaverit, Spiritu sancto, et excogitaverit tantum bonum. Quod *spiritu ardoris*, igne sui spiritus combusserit eorum debita, qui per fidem accedunt ad

κλήσεως. Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἀνέξομαί σου τῶν ῥημάτων, ἐπειδὴ ἀκούω τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος· *Ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ ἐν Σιὼν, καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἰερουσαλήμ.* Ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν ἐν Ἰερουσαλήμ. Καὶ μετέπειτα, *Ὅτι ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιὼν, καὶ τὸ αἷμα Ἰερουσαλὴμ ἐκκαθαρεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν, πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι καύσεως.* Οὐκοῦν δεῖ ἡμᾶς ἀνακληθῆναι, καθὼς ἀκούεις τὰς προφητείας, καὶ γενέσθαι πάλιν εἰς τὴν ἀρχαίαν τιμὴν, μᾶλλον δὲ καὶ περισσοτέραν. Τὸ λοιπὸν μηκέτι μοι πολυλογίᾳ χρώμενος ἀντίπιπτε, ἀλλὰ πίστευσον ὅτι οὕτως ἔσται, κἂν πρῶτον, κἂν ὕστερον.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Μὴ συνιεὶς τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, λόγοις κιβδήλοις καὶ ἀνωφελέσιν ἐννοίαις, χαροποιεῖς σεαυτόν. Τὸ γὰρ, *Ἐπιλάμψει*, φησὶν, *ὁ Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ*, ἤδη γεγένηται. Λάμψας γὰρ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου ἐν Ἰερουσαλὴμ, ἐδόξασε καὶ ὕψωσε τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραήλ. Πνευματικῶς δὲ ἐδόξασε τοῦτο, καὶ οὐχὶ σωματικῶς, ὡς σὺ σαρκικὸς Ἰουδαῖος φαντάζῃ. Τί δὲ τὸ καταλειφθὲν, καὶ διὰ τίνος γραφὲν, πρόσεχε ἀκριβῶς, ἵνα γνῷς τί ἀγαθὸν, καὶ εἰς σωτηρίαν σου, εἴπερ βούλει, ἐπιτήδειον· τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ, τὸ ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ πιστεῦσαν πλῆθος τῶν Ἑβραίων ἐστί. Κατελείφθη δὲ ὑπὸ Κυρίου, ἤγουν ἐκλεχθέν· ἐτηρήθη ἀπὸ τῶν τυραννούντων νοητῶς προλήψει παθῶν δαιμόνων, τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἵνα πιστεύσῃ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ σωθῇ, ὅπως μὴ παντελῶς ἀπόληται ἀπιστῆσαν τὸ γένος τῶν Ἑβραίων. Λέγει γὰρ περὶ τοῦ κεφαλαίου τούτου προφήτης· *Εἰ μὴ Κύριος ἐγκατέλιπεν ὑμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθητε, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθητε*· σημαίνων τοὺς ἐξ ὑμῶν πιστεύσαντας καὶ σωθέντας. Τὸ δὲ γραφὲν, *εἰς ζωὴν*, εἰς τὴν ἐπουράνιον γραφὲν ζωὴν, παρὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, σημαίνει. *Ὅτι δὴ ἔπλυνε τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιὼν*, τῶν πιστευσάντων φησὶ· καὶ τὸ *αἷμα Ἰερουσαλὴμ ἐκάθηρεν* ἐκ μέσου αὐτῶν τῷ τιμίῳ καὶ ἁγίῳ βαπτίσματι, οὐδεὶς ὁ ἀντερῶν. Λέγει γὰρ Ἡσαΐας περὶ τούτου, *Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Ὅτι πνεύματι κρίσεως*, φιλανθρωπίᾳ διακρίνας, Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐξευρὼν τὸ τηλικοῦτον ἀγαθόν. *Ὅτι πνεύματι καύσεως*, τῷ πυρὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος καταφλέξας τῶν διὰ πίστεως προσερχομένων τῇ κολυμβήθρᾳ τὰ ὀφλήματα. Καυστικὸν γὰρ μολυσμάτων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ δὲ, *Ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν*, τὸ πλῆθος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν, ὅπερ ἐσθὲν (58)

[15] Isa. IV, 2, 3. [16] ibid. 3. [17] Isa. I, 9. [17] ibid. 16.

NOTÆ.

(58) *Ἐσθέν*. Forte λουσθὲν, *lota*. GULON.

ἀπὸ τῆς ἀπιστίας παρὰ τοῦ Σατανᾶ (καθὼς αὐτῷ ἐνεβριμήσατο ὁ Θεὸς, δι' ἀπιστίας βάλλοντι πᾶν τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων) τοσοῦτον ὑψώθη καὶ ἐδοξάσθη, ὥστε πάντα τὰ ἔθνη τὰ πιστεύοντα εἰς τὸν Κύριόν μου καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἔκτοτε καὶ μέχρι τῆς δεῦρο τιμῶσιν καὶ δοξάζουσιν αὐτοὺς, καὶ εὐκτηρίους οἴκους ἀνεγείρουσιν, καὶ ἁγίους καὶ δικαίους ὀνομάζουσι αὐτοὺς, καὶ τὰς ἁγίας αὐτῶν μνήμας κατ' ἔτος ἐπιτελοῦσι, καθὼς γέγραπται, ὅτι ἅγιοι πάντες κληθήσονται, παρὰ τῶν ἐθνῶν δηλονότι, οἱ ἀπογραφάμενοι τῷ νόμῳ, καὶ γραφέντες εἰς ζωὴν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, τῇ πίστει καὶ τῷ βαπτίσματι. Καὶ ἔχεις τοὺς ιβ' ἀποστόλους, ἔχεις τοὺς ο', ἔχεις τοὺς ,β, ἔχεις τοὺς ,ε τοὺς φαγόντας τοὺς ἄρτους, ἔχεις τοὺς ,δ οὓς πάντας ἀπεκτείνατε, μάρτυρας αὐτοὺς τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεργασάμενοι. Εἰσὶ καὶ ἄλλαι ψυχαὶ πολλαὶ, οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἐξ Ἰουδαίων ἐπεστράφησαν, καὶ προσῆλθον τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. Περὶ ὧν πάντων καὶ πασῶν ἔγραψεν ὁ προφήτης, ὅτι *Τὸ ἐγκατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ σωθήσεται.*

A piscinam. Nam Spiritus sanctus sordes et labes animi ardore suo absumit. Illud autem, *ut extollat et gloria afficiat reliquias*, multitudo est Israelis quæ exesa a perfidia, a Satana (sicut ei acriter minatus est Deus, propter incredulitatem ac perfidiam Judæorum genus exagitanti) usque adeo exaltata est et glorificata, ut omnes gentes quæ in Dominum meum et Deum Jesum Christum credunt, ex eo et ad hoc usque tempus honore eos afficiant, et gloria efferant: sacris locis sive oratoriis excitent: eosdem sanctos et justos nominent: sanctas ipsorum commemorationes quotannis celebrent: sicut scriptum est, quod sancti omnes (a gentibus nimirum) vocabuntur, qui apud legem nomen professi, et in vitam (quæ est ipse Christus) ascripti
B per fidem et baptisma fuerunt. Habes duodecim apostolos, habes septuaginta discipulos; habes duo millia, habes quinque millia hominum qui comederunt panes; habes quatuor millia, quos omnes interfecistis, eos omnes Domini mei Jesu Christi martyres, id est, testes efficientes. Sunt et aliæ animæ multæ, non solum virorum, sed etiam mulierum, quæ ex Judæis conversæ fuerunt, et ad sacrum lavacrum accesserunt: de quibus omnibus scribit propheta, *quod Reliquiæ Israelis salvæ fient.*

ΕΡΒΑΝ. Ἐξ εὐθείας μετέστρεψας τὰ ῥήματα τῆς προφητείας εἰς τὴν σαυτοῦ ἀντίληψιν. Πλὴν, εἰ καὶ οὕτως ἔχει, πότε ὁ ἐσταυρωμένος περιπατῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καθὼς μετὰ ταῦτα ἐπάγει ὁ προφήτης, *Τὰ περὶ κύκλῳ Σιὼν ἐπεσκίασε νεφέλη ἡμέρας, καὶ ὡς καπνοῦ, καὶ ὡς φωτὸς πυρὸς καιομένου νυκτός;* Πότε δὲ ἐγένετο αὐτὸς πάσῃ δόξῃ σκέπων (59), καὶ εἰς σκιὰν ἀνατέλλων ἑαυτὸν ἡμέρας
C τοῖς ὑπηκόοις ἀπὸ καύματος, καὶ ἐν σκέπῃ καὶ ἐν ἀποκρύφῳ ἀπὸ σκληρότητος καὶ ὑετοῦ; Ἀπὸ γὰρ τοῦ, τὸ, *Αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως,* ταῦτα ἐπάγει ὁ προφήτης.

HERB. Directo verba prophetiæ ad tuum sensum et subsidium detorsisti. Verumtamen si ita est, quando crucifixus ambulans in civitate Jerusalem, sicut postea subdit propheta: *Sionis ambitus et circuitus obumbrabit nebula diei et fumi instar et lucis et ignis ardentis nocte* [18]? Et quando ipse omni gloria velatus fuit, et in umbram se ipsum oriri fecit diem obedientibus ab ardore et æstu, et in velamine et in tegmine a duritie et pluvia? Nam post hæc verba: *Sanguinem Jerusalem emundabit e medio ipsorum spiritu judicii, et spiritu exustionis* [19], hæc subjungit propheta.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Σὺ τοίνυν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἦς, καὶ ἔβλεπες, κἂν τε νεφέλη ἐπεσκίαζε, κἂν πυρὸς φωτὶ καιομένῳ ἐφώτιζε, ἢ ἕτερόν τι διέπραττεν, ὅτι φληναφᾷς περὶ αὐτοῦ; Μὴ εἰδὼς γὰρ τὸν ἀληθῆ νοῦν τῆς θείας Γραφῆς, ἅπαντα σωματικοῖς νοήμασιν ἐπιτηδεύεις διακρίνειν, καὶ σπεύδεις. Ἀλλὰ πρόσεχε τίνα δηλοῦσι τὰ εἰρημένα. Ἐπεὶ σῦκα, ὦ Ἰουδαῖε τυφλὲ, σὺ δοκῶν συνάγειν, τριβόλους καρπίζῃ. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης, ὅτι ἥξει Κύριος· καὶ ἐπιστάμεθα ἡμεῖς ὅτι ἐλήλυθε. *Καὶ ἔσται,* φησὶ, *πᾶς τόπος τοῦ ὄρους Σιὼν, καὶ πάντα τὰ περικύκλῳ αὐτῆς.* Ἡ Σιὼν ἐκείνη, ὄρος πέφυκε, καὶ ὄρος ὑψηλόν. Σιὼν δὲ καὶ ὄρος μοι νόει, τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ μητρόπολιν Σιὼν, καὶ τὴν ἐξ ἐκείνης Ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν. Ὅτι δέ ἐστι πᾶς τόπος τοῦ ὄρους Σιὼν, καὶ τὰ περὶ κύκλῳ αὐτῆς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ τὴν Σιὼν, μαρτυρεῖ ἡ ἀλήθεια. Τοῦ Κυρίου γὰρ σαρκωθέντος, ἀπετάξατο τῷ διαβόλῳ, καὶ εἶξε τῇ ὑποταγῇ ὑπο-

S. ARCH. Tune in diebus adventus ejus eras, et videbas, sive nebula obumbrabat, sive luce ignis ardente illustrabat, aut aliud quid agebat, quod de ipso nugaris? Nesciens enim veram divinæ Scripturæ mentem, omnia corporalibus notionibus dijudicare instituis et properas. Verum attente audi, et intellige effata, quem declarant. Quoniam ficus, o Judæe cæce, dum putas te colligere, tribulos carpis. Dicit enim propheta,
D quod veniet Dominus: et nos scimus eum venisse. *Et erit,* inquit, *omnis locus montis Sion, et omnia quæ sunt in ejus ambitu* [20]. Sion illa, mons fuit, et mons excelsus. Ergo mihi Sionem et montem mente et animo concipe eam quæ in cœlo est, civitatem **624** metropolin, et eam quæ ex illa est, Ecclesiam gentium intellige. Quod autem omnis locus montis Sionis et ambitus ejus est sub potestate ipsius, testatur veritas. Nam postquam Dominus carne fuit indutus, diabolo renuntiavit et valere jussit: et quæ inferior est Sion, se submisit et subjecit ei

[18] Isa. IV, 5. [19] ibid. 4. [20] ibid. 3.

NOTÆ.

(59) *Σκέπων.* In textu prophetiæ legitur ut infra, σκεπασθήσεται. Ip.

Sed diligenter attende, de Israele quid jubet: *Gentes*, inquit, *in his. Sed tu, Israel, filius Jacob, quem elegi : semen Abrahæ, quem dilexi, quem vindicavi ab extremis terræ, et ex speculis ejus vocavi te. Ne timeas, tecum enim sum : ne errore fluctues : ego enim sum Deus tuus, qui te corroboravi, et juvi te, et confirmavi dextera mea justa* [54]. Attende, Dominus magnus, ut admireris quanta benevolentia et dilectione Deus Israelem prosecutus est. Audi verba amoris et immensi ardoris plena : *Te*, inquit, *dextera mea justa confirmavi*, tutumque ab omni periculo reddidi. *Ecce erubescent et confundentur omnes adversarii tui. Quæres ipsos, et non invenies, homines qui te contumelia affecerunt. Erunt enim ut illi qui non sunt, et non erunt qui contra te bella gerunt. Quia ego Deus tuus tenens dexteram tuam, qui dicit tibi : Noli timere, ego juvi te : noli timere, vermis Jacob, paucissimi Israelis. Ego juvi te, dicit Deus tuus, qui te redemit, Israel* [55]. Annon hæc ita sunt? Non hæc dicit Deus per prophetam de Hebræis? Cæterum tu ipse finem impone, et nobis molestias exhibere amplius noli.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τὴν μὲν προφητείαν εἴρηκας· τὸ δὲ περὶ τίνος διαγορεύει, οὐδαμοῦ (94) ἐπίστασαι.

S. ARCH. Divinum quidem oraculum recitasti : de quo autem prædicit, nullo modo intelligis.

ΕΡΒΑΝ. Περὶ Ἰσραὴλ πάντως φάσκει, καὶ περὶ Ἰακὼβ, καὶ περὶ σπέρματος Ἀβραάμ. Καὶ ἆρα οὐκ ἐπίσταμαι ἐγὼ τίνα φθέγγομαι; Ἀπ' ἄκρου γῆς, ἤγουν ἐξ Αἰγύπτου, διαγγέλλει αὐτὸν προσκεκληκέναι πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ αὐτὸς φάσκεις τάδε κἀκεῖνα;

HEBB. De Israele et de Jacob, et de semine Abrahæ propheta omnino vaticinatur. Et ego nescio quæ proloquor? Ab extremo terræ, nempe ex Ægypto, denuntiat ipsum evocasse in terram promissionis : et tu ipse hæc et illa obloqueris?

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τὸ, *Σὺ Ἰσραὴλ παῖς μου Ἰακὼβ, ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα*, ἐνωτιζόμενος, ὦ Ἐρβᾶν ἐρημοβάτευτε, μὴ περιρρεμβάζου, ὅτι περὶ παντὸς δήμου τῶν Ἰουδαίων τοῦτο εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ, ὃς ἦν Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐγένετο ἄνθρωπος, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· ἐπειδὴ Ἰσμαὴλ ἐξ Ἀβραὰμ ὁ Ἰσαὰκ (95) ἔφυ. Ἵνα σὺ μὴ εὕρῃς (96) ὅτι ἴσως ἐκ φυλῆς ἦν Ἰσμαὴλ, διὰ τοῦτο ὁ προφήτης εἴρηκεν, *Παῖς μου Ἰακὼβ, ὃν ἠγάπησα*. Εἰ δὲ εὕρῃς ὅτι οὐχ οὕτως ἐστὶ, δεῖξόν μοι αὐτὸς, ποίῳ χρόνῳ οὐκ ἐγκατέλιπέ σε ὁ Θεός. D Οὐκ εἶ διεσκορπισμένος εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης; Οὐκ εἶ δνείδος; Οὐκ εἶ ἐγκαταλελειμμένος Θεῷ καὶ παρὰ ἀνθρώποις; Λέγει ὁ προφήτης, *Μετὰ σοῦ γάρ εἰμι, καὶ ἐγὼ εἰμι Θεὸς ὁ ἐνισχύσας σε, καὶ ἐβοήθησά σοι, καὶ ἠσφαλισάμην σε τῇ δεξιᾷ μου τῇ δικαίᾳ.* Οὐκοῦν ποῦ ἐστι μεθ' ὑμῶν τῶν

S. ARCH. Illud : *Tu Israel filius meus Jacob quem elegi, semen Abrahæ quem dilexi*, o Herbane, qui per deserta vagaris, attentis auribus percipiens, ne mente occupata et vagabundo animo puta, quod propheta de quovis populo Judæorum hoc prædixit, sed de meo Christo, qui erat Deus ex Deo, et propter hominum salutem in extremis diebus factus est homo, ex semine Abrahæ et Isaac et Jacob : siquidem Ismael ut Isaac filius Abrahæ fuit. Ne autem dixeris, quod forte ex tribu Ismaelis natus sit, idcirco propheta dixit : *Filius meus Jacob quem dilexi.* Quod si dixeris non ita esse, ostende mihi tu, quo tempore non dereliquit te Deus. Nonne es dispersus et relegatus ad orbis terrarum extremos fines. Nonne es probrum? non divino humanoque præsidio destitutus? Dicit propheta : *Tecum enim sum, et ego sum Deus, qui te roboravi, et te juvi, et te confirmavi, tutumque reddidi mea dextera justa.* Ergo ubi nunc vobiscum Hebræis Deus est? præsertim

[54] Isa. XLI, 8-10. [55] ibid. 10-14.

NOTÆ.

(90) *Ἐπ' ἄκρ.* Scribe ἀπ' ἄκρου, juxta LXX. Sic enim paulo post et hic, c.

(91) *Μὴ φοβοῦ.* Scribe (juxta LXX). Καὶ εἶπά σοι· Παῖς μου εἶ, ἐξελεξάμην σε, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπόν σε. Μὴ φοβοῦ, κ. τ. λ. GULON.

(92) *Παρῳκήκασι.* Scribe παρανομήσασι. ID. — LXX παροινήσουσι.

(93) *Ὁ Θεὸς, ὁ λυτρ.* Scribe ὁ Θεός σου, ὁ λυτρ. GULON. — Ita quidem LXX, cod. Vat. at Alex. ut hic, ὁ Θεὸς, ὁ λυτρ.

(94) *Οὐδαμοῦ.* Forte οὐδαμῶς. GULON.

(95) *Ἰσαάκ.* Forte ὡς Ἰσαάκ. ID.

(96) *Εὕρῃς.* Forte ἐρεῖς. (Sic et paulo post). ID.

cum et ipsæ gentes quæ exiguæ sunt, quæ nondum in Christum crediderunt, vos verberant et vexant, et velut ludibrium habent? Quonam igitur modo vos a Deo nunc robur et vires accipitis, cum sitis tam debiles atque infirmi, ut neque culicis vim parem habeatis ad vestros inimicos remordendos? Ubinam hoc tempore Dominus conspicitur vobis **632** opem ferre? Quanam in re? In quo obedientia? in quo gloria, vel honor, vel potentia? Nonne es tanquam sordidus cinis, et carbo exstinctus, et tanquam caligo, si facies spectetur, redactus? En adsunt Hebræi, ecce et tu ipse. Videant qui volunt facies vestras: nonne sunt pulvis, non cinis, non squalor? unde? Quia neque gratia neque auxilium ex Deo vobis adsit, et quia non habeatis Spiritum sanctum. Propter perfidiam et pervicaciam ac malitiam vestram, non estis divisi et dissiti alii ab aliis, ac dispersi in fines orbis terrarum, tanquam lacera tunica, et veluti vestimentum vetustate detritum? Quando autem erubuerunt, et confusi sunt omnes, qui vobis adversati sunt? Ubi sunt tanquam qui esse desierunt, vestri adversarii? Quando quæsiistis ipsos, et non inventi sunt? Ubi autem Deus vestram dextram tenens et vos ad aliquem prosperum eventum dirigens? Ubi etiam dicitur velut vermis humiliatus ex Judæis arrogans et saxeo corde præditus ac pervicax? Ubi præterea estis illi paucissimi, et liberationem a Domino adepti; qui in omni terra, velut terrore perculsi et attoniti et muti desidetis, et ab omnibus conspuimini, nullam a Domino liberationem accipientes? Tota erras via, o Herbane. Hæc enim de meo Christo et Deo, propheta vaticinatus est. Et elegit ipsum Deus et vocavit, et sanctificavit, et dilexit, et non dereliquit; et corroboravit, et juvit, et confirmavit dextra sua maxima et potentissima. Responde, quis modo glorificatur, quis regnat, quis fortis est et præpotens? Non alius, quam Jesus Christus Dominus meus et Deus. Non vos, Hebræi, maximo pudore et dedecore ac probro confusi estis, ut qui in ipsum incursaveritis, et graviter adversati estis? Nonne estis ut illi qui non sunt? Ubi etiam nunc conspicimini? Vos ejus qui cruci fuit confixus, inimici, ipsum quæritis, et non invenitis: propterea quod contumeliose debacchati estis, justum et sanctum et innocentem, omnisque peccati expertem patibulo defigentes. Cognosce igitur, quod de vobis locutus est propheta: *Erubescent et confundentur omnes qui adversantur tibi.* Nullus enim hominum tam hostiliter et acerbe adversatur Domino meo Jesu Christo, quam vos qui estis exsecrabiles, perfidi, infideles. Nam ex aliis sectis qui obsistunt ac renituntur, in parte aliqua, si vobiscum comparentur, ei adversantur. Ne igitur, o Judæe, sermonem in vanum conterens circumducas. Nam mihi Deus dedit oculos eruditos et intelligentes, quibus ego etiam in profundo sacræ Scripturæ delitescentem veritatem penitus perspicio. Tu vero cæcutiens inescare me non poteris.

A Ἑβραίων ἀρτίως ὁ Θεός; ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ μικρὰ, καὶ μὴ πιστεύσαντα ἔθνη εἰς τὸν Χριστὸν, τύπτουσιν ὑμᾶς, καὶ ὡς παίγνιον κέκτηνται; Κατὰ ποῖον τρόπον λαμβάνετε ὑμεῖς ἀρτίως ἰσχὺν παρὰ Κυρίου, τοσοῦτον ὑπάρχοντες ἀνίσχυροι, ὅτι οὐδ' ἂν ἴσην κώνωπος πρὸς τὸ δάκνειν τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν κέκτησθε δύναμιν; ποῦ δὲ καθορᾶται ἀρτίως βοηθῶν ὑμῖν Κύριος; Ἐπὶ τίνι πράγματι; ἐπὶ τίνι ἀπείθεια (97); ἐπὶ ποίῳ ὄξῃ, ἢ τιμῇ, ἢ δυναστείᾳ; Οὐκ εἶ ὡσεὶ σποδὸς καὶ ὡς ὁμίχλη τὸ πρόσωπον τεταγμένος; Ἴδου οἱ Ἑβραῖοι, ἰδοὺ καὶ σὺ αὐτός. Ἰδέτωσαν οὖν τὰ πρόσωπα ὑμῶν οἱ βουλόμενοι. Οὐκ εἰσὶ κόνις; οὐ πεφύκασι τέφρα; πόθεν; Ἐκ τοῦ μὴ εἶναι χάριν ἐκ Θεοῦ ἐν ὑμῖν, ἐν τῷ μὴ ἔχειν ὑμᾶς Πνεῦμα ἅγιον. Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν καὶ B κακοπραγίαν, οὐκ ἐστὲ διεσχισμένοι ἀπ' ἀλλήλων εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ὡσεὶ διερρωγὼς χιτωνίσκος, καὶ ὡσεὶ ἱμάτιον πεπαλαιωμένον; Πότε δὲ ἠσχύνθησαν καὶ ἐνετράπησαν πάντες ὅσοι πρὸς ὑμᾶς ἠναντιώθησαν; Ποῦ εἰσὶν ὡς οὐκ ὄντες οἱ ὑμῶν ἀντίδικοι; Πότε δὲ ἐζητήσατε αὐτοὺς, καὶ οὐχ εὑρέθησαν; Ποῦ δὲ ὁ Θεὸς κρατῶν τῆς δεξιᾶς ὑμῶν, καὶ ὁδηγῶν ὑμᾶς ἐπί τινι εὐτυχήματι; Ποῦ δὲ χρηματίζεται (98) καὶ ὡσεὶ σκώληξ τεταπεινωμένος, ὁ τῶν Ἰουδαίων σοβαρός τε καὶ λιθοκάρδιος; Ποῦ δὲ καὶ ὀλιγοστοὶ χρηματίζετε, καὶ τὴν λύτρωσιν παρὰ Κυρίου κεκτημένοι, οἱ ἐν πάσῃ τῇ γῇ ὡσεὶ ἀκρεῖς (99) καθήμενοι, καὶ παρὰ πάντων ἐμπτυόμενοι, καὶ μηδεμίαν λύτρωσιν παρὰ Κυρίου δεχόμενοι; Ἀπατᾷ, ὦ C Ἑρβᾶν. Ταῦτα γὰρ περὶ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ὁ προφήτης ᾠνίξατο. Καὶ ἐξελέξατο αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ ἐκάλεσε, καὶ ἡγίασε, καὶ ἠγάπησε, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπε, καὶ ἐνίσχυσε, καὶ ἐβοήθησε, καὶ ἠσφαλίσατο τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ τῇ μεγίστῃ. Ἀποκρίθητι τίς ἀρτίως δοξάζεται, τίς βασιλεύει, τίς ἐστιν ἰσχυρὸς καὶ μεγαλοδύναμος, ἀλλ' ἢ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριός μου καὶ Θεός; Οὐκ ἔστε ὑμεῖς, οἱ Ἑβραῖοι, ἐν αἰσχύνῃ καὶ ἐν τροπῇ μεγίστῃ, ὡς ἀντιπεσόντες αὐτῷ, καὶ ἀχμὴν ἀντικείμενοι; Οὐ πεφύκατε ὡς οὐκ ὄντες; Ποῦ γὰρ καὶ καθορᾶσθε; Ζητεῖτε οἱ ἐχθροὶ τοῦ ἐσταυρωμένου, καὶ οὐχ εὑρίσκετε, διότι παρῳνήσατε σταυρώσαντες τὸν δίκαιον καὶ ἅγιον καὶ ἀναμάρτητον. Γίνωσκε οὖν, ὅτι περὶ ὑμῶν λελάληκεν ὁ προφήτης, ὅτι *Ἰδοὺ αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοί σοι.* Οὐδεὶς γὰρ D τοσοῦτον ἀντίκειται τῷ Κυρίῳ μου Ἰησοῦ Χριστῷ, ὡς ὑμεῖς, οἱ ἐπικατάρατοι, οἱ ἄπιστοι. Οἱ γὰρ ἐκ τῶν ἄλλων αἱρέσεων ἀντιπίπτοντες, μερικῶς ὡς πρὸς ὑμᾶς ἐναντιοῦνται αὐτῷ. Καὶ μηκέτι λογοτριβῶν περιάγου μοι, ὦ Ἰουδαῖε. Ὀφθαλμοὺς γάρ μοι δέδωκεν ὁ Θεὸς νοεροὺς, καὶ κατοπτεύω τὴν ἐν τῷ βάθει τῆς ἁγίας Γραφῆς κειμένην ἀλήθειαν. Σὺ δὲ τυφλώττων, δελεάσαι με οὐ δυνήσῃ.

NOTÆ.

(97) Al. ἀπειθείᾳ. Forte εὐπειθείᾳ. Gulon.

(98) *Χρηματίζεται.* Forte χρηματίζει. Id.

(99) *Ἀκρεῖς.* Forte *ἀκρίδες.* Id.

Καὶ Ο ΕΡΒΑΝ Καὶ εἰ οὕτως ἔχει, ποίῳ δὲ τρόπῳ τὸν Χριστόν σου Θεὸν προσαγορεύεις, ἐφ' ᾧ Θεὸς ὁ ἐμὸς ἐξελέξατο, καὶ ἠγάπησε, καὶ τὰ ἑξῆς; Οὐκοῦν οὐκ ἔστι Θεὸς, ὡς λέγεις, ὅτι φάσκει περὶ αὐτοῦ διὰ τοῦ προφήτου, ὅτι, *Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐνισχύσας σε.* Πῶς δὲ καὶ ἀποκαλεῖς αὐτὸν Θεὸν καὶ Σωτῆρά σου, ὅστις καθὼς ἡ προφητεία μαρτυρεῖ, ἄνευ τοῦ ἐμοῦ Θεοῦ πράττειν τι οὐ δύναται; A

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τοσαύτας ἀποδείξεις, ἄθλιε, περὶ αὐτοῦ δειξάμενος, οὐδέπω συνῆκας, ἐν τίσι φύσεσιν ὁ ἐμὸς Δεσπότης ἐχρημάτισεν; οὐ τῇ προτέρᾳ λελάληκα, ὅτι ἐμὸς Ἰησοῦς Χριστὸς Θεὸς ἦν καὶ ἄνθρωπος; Θεὸς δὲ ποῖος; Οὗτος ὁ λέγων, ὅτι *Ἐγὼ*, φησὶ, *Θεὸς πρῶτος*· τὸ δὲ, *εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἰμι*, ποῖα ἐπερχόμενα λέγει, ἀλλ' ἢ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μυστήριον; ἐπεὶ οὖν ὁ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐχρημάτισεν, ἐβοηθήθη πάντως τῇ ἀνθρωπότητι. *Ἐγὼ ἐξελεξάμην σε*, τοῦ γενέσθαι ἐμοὶ καθ' ὑπόστασιν, καὶ *Ἐγὼ ἐβοήθησά σοι*, ἤγουν διὰ σοῦ πάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι, τῇ βαπτιζομένῃ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. B

Καὶ Ο ΕΡΒΑΝ. Καὶ ποῦ ᾐνίξατό τις τῶν προφητῶν, ὅτι Θεὸς ἄνθρωπος ἔσται ὁ Χριστὸς, ὃν τρόπον λελάληκας;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Εἴρηκά σοι, ὅτι ἡ θεότης ἔπλασεν ἑαυτῇ ἀνθρωπότητα, ἥτις καὶ πέπονθεν. Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξ ἁγνῶν αἱμάτων τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου, ἦν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, ἄνευ ἀνδρὸς συνουσίας προῆλθεν, εἷς ἐκ δύο καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν. Καὶ ἡ μὲν ἀνθρωπότης αὐτοῦ πάντα ὅσα κέκτηται κἀγὼ, ἐκέκτητο, πλὴν τῆς ἁμαρτίας· ἡ δὲ θεότης αὐτοῦ, πάντα ὃ Πατὴρ ἐκέκτητο, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Ἀγέννητος γὰρ ὁ Θεὸς, γεννητὸς δὲ ὁ Λόγος αὐτοῦ· ἐν μιᾷ δὲ τῇ ὑποστάσει, ἥτε θεότης αὐτοῦ καὶ ἡ ἀνθρωπότης στοιχεῖται· ἐπειδὴ ἡ σὰρξ αὐτοῦ οὐκ ἐσπάρη, ἀλλ' ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ αντὶ σπέρματος ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου, ἐπάγει εἰς σάρκα, μηδὲν τὸ καθόλου τραπεὶς ἢ ἀλλοιωθεὶς τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἄτρεπτος γὰρ ἡ θεότης καὶ ἀναλλοίωτος. Ἐπεὶ οὖν εἰρήκαμεν ὅτι ἡ θεότης ἔπλασεν ἑαυτῇ ἀνθρωπότητα, γυμνῇ τῇ οὐσίᾳ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφεσθαι οὐκ ἐβούλετο. Λέγει γὰρ ὁ Ἡσαΐας περὶ τούτου· *Οὕτως φησὶ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ πλάσας αὐτὸν, ὁ ποιήσας τὰ ἐπερχόμενα*, ἤγουν τὰ τῆς νέας χάριτος μυστήρια. *Ἐγὼ*, φησὶν, *ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι*, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Χριστοῦ. *Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου*· οἶμαι δὲ τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν· *καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει* ἀπὸ τῆς πλάνης καὶ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου. *Οὐ μετὰ λύτρων*, φησὶν, *οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς*, ἀλλὰ ἰσχύϊ θεότητος. Καὶ ἄκουσον τὴν ὑποταγὴν τῶν ἐθνῶν. *Οὕτω φησὶ Κύριος ὁ Θεὸς σαβαὼθ, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος*, τοῦτ' ἔστι τῇ πλάνῃ δουλεύσασα· *καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων. Καὶ οἱ Σαββὰ νῦν ἄνδρες ὑψηλοὶ, ἐπὶ σὲ ἀναβήσονται*, ἤγουν πιστεύσαντες, *καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι· καὶ ὀπίσω* C D

[56] Isa. XLV, 11, 13.

HERB. Si hoc ita est, quomodo Christum tuum Deum appellas, ob id, quia Deus meus ipsum elegit, dilexit, et cætera? Non igitur hic Deus est, sicut tu affirmas: quia de eo per prophetam dicit: *Ego sum qui te fortem reddidi.* Quomodo igitur appellas ipsum Deum et Salvatorem tuum, qui quidem, sicut propheta testatur, sine Deo meo nihil potest facere?

S. ARCH. O miser, tot jam de ipso demonstrationes et testimonia ostendi, et nondum intellexisti, quibus naturis constat meus Dominus? Nonne pridie dixi, meum Jesum Christum Deum esse et hominem? Deum autem, quem? Illum qui dicit: *Ego Deus primus.* Illud vero, *Ad quæ veniunt, ego sum*, quænam alia venientia dicit, quam carneæ dispensationis mysterium? Quoniam igitur Deus et homo fuit, adjutus fuit prorsus quoad humanitatem. *Ego elegi te*, ut esses mihi per subsistentiam: et *Ego adjuvi te*, nempe per te juvi omnem humanitatem, quæ sacro lavacro tingitur in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum.

HERB. Ubinam prophetarum quisquam **633** vaticinatus est Christum futurum esse Deum et hominem, sicut dixisti?

S. ARCH. Tibi dixi divinitatem sibi efformasse et adjunxisse humanitatem, quæ quidem perpessa est. Jesus Christus ex puro castoque sanguine Virginis et Deiparæ, quæ fuit ex semine Davidis, sine viri congressu in mundum prodiit, unus ex duabus naturis etiam posteaquam homo factus est. Hujus humanitas quidem omnia quæ ipse ego habeo, obtinuit, excepto peccato: divinitas vero ejus quæcunque Pater habuit, excepta ingeniti ratione. Non enim Deus (Pater) genitus est: Verbum Filius ejus est genitum. In una autem hypostasi et divinitas ejus et humanitas conjuncta est, quoniam caro ejus non est sata ex semine: sed Verbum Dei pro semine in utero Virginis inducit in carnem, absque ulla omnino conversione aut immutatione ejus divinitatis. Est enim inconvertibilis atque immutabilis divinitas. Quoniam igitur diximus, quod divinitas sibi efformavit humanitatem, nuda et simplici essentia cum hominibus conversari nolebat. Dicit enim Isaias de eo: *Sic dicit Dominus Deus qui formavit ipsum, qui fecit ea quæ eveniunt*, nempe novæ gratiæ mysteria: *Ego*, inquit, *excitavi ipsum cum justitia regem, et omnes viæ ejus rectæ*; id est, Christi. *Hic ædificabit civitatem meam*; id est, ut arbitror, catholicam Ecclesiam: *et captivitatem populi mei convertet*, ab errore et captivitate diaboli: *Non*, inquit, *cum pretio redemptionis et donis, dicit Dominus Deus*[56], sed robore divinitatis. Audi quomodo gentes se ejus imperio subjecerint et submiserint. *Sic dicit Dominus Deus sabaoth: Laboravit Ægyptus*, dum nimirum errori servivit; *et Æthiopum negotiatio. Et qui nunc in Sabba sunt excelsi viri, ad te ascendent*, scilicet credentes, *et tibi erunt servi, Et a tergo tuo sequentur vincti manicis:*

nimirum firmitate et certitudine submissionis suæ : *Et ad te transibunt, et adorabunt te*, per fidem, *et in te precabuntur. Et quia in te Deus est*, nempe in humanitate tua, *tu es Deus*. Animadverte, *Non est Deus præter te* : propterea quod ipse sit Verbum verum, absque ullo mendacio dicit propheta : *Tu es enim*, inquit, *Deus, et nescivimus*, quia errore simulacrorum sive deorum falsorum detenti et occupati eramus, *Deus Israelis* ; et si, postquam carne tectus et indutus fuisti, non accipiunt te. Tu tamen Deus es *Servator*. Deinde subjungens de his qui in eum non credunt : *Erubescent et confundentur omnes inimici tui*, et qui ex nobis gentibus, et qui ex vobis Hebræis. *Et ambulabunt*, ait, *isti in pudore* [57], ut a veritate alienati et perfidi. Advertis, o Herbane, quænam dicat propheta? quid ad ea dices? Nunquid mentitur Dei ore hæc effatus?

HERB. Absit! Sic enim dicit propheta, quo modo recitasti. Sed nondum puto illum (scilicet Messiam) advenisse : sed veniet procul dubio suo tempore.

S. ARCH. Serpenti persimilis videris, quem aliquis persequitur et ferit : hic percutienti totum corpus objiciens, malignum caput ad mortem prodere non potest : id est, malignam perfidiam, et unigeniti Filii Dei abnegationem. Equidem scio prophetarum demonstrationes tibi fidem facere : sed ad veritatem non vis venire. Nam temporis diuturnitate perversa consuetudo in te confirmata atque inveterata curatu difficilis, vel omnino insanabilis evasit : et quoties te aliquando pœnitebit, animæ tuæ apertis oculis, cum hac vita defunctus fueris, et videbis quomodo qui Christo non crediderunt, corripiuntur et **634** judicantur?

HERB. Moses nobis in Pentateucho denuntiat, dicens : *Scio ego*, inquit, *quod in extremis temporibus in omnes gentes dissipabimini. Vobis igitur testificor cœlum, quod est hodie, et ipsam terram, ne deo alieno fidem habeatis, neque invocetis alium, quam Dominum Deum nostrum* [58]. Quamobrem mihi grave est et acerbum Deum legis deserere, quem etiam tu testaris Deum esse veritatis, et Deum juniorem adorare, cum nesciam unde introductus sit. Quis enim est qui mihi plenam et exactam fidem faciat, quod vere hic est Christus, de quo prophetarum oracula juste et vere loquuntur : an potius alius quidam est, qui nondum venit?

S. ARCH. Quandoquidem tuis prophetis non credis, quomodo alteri fidem habetis? Qui enim suis oculis adversantur, quomodo alterius præeuntis oculos approbabit? De meo Christo et Deo dixisti te non posse adduci ut juniori Deo credas : ut reor, tenebris plenus eras, cum hæc dixisti. Verbum Dei et Patris, tu juniorem Deum appellas?

[57] Isa. XLV, 14-16 sec. LXX. [58] Deut. IV, 26.

σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, δηλονότι τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς ὑποταγῆς αὐτῶν. Καὶ διαβήσονται πρὸς σέ, καὶ προσκυνήσουσί σε (1), διὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται. Καὶ ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστιν, ἤγουν ἐν τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ, σὺ εἶ Θεός. Πρόσεχε, Καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλήν σου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν τὸν Λόγον τὸν ἀληθινὸν, ἀψευδῶς λέγει ὁ προφήτης· Σὺ γὰρ εἶ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ εἴδομεν, διότι τῇ πλάνῃ τῶν εἰδώλων προκατειλήμμεθα, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, κἂν σαρκωθέντος σου, οὐ προσδέχονταί σε. Ἀλλὰ σὺ εἶ ὁ Σωτήρ. Ἐπάγων δὲ περὶ τῶν ἀπιστούντων αὐτῷ, λέγει, Αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, οἵ τε ἐξ ἡμῶν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐξ ὑμῶν τῶν Ἑβραίων. Καὶ πορεύσονται, φησὶν, οὗτοι ἐν αἰσχύνῃ, ὡς ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ἀληθείας καὶ ἄπιστοι. Προσέχεις, Ἑρβᾶν, τίνα λέγει ὁ προφήτης; Τί οὖν ἐρεῖς πρὸς ταῦτα; Μὴ ἄρα ψεύδεται ὁ ἐκ στόματος Θεοῦ λαλήσας ταῦτα;

Καὶ Ο ΕΡΒΑΝ. Μὴ γένοιτο. Οὕτως γὰρ λέγει ὁ προφήτης καθ' ὃν τρόπον λελάληκας. Ἀλλὰ δοκῶ, μήπω ἐκεῖνον ἐληλυθέναι, πάντως δὲ ἐλεύσεται ἰδίῳ καιρῷ.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ἔοικας ὄφει τινὶ, καταδιωκομένῳ ὑπό τινος, καὶ τυπτομένῳ, ὃς πᾶν τὸ σῶμα προσθεὶς τῷ τύπτοντι, τὴν πονηρὰν κεφαλὴν οὐ δύναται προδοῦναι εἰς θάνατον· τοῦτ' ἔστι, τὴν κακοπιστίαν καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Θεοῦ ἄρνησιν. Μὴ γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι, ὅτι πείθουσί σε αἱ ἀποδείξεις τῶν προφητῶν· ἀλλ' οὐ βούλει ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Χρόνῳ γὰρ κακὴ συνήθεια βεβαιωθεῖσα ἐν σοὶ, δυσίατος ἐγεγόνει, ἢ καὶ παντάπασιν ἀνίατος· καὶ ὁπόσα μεταμεληθήσῃ, διανοιγέντων τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς σου, ὁπόταν ἐκλείψῃ τοῦ τῇδε βίου, καὶ βλέψῃ, πῶς οἱ μὴ τῷ Χριστῷ πιστεύσαντες παραλαμβάνονται καὶ καταδικάζονται.

ΕΡΒΑΝ. Μωϋσῆς ἡμῖν ἐν τῇ Πεντατεύχῳ παραγγέλλει λέγων· *Ἐπίσταμαι ἐγὼ*, φησὶν, *ὅτι ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων διασκορπισθήσεσθε ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Διαμαρτύρομαι οὖν ὑμῖν, τὸν οὐρανὸν, ὃς ἐστι σήμερον, καὶ αὐτὴν τὴν γῆν, μὴ πεισθῆναι θεῷ ἑτέρῳ ὑποκληθῆναι, παρὲξ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Οὐκοῦν βαρύ μοι ἐστὶ καταλιπεῖν τὸν Θεὸν τοῦ νόμου, ὃν καὶ σὺ μαρτυρεῖς, ὅτι ἐστὶ Θεὸς ἀληθείας· καὶ προσκυνῆσαι Θεῷ νεωτέρῳ πόθεν ἐπεισαχθέντι οὐκ εἰδώς. Τίς γάρ ἐστιν ὁ πληροφορῶν μοι, ὅτι ἐν ἀληθείᾳ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, περὶ οὗ καὶ αἱ προφητεῖαι δικαίως λέγουσιν, ἢ μᾶλλον ἕτερός τίς ἐστι, ἀκμὴν οὐκ ἐληλυθώς;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ὅταν τοῖς σοῖς προφήταις οὐ πιστεύεις, πῶς ἑτέρῳ τινὶ πιστεύσεις; Ὁ γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἐναντιούμενος, πῶς ἑτέρου διηγουμένου παραδέξεται; Εἴρηκας δὲ περὶ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, ὅτι νεωτέρῳ Θεῷ ἀδυνατῶ τοῦ πιστεῦσαι, καὶ, οἶμαι, ὅλος σκότους ἐπλήσθης ταῦτα φθεγξάμενος. Τὸν γὰρ Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς σὺ

NOTÆ.

(1) *Προσκ. σε.* Προσκ. σοι. GULON.

νεώτερον Θεὸν ἀποκαλεῖς, τὸν ἐκ Πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, δι' οὗ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ δεδημιούργηται, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς; Δείξω σοι δὲ ὅτι χωρὶς τοῦ νεωτέρου τοῦδε Θεοῦ, ὡς σὺ φῂς, τί ποτ' οὖν οὐ κατεργάζεται ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. Πρόσεχε δὲ ἀκριβῶς· Ἐάν τις ἄνθρωπος βασιλεὺς, ἢ ἄλλος, μὴ τὸ καθόλου φθέγξασθαι δυνάμενος, ποίῳ τρόπῳ ἔξει τὰ διατάγματα αὐτοῦ τῷ κοινῷ καὶ τῇ συγκλήτῳ διηγήσασθαι, ὅπως αὐτὸν θεραπεύσωσιν;

ΕΡΒΑΝ. Οὕτως οὐδενὶ, εἰ μὴ ἐπίσταται πολλάκις γράμματα, καὶ σιωπῶντος τοῦ στόματος, χαράττει ἐν τῷ τόμῳ τὰ ῥήματα αὐτοῦ, καὶ παρέχει, καὶ γίνονται.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ἐὰν δὲ μὴ ἐπίσταται γράμματα, τί γίνεται;

ΕΡΒΑΝ. Ἐὰν μὴ ἐπίσταται, μένει παντελῶς ἀνενέργητος.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ὁ Θεὸς οὖν τῷ Λόγῳ αὐτοῦ φαίνεται ποιῶν πάντα, ἢ σιωπῇ τινι καὶ ἐπιστήμῃ

ΕΡΒΑΝ. Τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ προστάγματι.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Γέγραπται, ὅτι *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ* (2)· καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτον δὲ τὸν Λόγον εὑρίσκομεν ἡμεῖς, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἐνανθρωπήσαντα, διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν, καὶ γνωρίζομεν αὐτὸν ἕνα Θεὸν σὺν τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι, καὶ πιστεύομεν εἰς αὐτόν. Σὺ οὖν πῶς εἴρηκας αὐτὸν Θεὸν εἶναι νεώτερον, οὗ χωρὶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τί ποτ' οὖν ἐργάζεσθαι οὐ πέφυκε; Σιώπα τοίνυν, καὶ μὴ βλασφήμει, κἂν ἐπεὶ (3) οὐ πιστεύεις εἰς αὐτόν.

ΕΡΒΑΝ. Καὶ ποῖος προφήτης ἐπιτρέπεταί μοι πιστεύειν εἰς αὐτόν;

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Αὐτὸς ὁ Θεὸς τοῦ νόμου προτρέπεταί σοι λέγων διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· *Ἰδοὺ ἐγὼ, φησὶν, ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ καταισχυνθήσεται.* Τοῦ Θεοῦ σου τοιγαροῦν προστάσσοντος, ἵνα πιστεύσῃς εἰς αὐτὸν, δι' ἣν αἰτίαν ἀπωθεῖς καὶ καμμύεις, καὶ βύεις τὰ ὦτα, καὶ ἀναβάλλῃ τοῦ προσελθεῖν αὐτῷ; Εἰ τῷ Θεῷ σου παροργῇς καὶ παροργίζῃ, κελεύοντός σου (4) προσκυνεῖν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ· ἐμοῦ ἢ ἑτέρου πώποτε εἰσακούσῃ εἰς τοῦτο; Οὐκ οἶμαι, οὐκ ἂν χρονοτριβήσῃ ἐπὶ τῆς γῆς τὰ ἔτη τοῦ Μαθουσάλα.

ΕΡΒΑΝ. Ὡς ὁρῶ, καὶ οἱ προφῆται εἰς τὰ πλεῖστα αὐτῶν ἐναντιούμενοι εὑρίσκονται. Ἔν τισι γὰρ κεφαλαίοις ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις βοηθοῦντες εὑρίσκονται, ἔν τισι δὲ καὶ ὑμῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Οὐδαμοῦ εὑρίσκονται ἀντεχόμενοι, ἢ βοηθεῖν τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς λέγεις, καταδικάζοντες δὲ μᾶλλον· ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς σκληροτράχηλοι τῇ καρδίᾳ ἐγένεσθε, καὶ ἀπερίτμητοι τοῖς ὠσὶν· ἀπειθοῦν-

A eum qui ex Patre genitus est ante sæcula, per quem cœlum et terra, et omnia quæ in eis sunt, facta sunt et constant? Tibi autem demonstrabo Deum Patrem nihil quidquam operari sine hoc juniore Deo, quem sic tu appellas. Attende diligenter. Si quis (*sit*) homo rex, vel alius qui nullo modo fari possit; quomodo sua edicta et mandata reipublicæ et senatui poterit exponere, ut ipsum curent?

HERB. Nullo revera modo, nisi litteras sæpe sciat scribere, et tacito ore in charta verba sua exaret, et præbeat, et fiant.

S. ARCH. Quod si litteras nesciat, quid fiet?

B HERB. Si ignoret litteras, manet prorsus iners, nec quidquam potest efficere.

S. ARCH. An vero Deus suo Verbo videtur facere omnia, an silentio quodam et scientia?

HERB. Verbo suo, et mandato.

S. ARCH. Scriptum est, quod *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [59], et cætera. Hoc autem Verbum nos invenimus, in extremis diebus ex semine Davidis hominem factum propter salutem nostram, et cognoscimus ipsum unum Deum cum Patre et Spiritu, et credimus in ipsum. Tu igitur quomodo dicis eum Deum juniorem esse, sine quo Deus Pater numquam quidquam operatur? Tace ergo, et noli

C impias et infandas contumelias evomere, tametsi in ipsum nondum credis.

HERB. Et quis propheta præcipit mihi, ut in ipsum credam?

S. ARCH. Ipsemet Deus legis hortatur per prophetam Isaiam, dicens: *Ecce*, inquit, *mittam ad fundamenta Sionis lapidem pretiosum: et qui credit in ipsum, non confundetur* [60]. Cum igitur Deus tuus jubeat ut credas in ipsum, quam ob causam repellis, et oculos claudis, auresque obstruis, et ejus adventum prorogas? Si Deum tuum contemnis et ad iram provocas, qui jubet te adorare suum Filium: an me vel alium unquam audieris, et ad hoc persuasus veneris? Non opinor: non si

D annos Mathusalæ longævus in terra contriveris.

HERB. In plurimis, ut video, prophetæ ipsi sibi repugnare et contradicere deprehenduntur. Nam locis et capitibus quibusdam nobis Judæis favere inveniuntur, in aliis vero vobis Christianis qui ex gentibus estis.

S. ARCH. Nusquam sibi adversantur, vel vobis Judæis, sicut dicis, favere inveniuntur, sed potius vos condemnare: quandoquidem ab initio duræ et rigidæ cervicis fuistis, ad omnem rectam ra-

[59] Ps. XXXII, 36. [60] Isa. XXVIII, 16.

NOTÆ.

(2) Αὐτοῦ. Leg. αὐτῶν. GELON.
(3) Ἐπεί. Ἐτι. ID.
(4) *Τῷ Θεῷ—παροργίζῃ, κελεύοντός σου.* Τὸν Θεὸν—παροργίζει, κελεύοντί σε vel κελεύοντα. ID.

tionem 635 cæcum et surdum et saxeum omnino cor habentes, incircumcisi auribus : Deo refractarii et pervicaces, Spiritui sancto resistentes, sanctissimum nomen ejus valde contristastis.

HERB. Quis tua magnifica et elegantia verba congesserit supra arenam quæ est in littore maris? Quis occurreret tuis contortis et aculeatis sophismatis ? Non dixit Deus Mosi, cum rubo insideret : *Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto, et descendi ut redimam eos* [61] ? Moses autem non ad Deum locutus est : *Si inveni gratiam coram te, et quod populus tuus hæc gens, ostende mihi tuam gloriam* [62] : et diligens Deus populum suum, qui sumus nos, ostendit ei gloriam suam ? Balaam autem a Balac rege accersitus ad exsecrandum et diris devovendum primos patres nostros, castrametantes in terra ipsius, cum Dei populum esse vidisset, eis potius benedixit, quam male imprecatus est. Et Jesus qui dicitur Nave, pro salute populi bello valido et forti occurrens, nonne maximis elementis quæ in cœli firmamento lucem emittunt, dixit : *Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem (Ajalon), ut conteram inimicos Domini* [63] : et obedivit indulgens populo Domini ? Cum Samuele autem nonne Deus familiariter collocutus est propter salutem Israelis, diligens populum suum ? Et David rex nonne pro Israele patiens dicebat : *Memor esto, Domine, synagogæ tuæ quam possedisti ab initio? Liberasti virgam hæreditatis tuæ* [64]. Et Elias propheta nonne ad Achab dixit : *Parce populo: tu es qui pervertis Israelem, et domum patris tui* [65] ? Et Elisæus populum defendens, apud se dixit : *Domine, parce populo, et non revelavit mihi, et doloribus angor toto die.* Et Jeremias non dixit, pro populo plorans : *Heu me, Domine, tune perdes reliquum Israelis* [66] ? Et Isaias : *Ubi est multitudo misericordiæ tuæ, Domine, quia et miserationes tuæ se abstinuerunt a nobis ? Tu enim pater es noster : libera nos. Ab initio, Domine, nomen tuum super nos est. Cur nos a via tua errare fecisti ? Indurasti cor nostrum, ut te non timeremus* [67], et cætera. Cum igitur hi omnes pro populo Israelitico patiantur, et ejus causam defendant, quomodo ipse dixisti, quod nos prophetæ condemnant, neque amplius nobis opitulantur ?

τες δὲ τὰ πρὸς Θεὸν, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀντιπίπτοντες, ἐλυπήσατε μεγάλως τὸ πανάγιον ὄνομα αὐτοῦ.

EPBAN. Τίς ἀθροίσει κομψὰ ῥήματα ὑπὲρ τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, καὶ συναντήσει σοι ἐν διαστροφαῖς τε καὶ λέξεσιν ; Οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ ἐπὶ τῆς βάτου, *Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ κατέβην τοῦ ἐξελέσθαι αὐτούς ;* Μωσῆς δὲ οὐκ εἶπε πρὸς τὸν Θεὸν, *Εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιόν σου, καὶ ὅτι λαός σου τὸ ἔθνος τοῦτο, δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν* · καὶ ἀγαπῶν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, οἵτινές ἐσμεν ἡμεῖς, ἔδειξεν αὐτῷ τὴν δόξαν αὐτοῦ ; Καὶ Βαλαὰμ δὲ ὁ μετακληθεὶς παρὰ τοῦ Βαλὰκ τοῦ βασιλέως ἀράσασθαι τοὺς προπάτορας ἡμῶν, παρεμβεβληκότας ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ, θεασάμενος ὅτι τοῦ Θεοῦ λαὸς ἦν, ηὐλόγησεν αὐτοὺς μᾶλλον, καὶ οὐκ ἐκατηράσατο. Καὶ Ἰησοῦς δὲ ὁ τοῦ Ναυῆ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ πολέμῳ κραταιῷ συναντήσας, οὐχὶ τοῖς μεγίστοις στοιχείοις εἶρηκε, τοῖς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ φωτοβολοῦσι, *Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαῶ, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα, ἕως ἐκτρίψω τοὺς ἐχθροὺς Κυρίου* · καὶ ὑπήκουσε, φειδῶ (5) τοῦ λαοῦ Κυρίου ; Καὶ τῷ Σαμουὴλ δὲ προσωμίλησεν ὁ Θεὸς διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ Ἰσραὴλ, ἀγαπῶν τὸν λαὸν αὐτοῦ. Καὶ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς οὐχὶ ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ πάσχων ἔλεγε, *Μνήσθητι, Κύριε, τῆς συναγωγῆς σου, ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς ; Ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου.* Καὶ Ἠλιοὺ ὁ προφήτης οὐκ εἶρηκε πρὸς Ἀχαὰβ λέγων, *Φειδοῖ* (6) *τοῦ λαοῦ · σὺ εἶ ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ᾧ οἶκος τοῦ πατρός σου ;* Καὶ Ἐλισσαιὲ ὑπεραπολογούμενος τοῦ λαοῦ, εἶπε καθ' ἑαυτὸν, *Κύριε, φεῖσαι* (7) *τοῦ λαοῦ σου, καὶ οὐκ ἀπεκάλυψέ μοι, καὶ οὐκ ὀδυρώμενός εἰμι ὅλην τὴν ἡμέραν.* Καὶ ὁ Ἱερεμίας δὲ οὐκ εἶρηκεν ὀδυρόμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, *Οἴμοι, Κύριε, ἀπολέσεις σὺ τὸ λοιπὸν τοῦ Ἰσραήλ ;* Καὶ Ἡσαΐας δὲ, *Ποῦ ἐστι τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, Κύριε, ὅτι ἀπέσχον* (8) *ἡμῖν ; Σὺ γὰρ εἶ πατὴρ ἡμῶν, ῥῦσαι ἡμᾶς. Ἀπ' ἀρχῆς, Κύριε, τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἐστι. Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου ; Ἐσκλήρυνας τὴν καρδίαν ἡμῶν τοῦ μὴ φοβεῖσθαί σε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων ἁπάντων ὑπερπασχόντων αὐτὸς εἴρηκας, ὅτι καταδικάζουσιν ἡμᾶς οἱ προφῆται, καὶ οὐχὶ μᾶλλον βοηθοῦσι ;

S. ARCH. Non ad hanc speciem, sive ad hunc sensum dixi vos a prophetis condemnari. Quæ præcedunt, præterii : quæ sequuntur ad finem vide.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Οὐ κατὰ τοιαύτην ἔμφασιν εἶρηκα ἐγὼ τοὺς προφήτας καταδικάζειν ὑμᾶς. Τὰ γὰρ ἔμπροσθεν παρῆλθον · τὰ δὲ ἐπὶ τέλους ὅρα.

HERB. Quænam sunt in extremo, mihi enarra.

EPBAN. Καὶ τίνα εἰσὶ τὰ ἐπὶ τέλους, ἀνάγγειλόν μοι.

[61] Exod. III, 7, 8. [62] Exod. XXXIII, 13. [63] Josue X, 13. [64] Psal. LXXIII, 2. [65] III Reg. XVIII, 18. [66] Jer. XXXI, 7. [67] Isa. LXIII, 15-17.

NOTÆ.

(5) *Φειδῶ.* Φειδόμενος. GULON.
(6) *Φειδοῖ.* Φείδου. ID.
(7) *Κύριε, φεῖσ.* Hoc non invenitur in versione LXX. ID.
(8) *Ὅτι ἀπεσχ.* LXX. Ὅτι ἀνέσχου ἡμῶν ; ID.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Ἓν ῥῆμά σοι ἢ μιᾶς προφητείας σαφήνισον (9) ἔξω τοῦ διηγήσασθαι, καὶ ἐλιγγιάσαι σφόδρα ἔχεις.

ΕΡΒΑΝ. Διήγησαι μᾶλλον μηδὲν ἀναβαλλόμενος.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Εἶπεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν, τὸν ἐξαίσιον ὄγκον τῶν πλημμελημάτων ὑμῶν θεασάμενος πόρρωθεν ὄμμασι προφητείας, καὶ ὅτι οὐχ ἕξεται στῆναι ἐπὶ τῶν προτέρων ὑμῶν ποδῶν, Ἰουδαϊκοῖς χαρακτῆρσιν, εἰ μὴ ἐν τῷ νέῳ νόμῳ τοῦ Χριστοῦ, λέγων· *Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* Πρόσεχε ἵνα συνιεῖς καὶ ἐλιγγιάσεις. *Ἔγνω, φησὶ, βοῦς τὸν κτησάμενον αὐτὸν, ἄνθρωπον πριάμενον* (10)· *καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ Κυρίου αὐτοῦ συνῆκε· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν.* Ὁρᾷς μυστήριον, πῶς καὶ τῶν κτηνῶν (11) εἶπεν, εἰς ἣν καθ' ἑκάστην χορτάζεται. *Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν.* Ὁρᾷς μυστήριον, πῶς καὶ τῶν κτηνῶν εἶπεν ἀναισθητοτέρους ὑμᾶς; Εἶτα ἐπάγει, *Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἀνομιῶν* (12), οὐκ ἐν μέρει, ἀλλὰ πλήρης· σπέρμα, οὐκέτι Ἀβραὰμ, ἀλλὰ πονηρόν· υἱοὶ, οὐκέτι τοῦ Θεοῦ, καθὼς εἶπεν ἐν ἀρχῇ, *υἱοὺς ἐγέννησα*, ἀλλ' υἱοὶ ἄνομοι, φησί. Καὶ προστίθησι τὴν ἄρνησιν, *Ἐγκατελίπετε*, λέγων, *τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ* σταυρώσαντες. Ὅρα προφητείας μετὰ ἀσφαλείας. Οὐ μόνον ἐγκατελίπετε, φησὶν, ἀρνησάμενοι τὸν ἐν μέσῳ ὑμῶν ἐλθόντα ὡς ἄνθρωπον, τοῦτ' ἔστι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀλλὰ *καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ*, σταυρώσαντες μάτην· *Τί ἐπλήγητε τῇ καρδίᾳ* ὑπὸ τοῦ διαβόλου προστιθέντες ἀνομίας; Οὐκ ἤρκεσε, φησὶν, ὁ πρότερος ὄγκος τῶν πλημμελημάτων, ἀλλὰ καὶ ἔτι βλασφημοῦντες, καὶ ποινὰς ἐπὶ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ προσάγοντες, πλεονάζετε ἐπὶ ταῖς κορυφαῖς ὑμῶν τὴν ἀνομίαν. *Πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον* ἵνα μὴ εἴπῃς, καί τινες ἐξ ὑμῶν ἦσαν εὐσεβεῖς, καί τινες ἀσεβεῖς, καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἐλαττόν τι ἡμάρτανον, ἀλλ' ἐν πόνῳ καὶ ἐν πονηρίᾳ, φησί· *Καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην.* Ἕκαστος κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐλυπεῖτο ἐκ φθόνου καὶ μήνιδος καὶ κακίας, διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, καὶ ψυγῆναι ἐν ὑμῖν τὴν ἀγάπην τῶν πολλῶν. *Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς*, φησίν· ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι τὸ κοινὸν τοῦ λαοῦ ἁπλῶς ἠνόμησεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ σύγκλητος αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς* (13) *ὁλοκληρία, οὐδὲ τραῦμα ἐν μέρει, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα ἐν πέρατι τοῦ*

S. ARCH. Verbum unum vel unius prophetiæ absque ulla longiore enarratione tibi explanabo, et vehementer vertigine laborare potes.

HERB. Enarra potius et expone, nihil cunctatus.

S. ARCH. Isaias de vobis dixit, immensum atque inusitatum vestrorum scelerum tumorem longe ante oculis prophetiæ speculatus, et quod non amplius prioribus vestris pedibus, id est, Judaicis characteribus et figuris, stare poteritis, nisi nova lege Jesu Christi, dicens : *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est : filios genui, et exaltavi : ipsi autem me spreverunt*[68]. Audi attente, ut intelligas, et vertigine tenteris. *Cognovit bos possessorem suum, hominem qui emit : et asinus præsepe domini sui intellexit : Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit*[69]. Vides mysterium, quomodo etiam jumentorum præsepe dixit, **636** ad quod quotidie pabula capiunt. *Israel autem me non agnovit, et populus meus non intellexit.* Vides mysterium, quomodo vos jumentis stupidiores affirmavit ? Deinde subjunxit : *Væ genti peccatrici, væ populo iniquitatibus pleno*[70] : non in parte, sed pleno, semen non amplius Abrahæ, sed improbum dixit : filios, non amplius filios Dei, sicut dixit in principio, *filios genui*, sed filios nefarios appellat. Et addit abnegationem, dum dicit : *Dereliquistis Dominum, et ad iram provocastis ipsum sanctum Israelis*, cruci et patibulo defigentes. Vide jam cum certitudine divina oracula. Non modo dereliquistis, ait, abnegantes eum qui in medium vestri venit, id est Dominum nostrum Jesum Christum ; sed *irritastis ipsum sanctum Israelis*, eum cruci suffigentes, sed nequidquam. Quid percussi et sauciati fuistis corde a diabolo, adjicientes iniquitatem ? Non satis fuit, ait, prior tumor scelerum vestrorum, sed impiis conviciis incessentes, et pœnas unigenæ Dei Filio inferentes, super verticibus vestris iniquitatem cumulatis. *Omne caput*, ait, *ad laborem* : ut non dicas, ex vobis quosdam pios fuisse, quosdam vero impios : nec simpliciter et omnino minus quid eos peccasse, sed in labore et improbitate, inquit, *Et omne cor ad dolorem*[71]. Unusquisque adversus proximum suum dolore contristabatur præ invidia, et ira sæva et improbitate : quia multiplicata est iniquitas, et quia in vobis refrixit multorum charitas. *A pedibus usque ad caput*, ait ; ne dicas vulgus solum inique atque impie egisse, sed et ipse rex et concilium ejus impie et scelerate egit. Hoc enim declarat, *A pedibus usque ad caput ipsorum, non est*

[68] Isa. 1, 2. [69] ibid. 3. [70] ibid. 4. [71] ibid. 5.

NOTÆ.

(9) *Σαφήνισον.* Σαφηνίσω. GULON.

(10) *Ἄνθρωπον πριάμενον.* Hujusmodi scholion, sive ingenio amanuensis, sive alii versionum editioni acceptum referatur, absurdum certe atque absonum. WESSELING., Epist. de Aquilæ in Script. Philon. Jud. fragment., pag. 24.

(11) *Κτηνῶν.* Κτηνῶν φάτνην. GULON.

(12) *Ἀνομιῶν.* Ἁμαρτιῶν. ID.

(13) *Ἐπ' αὐτοῖς.* Scribe ἐν αὐτῷ. ID. — Præcedens αὐτῶν et subsequentia ἐν μέρει, desunt apud LXX. Hunc locum aliter effert Vulgata, et quidem multo planiorem.

in ipsis integra sanitas, neque vulnus in parte, neque livor et vibex, neque plaga ardens in extremitate corporis [72]; sed a parte summa usque ad imam profunda ægrotatio et dolor efferus atque indomabilis. Non est ars neque experientia, quæ juvet et curare valeat. Haud licet malagma applicare, neque oleum affundere, propter peccati pervicaciam, velut morbum tenacem et ineluctabilem : non fasciam circumponere propter cor impœnitens. *Terra vestra deserta*, id est, terrena tabernacula, tanquam alienata a sancto : quia peccato et scelere referta. Templum enim Dei, homo pius. *Urbes vestræ igne succensæ sunt* [73] : id est, synagogæ improbæ ut succensæ flamma peccati, quia non sit illic concilium divinæ actionis, sed luis et improbitatis incendium, quod venereis complexibus flagrat. *Regionem vestram, idque vobis aspicientibus, alieni devorant :* videlicet humanam vitam, et cognitionem maligni dæmones consumunt : *et devastata est, diruta et effossa a populis alienis* [74], mens et cor ab alienis pravis actionibus. Animadvertis, desertionem, et a vobis secessionem ?

HERB. Perge ulterius, et invenies.

S. ARCH. Quænam inveniam ? Nihil aliud, quam tuam exactissimam ruinam.

HERB. Loquere, et sciam quæ nostra sit ruina et subversio.

S. ARCH. Si vis, diligenter attende. *Derelinquetur*, inquit, *filia Sionis, ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et ut civitas obsessa* [75]. Numquid habes ad hæc dicere ? Quemadmodum, inquit, qui in tuguriis habitant, et vineas suas custodiunt et cucumeraria, non aliam ob causam quam plane propter fructus suos, quibus collectis et vindemiatis, deserta postea sua tuguria relinquunt, et ad domicilia **637** sua recedunt, neque amplius vineam suam nudam custodiunt aut cucumerarium : sic Deus erga vestram synagogam affectus fuit. Quandiu enim ante Christi adventum quomodocunque fructum secundum legem ferebatis; ut bonus templi custos, tanquam alio tabernaculo sibi perfecto, in eo habitans, qui omnia implet, custodiebat tribus vestras. Cum vero prorsus sine fructu permansistis, et copiosam iniquitatis sobolem propagastis : intuitus Deus malum vestrum insanabile a lege, alium modum salutis vobis excogitavit, et unigenitum Filium suum et Servatorem cœlitus demisit. Postquam vero in lege non adjuti, neque in gratia probati fuistis : solvens Deus ad gentes trajecit, quæ ipsum exceperunt, easque novum Israelem appellavit, et hæredes constituit omnium quæ vestra erant, et regni cœlorum. Nonne igitur *derelicta est filia Sionis sicut*

A σώματος, ἀλλὰ ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω βαθεῖα ἀρρωστία καὶ ὀδύνη ἀκυρίευτος. Οὐκ ἔστι τέχνη ἡ πεῖρα ὠφελοῦσα πρὸς ἰατρείαν. Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, διὰ τὸ ἐπίμονον τῆς ἁμαρτίας. Οὐκ ἔστι κατὰ δεσμοῦ (14) ποιῆσαι, διὰ τὸ ἀμετανόητον. *Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος*, τοῦτ' ἔστι, τὰ γήϊνα σκηνώματα, ὡς ἀλλότρια τοῦ ἁγίου, διὰ τὸ εἶναι ἐφάμαρτα. Ναὸς γὰρ τοῦ Θεοῦ, ὁ εὐσεβὴς ἄνθρωπος. *Αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι*, ἤγουν αἱ πονηραὶ συναγωγαί, ὡς ἀνειμέναι φλογὶ ἁμαρτίας, διὰ τὸ μὴ εἶναι βουλὴν θεοπραγίας ἐκεῖσε, ἀλλὰ λοιμοῦ καὶ πονηρίας πυρκαϊὰν ἐν τοῖς συνδυάσμασιν ἀναπτομένην. *Τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν* (15)· ἤγουν τὸ ἐν τοῖς ἀνθρώποις βίον, καὶ τὴν διάνοιαν οἱ πονηροὶ δαίμονες κατ-
B εσθίουσι· *καὶ ἠρήμωται κατεσκαμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων*, ὁ νοῦς καὶ ἡ καρδία ὑπὸ ἀλλοτρίων κακοπραγιῶν. Προσέχεις, ὦ Ἐρβᾶν, πῶς Ἡσαΐας λέγει, τὴν παντελῆ ἐγκατάλειψιν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἀφ' ὑμῶν ἀναχώρησιν ;

o Herbane, quomodo Isaias dicit, absolutam Dei

ΕΡΒΑΝ. Δίελθε ἔτι κατωτέρω, καὶ εὑρήσεις.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ, Τίνα, ἔφη, εὑρήσομαι ; Ἢ οὐδὲν ἕτερον, ἢ πάντως τὴν σὴν ἀκριβεστάτην κατάλυσιν.

ΕΡΒΑΝ. Καὶ οἶσομαι (16) τίς ἡ ἡμετέρα κατάλυσις.

C Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Εἰ θέλεις, πρόσεχε· *Ἐγκαταλειφθήσεται*, φησὶν, *ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, καὶ ὡς πόλις πολιορκουμένη*. Οὐκοῦν σὺ τί ἔχεις πρὸς ταῦτα ἀποφθέγξασθαι ; Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, οἱ ἐν ταῖς καλύβαις οἰκοῦντες, καὶ τοὺς ἀμπελῶνας αὐτῶν φυλάσσοντες, καὶ τὰ σικυήλατα, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ πάντως διὰ τοὺς καρποὺς αὐτῶν, τοῦ καρποῦ τρυγηθέντος, ἐρήμους τὸ λοιπὸν καταλιμπάνοντες τὰς καλύβας, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀναχωροῦσιν, καὶ οὐκέτι γυμνὴν τὴν ἄμπελον παραφυλάττουσιν, ἢ τὸ σικυήλατον· οὕτω πέφυκε καὶ ὁ Θεὸς τῇ συναγωγῇ ὑμῶν. Μέχρις ὅτου γὰρ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ὀπωσοῦν καρπὸν νομίμως ἐφέρετε, ὡς ἀγαθὸς φύλαξ τοῦ ναοῦ, ὡς ἄλλης σκηνῆς αὐτῷ ἀπηρτισμένης, ἐν αὐτῷ κατοικῶν ὁ τὰ πάντα πληρῶν, ἐφύλαττε
D τὰς φυλὰς ὑμῶν. Ὁπόταν δὲ παντάπασιν ἐμείνατε ἄκαρποι, καὶ ἐβλαστήσατε μεγάλην ἀνομίαν, ἰδὼν ὁ Θεὸς τὸ ἀνιάτρευτον ὑμῶν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕτερον ἐπινοήσας (17) τρόπον ὑμῖν σωτηρίας, τὸν μονογενῆ Υἱὸν αὐτοῦ καὶ Σωτῆρα ἐξαποστείλας. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ νόμῳ μὴ ὠφεληθέντες, οὔτε ἐν τῇ χάριτι εὐδοκιμήσατε, ἀπάρας ὁ Θεὸς ἀνεχώρησεν εἰς τὰ ἔθνη, καὶ ἐδέξαντο αὐτὸν, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὰ Ἰσραὴλ νέον, καὶ κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς πάντα ὑμῶν, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οὐκοῦν *ἐγκατελείφθη* ὡς

[72] Isa. 1, 6. [73] ibid. 7. [74] ibid. [75] ibid. 8.

NOTÆ.

(14) *Κατὰ δεσμοῦ*. Καταδέσμους. GULON.
(15) *Κατ.* Κατ. αὐτήν. ID.
(16) *Οἶσομαι*. Scribe εἴσομαι. ID.
(17) *Ἐπινοήσας*. Scribe ἐπενόησε. ID.

σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, καὶ ὡς πόλις πολιορκουμένη; Καὶ τὸ λοιπὸν ὡς κύνες ἀναισχυντεῖτε φλυαροῦντες, καὶ θεομαχοῦντες, ἐπεὶ λόγον τὸν οἱονοῦν εἰς ἀπολογίαν οὐκ ἔχετε. A

umbraculum in vinea, et sicut tuguriolum in cucumerario, et velut civitas quæ graviter obsidetur et vastatur hostiliter? Cæterum vos sicut canes impudentes estis nugantes, et Deo rebellantes, quoniam nullam omnino rationem ad defensionem habetis.

ΕΡΒΑΝ. Λέγε μοι τὴν προφητείαν, καὶ οἴσῃ (18) κατωτέρω.

HERB. Recita mihi prophetiam, et scies quæ inferius.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τίνα λέγει μετὰ ταῦτα; πάντως τάδε· *Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐγκατέλιπεν ὑμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθητε, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθητε.*

S. ARCH. Quæ postea dicit, hæc sunt plane: *Et nisi Dominus reliquisset vobis semen, sicut Sodoma facti essetis, et Gomorrhæ similes fuissetis* [76].

ΕΡΒΑΝ. Τοῦτο ἱκανὸν ἡμῖν, ὅτι οὐ παντελῶς ἡμᾶς ἐξωλόθρευσε Κύριος, ἀλλὰ σπέρμα ἡμῖν ἐγκατέλιπε. Τὸ γὰρ σπέρμα, ὃ λέγει, ὅτι παρὰ Κυρίου ἐγκατελείφθη, πάντως ἡμεῖς ἐσμεν, οἱ ἀρτίως διεσκορπισμένοι ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ φυλασσόμενοι, ἵν' ἐκ τοῦ μικροῦ σπέρματος, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας ἀνασπαρθῇ, καὶ πληθυνθήσονται αἱ ἄρουραι τῆς καλλίστης φυλῆς τοῦ Ἰσραὴλ, ἤγουν αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας, τῆς δωδεκαφύλου κληματίδος τοῦ λαοῦ. B

HERB. Hoc nobis satis est, quod non funditus nos Deus exterminavit, sed semen nobis reliquit. Hoc enim semen, quod dicit a Domino relictum esse, plane sumus, qui modo dispersi sumus in toto mundo, et qui asservamur, ut ex exiguo semine in ultimis diebus terra promissionis seratur: et multiplicabuntur arva clarissimæ tribus Israelis, nempe civitates Judææ, quæ est vitis duodecim tribuum populi.

Καὶ Ο ΑΓΙΟΣ. Τοσαῦτα ἀναστομωθεὶς τῆς ἐλπίδος ταύτης οὐδέπω τὴν ἀναίδειαν ἀνέστειλας; Ὅμως τί σοι τὰς μέμψεις προσάγομεν; κυνὸς γὰρ τόπον ἐπέχεις. Ἔθος γὰρ ἀεὶ τοῖς κυσὶ ῥαβδίζεσθαι, καὶ τῆς οἰκίας ἐλαύνεσθαι, καὶ τῇ ἀναιδείᾳ πάλιν χρωμένοις ἐπιλελῆσθαι τὸν ῥαβδισμὸν, καὶ τῆς οἰκίας ἔνδον εἰσβάλλειν, εἶτα τύπτεσθαι, καὶ ἐξωθεῖσθαι. Τοιγαροῦν καὶ μετὰ ταῦτα, τύψω σου τὴν ἀναίδειαν, καὶ διώξω σφοδρῶς, ὅτι εἰκῇ καὶ μάτην λοιδορεῖς. Δείξω σοι δὲ ὅτι ἐὰν μὴ εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα βαπτισθῆτε, οὐχ ἕξετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Τὸ μὲν, ὅτι *Εἰ μὴ ἐγκατέλιπεν ὑμῖν σπέρμα*, ἀνωτέρω σοι ἀπήγγειλα, ὅτι δηλοῖ ἡ ἔμφασις αὐτοῦ, περὶ τὸν Ἰσραὴλ (19), οἵτινες πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ σωθέντες. Περὶ δὲ τοῦ μέρους ὑμῶν τῶν ἀπίστων, εἴρηται παρὰ Ἡσαΐου· Ἀκούσατε γὰρ, φησὶ, *λόγον* (20), *ἄρχοντες Σοδόμων*· ἐπίστασαι, καὶ προστίθησι. *Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος*· ἵνα μὴ καυχήσῃ αὐτὸς, ὅτι δέεται Κύριος ἁπλῶς τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ ἕνεκεν τούτου ἀναστήσει πάλιν τὰς συναγωγὰς ὑμῶν. *Πλήρης εἰμὶ*, φησὶν, *ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε τοῦ ὀφθῆναί μοι.* Βαβαὶ τοῦ μίσους. Πόσα κακὰ ποιεῖ ἡ ψυχρὰ ἁμαρτία! Τοὺς ἀγαπητοὺς τοῦ Θεοῦ ὑμᾶς βδελυκτοὺς ἀπειργάσατο. *Οὐ βούλομαι*, φησὶν, *οὐδ' ἂν ἔρχησθε τοῦ ὀφθῆναί μοι. Τίς γὰρ* (21) *ἐξεζήτησε ταῦτα*, ἤγουν τὰς θυσίας, *ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε*· Οὐκοῦν, τίνος ἀκροασώμεθα, τοῦ C D

S. ARCH. Toties jam hac spe repressus, nondum impudentiam repulisti? Veruntamen cur tibi has reprehensiones adhibemus? Canis enim locum obtines. Mos enim est semper canibus, ut verberibus cæsi domo abigantur, sed impudentia freti, et verberationis obliti, rursus domum introeant, ac denuo feriantur, et expellantur. Quapropter iterum tuam impudentiam verberabo, et persequar vehementer, quia temere et frustra conviciaris. Ostendam tibi, quod nisi in sanctam Trinitatem sacro lavacro regenerati et tincti fueritis, non habebitis vitam in vobis. Ergo illud: *Nisi reliquisset vobis semen*, superius tibi dixi, quod declarat ejus species, de Israelitis qui per fidem in Jesum Christum servati fuerunt. At vero de vestra parte, qui estis infideles, dictum est ab eodem Isaia: *Audite*, ait, *verbum Domini, principes Sodomorum; percipite auribus legem Dei, populus Gomorrhæ* [77], cætera scis, et addit: *Quo mihi multitudo victimarum vestrarum? dicit Dominus*: ne autem glorieris, quasi Dominus omnino vestris sacrificiis et victimis indigeat, eamque ob causam vestras synagogas instauraturus sit: *Plenus sum*, inquit, *holocaustis arietum; et agnorum adipem et sanguinem taurorum et hircorum nolo, neque si veneritis in conspectum meum.* Væ væ, odium est et abominatio. Quot et quanta mala peccatum frigidum perpetrat! Vos dilectos Dei, et abominabiles et exsecrandos reddidit: *Nolo*, inquit, *neque si veneritis in conspectum meum. Quis enim exquisivit hæc*, nempe sacrificia et victimas, *de manibus*

[76] Isa. I, 9. [77] ibid. 10.

NOTÆ.

(18) *Οἴσῃ*. Scribe εἴσῃ τά. GULON.

(19) *Περὶ τὸν Ἰσρ.* Scribe περὶ τῶν τοῦ Ἰσρ. ID.

(20) *Λόγον*. Scribe λόγον Κυρίου. Mox post Σοδόμων, adde, προσέχετε νόμον Θεοῦ, ὁ λαὸς Γομόρρας. ID.

(21) *Τίς γὰρ — οὐ προσθήσεσθε*. In editione Parisiensi Gulonii tum hic, tum paulo post, male habitum hunc Isaiæ locum restituimus ex LXX Sixtino exemplari: ex quo etiam sic reformandus interpres: *Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum non apponetis.*

vestris, ut calcetis atrium meum? non offeretis [78]. Ergo quemnam audiemus, Davidem, an Dominum Deum nostrum? huc animum adverte. Tu siquidem **638** dicis quod *Ædificans Dominus dispersiones Israelis congregabit* [79]; hic autem ille ipse Dominus et Deus ad vos dicit, *ut calcetis atrium meum : ne ultra offeratis*. Cæterum utrosque audire debemus : hæc enim præcipua capita congruenter suo loco enuntiata sunt. Vos autem tardi corde et socordes, nihil scientes, monstrosas animo fingitis et concipitis notiones. Cum jam audieris Dominum meum dicentem, *ut calcetis atrium meum : ne offeratis* : cur tu impudens es? Etenim *si offeratis medullam grani siliginei, frustraneum suffimentum sive incensum, abominatio mihi est. Neomenias vestras et Sabbata, et statas ferias sive dies festos odit anima mea, et diem magnum non sustineo* [79*]. Hæc igitur audiens, quam ob causam canis faciem et os durum habes, et ei obtrudis tuas victimas, et tuos festos dies impudenter celebras? Bellum cum Deo, ut opinor, sunt tui dies festi. Dicit enim Deus : Jejunium, otium, ferias et festos dies vestros odit anima mea : facti estis mihi in fastidium. Deus itaque dicit, quæcumque facis Judaicis ritibus, se ex animo odisse et abominari : tu vero impudenter resistis, et ei tuas victimas offers. Desine : solum enim laborem sustines : Deo adversaris, nec mercedem in sæculum referes. Etenim dicit Dominus : Facti estis mihi in fastidium, non amplius sustinebo peccata vestra. Dei indignationem et grave pondus contemplare. Ut cum quis ab aliquo mala perpessus fuerit infinita, neque amplius sustinere potest, sed oneri succumbit defessus, dixerit, odium multum ferens : Non amplius te sustineo, sed ostendam in te ultionem; sic dicit Deus : Facti estis mihi in satietatem et plenitudinem iræ et indignationis : propterea non amplius sustinebo : nempe vestra peccata bajulo ; sed retribuam : imo vero ejiciam vos a facie mea. Etenim infert prophetiæ consecutionem, cum dicit : *Et cum expanderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis* [80]. Parce, Domine, his qui speraverunt in te! Horrendum verbum Domini, et non enarrabile odium adversus Judæos propter sceleratas ipsorum transgressiones, et proprium succum, et solitum murmurandi morem, et intemperanter rebellandi. Audias igitur, o Herbane, et vertigine torqueare. Non equidem hæc commentus sum, ne aliquando dixeris, me studio tuæ religioni adversandi hæc in medium protulisse. Sed Deus te increpat ipse ille, et dicit : Manus tuas, o Judæe, ne extendas ad me, a quo die unigenitum meum Filium ad vos misero. Sin autem, avertam oculos meos a vobis : *Et si multiplicaveritis precationem vestram, non exaudiam* [81]. Omnes annos vitæ tuæ, ex quo

illo censent, de quo sermonem habet sanctus Gregorius Magnus (12). Noster enim Isaacus ex Mesopotamia non in Italiam, sed in Ægyptum perrexit, ubi supremum in Scetensi eremo diem clausit, ut modo ex memorato scriptore anonymo audivimus. In eamdem ferme sententiam Fabricius (13).

III. Porro de hujus Ninivitarum antistitis litterarum monumentis verba faciens Sobensis apud Assemanum, hæc habet (14) : *Isaac Ninivita septem composuit tomos, de regimine spiritus, de divinis mysteriis, de judiciis et politia.* Quorum recensionem ex codicibus Syriacis, Arabicis et Græcis Vaticanis instituit V. C. Aliis etiam in bibliothecis Græce exstant : nimirum in Vindobonensi, Coisliniana et Bodleiana, prout eas memorat sæpe laudatus Fabricius (15). Quibus addenda præterea bibliotheca Regia Taurinensis (16); ubi ex codice Græco 351, omnes describuntur *Isaaci Syri Ninivitanæ urbis episcopi sermones ascetici, ex Arabica lingua in Græcam conversi a Patricio et Abramio monachis monasterii Sancti Sabæ,* ὑπὸ τοῦ ἁββᾶ Πατρικίου καὶ τοῦ ἁββᾶ Ἀβραμίου, τῶν φιλοσόφων, etc. Cl. Cangius pene similem Cæsarei codicis inscriptionem referens, observat (17) *monachos* dici Græcis φιλοσόφους, ut et φιλοσοφεῖν *monachicam vitam profiteri.* Neque hic prætereundum, quod tradit Caveus (18), horum scilicet sermonum interpretes in bibliothecæ Bodleianæ catalogo pag. 43, vocari Abramium et Isaac ium; neque aliter eos appellari in codice 23 Regio Alexandrino Vaticano, teste Assemano (19) quod tamen haud probatur Fabricio (20); et jure quidem : nam ex aliis pluribus codicibus alterum interpretem non *Isaacium,* sed *Patricium* constanter dici compertum habemus.

IV. Ex his vero Isaaci Ninives episcopi sermonibus asceticis priores tantum quinquaginta tres velut unus liber sub titulo *De contemptu mundi* Latine prodierunt, *Isaaci Antiocheni episcopi* nomine inscripti; sed perperam, ut superius monuimus : neque præterea satis emendati; quorum proinde loca nonnulla in subjectis notulis pro viribus restituere studuimus. At vero vixdum e prelo jam evaserat editio nostra, cum ecce tibi ex Actis eruditorum nobis forte oblatis intelleximus (21), Græcam eorumdem Isaaci sermonum versionem evulgatam Lipsiæ fuisse anno 1770, 8, studio Nicephori Theotokii; cujus editionis hæc fertur inscriptio : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ ἐπισκόπου Νινευΐ, τοῦ Σύρου, τὰ εὑρεθέντα ἀσκητικὴ, ἀξιώσει μὲν τοῦ μακαριωτάτου, θειοτάτου καὶ σοφωτάτου πατριάρχου τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσης Παλαιστίνης, κυρίου Ἐφραΐμ · Ἐπιμελείᾳ δὲ Νικεφόρου ἱερομονάχου τοῦ Θεοτόκου ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθέντα. Discimus autem ex iisdem Actis cl. editorem duobus codicibus usum fuisse, quorum alterum typis describendum consignavit; alterius vero varias lectiones singulis paginis subdidisse; aspersisse præterea non raro sermonibus ipsis animadversiones, quæ vel sensum locorum obscuriorum bene illustrant, vel varias lectiones, interdum etiam conjecturas et Latinæ versionis collationem continent. Quæ quidem Græca editio utinam vero nobis opportune comperta fuisset : ea siquidem nostram comptiorem sane utilioremque reddidisset.

(12) Greg. M. *Dialog.* lib. III, cap. 14.
(13) Fabric. l. c. pag. 171.
(14) Sobens. Catal. p. 62.
(15) Fabric. l. c. pagg. 171, 172.
(16) *Bibl. Taurin.* part. I, pagg. 473 seqq.
(17) Cang. *Glossar. Gr.* tom. II, pag. 1678.
(18) Cav. l. c. pag. 520.
(19) Assem. l. c. pag. 446.
(20) Fabric. l. c. pag. 172.
(21) Act. Erud. Lips. ann. 1770, pagg. 283 seq.

NOTITIA ALTERA.

(FABRIC. *Biblioth. Græc.* tom. XI, p. 114, edit. Harless.)

Isaac, presbyter Antiochenæ Ecclesiæ, scripsit Syro sermone, longo tempore et multa : præcipua tamen cura adversum Nestorianos et Eutychianos, ruinam etiam Antiochiæ eleganti carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo Ephræm diaconus Nicomediæ lapsum. Moritur Leone et Majoriano imperantibus. Hæc de Isaaco Gennadius cap. 66 De script. eccles. Ex iis quæ memorat Isaaci scriptis, nullum ad nos pervenit neque Syriaca lingua, neque, quod Ephræmi contigit monumentis, ex Syriaco Græce versum. Exstat tamen Latine in posteriore Orthodoxographorum editione Basil. 1569, fol., pag. 1626; atque inde in bibliothecis Patrum universis, ut Colon. 1618, tom. VI et Paris. 1644, 1654, tom. V, col. 483-532; et novissima Lugd. 1672, tom. XI, pag. 1019, [etiam in Galland. Bibl. PP. tom. XII, pag. 3 seqq. *Isaaci Syri presb. Ant. liber de contemptu mundi,* Latine, *nunc recensitus pluribusque in locis restitutus* legitur, prolegg. autem p. III, tribuitur Ninives episcopo H.] opusculorum sive sermonum asceticorum farrago, nescio an ex Syriaco, an, quod magis crediderim, ex Græco versa, quæ inscribitur, *S. Isaaci Syri et presbyteri Antiocheni de contemptu mundi, de operatione corporali et sui abjectione liber* (a) Jo. Jacobus Grynæus in

(a) Conf. Lambec. qui in vol. V, p. 157 seqq. copiose recenset cod. 235, quo n. 1, continentur *sancti Isaaci Syri, abbatis et anachoretæ,* qui, ut ait Lambec., fuit episcopus urbis Ninevi, *Sermones*

præfat. ad Orthodoxographa ait, in calce libri ascriptum fuisse (sicut etiam in Orthodoxographis pag. 1677 exhibetur) : *Vixit anno Domini MCCCCVII*, unde colligit vixisse Isaacum, quem ille monachum appellat, eo tempore, quo in Occidente Rupertus, Palatinus princeps, imperii Romani sceptrum tulit. Sed mihi non de Isaaco ipso, verum de Latino ejus interprete illa nota videtur intelligenda ; Isaacus enim ipse longe antiquior. Et sunt, qui Gennadio memoratum, Isaacum auctorem esse existiment ; ita enim post Possevinum aliosque Franciscus Combefisius, qui in *Bibl. patrum concionatoria*, tom. I, pag. 25, *Cum diserte*, inquit, *Gennadius presbyterum Antiochenæ Ecclesiæ scribat, nec iste liber alio titulo prænotetur, sitque dignus homine, qui affini Ephræmio indole atque genio moralia ac compungentia egregie scripserit, alii nulli illum ascripserim, quem nec satis ex illo opusculo monachum deprehendo.* Nec dubitare licet Trithemium quoque Isaaco seniori Gennadiano librum *De contemptu mundi* tribuisse, licet sub aliis titulis et in plures libellos distinctum legerit. In utroque enim fallitur Combefisius cum ait : *Senioris illius* (Isaaci) *multa refert Trithemius, quæ non exstant, in quibus librum hunc de contemptu mundi non adnumerat.* Nam si Trithemii caput 147 libri *De scriptoribus ecclesiasticis* consulatur, neque multa non exstantia Isaaci ab eo referri, neque librum *De contemptu mundi* ipsi incognitum fuisse apparebit. En tibi Trithemii verba ! *Isaac ex monacho Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, vir in divinis Scripturis eruditus et in declamandis homiliis venerabilis, scripsit Syro sermone ad imitationem sancti Effrem plura devota opuscula, quorum lectio religiosis hominibus valde utilis judicatur. E quibus inter nostra, subjecta reperi :*

Contra Nestorianos et Eutychianos, lib. II (*b*).

NOTÆ.

ascetici octoginta septem. Horum priores, inquit idem, quadraginta et unus, a reliquis separati, peculiarem suam olim habuerunt inscriptionem generalem miniatam : — primus eorum incipit : Ψυχὴ, ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, ἐν τῷ Θεῷ, etc. Ejusdem autem primi sermonis titulus in aliis duobus codd. Cæsar. antiquis est : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, τοῦ ἀναχωρήτου καὶ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. *De renuntiatione et monastica vivendi ratione ;* in hoc autem cod. 235 inscribitur atque incipit : Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, etc. Finito hoc sermone 41, sequuntur reliqui sermones 46, habentque peculiarem inscriptionem generalem miniatam : Τοῦ Ἁββᾶ Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου καὶ ἀναχωρητοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς φιλοχρίστου πόλεως Νινευΐ. — *Sermones ascetici reperti ab abbate Patricio et abbate Abramio*, etc. V. Fabric. mox de juniore Isaaco, Syro, et quæ ibi ex Assemanno ascripsi. Tunc animadvertit Lambec. exstare quidem ex memoratis 87 sermonibus asceticis in *Magna biblioth. Patrum.* Paris. 1654, tom. V, col. 483 seqq. (aut tom. XI, edit. noviss.) sermones quinquaginta tres ; sed Latine tantum, et mutile turbatoque et confuso ordine, atque instar capitum unius continui libri, inscripti : *De contemptu mundi ;* cum tamen manifeste appareat sermones istos, ut de diversis materiis, sic etiam diversis temporibus esse habitos, ideoque tam inscriptionibus et principiis, quam epilogis, s. clausulis a se invicem distinctos esse. Postea adnotat perperam ibi eorumdem sermonum auctorem vocari, uti etiam a Jo. Trithemio in libro De SS. eccles. et a Possevino in Apparatu sacro, aliisque, presbyterum Antiochenum, quem quidem Isaacum Syrum, constet ab Isaaco Syro, primum episcopo urbis Ninives, deinde autem abbate et anachoreta, plane diversum esse. Idem copiose disputat de locis Trithemii, potissimum Gennadii quem corrigit, et de duobus Isaacis discernendis, notatque Isaacum presbyterum Antiochenum non inclaruisse scriptis *asceticis*, sed *hæreticomachieis* contra Nestorianos præcipue et Eutychianos, et illum obiisse inter Kalend. April. a. 457, et 7 Aug. a. 461 ; alterum autem Isaacum, abbatem et anachoretam, auctorem 87 sermonum asceticorum, non multo post mortem prioris natum esse, de quo fabulas ex Gregorii M. narratione de sancti Isaaci Syri, abbatis et anachoretæ, adventu in Italiam ejusque commoratione in eadem regione usque ad mortem, in libro tertio Dialogorum de vita et miraculis Patrum Italicorum, etc. cap. 14, repetit, citatque Martyrologium Romanum die 11 April. — *Venetiis*, in bibl. Marci 127 ejusdem sermones, capita et interrogationes utilissimæ. Quæ singula, eaque permulta, opusc. in illo cod. insunt, copiose recensentur in cat. codd. Marc. Gr. pag. 71 seqq. — Ibid. in Bibl. mss. Sancti Michaelis est cod. qui continet Isaaci Syri Sermones, et eos, qui in illo cod. reperiuntur, curate recenset Bened. Mittarellus in Biblioth. mss. illius bibliothecæ p. 543 seqq. et observat, in Bibl. vet. Patrum Margarini de la Bigne, ed. tertiæ, tom. V, p. 563, et alii prodiisse inscriptas : *Isaaci Syri, presbyteri Antiocheni, de contemptu mundi*, et id opus primum editum esse Venetiis 1506, 8. Editiones autem multum discrepare a cod. isto Veneto, in eoque plura legi, quam sint in impressis ; inemendatiores quoque esse, ita ut vix exsculpatur sensus, qui ope cod. illius clarior existat : præterea notat Ambrosium Venetum, a. 1432, reperisse Romæ in pontificis biblioth. Isaaci Syri opuscula *De perfectione vitæ religiosæ*, ea autem parum differre a titulo codicis Veneti : *De contemplationis perfectione* (version. Italicam : *Isaac de Syria* abbate, libro *De la perfectione de la vita contemplativa*, Venet. per Bonet. Locatellum, presbyter, 1509, 8, recenset Mittarell. in appendice libror. sæculi xv, ad ejusdem bibl. cit. 220.) Tum p. 545 seqq. Bibliothecæ recenset codicem : *Libro dello abbade Ysaac de Syria — como lanima se deve posare in Deo et in lo contempto dello mundo*, quem librum alia, quæ indicat, capita, continere notat, additque vulgarem horum sermonum sine l. et a., sed cum correctione dialecti in lucem exiisse, et auctores Diarii litteratorum Italiæ tom. XXXII, p. 544, laudare versionem horum sermonum sub nomine : *Collazione de Padre del abate Isac*, factam tempore, quo vixit Dantes ; idque fateri editores Florentinos, qui a. 1720, typis dedere hanc abbatis Isaaci collectionem, ibique multos codd. quibus usi sunt, recensere. (De hac edit. Florentina plura scripsit Paitoni in Bibl. degli autori antichi Gr. et Latini volgarizzati, tom. II, p. 190.) Denique tradit Mittarellus, Joannis Antiocheni Excerpta in evangelium Matthæi exstare in Catena Græca, cod. 120. — Citatur Isaac presbyter in anonymi Scholiis in J. Climacum. v. supra vol. IX, p. 525, n. 3. De aliis codd. vide paulo post de Isaaco juniore. HARL.

(*b*) Hos ex Gennadio, ut solet, refert Trithemius, non ipse inspexit, alioqui prima eorum verba appositurus.

Exhortatorium vitæ spiritalis, lib. I. Anima quæ Deum diligit (*c*).

De pugna vitiorum, lib. I. Multum honorem de (*d*).

De accessu ad Deum, lib. I. Quando aliquis in aliquam ruinam (*e*).

De difficultate virtutum, lib. I. Quamlibet virtutem sine (*f*).

Dialogum de profectu spiritali, lib. I. Quo vinculo retinetur (*g*).

De ordine monasticæ vitæ, lib. I. Ex operatione violenta (*h*).

De humilitate, lib. I. Beatus homo qui scit. infir. (*i*).

De tribus ordinibus proficientium, lib. I. Tres sunt ordines in (*j*).

De solitudine monachorum, lib. I. Homo multæ sollicit. (*k*).

De diversis tentationibus, lib. I. Virtutis invicem sibi (*l*).

De informatione novitiorum, lib. I. Hic est ordo sobrius (*m*).

De pœnitentia, lib. I. Fortitudinem quam do? (*n*).

Carmen super Antiochiæ desolatione, lib. I. (*o*).

Homilias plures ad populum habuit, sed in manus nostras minime venerunt. Claruit sub Theodosio juniore. Fabr.

De Isaaco presbytero v. Caveum Hist. litter. SS. Eccl. I, p. 434 sq. ad a. 440, qui eum fuisse S. Ephræmi Syri discipulum, et circ. a. 456 obiisse statuit: ejusdem esse opinatur brevem libellum *De cogitationibus*, quem Gr. et Lat. edidit P. Possinus in *Asceticis*, p. 318, nec non fragmentum illud, quod nobis conservavit Nicephorus monachus libro *De custodia cordis*, ibid. opusc. 17, p. 420. Neque alium, suspicatur, Isaac illum, magni Arsenii discipulum, quem secum ad Pœmenem abbatem deduxit Arsenius, ejusque mentionem fieri inter *Apophthegmata Patrum*, ibid. opusc. 9, p. 247. Quod vero scripsit Cave, eum fuisse Ephraimi discipulum, hoc ita intelligendum esse, Isaacum illum circ. a. 390 habuisse præceptorem Zenobium, Ecclesiæ Edessenæ diaconum, Sancti Ephræmi discipulum, docet ex pluribus argumentis præcipue ex carmine illo, quo ruinam Antiochiæ (quæ accidit a. 459) planxit, Assemannus in *Bibl. Orient.* tom. I, cap. 16, p. 207 seqq. ubi de sancto Isaaco, cognomento Magno, presbytero Antiocheno, ejus patria, genere ac dignitate scriptisque, copiose agit, monetque Isaacum presbyt. cum Isaaco Ninevita interdum, etiam ab antiquioribus confundi; et p. 210, contra Caveum annum mortis in a. Ch. 460 collocat. Add. ibid. p. 38 et p. 215, 405 in Chronico Edesseno.—*Doctor* autem et *magnus* a Syris nuncupatur cum, ut ab aliis distinguatur Isaacis, tum quia multa diversi generis erudita, et sermone Syro nitidissimo composita opera, etiam Poemata, scripsit. Harl.

In Gregorii Abulpharaii *Historia dynastiarum* p. 91 (*p*). Theodosii Junioris (a. 450 defuncti) tempo-

NOTÆ.

(*c*) Hæc prima libri *De contemptu mundi* verba sunt, atque hunc a Trithemio respici certissimum.

(*d*) Prima verba capitis undecimi in eodem libro Isaaci, tom. XI Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 1022 F.

(*e*) Prima verba capitis decimi, quarti, id. pag. 1025 F.

(*f*) Prima verba capitis decimi sexti, id. pag. 1027 D.

(*g*) Prima verba p. 1028 B.

(*h*) Prima verba capitis vicesimi. p. 1031 F.

(*i*) Prima verba capitis vicesimi primi, pag. 1032. A.

(*j*) Prima verba capitis vicesimi sexti. pag. 1033, G.

(*k*) Prima verba capitis tricesimi, p. 1035 E.

(*l*) Prima verba capitis duodequadragesimi, p. 1038 E.

(*m*) Prima verba quinquagesimi capitis, ubi male excusum p. 1043 C. *Hic est ergo sobrius.*

(*n*) Hoc in editis non reperio.

(*o*) Hoc ex Gennadio cap. 66, Trithemius, neque enim ipse thronum Isaaci usurpavit oculis, quo Antiochiæ casum ille defleverat, terræ motum quarta vice passæ 13 Sep. a. C. 459, Antiocheno 506, anno Leonis imper. tertio. De hoc terræ motu Joannes Malala in Chronico tom. II, p. 75. Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Λέοντος ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη τὸ τέταρτον αὐτῆς πάθος μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ιγ', διαφαούσης Κυριακῆς, ἔτους κατὰ τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν χρηματίζοντος ϕϛρ ἐπὶ τῆς ὑπατείας Πατοικίου. Fabr. Conf. Assemann. l, c. 1, A de tempore, quo Antiochia terræ motu corruit, aliosque citat VV. DD. p. 210 seqq. ubi quoque ipse adnotat, in cod. Vaticano V, Syriaco, hoc Isaaci carmen exstare, et p. 220, fusius eum cod. recenset. Harl.

(*p*) Conf. Assemann. l. c. p. 208, ubi et p. 234, etiam memorat Joannem Marc. in op. adversus Nestorianos et Eutychianos ex Joanne Antioch. quatuor producere testimonia; primum ex sermone ejusdem *De orthodoxa fide*, alterum *De symbolo fidei*, tertium *De curru Ezechielis*, et quartum *De incarnatione Domini*: duo posteriores sermones desunt in codd. Syriacis Vaticanis, et adde paulo infra de *Isaaco ex Judæis*. — Idem recenset uberrime p. 214 seqq. Opera S. Isaaci, quæ exstant in codd. Vaticanis Syriacis, maxime in cod. 5:

I.) *De amore doctrinæ*: ad cujus calcem posita est memorabilis amanuensis adnotatio.

II.) *Ad monachos sermones* 111, quos diligenter B persequitur Assemann. et multa notatu digna ex illis affert illustratque. Singulorum autem argumenta atque inscriptiones repetere, haud vacat; sæpe tamen in duobus pluribusve sermonibus Isaacum unam virtutem commendasse patet.

III.) N. 55 Assem.) *Precationes tres.*

IV.) N. 58, 59, Assem.) *Duo hymni*, sequuntur aliæ orationes et paræneses, et inter hasce.

V.) N. 62, Assem.) *supplicatio*, seu flebile carmen *de terræ motu.*

VI.) N. 74, Assem.) *Deprecatio*: quod quidem scriptum in cod. Nitrensi 17, adjudicantur Ephræmo; in cod. vero Vatic. 5, Isaaco: verum neutrius esse videtur Assemanno, cum metro penta-

ribus floruisse traditur *Mar. Isaac, discipulus Mar. Ephraimi, Sermonum rhythmicorum auctor* : quæ verba de Isaaco Gennadii accipienda haud dubie sunt, et Ephræmus intelligendus celebratissimus ille et insignis sanctitate presbyter Edessenus (*q*), qui a. C. 375 obiit : non, ut Tentzelio tom. II, *Diss. select.* p. 145, placuit, Ephræmus Antiochenus patriarcha a. 546 defunctus. Nam Isaacus ille a Gennadio, Leone et Majoriano imperantibus mortuus fuisse traditur, qui a. C. 457 imperare cœperunt. Fabr.

Cum Isaaco, presbytero Antiocheno, a multis confunditur Isaac Senior, quem vero ex auctore Syro Vitæ sancti Ephræmi, qui hujus discipulis illum Isaacum accenset, in cod. Nitriensi V discernit Assemann. in *Bibl. Orient.* I. cap. 7, p. 165 seqq. et contra Suffridum Petri Leovardiensem, cui in notis ad Gennadium is floruisse videtur circ. an. 450, docet eum floruisse circa a. 380, add. paulo infra de Isaaco ex Judæis. Harl.

Alius junior Isaacus Syrus laudatur a Gregorio Magno, lib. III *Dialogor.* cap. 14, ubi ait eum de Syriæ partibus ad Spoletanam urbem venisse, et ad extrema pene Gothorum tempora ibi versatum esse, hoc est, ad medium usque sæculum sextum ; prophetiæ quoque spiritu ac miraculis clarum refert, et hanc ejus celebrat sententiam : *Monachus, qui in terra possessiones quærit, monachus non est* (*r*). Huncce esse auctorem illorum, de quibus dixi, opusculorum, malunt Aubertus Miræus notis ad Gennadium, Lambecius, V, p. 74 seqq. (*s*). Caveus, aliique. Sed non video quibus argumentis Lambecius evincat, Isaacum hunc Gregorii Magni eumdem esse cum Isaaco episcopo urbis Ninives, quem verum esse auctorem opusculorum illorum, non permittunt dubitare codices, qui adhuc supersunt, Syriaci et Græci eorumdem ms. Hebed Jesu in Catalogo librorum Chaldæorum, p. 29 ; *Isaac Ninivita septem composuit tomos De regimine spiritus, De divinis mysteriis, De Judiciis et politica* (*t*). In codice Græco Cæsareo : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἀββᾶ Ἰσαὰκ Σύρου καὶ ἀναχωρητοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς φιλοχρίστου πόλεως Νινευΐ λόγοι ἀσκητικοὶ, εὑρεθέντες ὑπὸ τῶν ὁσίων Πατέρων ἡμῶν τοῦ ἀββᾶ Πατρικίου καὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀβραμίου, τῶν φιλοσόφων (*u*) καὶ Ἡσυχαστῶν ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σάββα. Occurrunt ibi Græce *Sermones ascetici septem et octoginta*, ex quibus, Lambecio notante, sermones priores quinquaginta tres sunt, qui velut unus liber *De contemptu mundi* Latine sub Isaaci Antiocheni presbyteri nomine in Bibliothecis Patrum utcunque leguntur : quod elogium Antiocheni presbyteri ex Gennadio additum credibile est ab eo, qui eumdem Isaacum, de quo Gennadius, auctorem esse non dubitat. Primi sermonis in Græco hic est titulus : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ καὶ ἀσκητοῦ τοῦ Σύρου λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. Incipit : Ψυχὴν ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κέκτηται. Προκατάλαβε λύειν πάντα σύνδεσμον etc. Quadragesimus primus inscribitur : Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ καὶ πῶς ἀντίληψις εὑρίσκεται ἐν αὐτῇ, λόγος μά. Incipit : ὅταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος τούτου τοῦ κόσμου, καὶ σπουδάσῃ εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ. In *Bibliotheca Coisliniana*, p. 312, Montfauconus memorat codicem Isaaci Syri anachoretæ episcopi Ninives sermonum asceticorum 92. Initium primi est : Ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ ἀρχὴ ἀρετῆς. In marginibus scholia ex dictis vel scriptis Anastasii, Antiochi, Antonii, Arsenii, Athanasii, Barsanuphii, Basilii, Bulgari (Theophylacti), Carionis abbatis, Carpathii, Joannis Chrysostomi, Joannis Climaci, Copres, Cyrilli, Diadochi, Dorothei, Ephræmi, Esaiæ, Evagrii, Gregorii Theologi, Hesychii, Joannis monachi, Josephi, Isidori, Longini abbatis, Macarii, Marci, Maximi, Nili, Nistheri abbatis, Petri abbatis, S. Petri Alexandrini, Pœmenis, Sisoes abbatis, Symeonis, Thalassii, Theodori noni, Zegadini, Zosimæ. Etiam in bibl. Bodleiana inter codices Baroccianos, est Isaaci Syri *De regimine novitiorum*. Incipit . Αὕτη ἡ σώφρων.

NOTÆ.

syllabo constet, et probabilius Balæo Syro qui cuncta fere sua opera hujusmodi metro alligasset, tribuendum.

VII.) N. 75, Assem.) *De Adam et Eva* dialogus, s. sermo.

VIII.) N. 76, Assem.) *De Abel et Cain*, sive dialogus Cain, Abel et Dei. — Sequuntur plures aliæ orat. et paræneses.

In cod. Mosquensi synod. v, est sec. Matthæi Notit. mss. Gr. Mosq. p. 18, n. 24. ed. in 8. τοῦ ἁγίου Ἰσαάκ· ὁ ἐρωδιός, τὸ ὄρνεον, ἐκ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ· in indice refertur ad *Isaacum monachum*. Harl.

(*q*) Isaac. presb. Antiochen. fuisse genere Edessenum, tradit Georg. Elmacinus Hormaidus ap. Asseman. in *Bibl. Orient.* I, p. 208, ibid. tamen Dionysius, Jacobitarum patriarcha, eum Amidensem facit, non Edessenum Harl.

(*r*) Sermo Isaaci ipse est in cod. Taurin. 351, fol. 201, V. Cat. cod. Gr. Taur. p. 478. Harl.

(*s*) P. 157 seqq. ed. Kollar. de cod. 235, n. I ; et V. quæ supra de hoc cod. ascripsi. Harl.

(*t*) In Assemanni *Bibl. Or.*, tom. III, p. 104, ubi Assem., in notis 3 et 4, plura de eo adnotavit. Secundum illum igitur claruit exeunte sæculo sexto. Opera ejus e Syriaco sermone non modo in Arabicum translata sunt : sed etiam in Græcum a Patricio et Abrahamio monachis S. Sabæ, qui tamen, ut ait Assemann., non integros septem tomos (tot enim tomos ab Isaaco Ninivita compositos fuisse, scriptum est in Catal. librór. Syror. Ebedjesu) ; sed sermones duntaxat 98 interpretati sunt ; exstantque mss. in bibl. Vaticana, ex quibus quinquaginta tres sub titulo, *Libri de contemptu mundi*, Latine prodierunt (ut quoque supra e Lambecio ad Isaacum Antiochenum observavimus). Tum adnotat Assem. ex memoratis septem tomis unum Syriace et quatuor libros Arabice exstare in mss. bibl. Vaticanæ. Harl. De Isaaco Syro Ninives episcopo. Cf. Galland. Proleg. ad *Bibl. PP.* XII, p. III seqq.

(*u*) Philosophus pro monacho. Vide Cangii Glossar.

Atque in aliis codicibus Isaaci Syri capita : Ἀγάπησον τὰ πενιχρὰ ἱμάτια ἐν ἐνδύματί σου ; atque alia, quorum initium : Ὁ κωλύων τὸ στόμα. Alia item : Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ μόνῳ. Et *De motu angelico ac profectu animæ* : Πρώτη ἔννοια. Homiliæ asceticæ 99, ex Syriaco Græce redditæ a Patricio et Abramio, monachis monasterii S. Sabæ. Vide catalogum mss. Angliæ, p. 35, n. 256 ; et p. 44, n. 295, ubi male illi duo interpretes, quemadmodum et apud Caveum, vocantur Abramius et Isaacius. In eodem catalogo p. 155, homiliæ tres Isaaci hujus Syriace servari traduntur in codice Thomæ Bodleii 72. Memorat etiam Lambecius, IV, p. 148 (*v*), fragmentum *De baptismate* ἐκ τῆς μεγάλης ἐπιστολῆς Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου. Incipit : Ἰδοὺ γὰρ εἰς τὸ βάπτισμα δωρεὰν συγχωρεῖ. Fabr. Homilias asceticas, Arabice scriptas, et jam olim a Patricio et Abramio Græce versas, Nicephorus Theotokius, hieromonachus, edidit et inscripsit : Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, ἐπισκόπου Νινευῖ τοῦ Σύρου, τὰ εὑρεθέντα ἀσκητικὰ, ἐπιμελείᾳ Νικηφόρου, ἱερομονάχου, πρῶτον τύποις ἐκδοθέντα, Lipsiæ, 1770. 8. Usus est editor duobus codicibus. At non idem ordo est sermonum, qui in Arabicis apud Assemannum ordo, nec omnes omnino insunt in Græca versione, qui in libris Vaticanis ; plerique tamen reperiuntur. Dicendi genus esse dicitur metaphoris oppletum. Plura de iis et de editione leges in Novis Actis eruditor. 1770, Jun. p. 283, et in Ernesti *Noviss. Bibloth. theolog.* tom. I, part. II, p. 134-145. atque cl. Morelli Bibl. ms. Gr. et Lat. tom. I, p. 81, de cod. Venet. Marc. 127, in quo servantur Isaaci Syri *Sermones ascetici* ; Græce. — Isaacus Syrus laudatur a poeta quodam, qui iambos composuit in sermones SS. Patrum, et quos publicavit Amadutius in *Anecdotis litterariis*, vol. II, p. 23 seqq., et in vers. 29 seqq. dicitur nosse quieto e statu mentem in altum tollere ad fervidas preces fundendas ; et in homilia quadam de silentio et vita solitaria, in cod. Paris. bibl. publ. 1067, n. 1. — De hoc Isaaco v. *Guil. Cave* l. c. vol. I. p. 434. a quo tamen duo Isaaco esse mistos, jam adnotatum est ; Oudin. in Comm. de SS. Eccl. I, p. 1400 seqq. ad a. 540, qui non solum de eo multus est, sed etiam codd. qui in Vindobonensi et Anglicis bibliothecis exstant, et Isaaci opuscula comprehendunt, diligenter enumerat ; Saxius in *Onom. litt.* I, p. 507 seqq. ad a. 440 ; nam hoc circiter ambitu eum inclaruisse suspicatur, et, epistolam, inquit, certe ad Simeonem Stylitam eum scripsisse aiunt. Imprimis comparandus est Assemannus, qui in *Bibl. Orient.* tom. I, cap. 34, p. 444-463, copiose persequitur vitam scriptaque Isaaci, Ninivitæ. Primum particulam excerpsit ex illius vita, quam anonymus in præfat. ad Isaaci Opp. quæ Arabico quidem sermone, litteris tamen Syriacis exstant in cod. Nitriensi 20, descripsit. Tum inquirit in ejusdem ætatem, et ex Isaaci epistola ad Simeonem Stylitam juniorem, cognomento Thaumastoritam, mortuum die 24 Maii a. Chr. 593 (quæ epistola postremum locum occupat in cod. Græco 391, comprehendente nonaginta Isaaci Sermones a Patricio et Abrahamio e Syriaco conversos), efficit Isaacum nostrum sexto sæculo ad exitum vergente floruisse : et contra Lambec. et Cave, hunc Isaacum cum altero Ephræmi discipulo confundentes, ostendit ex epistola nostrum Isaacum ex Mesopotamia non in Italiam, sed in Ægyptum perrexisse et in Scetensi eremo animam piam efflasse. Tum de ejusdem scriptis et codd. paucis agit, in quibus exstant Sermones 98 Græce versi ab aliisque male tributi Isaaco Antioch. n. in Vindob. Cæs. ap. Lambec in Bibl. Vatic. codd. 391 (antea jam memorato), 605, 787, et Regio Alexandrino 23 in specie uberrime recenset opera, s. libros 4. Sermonum ex codicibus Syriacis (qui unum duntaxat habent librum), et Arabicis (in quibus sunt quator libri), atque Græcis Vaticanis : idemque, in quibus codd. singuli sermones reperiantur, ubique indicat. Continet vero liber I sermones viginti quatuor ; liber II, sermones 45 ; liber III, sermones 44 ; lib. IV, sermones 20, atque epistolam ad Simeon. Thaumastoritam. Denique p. 461 seqq. persequitur cod. in bibl. collegii Maronitarum Syriacum, inscriptum : *Liber generalis ad omnes gentes*, seu *De causa omnium causarum*, in IX tractatus divisus ; cujus auctorem nonnulli fecerunt Isaacum Ninevitam ; sed dubitat Assemann. et ex præfatione auctoris docet auctorem fuisse Isaacum, Edessenum episcopum, et hunc denique propter turbas, sede sua relicta, in proximos Edessæ montes secessisse, ibique laudatum dictasse codicem. — In eodem vol. p. 563 seqq. 568 569 Isaaci Sermones nominantur, qui sunt in codd. Nitriensibus in bibl. Vatic. et p. 607, codd. 4 et 5, quos Assem. ex oriente advexit. — Isaacus passim citatur a Syris scriptoribus, docente Assem. in vol. II, p. 158, 183, 303 (ubi Bar-Hebræus laudat 214 Sermones Isaaci), 306, 310 fin. 315, ibique not. (ubi tamen Isaacus Edessenus circa a. 450 innuitur, et Amidæ obiisse dicitur). — Codd. in quibus Isaaci Niniv. Sermones occurrunt, et qui a Fabricio atque Oudino jam excitati sunt, addi possunt Mosquenses 293, orat. cum scholiis, 294 (in quo sunt septuaginta sex orat.), 295 (scripta cum prologo de Isaaci vita), 296, excerpta ex quinque orat. Isaaci Syri ; in cod. 378 septem illius opuscula ; 398 Isaaci Syri περὶ λογισμῶν. — Denique in cod. IV in 4, n. 16 et 19, bibl. typographei synod. quædam bis. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 190, 191, 192, n. 3 ; p. 243 n. 1 ; p. 255, n. 14, et p. 301. — Taurini in cod. Regio 251 qui diligenter recensetur, et omnium, quæ in eo continentur, scriptorum Isaaci tituli, atque initia subjiciuntur in Catal. mss. Taurin. Gr. p. 473-

NOTÆ.

(*v*) Sive p. 336 ed. Kollar. in cod. 157, n. 7. Ibid p. 133 seqq. n. 21-23, cod. 156, sunt plura Isaaci capp. ascetica, Græce. Harl,

430, in eoque cod. est fol. 224, Isaaci epistola ad amicum quemdam; et fol. 262, alia ad abbatem Simeonem. — Florent. in cod. Laurent. 9, n. 13, plut. II, sermo *De renuntiatione et monastica disciplina.* Vid. Bandin. catal. bibl. Laurent. I, p. 504, qui vero hunc Isaacum non curate distinguit ab Isaaco Antiocheno, et eumdem citari in expositione sacrorum præceptor. tum ab Joanne Cantacuzeno contra Palamam, et in Collectione capitum asceticorum, docet, ibid. p. 99, 348 et 495. — Ibid. in cod. 11, plut. 3, Isaaci Vita et Orat. undecim, quarum prima de Cleonymi hæreditate, teste Montfaucon in Bibl. bibliothecar. mss. I, p. 251 D. — Ibid. eod. teste p. 386 B, epistola ad Simeon. in cod. 13, plut. 74. — In cod. Escorial. De ascetica conversatione capp. diversa, teste Pluero in *Itinerar. per Hispan.* p. 178. — Paris. in bibl. publ. sermones ascetici modo plures, modo pauciores, in septem cod (v. indic. ad Cat. mss. regior. Paris. voc. Isaac Syrus. tom. II). Interrogata et responsa de doctrina morum in cod. 1074, in quo præterea sunt ejusdem Isaaci de obedientia atque institutis, et sermones viginti octo, et in cod. 1073, n. 1 (in Append. ad cit. tom. Catal. p. 615), *De vita monastica* opus, in varias homilias divisum: inc. Ἡ ψυχὴ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα. — Ibid. in tom. I Catal. p. 52 et 58, in cod. Syriacis 10 et 71, sunt Isaaci Ninivitæ et aliorum precationes variæ; et p. 120, in cod. Arabico 166, ejusdem de pœnitentia; atque p. 120, in cod. Syriaco 168 Isaaci Syri Homilia de peccatorum causis. — Mediolani in codd. bibl. Ambrosianæ Isaaci Anachoritæ Orat. tres in Sina monte de abrenuntiatione et vita monastica, — it. (sub nomine Isaaci presbyteri Antiocheni) Sermones ascetici 89, et ejusd. Interrogationes ac Responsiones; — De *contemplationis perfectione*, V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 500 *E.* et p. 518. *D.* — Idem. cod. multos, in quibus asservantur Isaaci Ninivi. Sermones ascetici, enumerat, n. Romæ in bibl. Vatic. p. 9 *E*, ubi Isaacus vocatur *monachus Urus :* — p. 13; *A* et p. 143 *B*. cod. 7496. — p. 27 *D*, cod. 636 olim reginæ Sueciæ. — p. 134 *A*, inter cod. Claud. Stephani, *Liber de contemptu mundi;* — p. 184 *D* et *E*. inter codd. Ottobon. — p. 201 *D*, Isaaci Syri Sermones, p. 1313 *D*, in cod. Mazarin. *De precatione.* ecloga ex Isaaco aliisque; — p. 1320 *A*, in cod. Mazar. 103 Sermones et opuscula Isaaci Nin. ascetica. — p. 1375 *B*, in cod. S. Victoris Paris. Isaac abbatis De *anima Deum amante ;* — p. 293 *C*, Florent. in cod. Laurent. 15, plut. 27, Il *libro dell. abate Isaac di Siria della vita monastica.* HARL.

SANCTI ISAACI SYRI

PRESBYTERI ANTIOCHENI

DE CONTEMPTU MUNDI

LIBER

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XII, p. 3.)

1-3 CAPUT PRIMUM.

De operatione corporali et sui abjectione.

Anima quæ Deum diligit, in solo Deo hæret. Anticipa solvere omnem colligationem extrinsecam a teipso, et tunc Deo corde colligare : præcedit enim colligari Deo, solutio a mundanis. Esus panis post ablactationem datur infanti : et homo qui vult delectari in divinis, prius se debet a sæculo, velut infans ab uberibus maternis, alienare. Operatio corporalis operationem animæ, sicut in Adam limus inspiratam animam, antecedit. Qui corporalem actionem non acquisivit, nec animæ potest operationem habere, quia hæc ab illa nascitur, sicut spica de nudo grano : et illis qui non habent operationem animæ, spiritualia dona desunt. Labores hujus sæculi qui pro vanitate fiunt, non comparantur divitiis quæ præparatæ sunt affligentibus A se bonis. Sicut sequuntur seminantes in lacrymis manipuli exsultationis, ita consequitur lætitia afflictionem, quæ sit propter Deum. Panis qui sudore acquiritur, dulcis apparet agricolæ : et operationes quæ propter justitiam fiunt, cordi; quia cordi dant scientiam Dei. Sustine abjectionem et humilitatem bona voluntate, et securitatem habeas ante Deum. Omne verbum durum sustinens homo, sciens absque malo aliquo esse quod processerit ab illo contra loquentem, coronam quidem spineam capiti suo superimponit; sed beatus est, quia tempore quo ignorat, incorruptibiliter coronabitur. Qui fugit gloriam scienter, hic in anima sua futurum sæculum jam præsentit. Qui dicit se reliquisse mundum et litigat cum hominibus pro usu rei alicujus, B neque spectat ad quietem suam, minatur eidem : cæcus est omnino hic, quia corpus quidem voluntarie penitus dereliquit; pro uno autem membro

ejus litigat atque pugnat. Qui fugit præsentis vitæ quietem, hujus mens futurum sæculum intuetur. Qui vero cupiditate ligatur (1), servus vitiorum exsistit. Ne putes, quod sit cupiditas quæstus auri tantummodo et argenti, sed in cujuslibet, in qua voluntas tua dependet. Ne laudes illum qui corporaliter se affligit, tamen est sensibus dissolutus, videlicet auditu et ore diffuso, ac oculis impudicis. Si quando animæ posueris terminos, ut per pœnitentiam ædifices temetipsum, et non quæras justitiam in rebus alienis : in hoc animam tuam assuescas, ne videaris una quidem manu operans, aliaque dispergens. Illic enim sollicitudo nostra est, hic vero dilatatio cordis. Scias quod dimittere debitoribus debita, de operibus justitiæ est ; et tunc videbis tranquillitatem undique cum splendore. Cum ascenderis viam justitiæ, adhærebis tuæ in omni re libertati.

Quidam sanctorum dixit, quod misericors, nisi fiat justus, cæcus est, ut ex his det aliis, quæ laboribus propriis acquisivit, non ex acquisitis per machinationes et mendacia, perjuria et falsitates. Si vis seminare in pauperibus, de propriis semina. Nam si de alienis seminaveris, erunt zizaniis amariora. Ego vero dico, quod nisi fiat misericors supra justitiam, non est misericors : id est, quod non solum hominibus misereatur de propriis, sed et sustineat cum lætitia injuriam ab eisdem, ac etiam misereatur ipsorum. Cum autem justitiam per eleemosynam vicit, coronatur non coronis quæ sunt in lege justorum, sed coronis quæ sunt in Evangelio perfectorum. Nam quod aliquis det pauperibus, et nudum induat, et diligat proximum sicut semet ipsum, nec injustum faciat, nec etiam mentiatur; hæc et in Testamento Veteri continentur. Sed perfectio evangelicæ dispensationis sic præcipit : *Ab auferente tibi tua non exigas, et omni petenti te tribue* [1]. Et non solum injurias rerum et cæteros eventus extrinsecos decet sustinere cum gaudio, verum in optimo animam poni pro fratre : hic est enim misericors, et non ille qui tantummodo pro dono fratribus miseretur. Et quicunque audierit vel viderit quidquam contristans fratrem suum, et adustus fuerit (2) corde, hic misericors est vere. Similiter, qui percussus a fratre suo, motus non fuerit ad dicendum aliquid quod contristet cor ejus, misericors est.

CAPUT II.

De vigiliæ pretiositate.

Operationem vigiliarum habeas pretiosam, ut invenias consolationem appropinquantem in anima tua. Persevera legens in solitudine, ut semper mens tua ad Dei mirabilia deducatur. Dilige autem patientiam et paupertatem, ut a dispersione tuus animus colligatur. Affabilitatem odio habebis (3), ut cogitationes tuas sine turbatione conserves. Retrahe te ipsum a multis, et cura de anima tua, ut serves eam a dispersione tranquillitatis internæ. Dilige castitatem, ut non confundaris tempore orationis tuæ; et in memoria mortis accendatur lætitia in corde tuo. Ut a magnis non excidas, caveto tibi a parvis. Non sis lentus in operatione tua, ne confundaris cum steteris in medio amicorum tuorum, et inveniaris sine viaticis, ac te solum in viæ medio derelinquant. Intelligibiliter confitere opera tua, ne a toto cursu tuo derelinquaris. Acquire libertatem in conversatione tua, ut libereris a tempestate. Ne vincias libertatem in voluptate carnis, ne servus servorum fias. In vestitu tuo dilige vilia indumenta, ut orientes in te cogitationes abjicias, scilicet elationis : nam qui splendida diligit, humiles cogitationes habere non potest, quia cor exterioribus figurationibus confirmatur. Quis diligens turpiloquia potest habere mundam mentem? Quis se fingit, ut ab hominibus glorietur, et potest cogitationes humiles adipisci? Vel quis luxuriosus exsistens et dissolutus membris, potest fieri mente mundus et humilis corde? Cum mens a sensibus trahitur, tunc cum eis cibum comedit bestiarum. Cum vero sensus retrahuntur a mente, cum ipsa statim angelorum cibum assumunt. Abstinentia et retractio sequuntur humilitatem. Vana gloria vero opus est superbiæ, fornicationisque ministra. Humilitas propter continuam retractionem suam contemplatione occurrit animamque ornat in castitate. Vana gloria propter continuam turbationem et fermentationem cogitationum suarum quæ fiunt (4) ex occursu rerum, thesauros continet exsecratos et polluit. Cor ipsum vero naturas rerum luxurioso intuetur aspectu, et in turpibus imaginationibus facit mentem studere. Humilitas quoque per contemplationem spiritualiter retrahitur (5), et ad contemplandum Deum monet acquisitorem suum.

CAPUT III.

De solitudine.

Noli comparare facientes signa et prodigia et virtutes in mundo, illis qui in solitudine sunt scienter. Dilige otium solitudinis plus quam esurientes sæculi saturare, et convertere multas gentes ad agnitionem supernam et ad honorem Dei. Melius est enim a peccati vinculo solvere temetipsum, quam liberare servos a servitute. Gregorius namque dixit : Bonum est theologiam edere propter Deum, sed melius est quod seipsum mundet quis apud Deum. Melius est tibi pacificare in anima tua unitatem Trinitatis quæ in te est, quam pacificare do-

[1] Matth. v, 41, 42.

(1) *Cupid. ligatur.* Editi, *cupidit. ligatus.*
(2) *Adust. fuerit.* Editi, *adust. fuit.*
(3) *Affabilitatem odio habebit. Affabil.* intellige, *affamen, affatus, comitatem sermonis.* Nimirum, hic secessum, solitudinem, silentium auctor suadere videtur.
(4) *Fiunt.* Al. *eunt.*
(5) *Retrahitur.* Al. *retro agitur.*

ctrina tua discordes. Melius est tibi breviloquum esse, cum doctus sis et peritus, quam proferre in subtilitate mentis doctrinam, quasi torrentem. Expedit tibi sollicitum esse ad erigendum, quod de anima in vitiis est collapsum per motum cogitationum tuarum in rebus divinis, quam mortuos suscitare. Multi operati sunt virtutes et mortuos suscitarunt, et postmodum ipsi qui vivificarunt alios, ad exsecrabilia et horribilia ceciderunt, et facti sunt aliis in scandalum; quia cum infirmitate animi laborarent, de sanitate propria non curarunt; sed exposuerunt se mari hujus sæculi ad sanandum animas aliorum, dum ipsi ægrotarent. Nam suorum infirmitas sensuum obstare non poterat flammæ rerum habentium ex consuetudine vitiorum difficultatem. Adhuc egebant cavere sibi, ne viderent mulieres, aut pecunias possiderent, neque præessent aliis, nec contra quemquam extollerentur. Melius est tibi existimari viris imperitum ob brevitatem scientiæ ad disputandum, quam esse unum de sapientibus præsumptoribus.

CAPUT IV.

De modo arguendi peccatores.

Argue contradicentes tibi in fide, virtutum tuarum potentia, non suggestibilitate verborum. Inflexibilium quoque præsumptiones mansuetudine ac tranquillitate verborum tuorum refrena. Argue luxuriosas tuæ conversationis mobilitates, et sensum impium ducas oculorum retentione tuorum. Peregrinum te sentias omnibus diebus vitæ tuæ quocunque ingrediaris, ut a damno possis erui quod a securitate contingit. In omni tempore teipsum reputa nihil scire, ut culpam effugias quam facit suspicio volentis sistere contra alterius arbitrium disputantis. Persevera semper ore benedicendo, et nunquam maledixeris. Nam benedictio benedictionem facit, et maledictio maledictionem. In omni re teipsum æstima egere doctrina, et invenieris sapiens omnibus diebus vitæ tuæ. Ne tradas quidquam alicui, nondum quod comprehendisti. Ne verecunderis, si in ipso et ex comparatione tuæ conversationis ad illam, tuæ traditionis falsitas reveletur. Si quid tale loquaris, alicui non temetipsum ostendes, quod sufficientior in eo sis; ut et auditoribus ordinem humilitatis ostendas, et eos ad audiendum verba tua, ad currendum ad operationem inducas, et fias venerabilis in oculis eorumdem. De hujusmodi rebus (6) loquere cum lacrymis, ut tibi prosint et audientibus, et gratia Dei erit tecum.

CAPUT V.

Blasphemiæ spiritui quomodo sit obviandum

Si ad Dei gratiam pervenisti et in contemplatione creaturarum Dei visibilium, quod est primus ordo scientiæ, delectari promeruisti, contra spiritum blasphemiæ præpara teipsum et arma. Sine armis non stes in hac regione, ne ab insidiatoribus et decipientibus quam citius occidaris. Sint autem tibi pro armis lacrymæ jejuniumque frequens. Cave tibi ne documenta hæreticorum legas : hoc enim est quod blasphemiæ spiritum contra te amplius armat. Cum repleveris ventrem, non te pigeat ad scrutandum aliquid de divinis rebus, ne movearis (7). Nam in ventre repleto, secretorum Dei scientia non exsistit : intellige quod tibi dico. Lege continue et insatiabiliter in libris doctorum de providentia Dei; quia ipsi dirigunt mentem ad intuendum ordinem creaturarum Dei et operum ejus, et roborant eam ex ipsis, et aptant ad acquirendum intellectum illuminatum ex claritate ipsorum, et ad considerationem creaturarum Dei cum munditia faciunt ambulare. Lege in Evangeliis, ut viaticum acquiras ex dispositis a Deo ad supernorum agnitionem in toto mundo, virtute providentiæ suæ. Peregrinationes singulas operare, ut mens tua in Dei mirabilibus profundetur, et hujusmodi idcirco tuo labori coaptetur. Ne sint penes te sermones peritorum, scilicet falsariorum, et qui divina eloquia vendunt; ut non remaneas in tenebris usque ad finem vitæ tuæ, et defectum patiaris incommoditatis ipsorum, ac sic fermentatus terrearis tempore pugnæ tuæ, et in foveam incidas occasione percipiendæ commoditatis ex ipsis. In omnimoda tranquillitate lectio tibi fiat, et esto liber 5 a multa sollicitudine corporis rerumque turbatione, ut delectabilem gustationem in anima tua gustes per dulcem considerationem quæ superat omnem sensum, et sentiet eam anima tua perseverando in ipsa. Hæc tibi sit pro signo in rebus quas subire voluisti, ne de regione illa egrediaris.

CAPUT VI.

De contemplatione rerum.

Cum inceperit gratia tuos oculos aperire ad percipiendum contemplationem rerum in veritate, tunc statim incipient oculi tui fundere lacrymas quasi flumen, ut multoties laventur ex abundantia genæ tuæ. Et tunc cessat pugna sensuum, et retrahitur intus. Si quis justorum docuerit contraria, ne credas ipsi : nam præter lacrymas aliud signum non quæras a corpore. Quam cito enim mens a creaturis attollitur, tum corpus tam a lacrymis, quam a sensualitate recedit : *Cum mel inveneris, ne inde repletus evomas, ex ipso comede moderate* [5]. Natura enim animæ tenuat res et levis exsistit. Aliquando enim psallens desiderat ascendere supra naturam suam; multoties autem a lectione Scripturarum et contemplatione rerum aliqua comprehendit : cum vero comparatur his quæ comprehensa sunt, ab illa insufficientior et timidior

[5] Prov. xxv, 16.

(6) *De hujusmodi rebus.* Editi, *De hujus rebus.*

(7) *Movearis.* Alias, *moveri.*

apparet secundum suæ dispositionis mensuram, respectu illorum ad quæ scientia ejus intravit. Sic et inducat in cogitationibus suis timorem atque tremorem, et festinet redire ad infimum sui propter formidinem, utpote quæ mota est, et de his quæ supra sunt, divinis rebus scrutari præsumpsit. Nam propter timiditatem rerum formido quædam fit ei, et discretio juvat intellectum animæ, ut silentio vacet et non moveatur, ne pereat, nec exquirat quæ supra se sunt altiora [3]. Cum vero potestas tibi data fuerit considerandi, ne movearis contra mysteria, sed adora, glorifica, et silendo regratare. Nam sicut non expedit multum mellis comedere [4], sic nec de divinis eloquiis perscrutari ; ne volentibus intueri res breviores, nec adhuc eas ex asperitate viæ valentibus, infirmetur visionis virtus et offendatur. Aliquando enim loco veritatis phantasmata quædam videntur ; et cum mens ab inquisitione activa occupatur, obliviscitur suæ intentionis. Bene ergo ait sapiens Salomon quod *homo sine sapientia est sicut civitas sine muro* [5]. Munda igitur, o homo, animam tuam, et excute a te sollicitudinem rerum quæ sunt extra naturam tuam, et apprehende humilitatis et castitatis velamina contra intellectus et motus tuos. Et per hoc invenies id quod intra te est ; humilibus enim mysteria revelantur.

CAPUT VII.

De oratione et lectione bene instituenda.

Si vis animam tuam dare ad operationem orationis quæ mundat mentem, et perseverantiam in vigiliis noctis, elonga teipsum ab aspectu mundi, succide colloqui, et noli excipere ex consuetudine amicos in cella tua, nec etiam sub specie bonitatis, præter illos qui sunt tibi ejusdem moris et arbitrii ac societatis ejusdem. Et timeto fermentationem locutionis animæ, quæ consuevit invita moveri. Et postquam succideris et solveris exteriorem locutionem, conjunge orationi tuæ misericordiam ; et anima tua lumen veritatis videbit. Nam quanto magis cor ab extrinsecis rebus in tranquillitate manet, tanto magis mens potest recipere comprehensionem, quæ a consideratione intellectus habet esse. Est enim mos animæ cito mutare colloquium, si tamen laboraverimus parvam diligentiam adhibere : stude in lectionibus Scripturarum quæ demonstrant viam subtilitatis, contemplationis, et in vita sanctorum ; quanquam a principio non sentias dulcedinem, propter obtenebrantes propinquitates rerum ut mutes colloquium in colloquium. Et cum surrexeris ad orationem et regulam, loco meditationis sæcularium quæ vidisti et audisti, invenies te meditatione Scripturarum quas legisti, et recordationis illorum sæcularium obliviscaris, et taliter ad munditiam mens accedit. Et hoc est illud quod scriptum est, quod anima juvatur a lectione, quando stat in oratione, et ex oratione illuminatur in lectione, ac eodem loco extersa fæce fermentationis, invenitur tota in forma orationis. Turpe est carnis amatores et gastrimargos de rebus spiritualibus perscrutari. Corpus graviter ægrotans, odit cibos asperos et repellit : et mens sæcularibus rebus intenta non potest appropinquare scrutiniis divinorum. Ignis in humidis lignis non accenditur, et divinus calor in corde diligentis quietem et otium, non gignitur. Meretricis non manet amicitia penes unum : et anima quæ colligata est in rebus pluribus, in divinis non permanet documentis. Quemadmodum is qui non vidit oculis suis solem, ex auditu solo non potest recitare cuiquam lumen ejus, nec sentit ; ita et ille cujus anima dulcedinem cœlestium non gustavit.

CAPUT VIII.

De eleemosyna.

Si habes quid ultra necessitatem tuam diurnam, pauperibus illud eroga, et eris cum securitate. Offer orationes tuas, id est, loquere cum Deo, sicut filius cum patre suo. Nihil facit ita appropinquare Deo, sicut eleemosyna. Nihil ita facit menti tranquillitatem, sicut paupertas quæ voluntarie sustinetur. Melius est tibi a pluribus vocari idiotam, quam propter gloriam, sapientem atque perfectum. Si quis equum ascendens extendat ad te manum ut accipiat a te eleemosynam, ne repellas eum, quia illo tempore, sicut unus de pauperibus egens erit. Cum autem dederis, cum magnanimitate da, et vultus hilaritate plus quam ille petierit præbe. Emitte namque, Domine (8), panem tunc ante faciem pauperis, et post multum temporis retributionem videbis. Ne discernas pauperem a divite, nolique scire dignum ab indigno. Sed sint apud te omnes homines æquales ad bonum. Hoc modo poteris indignos trahere ad bonum, quia cito trahitur anima per temporalia in Dei timorem. Nam et Dominus publicanis et peccatoribus communicabat in mensis, nec separabat indignos, ut hoc modo traheret ad Dei timorem universos et per corporalia spiritualibus propinquarent. Ob hoc in bono et honore omnes homines fac æquales, quamvis Judæus vel paganus sit ; et maxime quia frater tuus est, et de natura tua et a veritate sine scientia deviavit. Quando feceris alieno bonum, retributionem non exspectes ab illo, et secundum utramque rem retribuetur tibi a Deo. Et si tibi possibile fuerit, neque propter retributionem futuram facias bonum, sed propter amorem Dei facias simpliciter.

6 CAPUT IX.

De paupertate.

Si posueris animæ tuæ terminum paupertatis, et per gratiam Dei fueris a sollicitudinibus liberatus, et in tua paupertate factus fueris supra mundum ;

[3] Eccli. III, 22. [4] Prov. XXV, 27. [5] ibid. 28.

(8) *Domine.* Forte, *Domino.*

cave ne propter amorem pauperum quæstum diligas pro eleemosyna facienda, et ponas animam tuam in turbatione, ut accipias ab alio, ut aliis largiaris, et existimes honorem tuum subjectione petitionis rerum nomine aliorum, et excidas a libertate et nobilitate intentionis tuæ in sollicitudines sæcularium rerum, quia gradus tuus sublimior est gradu misericordium: supplico tibi, ne subjiciaris eleemosynæ, quæ similis est nutrimento puerorum. Sed solitudo perfectionis est caput. Si res habes, semel illas disperge. Quod si non habes, noli habere. Munda igitur cellam a superfluitatibus et deliciis. Quia hoc te adducit ad abstinentiam etiam invitum et nolentem. Defectus rerum docet hominem abstinere. Quia cum opportunitatem rerum accipimus, nosmetipsos non possumus continere. Qui exteriorem pugnam superaverunt, societatem acceperunt de timore interiori, nec opportune instat in eis, nec ab ante nec a retro quatiuntur in pugna. Pugnam autem dico, quæ adversus animam a sensibus et negligentia suscitatur, sicut est dare et accipere ; auditus et lingua, quæ superinducuntur (9) animæ, sibi faciunt cæcitatem; ut propter superinductionem turbationis exterioris non possit sibi ipsi attendere in latenti prælio quod movetur adversus eam, et cum tranquillitate illa videre quæ moventur ab intus. Quando quis clauserit ostia civitatis sensuum, tunc pugnat ab intus, et insidiatores qui sunt extra civitatem, non timet.

CAPUT X.

De oratione et labore.

Beatus, qui novit hoc et manet in solitudine, nec fluctuat in operum multitudine, sed omnes corporales operationes in laborem orationis convertit, et credit quandiu operatur cum Deo, et habet sollicitudinem in ipso die noctuque, quod non deficiat ei quidquam de necessariis usibus, quemadmodum non cessat ab opere pro eodem. Si quis autem non sustinuerit in solitudine sive operetur utens quidem eo, tanquam adjutore; non tamen avide propter lucrum. Nam illud positum est infirmis, quia fortioribus turbamentum exsistit : pauperibus et pigris patres exposuerunt ; ut operarentur, sed non sicut rem necessariam. In tempore quo Deus compungit cor, da teipsum continuis extensionibus corporis in terra et genuflexionibus. Et cum cœperint in te dæmones suggerere, vacare in labiis, cor tuum sollicitum esse de aliquo; non dimittas : et tunc vide et mirare, quid debet ex hoc majus oriri. Nihil aliud majus est quam aliquem sternere sensum ante crucem Christi die ac nocte, et manus post terga ligare, id est a manuali opere quiescere. Vis non frigefieri tibi calorem et a lacrymis non pauperari? In his exerce te ipsum. Et beatus es o homo si die ac noctu studueris in his quæ dicuntur, ac tibi aliud quæsieris cum eisdem : tunc enim orietur tibi lux interius, et justitia tua cito fulgebit, et fiet sicut indeficiens fons aquæ ac sicut florida paradisus. Vides qualia bona homini de certamine oriuntur : multoties invenitur curvatus super genua in orationibus, manus habens extensas ad cœlum, et respiciens faciem in cruce Christi, et colligens omnes cogitationes suas in Deum in oratione. Et quandiu erit cum lacrymis et compunctione, in ipsa hora statim subito manat in corde suo fons producens delectationem, et dissolvuntur membra ejus, et convelantur oculi ejus, et circuit facie in terram : cogitationes autem ipsius alterantur ita, ut non possit facere genuflexionem præ gaudio, quod in toto corpore suo erit.

Attende igitur hisce, o homo, quæ legis, quia nisi laboraveris, non invenies, et nisi cum fervore pulsaveris ac supervigilaveris ostio continue, non exaudieris. Quis audiens hoc, desiderabit justitiam extrinsecam? Ille scilicet qui non potest in solitudine instruere. Verumtamen si quis non potuerit vacare, pro eo quod gratia Dei est, esse hominem intra ostium, non derelinquat viam (10), ne utriusque vitæ faciat se expertem. Donec moriatur exterior homo a rebus mundi, non solum a peccato, sed ab omni actione corporali ; similiter interior homo a pravis cogitationibus, et infirmetur motus corporalis naturalis, ut non moveat in corde dulcedinem peccatorum ; non movebitur in homine dulcedo Spiritus sancti, et membra ejus non purgabuntur in vita sua, et in anima ejus intellectus divini non apparebunt. Et quousque destruat in corde suo sollicitudinem sæcularium, præter necessarium usum naturæ, ac dimittat Deum curare de ipsis ; spiritualis ebrietas in ipso non movebitur, et consolationem illam non sentiet de qua erat Apostolus consolatus, quando dicebat : *Nostra conversatio in cœlis est* [6]. Et iterum : *Vivo ego, jam non ego, sed vivit in me Christus* [7]. Hoc autem dixi non succidens spem ; ita videlicet, quod nisi qui attingeret ad summitatem perfectionis, non promereatur gratiam Dei, aut sibi consolationem inveniat occurrentem. In veritate cum aliquis commissa publicaverit et ab eis elongaverit se omnino, et accesserit constanter ad bona ; in modico tempore sentiet auxilium : quod si superaverit aliquantulum, inveniet consolationem animæ suæ, remissionem consequenter, et abundantiam bonorum recipiet, et gratia dignus fiet. Verumtamen minor est iste in comparatione apud perfectionem illius qui seipsum segregavit a mundo, et invenit in anima sua beatitudinis secretum, et comprehendit illam rem pro qua Christus advenit. Cui sit gratia in sæcula sæculorum. Amen.

[6] Philipp. III, 20. [7] Galat. II, 20.

(9) *Superinducuntur*. Editi, *semper inducuntur*.
(10) *Non derelinquat viam*. Editi, *derelinquam vitam*.

CAPUT XI.

De honore a Deo dato.

Multum honorem dedit Deus hominibus, doctrinam duplicem qua eis aperuit ostium intrandi ad supernam agnitionem. Vis autem testem fidelem super præmissis? Fac temet tu in te ipso : non peribis. Et si ab exterius vis hoc scire, habes alium magistrum et testem, qui ad viam te dirigit veritatis. Mens fermentata oblivionem vitare non potest, et sapientia non aperit talibus portam suam. Qui poterit comprendere diligenti cognitione, 7 ad quam æqualitatem finis omnium finiatur, abbreviatio temporalium, alio magistro non eget. Naturalis lex quæ primum homini data fuit a Deo, contemplatio est creaturarum suarum. Post prævaricationem vero addita est litteralis. Qui non elongat se a causis vitiorum voluntarie, invitus trahitur ad peccatum (11). Hæc sunt causæ peccandi : vinum, mulieres, prospera corpori habitudo et divitiæ. Hæc naturaliter non sunt peccatum; sed per hæc declinatur ad passiones peccati : unde oportet studiose cavere sibi.

CAPUT XII.

De occasionibus vitiorum vitandis.

Si semper fragilitatis tuæ fueris memor, terminum custodiæ non excedes. Apud homines abominabilis est paupertas; apud Deum vero plus anima corde sublimis. Apud homines sunt divitiæ pretiosæ; sed apud Deum, anima humiliata. Cum volueris facere initium bonæ operationis, contra venturas tibi tentationes prius præpara te ipsum, ne hæsites veritati. Nam consuetudo est inimici, ut cum videt aliquem accipientem bonam conversationem fide ferventi et conscientia pura, obviat ei variis et diversis tentationibus, ut exinde in timore veniens, arescat a bono proposito, ne habeat aliquatenus calorem appropinquandi Deo : non quod talem virtutem habeat adversarius (nam nullus posset tangere bonum) sed permittitur a Deo, sicut in beato Job docti sumus [8]. Tu vero præpara temetipsum viriliter ad obstandum tentationibus, quæ virtutibus inducuntur, ac deinde virtutes incipe operari. Quia nisi prius te præparaveris, a virtutum operatione recedes. Homo dubitans Deum esse adjutorem bonæ operationis, ab umbra sua terretur, et in tempore felicitatis et abundantiæ, fame laborat, et in tranquillitate spirituali tempestate repletur. Qui vero confidit in Deo, confortatur corde, et coram omnibus apparebit pretiositas ejus, et in conspectu inimicorum suorum. Mandata Dei super omnes thesauros mundi sunt, et qui acquisivit ea, invenit intra se Deum : qui semper quando cubat, sollicitus est de eo, ipsum acquirit procuratorem; et qui considerat voluntatem ejus, cœlestes angelos deductores habebit. Qui timet peccata, inoffensibiliter transibit timidum iter, et ante se lumen inveniet tempore tenebroso. Gressus custodit Dominus peccata timentis, et tempore ruinæ præveniet eum misericordia Dei. Qui delicta sua existimat parva, cadet in deteriora prioribus, et in semetipso solum vindictam. Semina eleemosynam in humilitate, et in misericordia judicium metes. In quibus perdidisti bonum, in illis iterum acquire illud ad te : non obolum des Deo, quod a te non pro te ipse recepit. Margaritam, videlicet castitatem, perdidisti; non recepit a te Deus eleemosynam. Castitatem corporis tui vult a te, ex quo prævaricatus es : mandatum putes acquisitionem mundi dereliquisse; pro aliis pugnes. Radicem dereliquisti, et alios venisti impugnare. Dixit beatus Ephrem, quia nullus repugnat æstui tempore messis hiemalibus indumentis indutus : hic quilibet quod seminat, illud et metet; et quælibet infirmitas medetur propriis medicinis. Et tu forsitan agitatus invidia, ut quid somnum impugnare festinas? Quousque parvum habeas et incipiat florere delictum, exscinde illud prius quam amplificetur, et fructum faciat. Non sis negligens, quando parvum tibi videtur delictum; quoniam videbis illud primo dominum inhumanum, et coram illo ligatus, tanquam servus incides : sed ille qui repugnat a principio, dominabitur ejus cito.

CAPUT XIII.

De patientiæ perfectione.

Qui potest injustitiam sustinere cum gaudio, habens utique præ manibus, quo resistere possit; hic recipit consolationem divinitus per charitatem quam gerit ad ipsum. Qui cum humilitate sustinet accusationes objectas, hic ad perfectionem venit, et a sanctis angelis admiratur. Nulla enim ita magna et difficilis ad obtinendum virtus exsistit. Ne credas tibimet quod sis fortis, quousque examineris, et invenias te ipsum inalteratum : sic in omnibus proba temetipsum. Non habeas mentem elatam, nec confidas de virtute tua, ne permittaris in fragilitate naturæ, ac tunc ex propria natura fragilitatem tuam addiscas. Ne credas tuo arbitrio, ne te vinculo suo illaqueet inimicus. Acquire fidem rectam in temetipso, ut inimicos tuos valeas conculcare : habeas mansuetam linguam et omnino tibi dedecus non occurret. Acquire tibi dulcia labia, et habebis omnes amicos. Ne glorieris unquam in bonis operibus tuis, ne in lingua tua confundaris. Quamlibet rem in qua gloriatur homo, Deus alterari permittit ut humilietur homo : et omnia Providentia divina permittit. Ne

[8] Job I.

(11) *Invitus trahitur ad peccatum.* Non vult dicere hominem coacte ac necessario peccare, cum sine usu liberi arbitrii non sit peccatum : sed hyperbolice ita indicat vim passionum et vitiosæ consuetudinis.

credas, quod sit tibi aliquid inalterabile in hac vita : talis autem affectus tuos oculos semper ad Deum extollat.

Protectio Dei et providentia contra omnes homines est, nec videtur nisi ab his qui purgaverunt semetipsos a peccato, et meditationem habent a Deo. Specialiter autem manifestatur his providentia Dei, qui pro Deo incidunt in magnam tentationem : tunc ipsam sentiunt et quasi oculis corporis apparet, quibus vident eam juxta quantitatem et curam contingentis tentationis, ut ad extremitatem pugnatores jungat, sicut in Job, Jesu Nave, Petro et similibus, quibus in humana specie apparebat confortans, et confirmans ad fidem. Si vero sanctis hic dispensatorie datum fuit, cum specialiter promeruissent hujusmodi visiones : in tentationibus sint tibi ad fortitudinis exemplum martyres Christi, quorum multi multoties aut singulariter unus, et unus in multis locis certaverunt in Christo, et in occulta virtute quæ in eis erat, viriliter sustinuerunt in luteis corporibus, campo, ferro et omnimoda tormenta, rem quidem supra naturam. Talibus enim sancti angeli visibiliter apparebant, ut addisceret quilibet, quod abundanter divina providentia proveniret ad illos qui modis omnibus sustinent omnem tentationem et omnem tribulationem pro ipso adjutorio fortitùdinis eorum. Nam quanto sancti magis visionibus roborabantur, tanto plus adversarii propter ipsorum patientiam furebant.

Quid necesse est dicere de monachis peregrinis et anachoretis, qui desertum inhabitabant et fecerunt illud habitabile hospitium angelorum, ad quos sancti angeli sæpe accedebant propter conversationis suæ suavitatem, et ut sub unius Domini protectione statuti, invicem conveniebant ad tempus, quia omnibus diebus vitæ suæ vitam eremiticam amplexantes, *in montibus et speluncis et cavernis terræ* [9] degebant propter dilectionem divinam ? Unde sicut terrena dereliquerunt, cœlestia dilexerunt, angelorum imitatores facti sunt : ita de jure angeli suam eis voluntatem non absconderunt, sed ad tempus apparebant eis, qualiter oportebat eos conversari docentes ; et aliquando quædam eis ambigua exponebant, et quandoque sanctos per devia errantes dirigebant. Aliquando vero in tentationibus incidentes liberabant : et quandoque subita ruina lapidum et lapidum ictu, ab inimico sanctos manifeste impugnante, eripiebant, et se illis visibiliter ostendebant, et ad ipsorum consilium seu auxilium se dicebant transmissos, et confortationem et refrigerium et audaciam eis faciebant, et quandoque per ipsos sanitatem operabantur. Aliquando vero ipsos sanctos curabant in passiones incidentes. Aliquando vero corpora eorum fame corruentia, tactu manus aut verbis naturalibus confortabant, et fortitudinem apponebant ; quandoque et transitus sui modum exponebant. Ut quid ergo multa enarramus, charitatem exprimendo, quam gratia nostri, et curam quam gratia justorum sancti angeli gesserint et gerunt ? Nam sicut majores fratres minoribus fratribus, sic provident ipsi super nos.

Sed hæc dicta sunt, ut sciat quilibet, quoniam *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate* [10], et quantam providentiam faciat illis qui se beneplacitis ejus tradiderunt, et sequuntur ipsum ex toto corde suo : Si credis quod Deus procuret pro te, quare sollicitus es, et curas de temporalibus et necessariis carnis ? Quod si non credis quod provideat tibi Deus, et ob hoc de necessariis tuis es sollicitus sine ipso, miserrimus es omnium hominum. Ut quid ergo vivis ? *Jacta ergo ad Dominum cogitatum tuum* [11], et a timore superveniente non formidabis. Qui seipsum semel obtulit Deo, in mentis quiete degit. Nisi aliquis fuerit sine proprio, a turbatione cogitationum non poterit ejus anima liberari, et sine tranquillitate sensuum non sentiet pacem mentis. Et nisi intraverit in tentationem, sapientiam spiritus non acquiret ; et sine laboriosa lectione, subtilitatem cogitationum, non sentiet. Sine tranquillitate cogitationum, mens in occultis mysteriis non movebitur : et sine confidentia quæ fit per fidem, anima audaciam contra tentationes sumere cum securitate non potest. Et sine experientia protectionis Dei, cor in ipso sperare non potest. Et nisi gustet anima passiones Christi scienter, communionem non habebit cum ipso. Illum reputa hominem Dei esse, qui ob multam pietatem semetipsum mortificavit necessariæ utilitati. Nam qui miseretur pauperis, Deum habet pro se cogitantem. Et qui pro ipso pauper, indeficientes thesauros jam invenit. Deus non eget aliquo, sed lætatur cum videt aliquam suam imaginem, id est, hominem complectentem et honorantem illam pro ipso. Quando quis postulavit quid a te quod habes, non dicas corde : Dimittam hoc animæ meæ, ut requiescam in ipso : et Deus habet unde illi porrigat necessaria aliunde. Iniquorum certa sunt hæc et ignorantium Deum. Nam justus homo et bonus suum honorem non dat alii, neque permittit gratiæ tempus inaniter præterire : pauper quidem et egenus homo procuratur a Deo, quia nullum Dominus derelinquit. Tu autem reliquisti honorem tuum procuratum tibi a Deo ; et repellens pauperem, suam a te gratiam elongasti : cum autem dederis, gaude, et dic : Gloria tibi, Deus, qui fecisti me dignum, ut aliquem invenirem ad complacendum. Quod si non habes quod des, gaude potius, et dic referens grates Deo : Gratias tibi ago, Deus meus, qui dedisti mihi hunc honorem, ut sim pro nomine tuo pauper, et fecisti me dignum gustare tribulationem positam in via mandatorum tuorum in infirmitate et paupertate,

[9] Hebr. xi, 38. [10] Psal. cxiv, [11] Psal. liv, 23.

sicut gustaverunt sancti qui per hanc viam ambulaverunt.

Cum infirmaveris, dic : Beatius est his qui meruerunt a Domino tentari in his quibus vitam hæreditarie possidemus; infirmitates enim corporis adsunt pro animæ sanitate. Dixit quidam sanctorum, et illud notavi, quod monachus qui non servit Deo juxta beneplacitum ejus, nec studiose laborat pro salute animæ suæ, sed erga virtutum acquisitionem se continet negligenter, permittitur a Domino in tentationes incidere, ne per nimiam otiositatem suam ad deteriora declinet. Ob hoc enim projicit Deus tentationes super pigros et negligentes, ut in ipsis, et non in vanitatibus meditentur. Facit hoc Deus diligentibus eum, ut castiget et faciat sapientes, et ipsos doceat suam voluntatem ; quos, quando ad eum orant, citius non exaudit, (12) quousque confessi sint et sciant pro certo, quod hoc sibi pro sua negligentia contingit. Scriptum est enim : *Cum extenderitis ad me manus vestras, avertam a vobis oculos meos. Etsi multiplicaveritis orationes, non exaudiam* [11]. Hoc licet pro alio sit dictum, tamen pro his scriptum est, quia viam Domini dereliquerunt. Ex quo Deum misericordem multum dicimus, quia inter precationem postulantes et pulsantes non exaudimur (13) ; hæc autem docemur a propheta dicente : *Non enim brevis manus Domini ad erudiendum, neque gravis auditu ad audiendum ; sed peccata nostra diviserunt nos ab illo, et iniquitates nostræ, ne exaudiat, qui suam faciem averterunt* [12]. Esto Dei memor in omni tempore ; et cum incideris in mala, recordabitur ipse tui. Natura tua facta est receptibilis vitiorum : etiam præsentis sæculi tentationes multæ sunt, nec longe sunt a te mala, sed intra te ipsum et subtus te et pedibus tuis oriuntur. De loco non exeas in quo manes, et ab ipsis liberaberis cum Deus annuerit tibi. Sicut propinqua tibi sunt supercilia, ita sunt et hominibus tentationes propinquæ.

Hoc autem disposuit Dei sapientia pro utilitate tua, ut assidue ostium suum pulses : et timore tribulantium, in mente tua ejus memoria inferatur, et appropinques ei per intercessiones, et sanctificetur cor tuum per continuam memoriam, et te deprecantem exaudiat, et addiscas quia Deus est qui te liberat ; et senties creatorem tuum qui mundum duplicem pro te fecit, unum tanquam doctorem et castigatorem temporalem , alium tanquam paternam domum et hæreditatem tuam æternam ; unum in præsenti, alterum in futuro. Non fecit te Deus irreceptibilem tristium, ne ad divinitatem aspirans, hæreditares, quod hæreditavit prius Lucifer, qui propter elationem Satanas postmodum est effectus. Similiter nec indeclinabilem, nec immobilem, ne fieres similis inanimatorum : et fierent tibi bona sine lucro et mercede, sicut sunt irrationabilibus naturales effectus. Quanta utilitas et gratiarum actio, et humilitas oriuntur de superna inductione 9 stimulorum, omnes facile scire possunt : manifestum est quod nobis est studere in bonis et declinare a malis ; et ad nos honor et dedecus quæ habent ex his fieri, referuntur : pro dedecore verecundantes extendimur ad virtutes. Hac de causa permittit te Deus in constristationibus esse, ne aliquando declines exasperans eum, et superinductione pœnæ destruat te a facie tua.

Prætermitto enim doctrinæ impietatem et cæteras blasphemias, quæ nascuntur per prosperitatem et securitatem. Quoniam prædicta doctrinæ quis non præsumat? Hos magistros Deus tibi multiplicavit, ne si liber esses ex eis et non receptibilis contristantium ac supra timorem exsistens, oblivisceris Dominum Deum tuum, et declinares ab ipso, et ad culturam multorum deorum recideres, sicut multi, qui utique tuæ conditionis consimiles exsistentes, et ejusdem contristabilibus non flagellati, in uno momento temporis pro brevi potente, non solum ad multorum deorum inciderunt culturam, sed et seipsos vocari deos inaniter præsumpserunt. Hac igitur de causa per passiones et contristabilia multiplicavit Deus memoriam sui in corde tuo, et timore adversitatum excitavit te ad pulsandum ostium suæ pietatis, et pro liberatione tua ab ipsis et occasione eorum in te suam inseruit charitatem. Charitatem autem inserens honore tibi adoptionis appropinquavit, ostenditque tibi abundantiam suæ gratiæ, quanta esset. Unde sciebas, o homo, hujusmodi dispensationem et curam suam, nisi tibi contraria contigissent? Nam ex his impossibile est in anima tua doctrinam multiplicari per amplius charitatem, scilicet ex recordatione suorum charismatum et ex recordatione multitudinis providentiæ suæ. Hæc omnia bona de contristabilibus tibi oriuntur, ut discas regratiari.

Memento Dei, ut salvans te, recordetur et ipse tui et omnem benedictionem largiatur. Ne obliviscaris ejus elatus in vanitatibus, ne obliviscatur et ipse tui tempore pugnæ tuæ. In abundantia tua obediens sibi esto, ut in tribulationibus præcordialem habeas et assiduam deprecationem cum securitate apud eum. Munda teipsum coram Deo, semper habens memoriam ejus in corde tuo, ne moram protrahens extra memoriam ejus sine securitate fias cum accesseris ad eum ; quia securitas apud Deum ex ipsius fit ferventi colloquio multaque oratione. Affectus qui fit erga homines et frequentatio, fit per corpus ; et affectus ad Deum (14), fit per memoriam animæ ac supplicationem, et orationem, et holocaustum. Ex multa enim recordationis ipsius assiduitate, quando ad

[11] Isa. I, 15. [12] Isa. LIX, 1, 2.

(12) *Quousque*. Editi, *quosque*.
(13) *Quia... non exaudimur. Quare... non exaudimur?* Sic forte legendum interpungendumque.
(14) *Ad Deum*. Edit. *ad eum*.

stuporem et admirationem transfertur, lætatur cor quærentium Dominum. O condemnabiles confortamini spe, quærite faciem ejus per pœnitentiam; et sanctificabimini sanctificatione vultus ejus, et a peccatis vestris mundabimini. Currite ad Deum, o vos, qui estis rei peccatis, quia potens est dimittere peccata, et potest delere delicta. Cum jurejurando ait per prophetam dicens : *Vivo ego, dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [14]. Et iterum : *Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem et rebellem* [15]. *Et nunc quare moriemini, domus Israel* [16]? *Convertimini ad me, et ego convertar ad vos* [17]. Et iterum Ezechiel : *In quacunque die peccator conversus fuerit a via sua prava ad Dominum, et fecerit judicium et justitiam; iniquitatum ejus non recordabor; vita vivet, dicit Dominus justus. Et si dereliquerit justitiam suam, et peccati injustitiam fecerit, justitiæ ejus non recordabor, sed ponam lubricum coram eo, et in obscuritate operum suorum morietur, perseverans in eis* [18]. Qua de causa peccator non obligabitur peccato suo, quandocunque convertetur ad Dominum; et justitia justi non liberabit eum, quacunque die peccaverit, dummodo permanserit in peccato. Et Jeremiæ quoque sic ait Deus : *Accipe pergamenum* (15), *et quæcunque dixero tibi, inducam huic populo; ut audiens et timens homo, derelinquat viam suam malam : sed conversi pœniteant et tollantur peccata eorum* [19]. Et Sapientia dixit : *Qui abscondit peccatum suum, inutilis erit; qui vero confitetur peccata sua et transcendit ea, misericordiam obtinebit a Deo* [20]. Et Isaias ait : *Quærite Dominum: invenientes invocate eum, et appropinquantes : derelinquat propriam viam peccator, et iniquus vir cogitationes suas; et convertimini ad me, et ego miserebor vestri* [21]. Cum custodieris vias Domini, et feceris voluntatem ejus, tunc spera in eum, et : *Adhuc clamante te, dicet tibi : Ecce adsum* [22]. Sed superveniente tentatione iniquus non habet confidentiam invocandi Deum, nec de propria salute sperandi, quia in diebus quietis suæ elongatus est a voluntate ipsius. Priusquam pugnare incipias, exquire impugnatores; et antequam infirmeris, require medicum; et priusquam contingant tibi tribulationes, ora; et tempore tristitiæ invenies eum, et exaudiet te [23]. Priusquam labores, invoca et supplica; et antequam votum emittas, præpara promissa viatica, scilicet ab hoc mundo.

Arca Noe tempore pacis condita fuit [24] : centum annis ante ligna ejus parata erant; tempore vero iræ perierunt injusti, et justo protectio fuit facta. Os iniquum per orationem obstruitur : nam redargutio conscientiæ hominem facit formidolosum. Cor bonum effundit lacrymas cum gaudio in oratione : nam quibus mundus mortuus est, hi sustinent adversitates gaudentes. Magistrorum est enim et potentum sustinere labores mundi inter suos, et illorum quibus mundus iste mortuus est, et omnis consolatio desperatur. Et quibus non est mortuus, nequeunt injurias sustinere, sed a vana gloria moti ira turbantur, seu etiam a tristitia occupantur. O quam difficile est, ut hæc acquiratur virtus! et quantam gloriam obtinet apud Deum, qui vult hanc virtutem acquirere, scilicet injurias sustinere! necesse habet se elongare a suis atque peregrinari, quia non potest eam acquirere (16) in sua patria commorando : sicut appropinquant gratiæ humiliati, sic et superbiæ contristantes eventus. Oculi Domini super humiles ad lætificandum eos; vultus autem Domini contra superbos ad humiliandum illos [25].

Humilitas semper recepit a Deo misericordiam. Duritie vero cordis, et mordacitate fidei terribiles obviationes occurrunt. Parvipende te ipsum in omnibus apud omnes homines, et exaltaberis super principes hujus mundi : præveni omnes inclinatione ad salutationem tuam, et honoraberis super illos qui offerunt munera auri ex Ophir (17) : vilipende **10** teipsum, et videbis gloriam Dei in temetipso. Nam ubicunque humilitas nascitur, ibi gloria oritur Dei. Si laboraveris manifeste contemni ab omnibus, faciet te Deus gloriari. Quod si habes humilitatem in corde tuo, ostendet tibi Deus gloriam in corde tuo. Esto contentus in magnitudine tua, et non magnus in parvitate tua: studeas despici, et repleberis honore divino. Non quæras honorari, cum interius sis repletus illecebris : contemne honorem, ut honoreris : ne diligas illum, ut dedecus non incurras. Qui currit post honorem, fugiet ab eo; et qui fugit illum, sequetur ab ipso, et de illius humilitate fiet omnibus hominibus prædicator. Si despicis teipsum, Deus te divulgabit : si vero propter veritatem contempseris teipsum, præcipiet Deus creaturis omnibus ut te laudent. Aperiet ante conspectum tuum, ostium gloriæ creationis tuæ, et commendabit te : quia secundum imaginem et similitudinem ejus exsistentem hominem, virtutibus quidem fulgentem, hominibus vero contemptibilem apparentem, et vita splendentem, scientia quoque præclarum, humilem vero spiritu, quis vidit? Beatus qui humiliat se in omnibus, quoniam exaltabitur. Nam qui propter Deum humiliat et parvipendet seipsum, glorificatur a Deo : et qui propter Deum esurit et sitit, Deus illum bonis suis inebriabit : et qui propter eum fit nudus, stolam incorruptionis et gloriæ

[14] Ezech. xxx, 11. [15] Isa. lxv, 2; Rom. x 21. [16] Ezech. xviii, 31. [17] Zach. i, 3. [18] Ezech. xviii, 21-24. [19] Jerem. xxxvi, 2, 3. [20] Prov. xxxviii, 13. [21] Isa. lv. lv, 6, 7. [22] Isa. lviii, 9. [23] Eccli. xviii, 20. [24] Gen. vi, 4. [25] Psal. xxxiii, 17.

(15) *Accipe pergam.* Al. *Accipe in pergam.*
(16) *Eam acquir.* Subaudi *virtutem*, quæ præcedit. Editi, *ea acquir.*
(17) *Auri ex Ophir.* Editi, *auri et ophyr.*
(18) *Ostend. tibi.* Editi, *ostend. sibi.*

induetur ab illo : et qui pauper efficitur propter eum, miris ipsius divitiis consolabitur. Teipsum despice propter Deum, et multiplicabitur tibi gloria, te penitus ignorante. In tua vita te ipsum reputa peccatorem, ut semper justificeris. Fias idiota in sapientia tua ; nec apparere te facias sapientem, idiota exsistens ; et timeto superbiam et magnificaberis. Fuge vanam gloriam, et gloriaberis. Non est enim distributa filiis hominum vana gloria, neque nationi mulierum elatio.

Si sponte renuntiasti omnibus mundi rebus, ne velis aliquatenus cum aliquo litigare. Si vanam gloriam abominaris, fuge venantes eam. Fuge tam amatores rerum, quam acquisitionem earum. Elonga te ipsum a prodigis, sicut a prodigalitate : fuge luxuriosos, sicut a luxuria. Quia ubi simpliciter memoratio peccatorum conturbat mentem, quanto magis aspectus et conversatio cum eisdem? Appropinqua justis, et Deo per ipsos appropinquaberis. Conversare cum habentibus humilitatem, et addisce mores eorum : si enim aspectus eorum est utilis, quanto magis doctrina oris eorum? Dilige pauperes, quia per ipsos misericordiam obtinebis. Ne appropinques litigiosis, ne foras tranquillitatem compellas (19). Ne feras abominabiliter infirmorum dolores, quia et tu carne (20) indueris sicut et ipsi. Ne exacerbes contristatos corde, ne ipsorum baculo flagelleris, et quæras, et non invenias consolantes. Ne irrideas mutilatos membris, quoniam ad mortem imus æqualiter universi. Dilige peccatores ; sed ipsorum tibi sint opera insidiosa, ne quoniam in iis in quibus ipsi sunt, tu temneris. Memento, quoniam communionem habes cum terrena substantia, et benefac universis, et ne exacerbes egentes, et orationibus tuis et suavibus sermonibus et consolationibus ne prives illos ne pereant, et a te ipsorum animæ requirantur. Sed imitare medicos, qui calidiores passiones medicinis frigidioribus, et contrariis medentur frigidiora. Excita teipsum cum obviaveris proximo tuo, ut cum honores supra mensuram : osculare etiam pedes ejus et manus, et tene ipsas multoties cum multo honore, et superpone ipsas super oculos tuos, et commenda ipsum etiam in eo quod non habet. Cum vero recesseris ab illo, de ipso loquere omne bonum et quidquid est pretiosum. Per hæc et hujusmodi trahes eum ad bonum, et ita semen virtutis seminabis in ipso. Ex tali autem consuetudine formatur in te forma bona ; multam humilitatem acquires in te ipso ; et magna obtinebis sine labore. Quinimo si habet etiam defectus aliquos, honoratus a te, recipiet sanitatem erubescens ex honore quem fecisti. Hic modus salutationis et honoris fit tibi semper apud omnes : non exacerbes aliquem, neque turbes, neque invideas alicui ; sed custodi teipsum, nec aliquem in aliquo arguas, aut judices, aut culpes : habemus enim in cœlis judicem non acceptantem personas. Quod si velis ipsum convertere ad veritatem, contristare pro ipso, et cum lacrymis loquere ipsi unum verbum aut duo, nec accendaris furore contra eum, ne inimicitiæ videat in te signum. Nam charitas non novit furere, aut exacerbare, aut abominari aliquem vitiose. Signum charitatis et scientiæ est humilitas, quæ nascitur ex conscientia bona in Christo Jesu Domino nostro : cui est gloria et potestas cum Patre et Spiritu sancto, et nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XIV.

Appropinquare Deo quomodo debeamus, etc.

Quando aliquis in aliquam ruinam labitur peccati, significativum est naturalis frigiditatis, quia convenienter permisit Deus naturam humanam receptibilem esse vitiorum : non enim providit constituere ipsam super illa, ante regenerationem futuram. Ipsam autem esse receptibilem vitiorum, utile est ad conscientiæ pungimenta : sed perseverantia in eisdem, imprudens est et turpis. Tres modi sunt, per quos omnis anima rationalis Deo potest appropinquare : Vel per fervorem Dei, vel timorem, vel Domini disciplinam. Nullus enim potest appropinquare charitati Dei, nisi præcesserit unus ex his tribus modis : sicut enim ab ingluvie ventris nascitur turbatio cogitationum ; ita et a multiloquio et immoderantia locutionum, ignorantia et mentis excessus : temporalium rerum sollicitudo turbat animam, et fermentatio quæ fit ex ipsis, mentem corrumpit et exserit a quiete.

Decet enim religiosum qui se tradidit operationi cœlesti quotidie, extra omnem sollicitudinem temporalium semper esse, ut factus in semetipso, nihil penitus in se inveniat de hoc mundo, ab hujusmodi enim sanctus in otio (21) irrevocabiliter, *in lege Domini die ac nocte poterit meditari* [26] Corporalis labor sine meritis munditia (22) est, sicut sterilis matrix et ubera sicca ; quia scientiæ Dei appropinquare non potest : laboriosum quidem facit corpus, sed nihil acquirit. Sicut qui seminat super spinas, nihil metere potest ; ita qui se odio et cupiditate destruit, non potest aliquid adipisci, sed ex multis vigiliis et occupatione rerum infirmatur in loco suo. Et hoc testatur Scriptura quæ dicit : *Sicut populus operans justitiam, et nullum* **11** *mandatum Domini negligens, veritatem et justitiam quærunt a me, et nolunt* (23) *mihi appropinquare*, dicentes : *Quare jejunavimus, et non vidisti, et nos humiliavimus, et non novisti ? In diebus enim jejuniorum vestrorum facitis voluntates vestras* [27], et tanquam idolis sacrificia offerentes malignas ope-

[26] Psal. I, 2. [27] Isa. LVIII, 2, 3.

(19) *Compellas*. Editi, *compelles*.
(20) *Carne*. Editi, *curve*.
(21) *Sanctus in otio*. An *factus in otio ?* ut paulo ante *factus in semetipso*.
(22) *Munditia*. Forte, *immunditia*.
(23) *Nolunt*. Vulg. *volunt*.

rationes animæ, et cogitationes pravas, quas sicut deos reputastis, vobis et corda vestrum omnium pretiosiora thymiamate immolantes eisdem : quæ vos oportebat offerre mihi per bonam operationem, et sinceram conscientiam vestram. Sicut nubes operiunt lumen lunæ; ita et vapores ventris in anima sapientiam Dei. Sicut est flamma ignis in siccis lignis; ita est in ventre repleto. Sicut auget pinguis materia flammam ignis; ita et diversitas ciborum corporis motum. In corpore luxurioso scientia Dei non habitat. Qui diligit corpus suum, Dei gratiam non acquiret. Sicut ex doloribus partus, fructus oritur lætificans parientem; ita ex labore nascitur in anima secretorum Dei scientia. Sicut pater curam gerit filii sui, ita Deus curam gerit corporis, quod pro ipso affligitur, juxta illud : Pretiosissima est corporis acquisitio, quæ cum sapientia exercetur.

CAPUT XV.

Quomodo homo sit peregrinus et monachus.

Peregrinus est, qui mente factus extra sæcularia universa, lugens est; qui in fame et siti vitam ducit omnibus diebus vitæ suæ propter spem futurorum bonorum. Divitiæ religiosi sunt, consolatio quæ fit ex luctu, et lætitia quæ fit ex fide : quæ in cubilibus splendent. Monachus est, qui sedet extra sæculum, et semper supplicat Deo, ut adipiscatur futura bona. Misericors est, qui dat omnibus, et in mente aliquem ab aliquo non discernit. Virgo est, qui non custodivit corpus suum a pollutione tantum; sed is qui quando solitarius est, verecundatur in semetipso. Si diligis castitatem, turpes cogitationes per mediationem lectionis et attentam orationem expelle; et tunc armaberis contra causas naturæ, quia sine his impossibile est munditiam in anima inveniri. Si vis invenire gratiam vel misericordiam possidere, prius assuesce te ipsum contemnere omnia, ne mens ipsorum pondere dissolvatur, et extra terminos suos fiat. Nam certificatio misericordiæ in injuriarum patientia demonstratur. Humilitatis perfectio est, accusationis flagella cum gaudio sustinere. Si in veritate misericors es, cum auferuntur tibi injuste tua, ne contristeris interius, nec exterius damnum recites; sed diluatur potius jactura injuriantium a misericordia tua, sicut vini austeritas per abundantiam aquæ : ostende cuique multitudinem misericordiæ tuæ in bonis, quæ tribuis injuriatoribus tuis, et sicut beatus Elisæus fecit inimicis suis ipsum volentibus captivare : nam quando oravit et excæcavit eos caligine, virtutem quæ erat in se, ostendit; et cum cibum et potum dedit eis, et eos abire dimisit, misericordiam Domini monstravit.

CAPUT XVI.

De perfectione humilitatis.

Qui in veritate humilis est, patiendo injuriam non turbatur, nec excusat se super re in qua injuriam est perpessus; sed recipit accusationem, ut virtutem; nec sollicitus est suggerere hominibus quod sit accusatus, sed veniam petit. Quidam enim infamiam luxuriæ sponte attraxerunt sibi, cum tales non essent : adulterii, alii longe exsistentes ab eo, sustinuerunt; et semet ipsos lacrymando, pœna peccati quod non fecerant, honorabant; et indulgentiam de iniquitate quam non perpetraverunt, cum lacrymis ab injuriantibus expetebant, omni puritate et munditia exsistentes in anima coronati. Alii quoque ne glorificarentur in virtuosa conversatione sua quæ occulta erat in ipsis, se insanos ostendebant, cum essent divino sale conditi et tranquillitate formati, utpote qui ex conversatione sua summa sanctos angelos opera operationum suarum prædicatores habebant. Tu enim humilitatem putas habere, sed non poteris accusari. Si ergo scire volueris, utrum sis humilis, proba te ipsum in supradictis.

CAPUT XVII.

De mansionibus æternitatis.

Multas mansiones [28] Patris sui Salvator vocat mensuras mentium in illa commorantium regione, videlicet discretiones et diversitates, quibus in animo perfruuntur. Non enim doctrina locorum, sed ordine charismatum multas fore mansiones expressit : sicut quilibet materiali sole juxta sinceritatem virtutis visus et gratia fruitur; et sicut una lucerna in una domo lucente, fit cuilibet lux diversa in splendores plurimos lumine indiviso : ita in futuro sæculo justi omnes indivisi in una regione morabuntur : quilibet autem ab uno intelligibili sole illustrabitur, secundum mensuram suam; et pro meritis valet gaudium et lætitia : tanquam ab uno aere eris et loco et cathedra, et aspectu et forma : nec invidebit quis mensuris plus habentis vel minus, nec videndo gratiam superabundantem amici sui propriumque defectum, fiet sibi turbationis et tristitiæ causa, quod absit, ubi non est tristitia neque gemitus. Quinimo quilibet secundum concessam sibi gratiam, juxta mensuram interius delectatur. Una est enim visio omnibus exterius et lætitia vera. Et ab istis duobus ordinibus altus ordo medius non est, videlicet unus superior, alius inferior. In medio autem istorum veritas differens retributionum exsistit. Quod si verum est, sicut verum est; quid insipientius et amentius illis qui dicunt : Sufficit mihi vitare gehennam; si non intravero in regnum, non curo. Nam evitare gehennam, nihil aliud est, quam intrare regnum; sicut et a regno excidere, est intrare gehennam. Non enim docuit nos Scriptura tres regiones, sed quod *cum venerit Filius hominis in sede majestatis suæ, oves quidem a dextris, hædos autem statuet a sinistris* [29]; et distinxit terminos eorum, et tabernacula

[28] Joan. XIV, 2. [29] Matth. XXV, 31, 33.

dicens : *Ibunt isti in æternum supplicium*, scilicet peccatores : *Justi autem in vitam æternam, qui fulgebunt sicut sol* [30]. Et iterum : *Venient* **12** *ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham in regno cœlorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus et stridor dentium* [31], qui horribilior est omni igne. Quid ergo non intellexisti, quod contrarium superioris ordinis est ipsa gehenna, quæ cruciat? Bonum est igitur instruere homines ad bonum, et trahere ipsos ad commorandum sub dispensatione divina, et ab errore ad veritatis agnitionem transferre. Hic enim fuit Christi et apostolorum ordo, et est valde sublimis.

Si vero se sentit homo ex hujusmodi continentia et assidua communicatione, quod in visione rerum sua continentia infirmetur et turbetur ejus tranquillitas, et scientia obscuretur, pro eo quod mens sua eget adhuc custodia et sensuum subjectione; et dum velit alios curare, suam destruit sanitatem, et exit a libertate propriæ voluntatis ad mentis turbationem : Iste recordetur apostolici verbi, *esse cibum solidum perfectorum* [32]; et revertetur retro, ne audiat tanquam in proverbio : *Medice, cura te ipsum* [33]. Contemnat quoque seipsum : conservet propriam sanitatem, et tam pro sensibilibus verbis suis quam vocibus suis, ministret et doceat conversatione bona. Cumque animam suam in sanitate senserit, tunc etiam prosit aliis, et de aliis curam gerat. Nam cum infirmus inventus fuerit ab hominibus, elongatus poterit eis benefacere potius in cœlo bonorum operum quam in verbis, dum et ipse infirmus sit et egeat sanitate plus eis : *Cæcus enim, si cæcum duxerit, ambo in foveam cadunt* [34]. Illi enim, qui sanas habent sensualitates, et exercitati sunt, qui etiam possunt sumere omnem cibum, videlicet insultus omnium sensuum, nec ab omnibus quæ sibi occurrunt læsionem incurrunt cordis propter exercitationem perfectionis, prædicent et fructificent in humilitate. *Oculi Domini super humiles corde, et aures ejus ad preces eorum* [35].

Quando diabolus vult mentem religiosorum contaminare, immemor fornicationis, prius in amore vanæ gloriæ probat mentem ipsorum, quia initium hujus cogitationis esse vitium non putatur. Ita enim facere consuevit custodientibus mentem suam, in quibus non potest seminare cogitationes iniquas; et postquam eduxerit eos annuntiatione sua, et cœperit cum cogitatione pristina disputare, et elongaverit eos; statim inde occurrit ei in forma fornicationis, et subvertit mentem in rebus luxuriæ. Et primo quidem turbantur in subito eorum incursu propter præcedentem castitatem cogitationum, quæ occurrerat rebus a quibus mens fuerat separata. Et quamvis non contaminantur omnino, a propria tamen dignitate dejicit ipsos. Si vero mens conversa fuerit retrorsum, et conculcaverit primum cogitationum insultum, quæ est causa superdictionis serviendi; tunc de facili poterit vitium superari. Melius est enim per virtutum memoriam, quam per impugnationem subripere vitia; quoniam cum vitia a sua regione recedunt, et moventur per pugnam, tunc menti imagines imprimunt atque formas potentium : namque magnam hic pugnam possidet contra mentem, cogitationes vehementer conturbans et tumultum excitans. Sed secundum primam determinationem quam diximus, vestigia cunctorum vitiorum nec apparent in mente post expulsionem.

Corporalis labor et divinarum meditatio Scripturarum conservant munditiam, laborem vero corroborant spes et timor. Spem et timorem in mente constituunt, elongatio ab omnibus, et oratio continuata. Quoadusque recipiat homo Paracletum, eget divinis Scripturis, ut in mente sua bonorum memoria informetur, et ex continua lectione innovetur in ipso motus in bono, et custodiat animam suam, et ab omni subtilitate peccati, quia nondum acquisivit virtutem Spiritus, quæ prolongat errorem captivantem utiles animæ recordationes, et appropinquantem frigiditati mentis quæ fit in conspersione ipsius. Nam quando virtus Spiritus supervenit virtuti animæ quæ operatur per ipsum, tunc pro lege Scripturarum mandata Spiritus adducuntur, et a sensuali materia auxilio nullo eget. Quandiu enim cor animalibus instruitur, doctrinam nimirum error et oblivio comitantur : cum vero doctrina Spiritus adest, tunc memoria custoditur illæsa. Sunt cogitationes bonæ atque malæ, similiter et voluntates. Primus ordo scilicet cogitationum, est motus transiens in mente; sicut ventus qui surgit in mari, et in undam se extollit. Secundus scilicet voluntatum ordo est quasi pavimentum et fundamentum, et secundum pavimentum termini non juxta cogitationum motus fit boni retributio atque mali. Anima ex motu cogitationum convertibilium non quiescit : si vero (24) unicuique illarum mutationum dedecus inseveris in cordis fundamento non exsistente XXI, es tu ad alteram dum quotidie adversus tua mala atque bona.

Avis impennata est mens educta noviter a connexione vitiorum per pœnitentiam, et in tempore orationis laborans extolli a terrenis rebus, et nequiens : sed adhuc serpens super terræ faciem, et adhuc volare non potens. Verumtamen colligit cogitationes suas in lectione, et operatione, et timore, et cura veritatis. Nam præter hæc aliquid scire non potest, et hæc quoque conservant mentem impollutam ad breve tempus : postea vero veniunt recordationes, et conturbant et contaminant cor, quia nondum persentit tranquillum aerem libertatis, ad quem per oblivionem rerum post longum tempus colligit mentem, quoniam adhuc alas habet corpo-

[30] Matth. XXV, 46. [31] Matth. VIII, 11, 12. [32] Hebr. V, 12. [33] Luc. IV, 23. [34] Luc. VI, 39. [35] Psal. XXXIII, 16.

(24) *Si vero*, etc. Locus implexus aliis extricandus relinquitur.

reas, id est, virtutes quæ manifeste operantur. Nam contemplationis virtutes nondum inspexit, nec ipsas sentire promeruit; quæ sunt alæ mentis quibus elongatur a terrenis, et cœlestibus appropinquatur. Quandiu sensibilibus rebus ministraverit quis Domino, in figuris divina considerat, et formæ rerum ipsarum in suis cogitationibus informantur : cum vero per interiora fiunt, tunc juxta mensuram sensualitatis suæ, mens erit ad tempus sublimior formis rerum. Quando anima tua appropinquaverit ut exeas a tenebris, hæc tibi sint pro signo : æstuat cor tuum et calefit, sicut ignis die ac nocte, ita ut totum mundum reputes tanquam stercora et cinerem, nec cibum appetas præ dulcedine mirabilium et ferventium cogitationum, quæ semper moventur in anima tua, et datur tibi fons subito lacrymarum sicut torrens montium absque violentia, quæ omnibus operibus tuis commiscentur. Cum autem hæc in anima tua videris, confortare, quia mare transfretasti; et sic adjicias operibus tuis, et tene bene custodiam, ut multiplicetur in te gratia de die in diem, quousque hic obviaveris (25). Nondum enim perfecisti viam tuam, nisi pertingas ad opus Dei. Quod si postquam veneris et acceperis gratiam lacrymarum, cessaverint lacrymæ, et calor tuus frigefactus fuerit sine alteratione alterius rei, scilicet infirmitate corporis, ne tibi quid (26), quoniam **13** in elationem aut negligentiam pervenisti. Si opera non habes, de virtutibus non loquaris. Pretiosæ in conspectu Domini tribulationes, quæ sunt pro ipso et propter ipsum, et super omnem orationem et sacrificium et odorem, et sudor ipsarum super omnia aromata.

Quamlibet virtutem (27), sine labore corporis factam, reputa sicut abortivum exanime. Oblatio justorum, lacrymæ oculorum suorum; et sacrificium acceptabile, gemitus eorum in vigiliis. Oratio humilis tanquam ab ore ad aures Dei : Domine Deus meus, tu illumina tenebras meas in tempore tranquillitatis tuæ. Clama in operibus bonis humiliatus : clamabunt ad Dominum justi, corporis pondere angustiati, et in dolore preces ad Deum emittent : in clamore vocis suæ sancti ordines ad auxilium accedent, ut confortent eos et in spe consolentur. Communicant angeli sancti in passionibus et tribulationibus propter propinquitatem suam. Bona operatio et humilitas, hominem deum faciunt super terram : fides vero et misericordia cito faciunt ad munditiam transmeare. Calorem et contritionem in una anima fieri impossibile est, sicut in uno homine ebrietatem et modestiam cognitionum : cum animæ datur hic calor, auferetur ab eo contritio et luctus. Vinumque ad hilaritatem; sed calor ad animæ lætitiam : exhibe tibi illud, calefacit corpus; sed verbum Dei ad futurum sæculum mentes. Sicut illi qui inebriantur vino, figuras et formas alteratas imaginantur; sic et illi qui inebriantur spe et calefiunt, nec tribulationem percipiunt, nec aliquid sæculare.

Hæc autem contingunt simplicioribus corde et ferventioribus spe, et alia similia post assiduam operationem et munditiam : quæ omnia præparata sunt illis qui ambulant in semita mandatorum Dei : hic utique gustat in principio viæ Dei propter fidem animæ suæ. Omnia enim quæcunque vult Deus, facit. Beati qui præcinxerunt lumbos suos ad mare tribulationum, in simplicitate, inscrutabili modo propter amorem Dei : nec dediderunt terga, quoniam ad salutis portum quam citius dirigentur, et quiescent in tabernaculis eorum qui bene laboraverunt, et consolabuntur a tribulationibus suis, et exsultabunt in lætitia cordis sui. Qui spe currunt, propter asperitatem viæ non revertuntur, nec spectant ad inquirendum de hac asperitate; sed per hoc mare transeuntes et asperitatem videntes, Deo gratias offerunt, quoniam liberavit eos de angustiis et rupibus et hujusmodi asperitatibus, nescientibus ipsis. Illi vero qui multas cogitationes in mente revolvunt, volentes nimium esse sapientes; quia exponunt se cogitationum subversionibus, præparant se pigritiæ : et prævidere volentes viam nocumenti, plures eorum ante portas domorum suarum semper sedentes inveniunt quasi dicentes, ut piger transmissus ad viam dicit : *Leo est in via, et homicida in plateis* [36]; et juxta illos dicentes : *Filios gigantum vidimus, et eramus eis sicut locustæ* [37]. Hi sunt qui in tempore suo in via, qui semper volunt esse sapientes; sed ponere principium omnino non valent. Idiota vero transnatat in primo calore, de corpore nullatenus curam gerens, nec cogitans in semet ipso, utrum lucretur aliquid nec de sua negotiatione.

Non fiat tibi multitudo sapientiæ lubricum animæ et laqueus ante faciem tuam : sed in Deo confisus, viriliter pone initium incedendi per viam quæ saginæ plena est : *Ne semper videaris egenus et nudus a scientia Dei; timidus enim et qui ventos præstolatur, non seminabit* [38]; melior est enim mors pro Deo, quam vita cum verecundia et pigritia Cum volueris incipere opus Dei, prius conde testamentum, tanquam non habeas vivere in hac vita : et sicut ille qui se paravit ad mortem desperans de vita sua, donec perveniat ad tempus termini sui. Et hæc habeas in mente tua, et caveas ne impediaris spe pœnitentis vitæ ad pugnandum et vincendum. Nam spes hujus vitæ relaxat

[36] Prov. XXI, 13. [37] Num. XIII, 34. [38] Eccle. XI, 4.

(25) *Obviaveris*. Al., *obviaverit*.

(26) *Ne tibi quid*. Quis hæc mihi edisserat?

(27) *Quamlibet virtutem*, etc. Rite illud accipito. Certum est viros perfectos interdum in exercitio virtutum, quarum habitus alte defixos conservant, summa cum animi tum corporis voluptate affici. Ac nec illud minus exploratum, actiones virtutum frequentes corpus extenuare, atterere, frangere consumere præsertim cum corpus domandum, et retundenda effrenis superbia.

mentem : propter quod nihil excogites omnino, sed fidei da locum in mente tua, et hoc memorare dierum qui eunt post mortem tuam, et nunquam laxatio veniet tibi juxta Sapientem, qui dicit, quod *mille anni hujus sæculi non sunt sicut dies unus in sæculo justorum* [39]. In fortitudine tua incipe omnem bonam operationem, nec in duplicitate animi accedas ad eam, nec hæsites in corde tuo super spe, ne labor tuus fiat inutilis, et onerosa oratio laboris tui : sed crede in corde tuo, quod misericors est Dominus, et exquirentibus eum dat gratiam, non secundum operationem nostram, sed secundum multitudinem et fidem animarum nostrarum. Ait enim : *Fiat tibi sicut credidisti* [40].

Diversitates operationum sunt. Quidam enim pertulit virtutem capitis sui pro collectis horarum tota die taliter agens. Alius genuflexionibus laborans, et sic permanens colligit numerum orationum suarum. Alius multitudine lacrymarum supplet locum collectarum suarum, et contentus est eis. Alius sollicitus in meditatione intentionis suæ, et colligit regulam injunctam. Alius cruciat animam suam in fame, ita ut etiam nequeat complere collectas. Alius in ferventi cogitatione psalmorum permanens, continuam collectam facit ipsam. Alius studet lectioni, et calefit cor ejus. Alius abripitur, divinos considerans intellectus. Alius stupefactus ex admiratione sui, a silentio præpeditur a consueta meditatione detentus. Alius gustans ex his omnibus et saturatus, conversus est retrorsum, et remansit inanis. Alius modicum ex his gustans tumefactus erravit. Alius multa infirmitate et debilitate sua impeditus est conservare regulam suam. Et alius consuetudine alicujus concupiscentiæ occupatus, vel ambitionis, vel vanæ gloriæ, vel cogitationis etiam ruit. Alius corruit et surrexit, nec convertit terga sua, donec accepit pretiosissimam margaritam. Cum gaudio et promptitudine semper incipe opus Dei ; et si mundatus fueris a vitiis et hæsitatione cordis, ipse Deus ascendere te faciet ad virtutum summitatem, et auxiliabitur tibi, et prudentiorem te faciet, et secundum voluntatem suam mirabiliter ad perfectionem attinges. Cui sit gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XVIII.

Quid impediat cor, ne ad mala ruat.

Quæst. Quo vinculo tenetur cor, ne discurrat ad mala? Resp. Sapientiam sequi semper, et doctrinæ in vita studere. Aliud enim vinculum effrenationi mentis fortius non resistit. Q. Usquequo 14 est terminus itineris sapientiam insequentis, et in quo finitur doctrina ejus? R. Ita est impossibile invenire terminum istum, quod etiam sancti quoad profectionem ejus patiuntur defectum, contermini etiam sapientiæ ; quia usque adeo sublimatur, donec insecutorem suum uniat Deo, et hoc est signum, quod ejus consideratio est sine fine, quia sapientia est ipse Deus. Q. Quæ est prima semita et initium eorum, quæ nos faciunt appropinquare sapientiæ? R. Quod quis totis viribus insequatur sapientiam, et insequendo tota mente sustineat, ut etiam, cum expedierit, exuat ipsam vitam, et projiciat a se, nec fiat negligens propter amorem sui. Q. Quis est ille, qui digne nominatur intelligens? R. Qui vere intellexit quid sit terminus hujus vitæ : idem enim potens est ponere terminum delictis suis. Quæ namque scientia, quisve intellectus est major isto, videlicet, ut excogitet quis, qualiter exire possit de hac vita, cum in corruptione non habet membrum aliquod concupiscentiæ fetore infectum, vel animæ maculam ab ipsius dulcedine sordescentem? Homo enim qui acuit intellectus suos ut ingrediatur ad secreta omnium naturarum, et ditatus in adinventione et consideratione in omni scientia, et anima ejus exsistit sordibus peccati polluta, nec acquisivit testimonium in spe animæ suæ, sed putat bene ad portum confidentiæ pervenire ; insipientiorem eo mundus non habet. Nam neque ad spem hujusmodi adducunt eum opera sua, propter indeficientem cursum suum. Q. Quis est fortis in veritate? R. Qui prosperatur in tribulationibus temporalibus, in quibus abscondita est gloria victoriæ suæ : nec desiderat delectationem in qua abscondita est vita confusionis, quæ calicem luctus propinat semper invenientibus eam. Q. Si læditur in itinere quo itur ad Deum, si quis declinat a bonorum operum studio propter tentationes? R. Non decet aliquem appropinquare Christo sine tribulatione ; nec sine ipsa conservatur justitia cujusquam inalterata : et si quis exigit opera quæ augent ipsam, recedit ab ea, nec conservat eam : sed invenitur sicut thesaurus incustoditus, et tanquam athleta armis suis exspoliatus, quando circumdat eum acies inimicorum suorum, et sicut navis non habens apparatum suum, et tanquam pomarium irrigationis fonte privatum. Q. Quis est illuminatus in intellectibus suis? R. Quicunque pervenit ad amaritudinem quæ est absconsa in dulcedine mundi, et continet os suum, nec de calice hoc gustat, et semper scrutatur de salute animæ suæ, nec cessat a cursu suo donec dissolvatur a mundo isto : claudit quoque ostia sensuum suorum, ne subintret unquam in ipso concupiscentia hujus mundi, et subripiat occulto thesauros ejus.

Q. Quid est mundus, et quomodo cognoscimus eum, et in quo lædit diligentes se? R. Mundus est meretrix, quæ desiderio pulchritudinis suæ ad concupiscentiam trahit videntes eam : qui autem particulariter ejus amore deceptus ipsum fuerit amplexatus, a manibus ejus non potest evadere,

[39] Malach. III, 4. [40] Matth. VIII, 13.

donec spoliet eum vita sua : et cum exspoliaverit omnibus, ejiciet eum a domo sua, et in die obitus sui homo cognoscit eum (28). Quando vero laborat quis exire de mundo isto, quandiu absconsus est in ipso, non potest videre connexiones ejus : et sic non solum condiscipulos suos et filios, et illos qui colligantur, in ipso detinet mundo ; sed etiam illos qui proprium non habent, scilicet, religiosos, qui ejus vincula disrumpant : si in unum facti erant supra eum, jam incipit quibusdam modis in operibus suis venari nec non etiam conculcare.

Q. Quid faciemus corpori, quando circumdat id dolor et gravitas, quia conlaxatur cum eo voluntas prioris fortitudinis desiderio boni. R. Hoc fit multoties, pro eo, quod medietas eorum exivit post Deum, et reliqua medietas remansit in mundo ; et corda eorum non sunt ab his quæ sunt hic, separata, sed divisa sunt sua ; et quandoque respiciunt ante, retro vero quandoque. Et sicut ego puto, illos qui taliter sunt divisi et appropinquant Deo, monet Scriptura dicens : *Ne accedas ad Deum in duplicitate cordis* [41] ; *sed ad illum accede, sicut qui seminat et metit* [42]. Et Dominus, illis qui abrenuntiant imperfecte, et sunt divisi, et redeunt mente retrorsum occasione timoris tribulationum, scies, quod nondum a se carnis desiderium abjecerant, cum abjicere illud voluit a mentibus eorumdem, dixit eis verbum determinatum : *Quicunque vult post me venire, prius abneget semetipsum* [43] ; ut sicut ille qui paratus est ascendere crucem, assumit in mente sua mortis intentionem ac sic egredietur, velut homo non cogitans habere partem iterum in hac vita : ita facere debet, qui perficere vult prædicta. Nam crux est, ad omnem tribulationem parata voluntas. Item cum Dominus dicere voluit, quare hoc esset, dixit : *Qui vult vivere in hoc mundo, perdet semetipsum a vera vita. Qui vero perdet semetipsum propter me hic, illic inveniet semetipsum* [44]. Id est, qui transit per viam crucis, et ponit gressus suos in ipsa, et habet iterum sollicitudinem in hac vita, perdit se ipsum a spe, pro qua ut sustineret, exivit ; quia hujusmodi sollicitudo non permittit eum appropinquare tribulationibus quæ sustinentur pro Deo ; sed propter moram quam trahit in eadem, trahit ipsum sollicitudo modicum, et educit eum a certamine vitæ beatitudinis. Et augetur in ipso in tantum hæc cogitatio, ut superet eam ; et : *Qui perdit animam suam propter me* in mente sua, *ac propter dilectionem meam : hic in vitam æternam* illæsus et innocens *custoditur. Hic enim qui perdit animam suam propter me, inveniet eam* deinceps. Ergo præpara animam tuam ad exterminationem ex hac vita totalem, et sicut repromisi, dabo tibi vitam æternam ; et in hac quoque vita, pro opere tuo repromissionem meam et certitudinem futurorum bonorum ostendam : tunc enim invenies æternam, cum neglexeris istam. Cumque interius intraveris in hujusmodi præparationem, tunc contemnentur in oculis tuis omnia quæ laboriosa et tribulantia reputantur. Nam cum mens ita fuerit præparata, non habet certamen neque tribulationem in tempore periculi mortis. Propter quod, pro certo, nisi habuerit homo odio vitam suam in hoc mundo propter affectionem futuræ vitæ, tribulationes non poterit sustinere.

Q. Quomodo resecat homo primam consuetudinem, et assuescit seipsum in vita, religioni et egestati ? R. Corpus vivere sine necessariis non acquiescit : sed in quantum possibile est, mens se ipsam a voluptatibus et laxatione, quandiu ab his quæ laxationem operantur longe consistat. Nam quando videt materias rerum voluptatis, excitatur in ea concupiscentia cum fervore : propter quod Salvator sequenti eum, spoliari mandavit et exire de mundo, quia oportet hominem laxationis causas **15** abjicere a seipso, et sic appropinquare labori. Et ipse quoque Dominus, quando incepit pugnare cum diabolo, ipsum in deserto siccissimo expugnavit. Et Paulus etiam admonet tollentes crucem Christi, exire de civitate, dicens : *Egrediamur cum eo, et assumamus opprobrium ejus* [45]. Quia Christus extra civitatem passus est, per segregationem mundi et eorum quæ sua sunt. Cito quis tradit oblivioni primam consuetudinem suam, nec laboret in his tempore multo ? Pro iniquitate vero mundi et rerum ejus, mens a fortitudine sua quantocius relaxatur. Expedit namque monacho, quod in hoc certamine vivat, ut sit in necessitate et inopia status cellæ monachi, et ut sit cella ejus vacua, et ab omnibus otiosa quæ desiderium quietis movent in ipso. Cum causæ relaxationis longe sunt ab homine, non periclitatur in duplici prælio, interiori et exteriori. Nam quando homo est egens necessaria utilitate tabernaculi sui, tunc et utilitas ejus fit contemptibilis, nec in tempore necessitatis cum desiderio videt cibum, et modico quodam facit corpus esse contentum, et illud etiam tanquam contemptibile videt, nec propter delectationem cibi comedit, sed ut naturam tantum sustentet ac confortet. Occasiones enim hujus vitæ cito transformant hominem ad religionem sine tribulatione ac tristitia mentes : expedit autem monacho nullatenus commisceri impugnantibus eum, sed ab eorumdem aspectibus abstinere, et elongare se a propinquitate eorumdem : et hoc dico non solum pro ventre, sed etiam pro omnibus in quibus examinatur et probatur libertas monachorum.

Quando homo accedit ad Deum, fœdus init cum Deo de his omnibus abstinere, quæ sunt hic ; non

[41] Eccli. I, 36. [42] Eccli. VI, 19. [43] Matth. XVI, 24. [44] Joan. XII, 25. [45] Hebr. XIII, 13.

(28) *Cogn. eum.* Mundum scilicet, de quo paulo ante.

videre faciem mulieris, nec respicere formosarum aspectus, nec concupiscere quidquam, vel epulari, vel ornatum in vestibus : non videre nec respicere hominum sæcularium dignitates, eorum verba nunquam audire, nec ea quæ sunt de eis. Quia multas vires acquirunt vitia de propinquitate ipsorum, laxantium et alterantium athletæ sapientiam et propositum ejus. Et si aspectus bonorum movet arbitrium zelum habentis, ut inclinetur ad operationem eorum, manifestum est quod aspectus contrariorum potentiam habet captivandi animum ad seipsum. Et interdum plus fiat solitario ad infrenationem, cum prælium inducit eum. Et ideo quidam de certatoribus senibus religiosis videns quemdam imberbem similem mulieribus, reputavit hoc nocivum menti suæ, atque damnosum in pugna sua. Quis enim poterit se ingerere in aliis confidenter, postquam sanctus iste non acceptavit intrare, ut salutaret fratrem illum ? Decrevit enim prudenter ille senex : Quia, inquit, si cogitavero hac nocte tantum, quod hic sit talis, fiet mihi jactura non parva. Propter quod dixit aliis : Ego quidem, filii, non timeo; verumtamen cur volo mihi inducere pugnam in vanum ? Nam recordatio talium infructuosam facit menti tribulationem. Ad unumquodque membrum corporis habet pugnam homo, et debet custodire se ipsum, et dimittere pugnam in ipsis, tanquam si jam appropinquasset : et quanquam homo sibi faciat violentiam ad bonum, tamen periclitatur videndo semper ac concupiscendo. Sicut medicinales herbæ multæ sunt in terra contectæ, et in æstate nemo cognoscit eas propter æstum ; cum autem ex aqua fuerint humectatæ, ac perceperunt virtutem aerei frigoris, tunc apparet quælibet illarum, et spectes ubi fuerat in terra sepulta : ita et homo quando est in gratia tranquillitatis et fervore abstinentiæ, quiescit a multis vitiis; sed cum ad sæculares accedit, tunc videt quomodo quodlibet vitium excitatur, et sublevat caput suum, maxime cum odoraverit quietis odorem.

Hæc autem dixi, ne quis confidat in corpore suo, quandiu vivit, donec moriatur, et ut ostendam quantum fuga recessusque longus a sæculo juvant contra ea quæcunque ferunt nobis confusionem in recordatione sui. Expedit nobis timere, nec conculcare conscientiam et contemnere eam. In desertum tentemus ducere corpus, et faciamus per quod patientiam acquiramus. Majus autem omnibus est, ut causas pugnæ prolongemus a nobis, quanquam ex hoc corpus angustiam patitur. Quia timeo ne, cum supervenerit occasio et necessitas, ruinam propter propinquitatem eorum incurrat. Q. Quicunque abjecerit a se tentationem, et intraverit ad pugnam, quod est initium ejus in pugna abstinentiæ, et unde incipit pugna? R. Illud notum est omnibus, quod cujuslibet certaminis pec-

A cati et concupiscentiæ initium est, labor jejunii, maxime pugnantium contra peccatum quod intra nos est. Signum quoque odii contra peccatum, et concupiscentiam ejus, apparet ex hoc in certatoribus invisibilis hujus pugnæ, si cum jejunio vigiliæ noctis cooperantur. Quicunque autem per totam vitam suam societatem hujus conjugii diligit, hic fit castitatis amicus. Sicut enim quies ventris initium omnium malorum est, et laxatio somni quæ accendit luxuriæ concupiscentiam, ita via Dei sancta et omnis virtutis fundamentum jejunium est ac vigilantia in servitio Dei, in crucifixione corporis per totam noctem contra dulcedinem somni.

Jejunium protectio est omnis virtutis, et initium certaminis, et corona continentium, et pulchritudo B virginitatis et sanctitatis, et splendor castitatis, et principium viæ christianitatis, et mater orationis, et fons sapientiæ, et magister tranquillitatis, quæ præcedit omnia bona. Sicut imitatur sanus oculus desiderium lucis, ita sequitur jejunium quod cum discretione fit, desiderium orationis. Cum quis cœperit jejunare, ex hoc, desiderium alloqui Deum, et pervenire ad eum incipit in mente sua. Jejunans corpus non exspectat in lecto suo ut dormiat tota nocte : cum sigillum jejunii superponitur ori hominis, mens compunctione meditatur, et cor ejus producit orationem, et mœstitia jacet in vultu ejus, et pravæ cogitationes elongantur ab ipso. Hilaritas non invenitur in oculis ejus, et concupiscentiarum et vaniloquiorum non est amicus. Nunquam vidi C aliquem jejunantem cum discretione, a mala concupiscentia redactum in servitutem : est enim hoc magnum donum ad omne bonum, quoniam illud est mandatum; et qui negligit illud, amovet omne bonum quod ab initio fuit impositum ad custodiam nostræ naturæ, et inde condit principium plasmationis nostræ. Verumtamen unde facta est exterminatio prima, inde certatores veniunt ad Dei timorem, postquam legem ejus cœperint custodire. Salvator etiam quando apparuit mundo huic, incepit. Nam post baptismum, *Eduxit eum Spiritus in desertum, et jejunavit quadraginta diebus* [46]. Similiter autem et omnes qui exeunt post eum et sequuntur eum, super hoc fundamentum ponunt initium D pugnæ suæ. Armatura est enim operata per Deum : quis negliget illam, et non culpabitur? Et si is qui edidit legem, jejunat, quis est ex observantibus legem, quem non oporteat jejunare ? Propter quod usque tunc genus humanum victoriam ignorabat, nec diabolus iniquam fuit expertus **16** superationem suam per naturam nostram, ante jejunium. In hac armatura ab ipso principio fuit homo formidolosus; et Dominus noster Jesus Christus, princeps et primogenitus victoriæ factus est, ut daret primam coronam victoriæ super caput naturæ nostræ. Et diabolus quando videt hanc armaturam apud aliquem hominum, statim terretur, et venit ad

[46] Matth. VI, 1, 2.

recordationem superationis suæ quam a Salvatore passus est in deserto, et virtus ejus confunditur in armatura nobis data a principe nostro.

Quæ igitur arma sunt iis fortiora et magis confortationem exhibentia in pugna quæ fit contra spiritus malignos, sicut experimentum factum a Christo? Nam quanto plus fatigatur et affligitur corpus, tanto magis tempore quo circumdat hominem acies dæmonum, cor ipsius a confidentia defensatur : et qui jejunii armatura vestitur, omni tempore est accensus. Zelotes Elias cum zelavit pro lege Dei, in hac armatura vicit, reducens ad memoriam possessoris sui mandata Spiritus sancti. Mediatrix est jejunatio Veteris Testamenti, et gratiæ datæ nobis a Christo. Qui negligit jejunium, apud cætera propugnacula laxus est et infirmus, et signum laxationis animæ demonstrat, et dat locum victoriæ impugnanti eum. Quia nudus aggreditur pugnam, manifestum est quia nudus egreditur ab ea, quia membra ejus non sunt induta fervore famis. Item per jejunium homo inconcussus mente servatur apud occursus difficilium vitiorum. Dicitur de multis martyribus, quod nihil gustabant in die in qua coronam præstolabantur martyrii, sed sicut ad nuptias præparati exspectabant occurrere gladio in jejunio, cum hymnis, psalmis et canticis.

Nos quoque qui ad invisibile martyrium vocati sumus ad percipiendas sanctificationis coronas, vigilemus, ne in aliqua parte negationis signum nostris inimicis exhibeamus. Sunt quidam habentes hæc opera, qui quærunt cogitationum pacem, et tranquillitatem non sentiunt vitiorum. O fratres, vitia absconsa sunt in anima, quæ non corriguntur per labores tantummodo corporales, nec etiam per eas cogitationes arctantur apud illos qui a sensibus semper expergefiunt; quia labores hujusmodi a concupiscentia tuentur homines, ne ab eis et dæmonum turbatione vincantur. Pacem vero et tranquillitatem animæ non impediunt; sed tunc membra quæ sunt in terra, mortificantur et præstant cogitationum pacem, cum solitudinem communicamus. Nam quanquam cito sensus exteriores cessaverint a turbatione, et permanserint in operatione scilicet bona, per aliquod tempus sentiet homo pacem; tamen quousque defecerit homini occursus, et membra ejus cessaverint a diffusione cogitationum, et ad se collegerit semetipsum, non poterit cognoscere suam infirmitatem. Quietudo enim, sicut ait beatus Basilius, initium est munditiæ animæ. Cum exteriora membra cessaverint ab exteriori schismate et distractione ad exteriorem regionem, expergefit cor ad scrutationem intentionum quæ intus in anima sunt; et si bene permanserint, homo hujusmodi incipiet ad munditiam animæ ambulare. R. Arbor quæ quotidie irrigatur, quando siccatur radix ejus et minuitur vas quotidie recipiens incrementum : et si mundi-

A tia vicit, aliud est, quam evitare conversationes et recedere a consuetudine. Ille qui actualiter in semetipso vel in aliis per sensus suos innovat ejusdem libertatis commemorationem, quæ est agnitio malitiæ, non poterit animam suam ex hoc mundare, vel quando poterit cessare ab impugnatoribus exterioribus, licet contempletur. Si enim cor quotidie sordescit, quando mundatur a sordibus, et si exteriorum effectui resistere nequit, quanto minus potest cor mundare? Et qui est in medio exercitus constitutus, et exspectat quotidie frequenter belli nuntiationem audire, quando præsumit pacisci in anima sua? Verumtamen cum ex hoc elongatus fuerit, tunc primo modicum quiescere poterit ab
B intus; quia quousque fluvius superne confluit, aquæ ipsius inferius minime desiccantur. Cum aliquis venit in quietem, tunc potest anima scrutari vitia et discernere sapientiam quæ est in ea; tunc interior homo expergefit ad opera spiritus, et de die in diem percipit sapientiam occultam quæ floret in anima sua; statim ad gratiam lacrymarum pertingit quæ sine violentia fluunt (29), et perducit ipsum ad perfectionem dilectionis Dei.

Q. Quæ sunt certa argumenta et signa appropinquantia incipienti videre fructum occultum in anima sua? R. Est quod quis promeruit gratiam lacrymarum multarum, quæ sine violentia fluunt. Nam sicut terminus positæ sunt lacrymæ menti inter corporalia et spiritualia, et inter vitiositatem
C et munditiem : quousque non recipit homo istud donum, adhuc in exteriore homine manet efficacia operis sui, nec persensit adhuc efficaciam occultorum spiritualis hominis. Nam cum quis inceperit a corporalibus hujus sæculi separari, et ita terminum qui est intra naturam, visus fuerit, transeundo ad hanc gratiam lacrymarum, statim pertigisse. Et sola prima occulta conversatione incipiunt lacrymæ istæ, quæ perducunt ipsum ad perfectionem dilectionis Dei; et quanto magis procedit illic, tanto magis ditatur in ipsa, donec bibat ipsas lacrymas in potu et cibo suo, propter multam perseverantiam earumdem : et hoc signum certitudinis, quod mens recessit de mundo isto, et persentit mundum illum spiritualem. Quanto magis
D quis appropinquat mente sua huic mundo, tanto plus de his lacrymis defectum incurrit : et cum mens ejus omnino fuerit in mundo isto, totalem defectum patitur hujusmodi lacrymarum. Et est signum, quod in vitiis sit sepultus. Lacrymarum quædam adurentes, et quædam impinguantes. Omnes autem lacrymæ quæ ex corde procedunt propter peccata, desiccant corpus et adurunt, et ipsum cerebrum lædunt. De primo quidem, per hunc ordinem ex necessitate occurrit homo, et per eas aperitur sibi ostium intrandi in secundum ordinem meliorem, quod est gaudium, in quo recipit homo misericordiam. Hæ lacrymæ sunt, quæ ab

(29) *Fluunt*. Editi, *fiunt*. Sic et paulo post.

intellectu profluunt, quæ corpus decorant pariter et imoinguant, et sine violentia per semet ipsas emanant. Et aspectus hominis alteratur : sicut dicitur, lætificati corde facies viret.

Q. Quæ est resurrectio animæ, quam dicit Apostolus : *Si consurrexistis cum Christo* [47], etc. ? R. Illud quod dixit Apostolus : *Deus qui dixit de tenebris lucem irradiari vere in cordibus vestris* [48], resurrectionem vocans, ostendit recessum a vetustate, videlicet, ut fiat homo novus, nihil habens de vetere. *Dabo eis et cor meum* (30) *et spiritum novum* [49]. Tunc enim figuratur Christus in nobis per spiritum sapientiæ et revelationis agnitionis Dei.

17 Q. Quid est breviloquium ? R. Virtus operationis solitudinis : solitudo sensus mortificat exteriores, et suscitat motus interiores, sed extrinseca operatio istorum contraria operatur. Q. Quæ est ista causa visionum et revelationum ; quia quidam vident, quidam vero laborant : plus eis, et visio non operatur in eis? R. Causæ multæ sunt : quædam enim fiunt per dispensationem gratiæ generalis utilitatis ; quædam vero fiunt ad confortationem et doctrinam. Et primo quidem per misericordiam Dei dispensantur hæc omnia hominibus. Et tribus quoque modis ex maxima parte. Vel in simplicioribus qui sunt absque malitia penitus, vel in quibusdam perfecte sanctis, vel habentibus zelum ignitum fidei, et de hoc sæculo desperatis, qui perfecte abrenuntiaverunt et a cohabitatione hominum recesserunt, et post Deum nudi egressi sunt, nullum auxilium a visibilibus exspectantes, super quos irruit aliquando formido propter solitudinem : vel quando circumdat periculum mortis ex fame vel infirmitate, aut etiam ex aliquo incursu aut tribulatione, ita ut etiam appropinquet desperationi. Consolationum ergo quæ fiunt talibus, nec fiunt illis qui eos superant in labore : prima causa hæc est, quod quanto quis habet consolationem humanam ab aliquo visibilium, tanto sibi hujusmodi consolationes non fiunt nisi per dispensationem aliquam communitatis. Nobis autem sermo de solitariis ; et hoc testatur unus de Patribus qui pro ipsa consolatione preces effudit et audivit : Suffecit consolatio et colloquium hominum. Alius eodem modo cum esset in solitudine et viveret juxta consuetudinem solitariorum, epulabatur in omni hora gratia consolationis. Cum autem appropinquasset mundo, quæsivit eam juxta consuetudinem, nec invenit : et supplicavit a Deo causam sibi significari, dicens : Nunquid, Domine, propter episcopatum recessit a me gratia ? Responsum est ei : Non ; sed quia Dominus dispensat cum his qui in eremo commorantur, ut eos hujus consolationis dignos faciat. Indecens est enim quemquam divinam recipere consolationem, et istam, nisi sit ob dispensationem aliquam prædictorum.

CAPUT XIX.

Revelationes. Mundus corde quis sit.

Q. Est idem revelatio et visio ? R. Non ; imo differentia est. Revelatio enim multoties dicitur de duobus : nam quia revelatur occultum, omnis visio dicitur revelatio, sed non omnis revelatio dicitur visio. Nam revelatio ex magna parte defectis et a mente gustatis accipitur. Visio fit quasi imaginibus et formis, sicut olim fiebat antiquis vel in somno profundo, vel vigilando ; et aliquando certius, aliquando vero in phantasmate, et quodam modo obscuro : propter quod et ipse qui videt, multoties ignorat utrum vigilando videat, an dormiendo, aut per vocem audit susceptionem. Quandoque vero formam videt, aliquando magis scilicet facie ad faciem. Et visio et collocutio virtutes sunt sanctæ, dignis apparentes et revelationes facientes in desertioribus locis et remotissimis ab hominibus. Hæc igitur fiunt cum ex necessitate homo eget eis, si non habet aliam susceptionem vel consolationem ex loco. Revelationes vero quæ sequuntur in mente per munditiam, acceptæ sunt (31), et solummodo perfectorum et peritorum exsistunt. Q. Si pervenit aliquis ad munditiam cordis, quod est signum ejus ; et quando cognoscit homo, quod pervenerit ad munditiam cor ipsius ? R. Cum videt quis omnes homines esse bonos, nec apparet ei quisquam immundus vel contaminatus, tunc est mundus corde, quoniam enim perficitur verbum Apostoli : *Reputate omnes potiores ex cordis sinceritate ;* nisi perveniat ad illud quod dicitur, *Oculus bonus non videt mala* [50].

Q. Quid est munditia, et usquequo est terminus ejus? R. Munditia est oblivio specierum scientiæ, quæ sunt contra naturam, quas in mundo adinvenit natura : terminus autem quo quis liberetur ab eis, est, ut redeat homo ad primam simplicitatem naturæ suæ et innocentiam, ut puer sine puerili defectu. Q. Decet aliquem ad hunc ordinem pervenire ? R. Sic : ecce abbas Sysois sic pervenit ad hanc mensuram, ut quæreret a suo discipulo, si comedisset annon ? Et alius quidem de Patribus ad talem simplicitatem paulo minus puerilem devenit, ut omnium quæ hic sunt, esset oblitus, et comedisset ante communionem nisi a discipulis impediretur ; et discipuli sui ducebant ipsum ad communionem, quasi puerum ; et mundo quidem puer erat, sed in anima perfectus erat apud Deum. Q. Quam meditationem et exercitium habere debet solitarius in solitudine sua, ne studeat mens in cogitationibus vanis ? R. De meditatione et exercitio quibus mortificetur homo in cella sua. Nunquid homo pervigil et festinus, qui ad animam eget interrogatione, quomodo conversetur, dummodo sit secum ? Quid aliud est meditatio monachi, quam luctus in cella sua ? Nunquid ob luctum valeat etiam ad aliam cogitationem respicere ?

[47] Coloss. III, 1. [48] II Cor. IV, 6. [49] Ezech. XI. [50] Philipp. II, 3.

(30) *Cor meum.* Vulg., *cor unum.* LXX vertunt καρδίαν ἑτέραν, *cor alterum*, id est, novum.
(31) *Acceptæ.* Editi, *et acceptæ.*

Quænam meditatio melior hac exsistit? Ipsa namque sessio et solitudo monachi similis est conversantibus in sepulcris, quæ ab humano gaudio distat. Docet eum, quia luctus est operatio ejus, et ipsum cognomen nominis sui ad hæc inducit eum; luctuosus etenim appellatur, id est, amarus corde. Et omnes quoque sancti lugendo egressi sunt de hac vita. Ex quo sancti lugebant et eorum oculi pleni lacrymis semper erant: donec egrederentur de hac vita, omnes plorabant. Consolatio sane monachi de planctu nascitur; et ubique perfecti et triumphatores hic ploraverunt. Ille qui vulneribus est repletus, quomodo sustinebit ut a planctu quiescat? Qui mortem suam habet ante se positam, eget doctrina, quo cogitatione utatur lacrymis. Anima tua mortificata est in peccatis, ut jacet ante conspectum tuum; quæ mater est apud te(32), quam totus mundus, et planctu non eget. Si veniremus in solitudinem, possemus in planctu manere: propter quod assidua mente Domino supplicemus, ut nobis hoc largiatur. Nam si gratiam hanc obtinuerimus, quæ cæteris(33) donis est potior et superior, ad munditiem ingrediemur: et cum ingressi fuerimus ad eamdem, non auferetur a nobis munditia usque ad nostrum exitum hujus vitæ. *Beati mundo corde*[31], ' ætati; quoniam non est tempus in quo non percipiant delectationem hujusmodi lacrymarum, et ipsæ semper Dominum contemplantur: et exsistentibus adhuc lacrymis in oculis suis promerentur visionem revelationum ejus. In excellentia autem suarum orationum, nec est eis oratio sine lacrymis. Et hoc est quod Dominus ait: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*[32]. De **18** luctu quidem venit homo ad misericordiam animæ; propter quod dicit Dominus, *quoniam ipsi consolabuntur*. Non expressit quam consolationem. Nam cum monachus per lacrymas regionem transire promeruerit vitiorum, et pervenerit ad campum munditiæ animæ, tunc occurrit ei hujusmodi consolatio quæ non pertransitur ab his qui inveniunt eam, et in ista occurrit consolatio quæ hic nullatenus invenitur. Et tunc intelligit, quam consolationem suscipit finis luctus, quam Deus per munditiam lugentibus elargitur. Quia indecens est continue lugentem aliquem vitiis molestari. Impossibilius enim est istud, quod si mentem lugentis ad tempus a commemoratione possunt lacrymæ alterare. Quid dicemus de his qui experientia habent die noctuque hanc consolationem? Auxilium autem, quod fit ex lacrymis, nemo novit, nisi illi qui huic operationi suas animas tradiderunt. Omnes sancti introductionem hanc affectant; quia per lacrymas aperietur ostium coram eis, ut ad regionem consolationis ingrediantur: in qua regione vestigia Dei per revelationem imaginantur.

[31] Matth. v, 8. [32] ibid. 5. [33] I Cor. xiv, 11.

(32) *Mater*. Sic editi. An *major?*

CAPUT XX.

Quomodo meditari debeat aliquis in solitudine.

Ex operatione violenta oritur calor sine mensura, qui in corde ingeritur ex novis cogitationibus quæ de novo superveniunt menti. Nam operatio et custodia mentem acuunt in ipsarum fervore, et præstant visionem; et hæc visio parit ferventes cogitationes, quas prædixi in profunditate visionis animæ, quæ contemplatio appellatur. Hæc autem contemplatio parit fervorem; et hoc fervore qui fit ex gratia contemplationis, dum fluxus gignitur lacrymarum; in principio quidem prius modicæ scilicet superveniunt homini per diem, et iterum deficiunt, et ex hoc proveniunt eidem indeficientes lacrymæ, et recipit anima pacem cogitationum et ad mentis munditiam exaltatur. Per munditiam vero mentis pervenit ad videndum secreta; quia munditia est absconsa in pace, quæ pugnis successit. Post hoc autem contingit mens ad videndum revelationes et signa, sicut videt Ezechiel propheta, qui designat tres ordines per quos appropinquat anima Deo. Initium omnium horum est bonum propositum erga Deum, et species inconvertibiles operum solitudinis, quæ nascuntur ex multa abstinentia et elongatione sæcularium; nec est adeo necessarium species horum operum per singula recitare, quia sunt pluribus notæ: verumtamen quia indemnis est occurrentibus expositio eorumdem, quinimo utilis esse poterit, sicut ego duco, illas explicare non pigritabor. Quæ sunt istæ, fames, lectio, pervigiles totius noctis vigiliæ juxta posse uniuscujusque, multitudo genuflexionum, quæ ad faciendum sunt necessariæ in horis die ac nocte multoties. Fiant autem ad minus xxx qualibet vice et adoretur crux, et sic deinde recedatur. Sunt quidam qui addiderunt huic numero juxta posse suum. Alii in oratione faciunt ter triginta, habentes mentem pervigilem absque violentia et elatione, prostrati in faciem: et hæ duæ species manifestant et exponunt multitudinem divitiarum gratiæ quæ cuilibet homini dividuntur secundum sua necessaria. Quis vero sit modus alterius orationis et perseverantiæ in ipsa sine violentia, indignum reputavimus publicare, nec verbis linguæ aut exaratione calami; ne, si lector inveniretur comprehendere quod legeret, æstimaret inutilia et quæ scriberentur. Vel si inveniretur, et scire parvipenderet; utique nullum qui rerum ordinem ignoraret; etsi ex hoc ultimo contingeret vilipensio, ex præsidenti vero desiderio et hoc modo apparet ut barbarus in hujusmodi rebus, juxta verbum Apostoli[33] qui ait de prophetante. Quicunque igitur homo adjicere cupit, et viam ambulet supra dictam, et operationem menti faciat consonantem, et eum qui in his factus fuerit, ipse addiscet per semetipsum. Unde

(33) *Quæ, etc.* Ita rescripsimus. Editi, *præ, etc.*

dicitur : Sede in cella tua, et eadem omnia te docebit.

CAPUT XXI.

De contemplatione et propriæ infirmitatis consideratione.

Beatus est homo qui scit infirmitatem suam, quia hac scientia initium sibi fit et etiam fundamentum. Cum enim didicerit aliquis, et in veritate persenserit suam infirmitatem, tunc compescit animam suam a laxatione quæ denigrat scientiam et thesaurizat custodiam sibi ipsi. Nemo autem potest percipere infirmitatem, nisi tentari modicum permittatur in his, quæ sive animam opprimunt, sive corpus. Tunc enim comparationem faciens infirmitatis suæ ad auxilium Dei, ejus magnitudinem scire potest. Et idem, cum perspexerit ad omnia artificia sua, videlicet ad custodiam, abstinentiam, protectionem animæ suæ, per quæ sperat confidentiam invenire, nec invenit sibi portanti tranquillitatem, propter timorem percipiat et cognoscat ex eo, quid timor cordis designat et manifestat, quod egeat utique consilio alicujus. Cor enim testatur interius ex timore, quoniam producit ab intus demonstrans, quod defectum alicujus patiatur, ob hoc confidentia nequeat habitare. Et quoniam auxilium Dei est quod salvare potest ; quando scit aliquis quod egeat auxilio Dei, orationes multiplicat ; et quanto magis auget eas, tanto plus cor ejus humiliatur. Nullus enim egens et postulans potest non humiliari : *Cor* enim *contritum et humiliatum Deus non spernit*[84]. Igitur quousque humiliatur cor ab elationibus non cessare non potest, quia humilitas colligit cor. Cum autem humiliatus fuerit homo, statim circumdat eum misericordia et divinum auxilium : tunc enim sentit cor, quia invenerit virtutem confidentiæ quæ movetur in ipso.

CAPUT XXII.

Quod oratio est refugium, et fons salutis.

Quando homo vere percipit divinum auxilium præstari sibi, statim fide repletur, et intelligit ex hoc, quoniam oratio refugium est auxilii, et fons salutis, et confidentiæ thesaurus, et lumen iis qui in tenebris sunt, et portus liberans a tempestate, et auxilium in ægritudinis violentia, et clypeus liberationis in prælio, et sagitta acuta contra inimicos. Et simpliciter dico : per orationem habet judicium tota multitudo bonorum ; et ideo epulatur homo in oratione fidei, et cor ejus decoratur ex confidentia, et nullatenus in priori cæcitate et oris locutione moratur : cum taliter animo percipit, tunc possidet orationem in anima sua, sicut thesaurum, et præ multa lætitia formas orationis, in voces gratiarum commutat. Et hic **19** est sermo quem dixit ille, qui cuilibet rerum formam propriam diffinivit. Quoniam oratio gaudium est, gratiarum referens actiones : hanc exponens, qui perficitur in scientia Dei, id est, a Deo destinatur. Quomodo et ex tunc et in labore non erit homo, nec in ærumna, sicut fit in cæteris orationibus, quæ prius fiunt, quam ista percipiatur : sed cum gaudio cordis et admiratione producit regratiabiles motus continue cum genuflexionibus taciturnis ; et præ multitudine motus ejus ad scientiam, et admirationis et stupefactionis ad gratiam Dei, subito exaltat vocem suam laudans et glorificans Deum, et gratias refert, et orans stupefactus, minimum non movet linguam. Quicunque igitur pervenit hucusque in veritate et non in phantasmate, et posuit hic signacula multa, et multas agnovit differentias propter multam probationem ; ipsum hic novit, quia non est contrarium id quod dico. Igitur cesset de cætero talis cogitare vitia, et maneat in Deo per continuam orationem pavidus et timens, ne privetur multitudine auxilii Dei.

Hæc omnia nascuntur homini ex recogitatione infirmitatis suæ. Nam ex multo affectu ejus ad divinum auxilium appropinquat Deo, permanens in oratione ; et quanto magis appropinquat Deo, tanto magis attingit eum Deus per charismata sua, nec aufert ab eo gratiam propter multam humilitatem : Quod Dominus differt aliquando, quia sicut illa vidua clamat [85] indesinenter ad judicem adversario suo judicanti (34). Ob hoc enim misericors Dominus continet ab eo gratias, ut hæc sibi materia fiat appropinquandi eidem ; et propter necessitatem suam permanet apud eum, a quo utilia producuntur ; qui in quibusdam quasdam petitiones ejus exhibet festinanter, illas dico sine quibus salvari non potest. Continet vero quasdam ab eo, et in quibusdam rebus quasdam inimici adustiones excutit et expellit ab ipso. In quibusdam vero eum tentari permittit, ut illud sibi causa fiat appropinquandi Deo, sicut prædixi, ut experientiam habeat tentationum et castigetur. Et hic est sermo Scripturæ, quod Dominus reliquit gentes multas ne dispergeret eas, nec tradidit eas in manus Jesu filii Nave, ut castigaret in eis filios Israel, et ut docerentur tribus filiorum Israel ac addiscerent bellum. Justus autem non recognoscens propriam infirmitatem suam, in arido loco res suas habet, nec recessit a lapsu, neque a corrumpente leone, scilicet dæmone superbiæ. Et item : Quicunque ignorat infirmitatem suam, deficit ab humilitate ; qui vero deficit ab ea, deficiens est etiam a perfectione. Et qui deficiens est ab ea, timidus est semper ; quia civitas ejus non est fundata super columnas ferreas, neque super liminaria ærea, id est, humiliationem.

CAPUT XXIII.

Quomodo acquiritur humilitas.

Humilitatem autem acquirere nemo potest, ni-

[84] Psal. L, 19. [85] Luc. XVIII, 3.

(34) *Adversario suo judicanti.* Legendum puto, De *adversario suo*, ut habet sacer textus. Et mox, *judicantem.*

si per modos suos, per quos fit contritio cordis, et cogitationes elationis contemnuntur. Ob hoc enim multoties videt inimicus vestigia causarum ad hominem declinandum. Nam sine humilitate opus hominis perfici nequit, quia nullatenus est appositum instrumentum libertatis suæ, Spiritus sancti sigillum; imo servus adhuc exsistit. Et opus ejus nondum est a timore sublatum: sicut quis non corrigit opus suum sine humilitate, neque castigatur nisi per tentationes, ac sine castigatione non comprehendit humilitatem. Propter hoc dimittit Dominus sanctis causas humilitatis et contritionis cordis ac laboriosæ orationis; et multoties perterret eos per passiones naturæ et lapsus pravarum cogitationum et exsecrabilium, multoties quoque per injurias et humana verba. Aliquando vero per ægritudines et corporales infirmitates, et quandoque per paupertatem et usus necessariorum egestatem; aliquando etiam per timorem diri doloris, ac derelictionem, necnon et pugnam diaboli manifestam; per quæ omnia timorem incurrere consuevit: aliquando per materiales et diversas et terribiles.

Et hæc quidem omnia fiunt, ut habeat materias humiliationis, et ei negligentiæ somnolentia non contingat, vel ex rebus in quibus athleta visus est infirmari, vel etiam ex timore futuro. Necessario igitur tentationes utiles sunt hominibus. Hæc igitur non dico, quod deceat hominem in turpibus sponte laxari, ut fiat ei humilitatis occasio ipsarum, neque ut festinet intrare ad alias tentationes; sed quia decet eum, dum in bono laborat, omni tempore vigilare et cogitare, quoniam creatus est: ob hoc etiam est caducus. Quilibet autem creatus eget virtute ac protectione divina; et omnis qui eget protectione alterius, naturalem infirmitatem ostendit. Omnis vero qui suam infirmitatem agnoscit, necessario eget humiliari ad impetrandum humilitatem suam, ab illo qui potens ei est subvenire: et si novisset a principio et vidisset infirmitatem suam, negligens non fuisset, nec obdormivisset, ut traderetur in manus tribulantium eum, et expergefacerent eum. Unde decet ambulantem in via Dei gratias agere sibi in omnibus supervenientibus, et culpare et conviciari animam suam et cognoscere, quod nequaquam permissus fuisset a procuratore, nisi per negligentiam vel elationem, ut expergefieret; nec timeat ex hoc, nec recedat, nec ipsum excuset, ne duplicetur sibi malum, quia non est apud producentem justitiam Deum iniquitas: absit.

CAPUT XXIV.

De perfectionibus, virtutibus et officiis monachorum.

Decet monachum esse in omnibus rebus suis formam humilitatis videntibus eum, ut ex multis virtutibus ejus fulgentibus, sicut radios perspicientes inimici veritatis, et invite confiteantur, quod sit Christianis spes certa salutis; et tanquam ad refugium undique occurrant ad eum, et cornu Ecclesiæ exaltetur contra inimicos suos, et multi moveantur ad virtutis zelum, et recedant a sæculo, ipse fiat venerabilis ex pulchritudine conversationis suæ. Conversatio etenim monastica, gloria est Ecclesiæ Jesu Christi. Decet utique pulchros habere gestus ex omni parte sui propter visionem visibilium, certissimam privationem rerum, omnimodum carnis contemptum, altum jejunium, constantium in quietudine temperantiam, sensuum visus custodiam, omnium conventionum in rebus hujus sæculi abstinentiam, brevitatem in verbis, in multa recordatione munditiam, cum discretione simplicitatem: scire quod hæc vita superflua sit et inanis, et quod prope est illa spiritualis et vera, non ligare se ipsum amicitiis et unioni hominum, alicujus habere locum habitationis, auxilium fugere hominis, et indesinenter permanere in orationibus, non habere ambitionem, nec gaudere antennis, non ligare se ipsum huic vitæ, tentationes viriliter sustinere, alleviari a mundanis affectibus et interrogatione rerum ipsarum, continue curare ac meditari in regione veritatis', habere vultum pallidum et rugosum, lacrymari die noctuque, et plus his omnibus custodire castitatem, esse mundum ab ingluvie ventris, et a parvis etiam et a magnis. Hæ sunt virtutes monachi sub compendio dictæ, quæ sibi testimonium perhibent de omnimoda mortificatione sua in mundo, et propinquare ejus ad Deum. Decet ergo nos de his semper curam gerere. Quod si quis dixerit: Quæ necessitas fuit exprimere singula et non dicere ea generaliter et universaliter? Dico, hoc necessario factum est, ut quomodo quæsierit unum ex præmissis in anima sua, ille qui studet pro vita sua, et invenerit quod egeat uno istorum, cognoscat exinde defectum suum in omni virtute; et erit sibi odor iste in parte recordationis. Cum autem acquisierit ista omnia in semetipso, tunc reliquorum scientia quam non expressimus, largietur eidem; et erit hominibus materia glorificationis Dei, et exinde præparabit animæ suæ locum quietis, priusquam egrediatur de vita ista.

CAPUT XXV.

De privatione consolationis spiritalis. Non turbetur homo, sed legat in libris Patrum et sustineat patienter.

Quicunque convenit in unum cum mente sua, et ut conversetur in solitudine, conformet se ipsum operationi, et secundum ordinem solitudinis deducat residuum annorum suorum et dierum. Cum autem contigerit tibi, fili, sicut moris est in ordine solitudinis, a divina gratia constituente ut interius a tenebris anima confundatur, et sicut solares radii velati super terram a caligine nubium, priveris modicum tempus consolatione spirituali, necnon et lumen gratiæ confundatur interius propter umbrantem vitiorum nubem, ac tibi modicum virtus lætifica subtrahatur et obumbret mentem inconsueta caligo; ne turberis in anima, nec ad

ignorantiam manum extendas, sed sustine patienter, et lege in libris Patrum, et infer tibi violentiam ad orandum, et præstolare auxilium, et veniet tibi te ignorante. Nam sicut revelatur facies terræ per radios solares, obscuritate aeris occupante; ita potens est oratio solvere et annihilare ab anima nebulas vitiorum, et irradiare mentem luce lætitiæ et consolationis, quod gignere consuevit in cogitationibus nostris; et maxime cum habuerit pabulum a pagina sacra, et vigilantia quæ mentem illuminat et illustrat. Continua enim lectio in Scripturis sanctorum replet animam incomprehensibili admiratione ac lætificatione divina. Quod si quando homo venit ad lacrymas, tunc egredietur mens sua de carcere. Dico tibi rem, quam sicut minimam non contemnes, nec hæsites in cæteris verbis meis, quia veraces sunt qui mihi eadem tradiderunt. Si suspenderis teipsum a palpebris, ne putes quando perveneris ad lacrymas, quod perveneris ad continentiam conversationis tuæ.

Hucusque mundo etenim servierunt occulta tua: id est, stas in habitatione mundanorum, et opus Dei per exteriorem hominem operaris. Nam interior adhuc infructuosus exsistit, pro eo quod ad lacrymas non pervenit fructus ejus. Cumque ad regionem ipsarum perveneris, tunc scito quod egressa est mens tua de carcere mundi hujus, et posuit pedem suum in itinere novi hominis, et cœpit adorare (35) aerem mirabilis atque novi; et tunc incipit effundere lacrymas, quia incipit dolor exitus pueri spiritualis. Nam gratia quæ communis est inter omnes, traducitur ad animam, ut pariat divinam formam secreto ad futuri sæculi claritatem; cumque tempus partus advenit, statim moveri mens incipit in quibusdam, quæ inde sunt sicut spiramen, quo attrahitur infans intra membra in quibus nutritur; et quoniam sustinet, quod consuetudini sibi non est, statim incipit movere corpus ad planctum mistum dulcedine mellis; et quanto magis nutritur infans interius, tanto plus habet augmentum lacrymarum. Hic autem ordo lacrymarum, dixi quod non est ille qui solitarius (36) ex incitatione contingit; quia illa consolatio quæ de tempore fit ad tempus, ubique fit in solitudine commoranti cum Deo et cuilibet exsistenti in contemplatione mentis, quandoque in sermonibus Scripturarum, aliquando in orationum occursu. Sed de ordine isto dico, qui adest indesinenter lacrymanti noctu dieque. Quicunque autem pro certo veritatem formarum istarum invenit, fiunt autem oculi ejus ad instar fontis aquarum, usque ad biennium vel ultra; postea vero ingreditur ad pacem cogitationum, et sic ingreditur ad illam quietem de qua dicit beatus Paulus: « Sicut particulariter caput natura, a pacifica quoque quiete incipit mens contemplari mysteria; et tunc Spiritus sanctus incipit ei revelare cœlestia, et Deus habitat in ipso et fructus Spiritus excitat in eo; » et ex hoc sentit alterationem quæ in omni innovatione debet excipere naturam interiorem. Obscure quodammodo, et sicut in ænigmate scripsi hæc ad recordationem vestram et omnium secundum quod comprehendi potest a contemplatione Scripturarum et veracibus orationibus, et nondum ab experientia; ut fiat mihi auxilium per orationes eorum qui exinde fuerint utilitatem adepti, quia non modicum laborem in his impendi. Audi etiam ibidem quod debeo tibi dicere, quod ab ore non didici fallace. Cum ingressus fueris ad regionem pacis cogitationum, tunc a te multitudo lacrymarum auferetur, et postea provenient lacrymæ in mensura convenienti. Hæc est pro certo veritas, sicut ab Ecclesia creditur generali.

CAPUT XXVI.

De tribus ordinibus quibus homo proficit.

Tres sunt ordines in quibus proficit homo: novitiorum, medius, et perfectorum. Qui est ergo in primo ordine, quanquam intentio ejus ad bonum tendat, motus tamen suæ mentis iniquus est. Medius autem, medium quidem est inter passibilitatem et impassibilitatem, et cogitationes tam dextræ quam sinistræ æqualiter moventur in ipso, nec cessat omnino lumen in ipso producere tenebras, sicut jam dictum est. Si vero cessaverit modicum ab assidua lectione divinarum Scripturarum, ac desiderio utendi imagine formarum veritatis, et a posse suo, quod ad exteriorem custodiam ex qua fit interior custodia et sufficiens operatio ad initia, detrahetur. Quod si nutrierit naturale suum in his quæ dixi, nec dimisit mihi inquisitionem et scrutationem et affectum eorum de longo, quamvis non **21** viderit ea; sed ea nutu lectionis divinarum Scripturarum nutriat cogitationes suas, et contineat ne declinet ad sinistram, nec recipiat semen aliquod diabolicum sub specie veritatis, custodiat quoque animam suam cum desiderio in Deo, cum oratione laboriosa, et patientia: ipse præstabit ei petitionem suam, et aperiet ei ostium suum, et maxime pro utilitate ipsius. Secreta quoque humilibus revelantur. Si vero mortuus fuerit in hujusmodi specie, et nunquam viderit terram illam de prope, puto quod hæreditas ejus erit cum antiquis justis, qui ad perfectionem venire sperabant. Nec videtur juxta verbum Apostoli [56], quam in spe operati sunt omnibus diebus vitæ suæ, et dormierunt. Quod autem dicimus: Si non pervenerit homo ad terram promissionis, quæ est figura perfectionis, id est, comprehensio veritatis manifesta, juxta mensuram virtutis naturalis; nunquid prohibetur propter hoc ab isto, ut in extremo cordis maneat ei omne propositum ad sinistram, et pro eo declinat quod non comprehendit omnem veritatem? nunquid permanet in fortitudine primi ordinis, qui nec novit hæc, nec desiderat, vel convenit eum exaltari ad

[56] Hebr. XI, 13.

(35) *Adorare.* An *odorare?*

(36) *Solitarius.* Forte *solitariis*, vel *solitario.*

mediam viam? Dixi: Non enim vidit eam, nisi tanquam per speculum, sed speravit de longe, et propter hanc spem positus est cum patribus suis. Et non fuit dignus hac perfecta gratia factus. Sed qui semper alloquebatur eamdem, et eam reducebat ad mentem, et quia movebatur in desiderio ejus in quantum poterat dum vixisset, et cogitationes referebat: cor ejus repletum hac spe exit a mundo; nam omne quod habet humilitatem, decorum videtur, quia incorporeum mentis exercitium circa desiderium quod dirigitur ex consideratione divinarum Scripturarum, animam interius coram malignis cogitationibus circumvallat, et conservat animum in recordatione futurorum bonorum, nec laxatur mens in negligentia sua ad commemorationem sæcularium rerum, quia ex his frigescunt calores motuum ejus, et ad concupiscentias cadit.

CAPUT XXVII.

De spe quæ fit per fidem præcordialem et dilectionem.

Fit spes in Deo per fidem præcordialem; et quæ bona est, discretione et scientia fit. Homo qui penitus non curat de rebus temporalibus, sed commendat se Deo die noctuque, nec est sollicitus de re aliqua sæculari propter studium quod gerit circa virtutes, et omnem curam suam possidet in divinis, et propter hoc negligit parari sibi cibos et indumenta et præparationem loci habitationis et cætera cuncta: hic bene et magistraliter sperat in Deo, quod ipse debeat sibi necessaria præparare: et hæc est prudentissima spes et vera. Justum est etenim talem sperare in Deo, quoniam servus ejus exsistit, et studiose incumbit operi ejus, absque omni negligentia quæ ab aliqua causa contingat. Nam huic dignum est a Deo fieri providentiam specialem, quia servat mandatum ejus qui dixit: *Quærite primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [87]. Cum autem sic disponimur, mundus tanquam servus nobis omnia præparabit, et tanquam dominis indubitanter obediet verbis nostris: et nostris voluntatibus non resistet. Ne igitur cesset de statu suo continuo coram Deo, non tradit se ipsum ad curandum de necessaria utilitate corporis, nec quoque de alio curat nisi tantum otiosus fieri, propter timorem Dei, ab hujusmodi sollicitudine magna et parva: unde quæ spectant ad voluptatem, obtinebit. Verumtamen hæc omnia mirabiliter, neque curat de eis, neque laborat in ipsis. Homo quippe qui cor suum sepultum habet penitus in terris, et semper terram comedit cum serpente, et in nullo studet complacere Deo, sed in omnibus corporalibus distractus et dissolutus exsistit, et otiosus ab omni virtute propter assiduum colloquium et luxum elationis, et occasiones quasdam proponit: hic propter desidiam et otium excidit jam a bono; et contingit ut cum arctatur ab aliqua necessitate vel morte, seu tribulatur a fructificatione suarum iniquitatum, dicat: Sperabo in Deo, et ipse me sanet absque sollicitudine, et auxilium mihi præstabit. Insipiens, usque modo non fuisti recordatus Dei, imo injuriatus es ei per vitia tuorum operum, per te blasphematur a gentibus nomen Domini sicut scriptum est; et nunc præsumis ore pleno dicere: In ipso sperabo, et ipse auxiliabitur mihi, et sollicitus erit de me? Bene dictum est a Deo, confundendo tales, per prophetam dicentem: *Quotidie exquirunt me, et volunt addiscere vias meas. Et sicut aliqui facientes justitiam, et justificationes Dei sui non relinquentes, quærunt judicium et justitiam* [88]. De talibus enim est insipiens, qui etiam mente sit proximus Deo. Sed cum a tribulationibus circumdatur, extollit manus confidenter ad Deum. Hic utique necesse habet multoties ut disciplinetur hinc inde, quia non habet opus dignum, ut confidat in Deo. Nam propter pravas cogitationes et negligentiam in his quæ conveniunt, disciplina fit dignus. Deus vero propter misericordiam suam sustinet eum, ne decipiat (37). Talis ergo se ipsum si obliviscatur et ordinem conversationis suæ, ac dicat se confidere in Deo, disciplinabitur enim, quia opera fidei nunquam habet. Non extendat in otio pedem suum; et dicat: Credo in Deum, qui dabit mihi necessaria, tanquam in Dei operibus conversanti, nec insipienter projiciat semetipsum in puteum, in mente non habens Deum, et dicat: Sperabo in Domino nunc tandem per injuriam, et eruet me.

Noli errare, o insipiens, quia labor et sudor qui pro Deo fiunt in agricultura sua, spem quæ in tempore geritur, antecedunt. Si credis in Deum, bene facis; sed fides eget operibus, et spes quæ de eo habetur eget afflictionibus ad virtutes. Credo quod Deus provideat creaturis suis, et sit in omnibus potens. Sed fidem tuam sequatur conveniens operatio, et tunc exaudiet te. Noli tenere ventum in pugno tuo, sine operibus videlicet fidem tuam. Multoties quis ignorans ambulat per viam habentem malignam feram, vel homicidas, vel aliquid consimile: et hoc communis est providentia Dei, ut eruat de hujusmodi incursu, vel præpediat impetum itineris per aliquas causas, quousque pertranseat fera maligna, vel occurrat ei aliquis, ut ab itinere vertat eumdem. Item serpens nequam aliquando invenitur jacens in via et latens; et Deus nolens hominem exponere cladi huic, facit serpentem subito sibilare et ab ipso loco recedere, vel serpere coram eo; ut ipse, videns illum, caveat sibi, ut eruatur ab ipso quem nobis infestum fecit super, propter occulta peccata sua quæ solus ipse novit. Eruit autem ipsum propter misericordiam
22 suam, et contingit cadere domum et labi funditus a loco suo, et tamen quandoque pro sua man-

[87] Matth. VI, 33. [88] Isa. LVIII, 2.

(37) *Decipiat*. Forte, *desipiat*.

dat Deus misericordia angelo, quod eam detineat, ne labatur, quousque surgant et inde recedant, vel per quasdam causas educit eos, ut nullus inveniatur sub ea; statim autem pertimescentibus illis, saltem permittit eumdem : quod si contigerit aliquem occupari, conservari facit illæsum, quoniam vult ex hoc fieri manifestam magnitudinem suæ virtutis. Igitur et hujusmodi communis et generalis providentia Dei sunt. Justus vero inseparabiliter habet eam : cæterisque hominibus cum discretione mandavit Deus dispositioni, quæ spectant ad eos, et comparare scientiam providentiæ Dei. Sed justus hujusmodi scientia pro discretione suorum non eget, quia jam acquisivit pro scientia fidem, per quam deponet omnem elationem extollentem se contra scientiam Dei, et de nullo supra dictorum timebit. Scriptum est enim, quod *justus sicut leo confidit* [59] in omnibus : præsumens fidem, non quasi tentando Deum, sed securius de ipso tanquam armatus quis, et indutus Spiritus sancti virtute. Et quanto magis habet assiduam cum Deo solitudinem, tanto plus et Deus dicit de ipso : *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum : longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum* [60]. Qui vero lassus est et piger, non potest habere hanc spem in opere suo; sed qui manet continue cum Deo in omnibus, et appropinquat ei operum decore suorum, et affectum sui cordis ad ejus gratiam indesinenter extendit, sicut dixit beatus David : *Defecerunt oculi mei, dum sperarem in Deo meo* [61].

CAPUT XXVIII.

De luctu et labore cum discretione.

Cum dilexerimus a mundo fugere et peregrini fieri a mundanis, nihil ita separat nos a mundo nec mortificat vitia nostra carnalia et vivificat spiritualia, sicut luctus et labor cum discretione præcordiali. Facies enim verecundi imitatur humilitatem dilecti. Nihil facit nos in sæculo conversari, et cum ebriis luxuriosis qui sunt in eo, et nihil sic nos separat a thesauris sapientiæ ac scientiæ Dei secretorum, sicut risus, hoc est adinventio fornicationis. Et quoniam percepi philosophiam tuam, amice, rogo te in charitate, ut caveas tibi ab amicorum incursu, ne verborum effrenatione frigefacias animam tuam a calore charitatis Christi, qui pro te fel gustavit in ligno crucis, et loco illius dulcis meditationis et securitatis ad Deum, replearis multorum phantasmatum obscuritate vigilante; te vero dormitante irrationabilibus somniis occupetur anima, quorum fœtorem sancti angeli sustinere non possunt, et sic fias aliis ludibrium et stimulus tibi. Compelle temetipsum ut imiteris humilitatem Christi, ut ignis accendatur qui est in te inspiratus ab ipso, in quo eradicantur hujusmodi sæculi motus qui interficiunt hominem novum, et polluunt atria sancti et fortis Dei. Et ego infirmus dico secundum Paulum quod *templum Dei sumus* [62]. Mundemus ergo templum ejus, sicut ipse mundus est, ut habitare concupiscat in ipso. Sanctificemus illud, sicut et ipse sanctus est. Ornemus illud cunctis operibus bonis, et prætensi fumigemus illud thymiamate, in quo quiescit voluntas ejus, id est præcordiali et munda oratione, quæ propter sæcularium communionem acquiri non potest. Sic utique obumbrabit animam nubes gloriæ Dei, et fulgebit splendor majestatis ejus in corde ipsius, et replebuntur gaudio et lætitia omnes habitatores tabernaculi Dei : effrontes vero et inverecundi deficient in flamma Spiritus sancti.

Impropera tibi, o frater, semper dicens : O anima misera, dissolutio tua a corpore appropinquat; quare delectaris in iis quæ debes hodie derelinquere, et a quorum aspectu abstraheris in æternum? Attende quæ sunt ante te, et cogita quæ operata es, qualia sunt, et cum quo conversata es omnibus diebus vitæ tuæ; seu quis laborem operationis tuæ recepit, et quem in pugna tua lætificasti, ut exeat in occursu tuo tempore exitus tui, et quem delectasti in occursu tuo, in partu ejus quiescas : cujus gratia laborando te afflixisti, ut pervenias ad eum cum gaudio, quam acquisisti mercedem solvere in occasu solis recessus tui. Tu sciscitare a temetipsa, o anima, et videas, ad quam terram est projectio tua. Quod si pertransisti agrum fructificantem in amaritudine cultoris tui, clama et vocifera in gemitu et anxietate, quæ super sacrificia et holocausta placant Dominum Deum tuum. Producat dolorosas voces, quibus sancti angeli delectantur. Unge genas tuas lacrymis, ut super te Spiritus sanctus requiescat, et abluat te a sordibus malitiæ tuæ. Fac tibi propitium per lacrymas Deum, ut ad te veniat. Invita Mariam et Martham ut luctuosas voces te doceant, clama ad Dominum et dic :

CAPUT XXIX.

Oratio devota.

Domine, qui super Lazarum plorasti, et super eum lacrymas tuæ compassionis effudisti, suscipe lacrymas amaritudinis meæ, passionibus tuis passiones meas sana, vulneribus tuis medere vulneri meo, sanguine tuo sanguinem meum munda, et contempera corpori meo vivifici corporis tui odorem. Fel quo ab inimicis potatus es, dulcem reddat animam meam ab amaritudine, quam mihi inimicus adversarius propinavit. Corpus tuum quod in ligno crucis extensum est, extollat ad te mentem meam quæ a dæmonibus est inferius tracta. Caput tuum quod in crucis patibulo reclinasti, erigat caput meum ab inimicis colaphizatum. Crucifixæ clavis sanctissimæ manus tuæ sublevent me ad te de confusione perditionis, sicut os tuum sanctissimum repromisit [63]. Facies tua quæ alapas re-

[59] Prov. XXVIII, 1. [60] Psalm. XC, 15, 16. [61] Psalm. LXVIII, 4. [62] I Cor. III, 16; II Cor. VI, 16. [63] Joan. XII, 32.

cepit et consputationes a maledictis, clarificet faciem meam iniquitatibus sordidatam. Anima tua quam tradidisti primitus exsistens in cruce, deducat me ad te in gloria tua. Non habeo cor dolens ad quærendum te, non habeo pœnitentiam neque compunctionem, quæ reducunt filios ad suam hæreditatem. Non habeo, Domine, lacrymas deprecabiles: obtenebratus est in sæcularibus animus meus, nec potest ad te respicere in dolore, et aruit cor meum a multitudine tentationum, nec eo potest calefieri lacrymis tuæ dulcedinis. Sed, o Jesu Christe, thesaure bonorum, tribue mihi pœnitentiam perfectam, cor dolens; ut ex eo properem anima ad quærendum te: nam sine omni bono alienabor. Da mihi ergo, Jesu Christe, gratiam tuam. Pater qui te produxit de sinu suo æternaliter sine B tempore, innovet in me lumen imaginis tuæ. Dereliqui **23** te, non me derelinquas: exivi a te, exi ad quærendum me, et introduc me in pascua tua; connumera me ovibus electis ovilis tui, et constituas me cum eis in partes divitiarum secretorum tuorum, quorum est habitaculum cor mundatum, et in ipso videatur splendor revelationum tuarum, quæ sunt consolatio et refrigerium eorum qui laboraverunt pro te in tribulationibus et omnimodis afflictionibus; quibus digni constituamur gratia et pietate Salvatoris nostri tunc et in futuro sæculo. Amen.

CAPUT XXX.

Quod sollicitudo impedit quietem.

Homo multæ sollicitudinis mitis et quietus esse non potest, quia necessario causæ rerum in quibus studet, compellunt eum invitum et renitentem in ipsis morari, et disperdunt tranquillitatem et quietudinem. Decet ergo in opposito vultus Dei statuere semetipsum, et ad eum extendere visum suum, si mentem suam vult vere custodire, ac pravos motus qui in ipsa pullulant, emundare, necnon addiscere cum cogitationum tranquillitate ut discernat ingredientia et egredientia, quia multæ occupationes sunt in argumentum laxationis monachi contra operationem mandatorum Christi, et manifestatio suorum defectuum in divinis. Nisi sis sine sollicitudine, lumen in anima tua non quæras, D neque tranquillitatem aut quietudinem in laxatione sensuum, vel ubicunque manet occupatio rerum. Ne multiplices tibi occupationes, et non invenies in oratione tua concussiones. Nam sine assidua oratione appropinquare Deo non potes: post laborem vero orationis, si menti fuerit alia sollicitudo illata, operabitur in ipsa dispersionem: lacrymæ ac percussio capitis in orationem, nec non voluntatem in terra cum fervore expergefaciunt calorem dulcedinis suæ intus in corde, et cum laudabili mentis excessu transvolvat (38) cor ad Deum et

[46] Psal. XLI, 3.

(38) *Transvolvat.* Forte, *transvolat.*
(39) *Satio.* Forte, *fit satio.* Et mox, *sed* si *caveris.*

A clamat: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei* [46]? Qui de hoc vino bibit, et postea privatus est eo, ipse solus novit quanta miseria occupatur, et quid est ablatum ab eo propter laxationem sui.

O quam malum hominibus est aspectus et locutio, illis omnibus qui conversantur veraciter in solitudine plus multo quam illis qui sunt a solitudine colligati! Quia sicut vehemens glacies subito incidens summitatibus plantarum desiccat eas, ita colloquia hominum, quamvis omnino brevia sint, et putentur ad bonum prolata, desiccant tamen flores virtutum, quæ de novo floruerunt ex temperantia solitudinis; quæ etiam circumdant cum simplicitate et temeritate plantam animæ, quæ plantata est secus decursus aquarum pœnitentiæ. Et sicut vehemens gelu comprehendens novellas plantarum productiones, urit eas, ita et colloquium hominum radices virtutum, quæ incipiunt sicut pascua pullulare. Quod si eorum colloquium, qui ex parte quidem abstinentes sunt, ex parte vero aliquem defectum patiuntur, consuevit animæ jacturam inferre; quanto magis colloquium et aspectus laicorum et stultorum, ne dicam potius mundanorum? Nam sicut nobilis et venerabilis homo cum inebriatur, obliviscitur suæ voluntatis, et status ejus exhonoratur, et irridetur pretiositas ejus propter alienas cogitationes quæ supervenerunt eidem vini virtute, ita et castitas animæ turbatur C ab aspectu et incauta locutione, et eradicatur ab ista omne sustentaculum laudabilis status sui. Si ergo colloquium et dilatio et dispersio supervenientes in solitudine commoranti, vel ipsorum propinquitates ad videndum et audiendum sufficiunt inferre menti turbationem et frigefactionem in divinis propter multa quæ fiunt ex visu et auditu, et in brevi hora hoc faciunt: quid dicemus de continuo eorum occursu et de multa hora et diuturna in eisdem? Furiositas ventris obnubilat mentem in cognitione Dei, quemadmodum et vapor qui ex humiditate terræ producitur, ascendens, aerem reddit obscurum. Superbia vero non considerat quod in tenebris ambulat, quia propter prædictam obtenebrationem nesciens intentionem sapientiæ, D extollitur super omnia, cum sit infima omnium, et addiscere vias Dei non potest. Nam et Dominus voluntates suas occultat ab ea, quæ in via humilium noluit ambulare.

CAPUT XXXI.

Quod non est major operatio monachorum vigiliis nocturnis cum discretione.

Noli putare, o homo, quod inter omnes operationes monachorum sit alia quamlibet sancta conversatio, major vigiliis nocturnis. In veritate, fratres, si non fiat religio, satio (39), dispersio, et turbatio in carnalibus rebus in sollicitudine temporalium:

sed caverit sibi a mundo, et custodierit se ipsam vigiliis mens ejus, quasi cum alis in brevi tempore volat, et exaltatur in dilectionem Dei, et cito pervenit ad gloriam. Transit enim per levitatem suam et agilitatem ad scientiam quæ superat intellectum humanum. Monachum perseverantem in vigiliis cum mentis discretione, ne respicias illum sicut carne ferventem. Hoc utique angelici ordinis opus est, non humanum. Impossibile est autem quod illos qui semper in hujusmodi continentia conversantur, dimittat Deus sine magnis bonis propter eorum jejunium et vigilantiam cordis. Sed propter sollicitam conversationem cogitationum ipsorum in ipso, anima quæ in hujusmodi vigiliarum conversatione laborat et perseverat, quasi Cherubim oculos suos habebit, quibus semper intueatur et perspiciat contemplationem cœlestem. Ego vero puto impossibile esse, ut ille qui cum scientia et disciplina præelegit sibi laborem istum magnum atque divinum, et arbitratus est ejus portare gravamen, et studiose laborat in hac gloriosa parte quam elegit, et in die sibi cavet a turbatione locutionum et sollicitudine pugnarum, fiat nudus et fatuus admirabili fructificatione magnæ dilectionis, quæ colligi præstolatur ab ipso. Quicunque autem hoc negligat, præsumo dicere quod ignorat ad quid laborat et somno abstinet, et in laudum collatione multa, et fatigatione linguæ et erecta statione totus affligitur, non habens mentem suam in oratione et in cantu suo, sed quasi ductus est a consuetudine indiscrete. Et nisi sint hæc taliter ut prædixi, quomodo deficeret a merendo, ex continua seminatione sua in labore fructificationes maximas? Nam si vice sollicitudinum excitet semetipsum in lectione divinæ Scripturæ quæ roborat mentem, cum orationis sit maxima fortitudo, et in vigiliis quibus conjungitur præstet auxilium, fiat ei lux mentis, et discretio in semitam rectam, et fertilis materia in contemplatione 24 orationis quæ ligat mentem a dispersione, ne in vanitatibus quatiatur; fiet quoque indeficiens sibi seminatrix divinæ recordationis in anima, et commemorationis viarum sanctorum vel sanctarum, qui Deo placuerunt, facietque mentem acquirere subtilitatem et sapientiam : invenerit utique operationum hujusmodi fructum maturum.

Quare ergo, homo, indiscrete te tuaque disponis, quia totam quidem noctem pervigilem erectus stando deducis, et affligis te ipsum orationibus laudibusque : onerosum vero non modicum tibi videtur per brevem in die curam te divinam gratiam promereri, ne quis forsitan pro te contristaretur? Ut quid te ipsum affligis, et de nocte quidem seminas, de die vero spargis laborem tuum, et videris infructuosus? Quare dispergis vigilantiam et studium et calorem quem fuisti adeptus, et perdis inaniter lucrum ob turbabiles rerum cursus? Nam si nocturnæ meditationi concordem faceres operationem diurnam calore cordis, nec in medio doctrinam adhiberes; in brevi utique tempore amplexans (40) pectus Jesu. Sed ex hoc manifestum est, quoniam indiscrete conversaris, nec scis qualiter oporteat monachos vigilare. Tu enim putas quod hæc omnia sunt ad hoc tantum statuta, ut labores, nec ob aliud quod oriatur ex eis. Illi vero qui promeruerunt a gratia, pro qua sæpe obstant athletæ somno, et naturæ violentiam inferunt tam per violentiam corporum quam cogitationum suarum; cui singulis noctibus preces offerunt, ille solus novit virtutem quæ fit ex diurna custodia, et quale menti præstat auxilium in quietudine noctis, et qualem potestatem circa se contra cogitationes, et qualem munditiam, et qualem intelligentiam sine pugna et violentia sibi donat, et quod faciat ipsum intelligere cum libertate verborum nobilitatem.

Ego quoque dico, quod si corpus fessum fuerit propter infirmitatem suam, ut jejunare non possit, potest solis vigiliis mens acquirere statum animæ, et intellectum præstare cordi; virtutem spiritualem addiscat, dummodo non fiat sibi exterminatio a dilatatione divinarum causarum. Unde rogo te, qui affectas adipisci mentem studiosam apud Deum et agnitionem novæ vitæ, toto tempore vitæ tuæ noli negligere conversationem vigiliarum, quia per ipsam aperiuntur oculi ad intuendum totam gloriam conversationis et virtutem viæ justitiæ. Quod si fiat tibi (quod absit!) iterum laxationis cogitatio, et nidificaverit in te forsitan propter probationem protectoris tui, qui ex consuetudine te permittit in hujusmodi alterari, sive in calore seu etiam in frigefactione, vel ex aliqua causa vel infirmitate corporis, ut non possis facere laborem multi cantus quem cantare consuevisti ac extensæ orationis ac multarum genuflexionum quas facere consuevisti. Rogo in charitate, si derelictus fueris in hujusmodi, nec possis eadem operari; saltem sedendo vigila, nec dormias in corde tuo, et omni ingenio educ noctem sedens, et bonos cogitans intellectus; et ne indures cor tuum et obtenebres illud in somno, quia veniet iterum tibi primus ille calor et lenitas et virtus, et exsultans gaudebis, et referes Deo gratias. Nam frigefactio et hujusmodi gravedo, ad examinationem et probationem hominis permittuntur; et si semetipsum excitaverit cum fervore, ac excusserit eas a seipso, instans aliquantulum importune, statim appropinquat gratia sicut erat, et accedit ad eum alia virtus continens omne bonum occultum in semetipsa, et etiam spes protectionis; et homo admiratur obstupefaciens de prima gravedine ac de superveniente lenitate ac virtute : necnon etiam quod tam subito hujusmodi alterationem recepit; et ex tunc instruitur, quod si venerit sibi talis gravedo, cognoscat illam ex prima experientia. Nam si in primo tempore non certaverit, hanc scientiam non potest recipere nec habere.

(40) *Amplexans*. Forte, *amplexares*.

Vides in quantum instruitur homo, quando compellit seipsum aliquantulum et sustinet tempore pugnæ. Si virtus corporis infirmata est non ex pugna, sed ex infirmitate necessitatis; tunc etenim non est conveniens impugnare naturam. In reliquis vero bonum est, ut quis in omnibus quæ sibi prosunt, importune incitet semetipsum. Continua enim quietudo conscientiæ, et moderata ciborum assumptio cum vigiliis, cito expergefaciunt mentem a stupefactione rerum, nisi forte fiat aliqua causa, quæ quietudinem solvat : cogitationes autem quæ moventur in solitariis subito sine consensu, faciunt ambos oculos quasi lavacri fontem in lacrymarum effusione, atque sua multitudine genas lavant. Cum autem per abstinentiam domitum fuerit corpus tuum et per studiosam custodiam quietudinis, et percipis quod corpus tuum moveatur violenta passione fornicationis, et præstet naturalem motum, scias quod cogitationibus superbiæ es tentatus. Appone ergo, quære in cibo tuo et cohibeas ventrem tuum, et scrutare quid cogistati, et adjice alterationem naturæ tuæ, et in naturalia opera tua; et forsitan Deus miserebitur tui, et emittet tibi lucem, ut adjicias humiliari, ne tua malitia augeatur. Ne cessemus ergo laborando et studendo, ut pœnitentiam videamus in nobis, et inveniamus humilitatem, et requiescant in Deo corda nostra : cui sit honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXXII.

Quod homo debeat meditari prius et causas compunctionis et futura gaudia.

Si singulariter manes in cella tua, meditare semper super psalmos et causas compunctionis, et in memoria mortis et in spe futurorum, si nondum es veram contemplationem adeptus. Hæc etenim colligunt mentem, nec permittunt eam discurrere, donec veniat contemplatio vera : nam potentia spiritus fortior est vitiis. Meditare etiam in spe futurorum cum recordatione Dei, et considera diligenter intelligentiam prædictorum, et cave tibi a rebus extrinsecis quæ te movent ad concupiscentias, et a pravis quæ facis in cella tua caveas tibi sicut ab ipsis, et scrutare cogitationes tuas, et ora ut oculos in omni conversatione acquiras, et exinde incipit oriri gaudium; tunc etenim invenies tribulationes dulciores melle. Nemo potest vitia superare, nisi per sensibiles visibilesque virtutes. Dispersionem vero mentis nullus vincere potest, nisi in exercitatione scientiæ spiritualis. Mens nostra levis est : nisi ligetur alicui cogitationi, a dispersione non cessat; ac sine perfectione virtutum impossibile est hanc virtutem adipisci : nisi quis devicerit inimicos, non potest in pace morari. Et si pax non regnat, quomodo potest invenire quæ sunt contra pacem? vitia quoque diafragia virtutem animæ occultaverunt, et nisi prius diruantur per manifestas virtutes, non possunt interiora videri; quasi nec potest aliquis extra murum exsistens, cum iis qui intus sunt, conversari : nullus quoque videre potest solem 25 sub nube, nec virtutes animæ, vitiorum adhuc turbatione manente. Ora Deum, ut tibi sentire det affectum spiritus et desiderium ejus. Cumque venerit tibi hæc sensualitas et desiderium spiritus, tunc debes a mundo discedere, et mundus a te discedet : nam sine istis, quietudinem, religionem et colloquium lectionis ad hoc segregato (41) nullus sentire potest; et sine his illa non quæras : si vero quæsieris, convertentur postmodum et corporalia fiunt : qui intelligit, intelligat. Placuit sapienti Deo ut in sudore hic comedatur panis; nec pro malitia hoc fecit, sed ne fieret indigestioni nobis et moreremur : unaquæque virtus mater est secundæ. Si dimiseris matrem quæ parit virtutes et abieris quærere filias, nec prius matrem ipsarum acquiras, ipsæ invenientur animæ sicut viperæ, si a te non projicias illas.

CAPUT XXXIII.

Signa charitatis.

Charitas Dei naturaliter calida est, et quando cadit super aliquem, moderare facit illam animam excessivam, quia charitatem in se capi percepit et morari. Juxta mensuram vero qualitatis supervenientis sibi, charitatis inconsueta videtur alteratio in eodem, et hæc sunt sensibilia signa ejus. Fit facies hominis rubicunda, jocunda, corpus ejus calefit, recedunt ab eo timor et verecundia, et fit excessivus; et virtus quæ mentem colit, recedit ab ipso, et fit quasi demens, et terribilem mortem reputat gaudium. Nec cecidit contemplatio ejus a consideratione cœlestium, et absens tanquam præsens alloquitur, non visus ab aliquo. Scientia et visio ejus naturalis pertranseunt, nec percipit sensualiter motum qui est in rebus suis; et quasi esset cum aliquo, exercetur. In hac passione inebriati sunt apostoli et martyres, et quidam eorum destruxerunt totum orbem, et laboraverunt, et sustinuerunt opprobria, similiter et martyres cum eisdem et in desertis erraverunt, et irregularitatibus compositis; et cum essent sapientes, deputati sunt dementes : ad hanc dementiam dignetur Deus nos pervenire. Amen.

Antequam perveneris ad civitatem humilitatis, si videris te ipsum quod quievisti ab infestatione vitiorum, ne credas tibimet. Insidias quasdam tibi statuet inimicus, et exspecta post quietem turbationem multam : postquam vero transieris hospitia virtutum, non occurris (42) quieti a fatigatione tua, ab adversariis respirationi, donec possis ad humilitatis habitaculum pervenire.

CAPUT XXXIV.

De spontanea tribulatione pro proximo.

Religio mater est sanctitatis, ex qua oritur pri-

(41) *Ad hoc segregato.* Ista in mendo cubare videntur.
(42) *Occurris.* Forte, *occurras.*

ma perceptionis gustatio secretorum Dei, quæ vocatur primus ordo cognitionis spiritus. Nemo decipiat te ipsum phantasmate divinationis, quare videat anima. Anima enim infecta non ascendit ad regnum mundum, nec conjungitur spiritibus sanctorum. Clarifica decorem castitatis tuæ cum lacrymis et jejuniis et solitaria quietudine : tribulatio parva pro Deo facta melior est opere magno quod sine tribulatione perficitur. Quia spontanea tribulatio probationem fidei et charitatis facit oriri: opus quietis ex saturitate conscientiæ fit. Et ideo in tribulationibus probati sunt sancti pro charitate Christi, sed non in refrigeriis ; quoniam opus quod fit sine labore, justitia est personarum sæcularium quæ de exterioribus faciunt eleemosynam, nec lucrantur in semetipsis. Tu autem, o passionis conator vel sectator, stude in temetipso ut dignus fias gustare gloriam ejus : *Quod si compatimur, et glorificabimur* [65] ; id est, non glorificatur mens cum Jesu, nisi patitur corpus cum Christo : ergo qui contemnit humanam gloriam, hic est ille qui fit dignus gloria Dei, et glorificabitur corpus ejus cum anima. Gloria enim corporis subjectio est castitatis cum Deo. Gloria vero mentis, contemplatio vera de Deo.

Abrenuntiatio vero duplex est in operibus et opprobriis ; nam quomodo patitur corpus, et compatiatur cor. Si vero non nosti Deum, impossibile est in te moveri charitatem ejus, nec potes diligere Deum, nisi videas eum : visio namque Dei fit ex ipsius scientia ; non enim præcedit visio scientiam.

De ipso fac me, Domine, scire te, et diligere non in scientia dispersionis mentis, quæ fit ab exercitatione ; sed fac me dignum illa scientia in qua mens te videns glorificat naturam suam, in contemplatione quæ surripit sensualitatem mundi a mente : fac me attolli ab aspectu voluntatis quæ phantasmata gignit, et videre te in violentia vinculi, cujus in parte secunda crucifixionis mentis, quæ in libertate constituta cessat ab efficacia intellectuum per continuam contemplationem tuam quæ est supra naturam. Pone in me augmentum charitatis tuæ, ut post amorem tuum veniam a mundo isto : exue considerationem humilitatis tuæ in qua conversatus es mundo in velamento quod induisti de membris nostris, ut in hac indeficienti ex inoblita recordatione assumam cum delectatione humilitatem naturæ meæ.

CAPUT XXXV.

De duabus ascensionibus in crucem.

Duo sunt modi ascensionis in crucem : unus est crucifixio corporis, et alius est ascendere in contemplationem : et primus quidem fit a libertate tua, secundus vero ab effectu operum, cui non subjicitur mens, nisi corpus subjiciatur. Crucifixio corporis est regnum mentis ; nec subjicitur mens Deo, nisi subjiciatur libertas arbitrii : tamen difficile est exhiberi quædam alia illi qui novitius est et statu puer. Scriptum est utique : *Væ civitati cujus rex puer* vel junior *est* [66]. Quicunque subjecerit se pro Deo, prope est ut subjiciatur sibi. Qui cognoscit seipsum, scientia omnium datur ei : nam cognitio suimet, scientiæ omnium est plenitudo, et in subjectione animæ suæ cuncta sibi subjiciuntur. Tempore quo humilitas in anima tua regnat, et in conversatione tua subjicitur anima tua, et cum ea cuncta subjicientur : quia gignitur in corde tuo pax a Deo. Cum tu extra eum fueris, non solum a vitiis, sed ab accedentibus etiam persequeris. Vere, Domine, nisi humiliati fuerimus, non cessas nos humiliare. Vera humilitas germen est scientiæ, et scientia vera genimen est tentationum.

26 CAPUT XXXVI.

De continuo silentio et quietudine.

Continuum silentium et custodia quietudinis ex tribus his causis fiunt : vel propter gloriam hominum, vel propter gloriam cœli virtutis, vel aliquem divinum occursum quem habet aliquis intra se, ad quem trahitur animus ejus. Quicunque non habet ex alterius neutra, necessario ægrotat. In primo virtus est, non utique manifestatio multarum ac diversarum actionum quæ corporaliter exercentur, sed sapientissimum cor in spe sua. Copulat enim ipsum divinis operibus intentio, et animus quidem multoties potest sine corporalibus actionibus exercere bonum. Corpus sine sapientia cordis quamvis operetur, non potest prodesse : verumtamen non sustinet homo Dei cum opportunitatem invenit bonam operandi, quia ostendit laborem bonum operationis suæ, charitatem quam habet ad Deum. Primus autem ordo semper prosperatur ; secundus vero ordo quandoque prosperatur, quandoque non. Non putes quod res ista parva sit, ut vitia carnis semper quiescant. Deo autem nostro sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXXVII.

De motu carnis.

Motus autem inferiorum membrorum corporis, qui fit absque acutioribus cogitationibus irrationabilibus delectationis quæ movetur cum immundis, et trahit animam ad miseriam sine sponte, indubitanter est a ventris repletione : quod si forte venter moderatus est in diæta, membra quantumcunque moveantur sua sponte, noveris quod in corde oritur vitium ; et armaturam fortem et inexpugnabilem æstima esse, in hoc agone distare ab aspectibus mulierum ; quoniam adversarius nequit operari in nobis id, quod natura nequit agere sua virtute : ne putes, quod natura tradat

[65] Rom. VIII, 17. [66] Eccle. X, 16.

oblivioni quæ a Deo in ipsa naturaliter sunt inserta ad filiorum procreationem et examinationem illorum qui sunt in certamine. Sed distantia rerum concupiscentiam in membris mortificat, et oblivionem et perditionem operatur in ipsis. Aliæ sunt cogitationes rerum longe distantium, quæ simpliciter pertransierunt in animo, et parvum motum et modicum faciunt a se ipsis; et aliæ sunt cogitationes, quæ in aspectu materiæ submergunt animum sine oblivione, et ex propinquitate movent vitia et hominem nutriunt, sicut oleum accensionem lucernæ, vitiumque quod mortuum est et exstinctum accendunt, et turbant pelagus corporis per motus, in navicula mentis. Hic autem naturalis motus qui habitat in nobis, propter solam creationem absque appositione vel operatione extrinseca, turbare munditiæ arbitrii castitatem non potest. Deus enim non condidit naturæ potentiam ad superandum arbitrium bonum, quod est in aliquo erga ipsum; sed quando aliquis movetur vel ab ira vel a desiderio, non compellit eum natura vel virtus de terminis exire naturæ et extra fieri quæ debentur, sed appositio quam facimus super naturam per voluntatis actiones. Nam Deus omnia quæcunque fecit, bene fecit et mensurate; et quanto mensuram proportionis naturalium in nobis recte servamus, tanto naturalis motus compellere nos possit (43) ad declinandum a via Dei, sed tantummodo temperat.

His motibus movetur corpus; ut sciamus tantum, quod sit in nobis passio naturalis, non ad titillandum et infestandum quo charitas impediatur, aut ad obtenebrandum mentem a fervore, et a pace movendum ad viam. Si vero nos attracti fuerimus a sensualibus rebus per quas indignatio contra naturam consuevit impetum facere vel in esu vel in potu, vel in superabundantia quantitatis, seu in propinquitate mulierum, et accensio ipsarum aspectu aut collocutionibus quæ fiunt contra ipsas, ex quibus flamma concupiscentiæ accenditur, et exsultat in corpore, committamus et ferocitatem exinde mansionem naturalem vel propter complexionis abundantiam vel propter incurrentes rerum aspectus. Est aliquando ipsorum motus a permistione quæ propter opinionem nostram fit caste, et non est sicut ille : illas quidem pugnas libertatis vocemus, quæ sunt communis naturæ : pugna vero quæ fit ex promissione, quæ fit (44) ex causa naturæ : opinionis, scimus quod in laboribus et cautione per multa tempora facti sumus, et opinamur aliquid fecisse, permittimur impugnari, ut discamus humilitatem. Reliquæ vero pugnæ quæ propter hanc causam fiunt nobis ultra vires, a nostro tempore fiunt (45), quam natura cum oppositione aliqua materialem per gastrimargiam recepit nec quiescit.

Deinde ordine suæ primæ plasmationis. Nam ille qui turbationes et recreationes deposuit, compellitur invitus peccatum diligere : sine his enim recedere a blandimento sensualitatis nequimus. Qui quanto plus multiplicantur dolores, tanto magis hæc minuuntur. Quoniam turbationes et pericula voluntatem vitiorum occidunt : quies vero nutrit et auget eam. Igitur notum est manifeste, quoniam Deus et angeli ejus in quiete; quod si in tribulationibus et angustiis perficiuntur mandata Dei, nos quia ipsa contemnimus, ipsum ideo qui mandavit machinamur contemnere propter vitia quæ a quiete nascuntur, et evacuamus virtutis causam, videlicet tribulationem et angustiam. Nam in quantum mensura quietis in nobis inducitur, in tantum vitiis aptamus locum in nobis, quia in corpore angustiato cogitationes in vanitatibus agitari non possunt. Cum autem quis in gaudio tribulationes sustinet et labores, potest utique cogitationes refrenare potenter, quia ipsæ cogitationes in fatigationibus cessant. Quando vero recordatus fuerit homo propriorum peccatorum suorum, et cruciaverit se ipsum, tunc et Deus curam gerit, ut ipsum quiescere faciat; et gaudet Deus ex eo quod ipsemet sibi ipsi pœnam inflixit de prævaricatione viæ Dei; quod utique veræ pœnitentiæ signum exsistit : et quanto plus ipse pœnitentiam egerit animæ suæ, tanto magis ejus præmium multiplicatur a Deo. Omne autem gaudium quod a virtute non habet causam, statim excitat motus concupiscentiarum inventori suo. Intellige quidem hæc de omni concupiscentia vitiosa. Non enim hoc dicimus de concupiscentia naturali.

CAPUT XXXVIII.

Quod virtutes invicem sibi succedunt.

Virtutes invicem sibi succedunt; ne enim fiat via ipsarum onerosa gravisque et non ordine peragatur : et ex ea alleviatur, et ut facilia sint ea quæ sunt difficilia propter bonum, sicut et bona. Nemo enim potest acquirere inopiam virtute, nisi seipsum inducat et præparet ad sustinendum tentationes, nisi qui credidit quod aliquid superans corporalem quietem pro tribulationibus ad excipiendas se præparavit : primo dilectio tribulationum **27** movetur in ipso, deinde supervenit et cogitatio inops fieri de his quæ sunt mundi, et omnis qui appropinquat tribulationibus. Quicunque privaverit se rebus materialibus, nec privaverit se ipsum etiam efficacia sensuum, visus videlicet et auditus, tribulationem duplicem sibi mendicabit, et duplex miser fiet et tribulabitur : quinimo quæ utilitas privari materialibus rebus, et in ipsis delectari per sensus? Nam illud idem patitur ex passionibus quæ in eis sunt, quod actualiter prius patiebatur pro eo quod memoria consuetudinis earum non recedit ab animo suo. Si enim imagines

(43) *Nos possit.* Forte, *non potest.*

(44) *Ex promissione, quæ fit.* Forte, *ex permissione fit.* Et paulo ante quoque legerit quis *permissione* pro *permistione.*

(45) *Tempore—quam.* An *tepore—quem?*

ipsarum menti factæ dolorem ministrant homini sine rebus eisdem, quid habemus dicere de appropinquante essentia? Bonus est ergo excessus : etenim valde operatur, cum cogitationes viriliter mansuescit, et potentiam in exercitatione imponit, necnon patientiam magnam imponit homini in supervenientibus sibi necessariis tribulationibus, a quo requirere est consilium.

CAPUT XXXIX.

Ne homo consulat alienum.

Ne quæras consilium ab aliquo qui non sit de conversatione tua, quamvis sit sapiens valde ; et committe potius cogitationes tuas idiotæ in experientia rerum facto, quam eloquenti philosopho superscrutationem loquenti sine experientia rerum. Quid est igitur experientia rerum? Experientia est non quod aliquis ingrediatur et perspiciat, aliquarum rerum nondum assumens in ipsis earumdem agnitionem in se ipso; sed quod excipiat illarum experientia utilitatem et damnum ipsarum operabiliter per moram quam fecit in eisdem. Quemadmodum videtur multoties res damnum, et ejus habitus invenitur merces utilitate repleta, eodem quoque modo intellectu et in hujusmodi contrario videlicet videre, multoties res utilitatem habentes et habitus damno repletur. Unde plures homines ex rebus quæ videntur lucrabiles, inveniunt damnum, et nec ex ipsis testimonium scientiæ verum exsistit. Illo ergo consiliario utere, qui novit probare in patientia res discretionis : propter hoc autem non est quilibet fide dignus ad dandum consilium, nisi qui prius bene voluntatem propriam gubernaverit, et actores et detractores non pertimescet.

CAPUT XL.

Quod quanto magis homo vigiliis proficit, tanto majores tentationes habet.

Quando enim inveneris in via tua pacem inalterabilem, tum pertimesce, quia longe distat recto tramite qui laboriosis pedibus sanctorum calcatur. Nam quanto progrederis in via civitatis regis, et appropinquas civitati, hoc tibi sibi sit signum, fortitudo tentationum occurret tibi ; et quanto proficis, tantum tentationes multiplicantur contra te : cum autem persenseris in anima tua alium gradum excelsum, in occulto recipe, et addita est gratia in statu in quo stabat. Nam secundum magnitudinem gratiæ tantum in tribulatione tentationum Deus adducit animam, non in sæculares tentationes quæ fiunt ad refrenandum malitiam ; et res manifestas neque corporales turbationes intelligas eas esse, sed tentationes convenientes monachis in solitudine sua, quas postmodum distinguemus. Quod si anima infirmitatem habet, nec est sufficiens ad magnas tentationes, postulet non intrare in eas, et Deus exaudiet eam. Scito vere, quod in quantum insufficiens est ad magnas tentationes, in tantum est et ad magna charismata insufficiens ; et quemadmodum magnarum tentationum incursus præpeditus in ipsa sit, et magna charismata præpediuntur in ea : quoniam non dat Deus magna charismata sine magnis tentationibus. Nam ei tentationes secundum charismata dinumerata sunt a Deo juxta sapientiam ejus, quoniam hi qui ab eo creati sunt non comprehendunt. Igitur a difficilibus tribulationibus contingentibus tibi ex dispensatione divina, comprehendis quantam consolationem recepit anima tua de magnitudine ejus. Nam secundum tristitiam, est consolatio.

Quid ergo prius est, tentatio et deinde charisma, an prius charisma, et fit deinde tentatio? *Responsio.* Non venit tentatio, nisi prius recipiat anima tua in occulto etiam magnitudinem super primam suam mensuram et spiritum gratiæ, quoniam recipiat prius et testatur ad ipsum tentatio Dei : similiter et tentationes apostolorum. Non enim permissi sunt in tentationes intrare, quousque Paracletum receperunt. Nam qui communicabant bonis, convenit eos sustinere tentationes ipsorum ; quia post bonum est et tribulatio ejus. Ita enim placuit sapienti Deo in omnibus facere ; et in hoc scit gratiam esse prius quam tentationem ; verumtamen præcessit sensualitas tentationum sensualitatem gratiæ propter probationem libertatis. Nunquid etenim provenit in aliquo gratia, prius quam gustet tentationem? præcedit etiam gratia mentem, in sensualitate vero retardat : unde decet nos habere in his tentationum temporibus quædam duo contraria invicem, et in nullo similia. Hæc autem sunt gaudium et timor. Gaudium quidem, quod in via sumus quam calcaverunt sancti ; quin imo vivificator in ea inventus est ambulare : et hoc est manifestum ex agnitione tentationum. Timorem vero debemus habere, ne forte ex causa superbiæ tentemur. In istis autem humiles instruuntur a gratia, ut hoc discernere possint, et scire quid sit tentatio quæ fit ex fructu superbiæ, etiam quæ sit illa quæ fit ex alapis in illis qui verberantur ex charitate : discretæ sunt enim ab invicem tentationes quæ sunt a conamine et augmento conversationis in bono et tentationibus promissionis, quæ sunt melius ad castigationem vel gustationem propter superbiam cordis.

CAPUT XLI.

Quæ sunt tentationes quibus anima proficit.

Tentationes quæ fiunt a virga spirituali ad profectum et augmentum animæ, in quibus exercitatur anima, et probatur atque mundatur, sunt istæ. Pigritia, gravitas corporis, luxatio membrorum, acedia, confusio mentis, dolores corporis, excisio spei ad horam, obtenebratio cogitationum, defectus humani auxilii ad horam, egestas corporalis usus, et his similia.

Ex his tentationibus acquirit homo animam solitariam, et sui protectionem, et humilitatem, et cor

contritum : et ex his probatur quis veniat ad desiderium Creatoris. Hæc autem dispensator ordinat juxta possibilitatem et juxta necessitatem sapientium ea. His contemperantur consolatio, et adversitatis lux, et tenebræ, prælia et adversiones : et breviter dicere, angustant hoc atque hoc, est signum **28** profectus hominis per auxilium. Tentationes itaque quæ fiunt a promissione Dei contra imprudentes, et extollentes se in mentibus suis coram bonitate Dei in superbia sua : sunt istæ tentationes dæmonum manifestæ, quæ sunt supra potentiam animæ, defectus virtutum sapientiæ, quæ sunt in eis sensualitas acuta intentionis fornicandi, quæ permittitur contra eos ad humilitatem elationis eorum : indignari cito, velle statuere et contemnere, error mentis totalis, blasphemia contra nomen Dei, intentiones fatuæ plenæ risu, imo planctu ; contemni ab omnibus, destructio honoris sui, fieri confusio et opprobrium in modis multis a dæmonibus occulto, manifesteque desiderium commisceri et conversari in mundo, loqui et nugari semper insipienter, adinvenire sibi renovationem, semper cum falsa prophetia promittere multa supra posse suum : hæc quidem sunt animæ. In corporalibus vero contingunt dolorosi eventus : permanentes semper perplexi, vixque solubiles occursus malorum, semper et impiorum hominum, incidere in manus hominum tribulantium in otio cordis semper sine causa, et repentino timore parati multoties minas magnas ex lapidibus et altis locis et his similia quæ fiunt et corporis fractione. Ultimo egestas sapientiæ nostrum cor ex divina virtute et spe fidei suæ ; et, ut cito dicantur, quotquot impossibilia et supra vires sunt, inducuntur ei. Hæc autem quotquot superius notavimus et determinavimus, dæmonis sunt tentationum superbiæ : apparet autem principium in homine, quando quis incipit se habere sapientem in oculis suis, et sic transmutatur in omnibus malis, secundum mensuram susceptionis hujusmodi cogitationum superbiæ : a speciebus ergo cogitationum tuarum comprehende viam subtilitatis mentis tuæ. Quod si videris aliquas ex his tentationibus commistas cum aliis tentationibus quæ superius ante dictæ sunt, scito quod in quantum habes ex istis, in tantum superbia tibi contingit vel incumbit.

CAPUT XLII.

Quod patientia hominis repellit adversitates.

Mens adversitates et tribulationes quæ non participat, patientiæ duplex habet tormentum. Patientia enim hominis repellit adversitates ejus. Pusillanimitas enim mater est cruciatus. Patientia vero mater est consolationis. Et virtus quædam quæ a latitudine cordis habet oriri ; quam virtutem difficile est hominem invenire in tribulationibus suis absque divino charismate, quæ ex perseverantia orationis invenitur et lacrymarum effusione.

CAPUT XLIII.

De pusillanimitate.

Quando vult Deus peramplius tribulari, promittit etiam venire ad manus pusillanimitatis. Hæc autem parat in eo potentiam acediæ, in qua gustat suffocationem animæ, quæ est gustatio gehennæ, et ex hac superinducitur spiritus excessus ex quo nascuntur plurimæ tentationes, scilicet confusio, furor, blasphemia, fatua culpatio, perversæ cogitationes, et de terra in terram transmigratio, et his similia. Quod si dixeris, Quæ est causa horum ? dico tibi, quod Negligentia tua, quia non curasti medicinam eorum : una est enim omnium eorum medicina, per quam quis invenit statim in anima consolationes : hæc est, humilitas cordis ; et præter hanc destruere terminum istorum malorum nemo poterit, quinimo, invenit eum sub potentia contra eum. Ne indigneris contra me, quia dico tibi veritatem ; non quæsisti eam ex tota anima tua unquam : idem scire si vis, fac te in regione sua, et videbis quomodo dabit malitiæ tuæ. Nam secundum mensuram humilitatis tuæ, datur tibi et patientia in adversitatibus tuis ; et secundum patientiam tuam alleviatur gravitas tribulationis tuæ, et consolationem obtinebis. Secundum vero consolationem tuam magnificatur tua dilectio circa Deum, et secundum dilectionem tuam magnificatur gaudium in Spiritu sancto. Ab illis vero qui vere sint filii, Pater misericors quando placet ei effectum facere tentationum earum, non aufert ab actione tentationes ipsorum, sed patientiam præstat eis in ipsis, et omnia bona hæc et in patientia eorum recipit ad perfectionem animarum ipsarum. Dignos nos igitur faciat Christus in gratia sua sustinendi mala cum amore suo, et cum regeneratione cordis. Amen.

CAPUT XLIV.

De virtute corporali et virtute spirituali, quomodo purgant hominem.

Virtus corporalis in solitudine mundat corpus a sordibus quæ sunt in ipso ; virtus vero mentis humiliat animam et purgat eam a grossis et perniciosis intellectibus, ut moveatur potius in contemplatione sua. Hæc autem contemplatio propinquare facit eam ad nuditatem mentis, quæ vocatur contemplatio immaterialis. Et hæc est spiritualis virtus ; hoc enim extollit animam a terrenis, et appropinquare facit eam primæ contemplationi spiritus, et apud Deum constituit animum ad contemplationem gloriæ ineffabilis, quæ est motio intellectuum magnitudinis ipsius, et separat illum ab hoc sæculo et ejus sensualitate ; et ex hoc, de spe nostra illa deposita certificamur, et ad certitudinem ejus ordinis pervenimus ; et hæc perseverantia est certificatio, de qua dicit Apostolus : perseverantia est certificatio, in qua lætatur mens intelligibiliter, videlicet in spe promissa nobis. Quid autem sint hæc, et quomodo quodlibet istorum est, audi. Conver-

sationem corporalem quæ secundum corpus est, vocat corporalia opera quæ fiunt ex emendatione carnis in actione virtutis per opera manifesta in semetipsis in quibus purgantur ab immunditia carnis. Conversatio vero animi est operatio cordis quæ fit incessanter in solitudine judicii, scilicet justitiæ et judiciorum ejus, oratio indeficiens cordis, consideratio dispensationis et curæ Dei in hoc mundo similiter facta spiritualiter et totaliter, nec non et cavere a vitiis collectis; ne occurrat quid ex eis in regione occulta et spirituali : hoc est opus cordis, quod vocat conversationem animi.

CAPUT XLV.

De contemplatione materialium.

In opere conversationis quod vocatur actus animæ, humiliatur cor, et separatur a communione confusæ vitæ, quæ est contra creaturam. Ex his incipit aliquando moveri ad intelligendum et intuendum in contemplatione naturalium quæ creata sunt ad usum et augmentum corporis, et quomodo in ministratione eorum datur virtus quatuor 29 elementis, quæ sunt in actione vel in corpore.

CAPUT XLVI.

De conversatione spirituali.

Conversatio quoque spiritualis est actio sine sensibus, et hæc est, quam descripserunt Patres; quam cum mentes sanctorum suscipiunt, substantialis aspectus et pinguedo corporis tolluntur, ac deinde aspectus fit intelligibilis. Aspectum autem substantialem vocat orationem primæ naturæ, et ex hoc aspectu substantiali dehinc facile transcendit ad agnitionem solitariæ conversationis, quæ est in expositione manifesta misericordiarum Domini. Hic est magnus status futurorum bonorum, qui datur in libertate in mortalium vita, in conversatione quæ est post resurrectionem, qui non cessat in humana natura mirari Deum, nec considerat omnino quid de creaturis : nam si esset aliquid substantiale Deo, habuisset utique mens memoriam in illo. Quod si omnis pulchritudo illorum quæ fiet in resurrectione futura, inferior est pulchritudine ejus, quomodo potest aliquis exire in aspectu suo extra pulchritudinem Dei? Quid ergo mors contristat eum, vel gravitas carnis seu memoria consanguineorum ejus, sive necessitas naturæ ac diversitas vel contrarietas seu exsultatio ignota, seu naturæ imperfectio, aut circumdatio elementorum, vel cum aliquo locutio, seu acedia laboriosissima, seu sollicitudo carnis? Sed hæc omnia quamvis in hoc mundo fiant, et in tempore illo quando ablatum fuerit velamen vitiorum ab oculis animi, et perspexerint ad illam gloriam, statim extollitur animus in obstupefactione : et nisi quem terminum Deus posuit (46) in hac vita super hujusmodi rebus, et quantum deceat in ipsis morari, per totam vitam hominis promissum esset, non haberet exire a contemplatione eorum : et quanto potius ostendimus, ubi hæc omnia non sunt. Virtus autem illa indefinita est, et eisdem rebus substantialiter erimus intra imperiales aulas, si digni fuerimus pro conversatione nostra. Quomodo potest ergo aliquis in tantum exire et elongari ab illa mirabili et divina contemplatione et in aliam rem incidere? Væ nobis! quia non cognoscimus nostra, neque ad quam conversationem vocati sumus : sed viam hujus infirmitatis, et statum vitæ et tribulationes mundi et ipsum mundum et malitiam ejus, et quietes ejus reputamus aliquid.

Sed, o Christe, qui solus potens es, cujus susceptio est apud te, et ascensiones in corde tuo disposuit, tu, Domine, averte facies nostras a mundanis in desiderio tuo, donec videamus eum sicut est, nec credamus malitiæ sicut veritati, neque simus increduli veritati sicut et umbræ. Innova in animo sollicitudines ante mortem, ut in hora exitus nostri cognoscamus, quomodo sint ingressus nostri et exitus in hoc mundo, quousque perficiamus opus in quo vocati sumus secundum voluntatem tuam in hac vita prius : postea superabimus in animo repleto confidentia recipere magna secundum promissionem Scripturarum, quæ præparavit charitas tua in secunda renovatione, quorum memoria conservatur in fide [secretorum.

CAPUT XLVII.

De munditia corporis et animæ.

Munditia corporis est sanctitas de pollutione carnis : munditia vero animæ, liberatio ab occultis passionibus quæ sistunt in animo. Munditia quoque mentis est in revelatione secretorum : purgatur enim ex omnibus accidentibus sensuum in mundo pinguedinis eorum. Nam et infantes parvi, mundi sunt corde et innocentes anima, et nemo vocat eos mundos mente. Munditia enim mentis perfectio est in conversatione cœlesti, scilicet in contemplatione quæ ex sensu movetur in virtute spirituali superborum mundorum (47) innumerabilium, quorum conversatio divisa est ab invicem subtili et invisibili mysterio ipsorum existentium in intentione divinarum revelationum et contrariarum ipsarum in omni hora. Ipse autem Deus noster nos faciat semper videre eum in nuditate mentis, et postea immediate in Spiritu sancto in sæcula sæculorum : cui sit gloria. Amen.

CAPUT XLVIII.

De ostio secretorum.

Fides est ostium secretorum. Nam quemadmodum corporales oculi, substantialibus rebus, sic

(46) *Quem—posuit.* Forte, *aliquem—posuerit.*
(47) *Mundorum.* Edit. Paris. 1644 *mandatorum.* At Lugdun. 1677, ut in textu.

est fides, oculis occultis et intelligibilibus thesaurus. Oculos duos habemus animæ, sicut dicunt Patres, velut duos oculos corporis ; nec est idem usus aspectus in utroque. In uno enim oculo intuemur occulta gloriæ Dei, quæ occulta in naturis : scilicet potentiam ejus, sapientiam ipsius, et dispensationem ejusdem coæternam circa nos, quæ comprehenditur ex magnitudine regiminis ejus apud nos : et in hoc oculo cœlestes ordines conservos nostros videmus : in oculo alio contemplamur gloriam naturæ ejus sanctæ, hoc est, ipsius Dei, beneplacitum quando fuerit Deo, inducere nos in secreta spiritualia, et mare fidei aperire in animo nostro. Gratia post gratiam data est hominibus ; pœnitentia ejus est regeneratio secunda ex Deo, et arrha quam ex fide recepimus, per pœnitentiam recepimus donum ejus. Pœnitentia est porta misericordiæ, quæ aperta est persequentibus eam. Per hanc portam intramus ad divinam misericordiam, et absque introitu illo non invenimus misericordiam ; quia *omnes peccaverunt*, juxta divinam Scripturam, *justificati gratis per gratiam ejus* [67] : et oritur in corde a fide et timore. Timor autem est baculus spiritualis, nos gubernans quousque perveniamus ad paradisum spiritualem bonorum ; et cum ibi applicamus, dimittit nos ut revertamur. Paradisus est charitas Dei, in qua est delectatio cunctarum beatitudinum, ubi beatus Paulus nutritus est cibo supra naturam : ex quo gustavit in lignum vitæ, clamavit dicens : *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se* [68].

De hoc bono fuit prohibitus Adam, non consilium diaboli. Lignum vitæ est charitas ex qua excidit Adam, et ulterius non occurrit sibi gaudium, sed in terra spinarum operatur et laborat. Qui de charitate Dei separati sunt, panem sudoris comedunt in operibus suis, quanquam in rectitudine 30 ambulent, quem protoplastus visus est comedere post occasum. Donec inveniamus charitatem, in terra spinarum est operatio nostra et inter spinas seminamus et metimus, quamvis semen nostrum fuit semen justitiæ, et in omni hora pungimur ab eis ; et quantumcunque justificemur, in sudore vivimus vultus nostri ; et quando invenimus charitatem, pane cœlesti vescimur et confortamur sine opere et labore. Cœlestis *panis est* Christus, *qui de cœlo descendit et vitam tribuit mundo* [69]. Hic est cibus angelorum. Qui charitatem invenit, Christum manducat in unaquaque hora, et fit immortalis. Ait enim : *Qui comederit panem quem ego dedero ei*, mortem non gustabit, vel *vivet in æternum* [70]. Beatus autem qui comedit de pane charitatis, qui est Christus : Christum enim comedit qui est omnium Deus. Et testatur beatus Joannes dicens : *Deus charitas est* [71]. Igitur A vitam ex Deo fructificat, qui in charitate vivit ; et in hoc mundo exsistens illum aerem resurrectionis odoratur ; ita isto namque delectantur justi in resurrectione. Charitas est regnum quod permisit (48) Deus figuratim vel figurative apostolis comedere in regno suo. Quid enim comedetis et bibetis in mensa regni mei ? Charitas enim sufficiens est nutrire hominem pro cibo et potu : hoc est vinum quod lætificat cor hominis. Beatus qui bibit ex vino isto : ex hoc biberunt impudici, et facti sunt pudici : et ebrii, et facti sunt jejuni, seu jejunatores : et peccatores, et obliti sunt vias offensionum : et divites, et affectarunt paupertatem ; et pauperes, et ditati sunt spe ; et fragiles, et facti sunt robusti ; et idiotæ, et facti sunt sapientes. Sicut impossibile est transire magnum mare sine navi, sive vasculo, sic non potest aliquis sine timore transfretare ad charitatem. Mare fetidum quod statutum est inter nos et charitatem, intelliges. Paradisum cum vasculo pœnitentiæ transfretare possumus, habentes pro remigatore timorem ; quod si isti remigatores timoris non gubernant hanc navem pœnitentiæ cum qua transimus mare hujus mundi ad Deum, submergimur in fetido mari. Pœnitentia est navis, timor vero gubernator ejus, charitas portus divinus : facit ergo timor nos sedere in navi pœnitentiæ, et transfretat nos mare mundi fetidum, et ad portum divinum qui est charitas, perducit nos, ad quem respiciunt omnes qui laborant et tribulantur in pœnitentia. Cumque pervenimus ad charitatem, pervenimus ad Deum, et via nostra perficitur ; et inde transimus insulam quæ est ultra mundum, ubi Pater, et Filius, et Spiritus sanctus facit nos dignos gloria sua charitateque per timorem : cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XLIX.

De duplici scientia, scilicet naturali, et quæ est ex fide, et de mensura utriusque.

Est scientia præcedens credulitatem, et scientia quæ nascitur ex credulitate. Scientia quidem præcedit credulitatem in naturalibus ; scientia vero quæ nascitur ex credulitate, est scientia spiritualis. Scientia naturalis est, quæ discernit bonum a malo, et vocatur discretio naturalis, in qua novimus bonum, et discernimus bonum a malo. Naturalis, absque documento hanc posuit Deus in naturali natura, et a documento additamentum suscepit et augmentum, nec est aliquis qui hanc non habeat. Hæc autem virtus naturalis discretio est boni et mali quæ moventur incessanter in ipsa ; et qui privati sunt ea, inferius naturali natura subsistunt ; et qui habent eam in motu naturali, recte consistunt, nec habent aliquam confusionem in his quæ contulit Deus naturæ ad honorem naturalium suorum. Illos vero qui hanc agnitionem perdiderunt quæ

[67] Rom. III, 23, 24. [68] I Cor. II, 9. [69] Joan. VI, 33. [70] ibid. 52. [71] I Joan. IV, 8.

(48) *Permisit*. Legendum videtur *promisit*.

discernit bonum a malo, et inter illos qui perdi- A
derunt eam, *assimilavit insipientibus jumentis non* [71] habentibus rationem nec discretionem. In hac impossibile est invenire viam Dei et scientiæ naturalis; et hæc præcedit credulitatem. Hæc etiam ductrix est ad Deum, quia in eo cognoscimus bonum a malo. Hanc recipere credulitatem testatur utique virtus naturæ, quod deceat hominem credere illi qui perducit ad Creatorem. Hæc omnia et credere (49) verbis mandatorum eorum et facere ea quæ ex credulitate nascuntur.

Naturalis vero scientia quæ est discretio boni et mali, quæ ex Deo est imposita naturæ, nec suggerit nobis quæ debeat credere Deo qui producit omnia. Et credulitas facit in nobis timorem; et timor compellit nos pœnitere ac operari; et B
Deus est dator spiritualis scientiæ hominum quæ est perceptio secretorum, quæ parit fidem veræ contemplationis. Diximus et non simpliciter, ex credulitate tantum nuda nascitur spiritualis scientia, sicut dixit sanctus Joannes Chrysostomus. Quod quando quis acquisierit voluntatem sequendi timorem Dei et secretam prudentiam, cito recipit revelationem secretorum, id est, spiritualem scientiam hominis. Timor autem Dei parit hanc spiritualem scientiam : quia in natura non est adjiciens, nasci non potest : sed accidentatur scientia hæc, dum fit operatio in timore Dei; et invenis, quia pœnitentia et scientia spiritualis hæc est. Hæc siquidem quam diximus, quod ejus arrham recepi- C
mus in baptismate, pœnitentiam vero recepimus, donum ejus; et donum quoque quod diximus quando per pœnitentiam recepimus, est hæc scientia, spirituale donum scilicet, quod per efficaciam timoris Dei datur.

CAPUT L.

De scientia spirituali.

Spiritualis scientia est occultorum perceptio : et quando quis hujusmodi invisibilia, et valde superacuta assumit, ex his spiritualis scientiæ nomen nascitur in ipsius perceptione, et credulitas alia quæ non est contraria primæ, sed certificans credulitatem illam quæ est, et vocavi eam credulitatem contemplationis : usque illuc est auditus, D
aspectus vero certior est auditu. Hæc ergo omnia ex illa scientia discernente bonum a malo quæ est in natura, nascuntur; et semen bonum virtutis est, quod jam dictum est. Quando vero hanc naturalem scientiam revelaverimus in voluntate nostra voluptuosa, ex omnibus his bonis excedit (50) : sequitur ergo hanc scientiam continua scientia, memoria mortis, indeficiens sollicitudo quædam tormentum exsistens, usque ad exitum istum : post hanc tristitiam et mœstitiam, timor Dei; quæ est a natura tristitia pro prioribus peccatis decens

[71] Psal. XLVIII, 13, 21.

(49) *Et cred.* Forte, *est cred.*
(50) *Excedit.* Al., *excedis.*

studium, etiam omnia communis vitæ et solitudo divinitatis ejus, petitio cum gemitu a Deo intrandi ad portam **31** istam, quæ est omnis naturæ istius conceptus mundi, et multum pro virtute certamen.

Hæc omnia inveniuntur in scientia naturali : faciat ergo collationem de spiritualibus operibus suis et ista; et cum inventus fuerit in istis, in via naturali ambulet; et quando de his fuerit elatus, et ad charitatem pervenit extollens supra naturam, et recedit ab eo certamen et timor et labor et fatigatio quæ consistit in cunctis. Hæc sunt sequentia scientiam naturalem, et hæc eadem invenimus in nobis, quando revelamus eam voluntate nostra voluptuosa; et in his donis pertingimus ad charitatem quæ nos liberat ab omnibus his. Ex supra dictis ergo consolationem faciat quis, et perscrutetur semetipsum in quibus ambulat, utrum in illis quæ sunt contra naturam. Ex modis perfecte prædictis, cito quis invenire potest regimen totius viæ suæ; et cum non fuerit inventus in his quæ secundum naturam dicta sunt a nobis quæ distinximus, nec est in his quæ sunt supra; manifestum est, quod in illis quæ contra naturam sunt, detectis.

CAPUT LI.

De tentationibus.

Non est enim tentatio bona quæ non fit a gratia divina incidente in corde, nec cogitatio mala propinqua est animæ, nisi ad tentationem et probationem. Homo qui pervenit ad agnitionem mensuræ infirmitatis, hic ad humilitatis perfectionem pervenit. Qui conducit charismata Dei ad hominem cordis et quod ad indeficientem negationem movetur, qui conducit tentationem ad animam, cogitatus est murmurationis qui movetur semper in corde : omnes infirmitates hominis sustinet Deus, hominem murmurantem non sustinet nisi corrigat : cum anima enim omni caret illuminatione scientiæ, in hujusmodi tentatione invenitur. Os vero semper laudans Deum, benedictionem accipit a Deo, et perseverans in actionibus gratiarum, in ipsum supervenit : gratiam præcurrit humilitas, et cogitationem præcedit operatio. Qui superbit, in blasphemia cadere permittitur, et qui de operatione virtutum extollitur, et qui Deum præ oculis non habet, contra Deum vel contra proximum semper pensat, in fornicationem permittitur cadere, et de sapientia elevatur (51), tenebrosos ignorantiæ laqueos patietur. Qui ignorat omnem hominem memoria Dei, auxilium invenit ab omni homine in occulto vultu Dei. Qui se objicit pro injuria patienter, Deum inveniet auxiliatorem sibi. Qui pro malitia fratrem suum accusat, Deum inveniet accusatorem suum. Qui occulte proximum corrigit, malitiam ejus sentit. Qui vero in conventu accusat delicta, vulnera exa-

(51) *Elevatur.* An *elevatus?*

cerbat. Qui occulte corrigit fratrem suum, affectum charitatis ostendit : amicus in occulto redarguens, sapiens medicus est. Signum compassionis est debiti indulgentia : et signum malæ operationis, culpanti contradicere. Qui ad sanitatem reprehendit, in charitate corrigit : qui autem quærit vindictam, in animo sine charitate. Deus in charitate corrigit non ulciscens, sed quærit ut sanetur imago ejus, et ad tempus non servat iram usque : hic modus charitatis ex rectitudine est, et malitiose ad communicationem non declinat. Justus sapiens similis est Deo : non corrigit ulciscens malitiam, sed ut correctus dirigatur, ut cæteri caveant. Correctio huic correctioni non est dissimilis. Qui vero in fortitudine suæ scientiæ admirans in contemplatione divinæ scientiæ, contemplatur magnitudinem carnis inquisitione, a virtute non derivat, et in corde suo elevatur. Qui dirigit mentem suam ad dignam Dei retributionem, ipse ad profundum humilitatis corpore et anima descendit in conversatione sua : cum vero scientiæ proximus totus elevatione elevatur, et quantumcunque elevatus fuerit, ascensio suæ scientiæ non perficitur, donec gloriæ sæculum per se quæratur. Quantum quis proficit apud Deum, tantum ejus vestigiis adhærebit; et in secundo sæculo faciem ostendit illi, non quod est : quia justi in sæculo etiam fidem Dei in ænigmate conspiciunt, in futuro vero manifestationem veritatis contemplantur.

Ignis in siccis lignis accensus difficilius exstinguetur. Et calor Dei qui fit et incidit ad cor renuntians sæculo, ejus ignitio non exstinguitur, et est acutior igne. Vel vinum membra subjectans omnibus, oblivionem inducit fortitudine sua; et cum memoria Dei usum tenet in mente, visibilium memoriam tollit a corde. Mens quæ invenit sapientiam spiritus, similis est illi qui naviculam paratam ad transfretandum invenit; et cum sedet in ea, transducit de mari mundi, et facit applicari insulam futuri sæculi : sic est sensus futuri sæculi in hoc mundo, sicut navicula parva in mari; et qui appropinquat illi, non ulterius laborat in fluctibus phantasiæ hujus mundi. Negotiator sorte sua finita properat ire domum suam, et monachus residuo vitæ suæ futurum sæculum desiderat; quoniam redemit tempus suum, et arrham recipit suam. Quandiu est negotiatio in mari, timor possidet mentem suam, ne forte fluctus surgant in eum, et submergatur spes operationis suæ. Et monachus quandiu est in mundo, timor detinet conversationem suam, ne forte insurgat in eum hiems, et amittat quod est operatus.

Negotiator autem et monachus inspicit horam mortis; nauta consideratione dirigit navem suam; et monachus orationem respicit, quia corrigit semet ipsum et dirigit viam suam ad qualemcunque portum tendit conversatio sua. Monachus in oratione quæ fit per horam, vidit insulam in qua alligabit naviculam suam, et inde transit ad aliam insulam. Hæc est via monachi transeuntis de scientia ad scientiam, et profectu scientiarum proficit, donec descendat de mari et ad sanctitatem veram perveniat via sua, in qua habitantes non amplius negotiantur, sed unusquisque in suis deliciis requiescit. Beatus homo cujus via non est confusa in hoc mundo magno, id est, in mari magno. Cum gaudio ad portum qui natat nudus, mergitur in mari, donec inveniat margaritam : et sapiens monachus nudus perambulat in hac vita, donec inveniat sibi monachorum margaritam Jesum Christum; et cum invenerit ipsum, non amplius possidet cum ipso aliquod antrum. Margarita in penetralibus custoditur : et voluptas monachi intus quietudine conservatur. In congregatione et multitudine virgo maculatur : et mens monachi multorum locutione violatur.

Avis ab omni loco currit ad nidum suum, ut pascat pullos suos; et monachus discretus accelerat ad habitaculum suum, ut in se ipso faciat fructum vitæ. Serpens cum tactum fuerit totum corpus ejus, custodit caput : et monachus ab omni malo fidem suam, quæ principium est vitæ suæ. Nubes operit solem : et multa verba operiunt animam incipientem illuminari in contemplatione orationis. Herodius secundum dicta sapientum tunc exsultat et lætatur, quando est in deserto : et anima nostra tunc gaudium accipit cœleste, cum elongaverit se ab 32 omnibus, et vadens habitat in regione quietis, et exspectat tempus exitus sui. Dicitur de Syrene quod audiens vocem ipsius modulationis, proprii obliviscitur itineris, et cantus dulcedine captus cadens moritur; sic et res animæ, cum pervenerit in ipsam dulcedo cœlestis præ modulatione suavitatis verborum Dei, quæ subintrant cum sensu intellectum; sic tota abiit post ipsam, ut obliviscatur ipsius vitæ temporalis, et destruat corpus delectationibus suis, et exaltatur ad Deum de vita sua. Arbor nisi projiciat folia priora, non producit recentes ramos : et monachus nisi prius projiciat a corde suo memoriam priorum, non producit recentes ramos et fructus in Christo Jesu. Ventrem impinguat fructus : et sollicitudo Dei fructus animæ. Canis qui lingit ulcera, prius sanguinem bibit, et nocumentum non sentit propter dulcedinem quæ fit ad horam : sic et monachus vanam gloriam bibens propriam vitam consumit, et non sentit nocumentum, propter dulcedinem quæ ad horam fit gloriæ sæcularis.

CAPUT LII.

De abstinentia spirituali.

Dixerunt Patres : In animam gulosam vitia revertuntur, quæ prius subjecta fuerant et expulsa. Nubes parva cooperit circulum solis, et sol cum nube fovet multum, et mœstitia modica cooperit animam : si tamen ejus gaudium exsistit magnum verbis mysteriorum divinæ Scripturæ sine petitione et oratione et adjutorio Dei, nec appropies, sed dic : Domine, da mihi sensus virtutis, et quæ in ipsa est. Clavem intellectum verborum verorum quæ sunt in

divinis Scripturis orationem existima esse. Cum volueris appropinquare Deo corde tuo, prius in temporalibus ostende laborem tuum. Ea his enim principium conversionis est : multum enim appropinquat cor Deo, in subtractione necessitatis in abstinentia unius specialis cibi, et sequitur operibus, et Dominus ex hoc facit fundamentum humilitatis. Existima otiositatem, principium obtenebrationis animæ. Sunt obtenebrationes autem super tenebrationes collocutionis sermonum sæcularium, primum occasio secundi et secundum primi. Et utiles sermones sine mensura probati obtenebrationem etiam faciunt : vilificatur enim anima multitudine collocutionum, quamvis præparatio ejus sit in timore Dei. Obtenebratio animæ ex inordinatione conversationis fit mensura, et tempus in conversatione illuminat mentem et confusionem expellit. Confusio mentis quæ est ab inordinatione, obtenebrationem facit in anima, et obtenebratio turbationem. Pax ex ordinatione fit, et lux ex pace nascitur in anima, et ex luce et pace (52). Mundus aer in mentem secundum mensuram appropinquationis cordis ad sapientiam, sic suscipit gratiam a Deo. Discretio sapientiæ occupationum spiritus est extramundanarum ; sicut sentis in anima tua, quia in sapientia spiritus silentium tenet in anima. In sapientia autem mundi fons occupationis actus est : post inventionem autem primæ sapientiæ, impleveris humilitate multa et mansuetudine et pace regnante super omnes cogitationes tuas ; et membra tua cessabunt et requiescent ex turbatione et inquietudine. Post inventionem autem sapientiæ secundæ, id est, mundanæ, possides superbiam in sensu tuo, et cogitationes immundas indicibiles et turbationem intellectus, dominationem et obdurationem sensuum et levationem. Non existimes hominem in oratione fiducialiter agere coram Deo, temporalibus obligatus.

Anima fraudulenta defraudatur sapientia : misericors autem sapientia et spiritu adjuvatur. Sicut oleum splendorem lampadis, sic eleemosyna nutrit animæ cognitionem. Clavis cordis divinorum donorum in charitate proximorum datur, et secundum mensuram solutionis cordis ex vinculis cordis aperitur coram ipso ostium cognitionis. Transitus animæ a mundo in mundum, susceptio intellectus est. Quam pulchra et laudabilis est dilectio proximi, si non sollicitudo ejus extrahat nos a dilectione Dei. Quam speciosa est collocutio spiritualis fratrum nostrorum, si possumus custodire, cum dat, collocutionem Dei. Ergo bonum est nomen tacere : probet bonæ operationis sive boni operis et conversionis occasionem indeficienter ad Deum. Confusio enim secundi ex stabilitate primi. Non sufficit autem mens ad duas collocutiones : unum tantum habet collocutorem constitutum et timentem Deum, et semet ipsum custodientem ; pauperem quidem exsistentem in tabernaculo suo, divitem vero in ministeriis Deo. Visio sæcularium confusionem facit animæ, rem mentitam propter opus Dei equidem. Spiritualium fratrum assidua locutio nocet, sæcularium autem et sola exterior visio operationem corporalem impedit. Qui vult ex parte mentis viudemiare gaudium, est in operatione absconditorum, et vices sine visione turbant requiem cordis : e converso, mortificatio super operatione sensuum non firmatur. Corporalis conversio evigilationem sensuum quærit : conversatio autem scientiæ evigilationem cordis. Sicut in natura melior est anima corpore, et sicut plasmatio prævenit animationem, sic et corporalia coram eo opus animæ. Magna est virtus, parva conversatio perseverans : petram duram volvit.

Quando incipit in te spiritualis homo surgere, mortificatio ex hominibus evigilet in te, et ferveat in gaudio anima tua supernæ similitudine creationis, et non pacificantur cogitationes pro delectatione cordis tui. Et quando incipit mundus surgere in te, occupatio mentis tuæ multiplicatur, et prudentia sæcularis et inordinata : sæculum autem voco vitia quæ pavit occupatio ; et quando concepta fuerint et perfecta, perficiuntur peccata, et interficiunt hominem. Sic non fiunt vitia sine occupatione mentis, nec consummatio peccati sine multiloquio vitiorum. Cum remultiplicata fuerit patientia in animabus nostris, signum est, quod recepimus in occulto gratiam consolationis. Fortitudo patientiæ, fortior est passionum cadentium in corpore : vita in Deo directa sensuum : quando autem vixerit cor, cadunt sensus. Resurrectio sensuum est mortificatio cordis a Deo ex virtutibus : quando sine homine fiunt, non recipit conscientia rectitudinem. Virtus quæ per alios operatur, quæ scilicet valet mundare animam : ad mercedem enim opus æstimatur et perficit virtutem ; utrumque et munditiam facit : propter hoc sapere primo, et secundum quæritur præter sollicitudinem quæ in hoc relinquitur aliquid, manifestus animus a Deo ; secundum autem et locum primi adimpletur sine operatione ejus. Requies et otiositas est perditio animæ, et magna quam dæmones possunt nocere. Corpus infirmum si supra virtutem suam operari cogis, obtenebrationem imponis animæ, et confusionem magis superinducis. Corpus vero forte si otiositati et requiei dederis, omnis malitia animæ habitabit in eo. Et qui bonum desiderat, sed tepide, et illud bonum a seipso tollit. Cum anima inebriata fuerit in gaudio spei supernæ lætitiæ Dei, insensibile fit corpus ejus ad tribulationem, quamvis 33 infirmum sit. Sustinet enim duplex onus : scilicet infirmitatis et tribulationis. Et non intelligit, sed concupiscit in deliciis animæ.

Si custodieris linguam tuam, o frater, datur tibi gratia a Deo compunctionis cordis, ut in ipsam

(52) *Et ex luce et pace.* Forte, *et ex luce pax.*

animam tuam intres, et in hoc in gaudium spiritus. Si lingua tua te vicerit, crede mihi in hoc quod dico tibi, numquam poteris exsilire a tenebris. Si non habes cor mundum, saltem habe cor purgatum, sicut beatus Hieronymus dixit. Cum volueris aliquem admonere ad bonum, prius da sibi quietem corporalem, et honora eum in sermone charitatis. Nil sic verecundari facit hominem et commutari a malitia sua ad meliora, sicut et corporalia bona et honor quem sibi videt exhiberi. Quantum agonem aggreditur quis pro Deo, tantum cordi ejus in oratione fiducialius operatur. Et quantum a multis occupatur, tantum fundatur adjutorio Dei. Ne tristeris, nec conturberis in calefactionibus corporis : mors enim accipiet eas a te perfecte. Ne timeas mortem, quia Deus te fecit super mortem.

CAPUT LIII.

De sobrietate et continentia.

Hic est ergo sobrius et Deo amabilis, non respicere oculis hinc inde, sed semper ante se otiosa verba loqui, sed tantum necessaria. Indumentis vilibus contectum esse ad necessitatem corporis, et sic cibis ad sustentationem corporis uti, ut non gastrimargiæ, et participare parum de omnibus, et non hæc reprobare et hæc eligere, nec impleat ex ipsis ventrem : major est enim omni virtute discretio, vinum propter (53) infirmitatem et debilitatem non sumere. Non præscindas verbum loquentis. Nec sicut indoctus respondeas, sed sicut prudens tacitus esto. Ubicunque inventus fueris, minorem te ipsum æstima et servum fratrum tuorum. Ne denudes aliquid tuorum coram aliquo membrorum tuorum, nec appropies corpori alicujus præter necessitatis causam, nec corpori tuo permittas aliquem appropinquare, nisi, ut dixi, de causa rationabili. Declina a fiducia mulierum sicut a morte : posce sobrium ordinem et sanctum, ne elongetur a te virtus quæ te custodit. In quocunque loco dormieris, si possibile est, nullus te videat. Spiritum coram aliquo non projicias : si evenerit tibi tussis sedenti ad mensam, verte faciem tuam retro, et tussi.

Cum sobrietate comede et bibe, sicut decet filios Dei. Ne extendas manum tuam ut accipias a conspectu ita coram aliquo, quid proximi tui inverecunde vel præsumptuose. Si autem sederit tecum extraneus, admone eum semel et bis ut comedat; et ordinate ponas te ad mensam, non turbulente; et ornate sedeas et honeste, non denudans quid membrorum tuorum. Cum oscitas, operi os tuum ne videaris; retines enim aspirationes transiens si potes. Si intraveris præceptoris tui cellam, aut amici aut discipuli, cave ne videas aliquid ibi. Si non vero fueris coactus, hoc non facias. Quia qui in his assiduus est, alienus est monastici habitus et Christi qui hunc donavit. Ne respicias loca, in quibus abscondita sunt vasa amici tui. Cum tranquillitate aperi ostium proximi tui, et claude similiter. Non subito ad aliquem introeas, sed pulsans ut externus, permissus ingredere. Ne sis velox in gressu tuo præter causam necessariam te compellentem. Esto omnibus obediens in omni tempore præter avaros et amatores : possessionem autem non sequeris, ut non fiat opus diabolicum. Mansuete cum omnibus tracta, et cum sobrietate, et honestate omnes aspice, et ne impleas oculos tuos aspectu alicujus rei ambulans in via. Ne prævenias majorem te. Si autem tardaverit socius tuus parum dum progrederis, exspecta eum : qui enim hoc non facit, insipiens est. Quando loquitur socius obvianti, exspecta eum. Sanus dicat infirmanti. Ante tempus faciamus necessitatem. Ne arguas aliquem in aliquo delicto : sed teipsum in omnibus æstima culpabilem et delicti causam. Omne opus vile cum omni humilitate facere non recuses.

Si coactus fueris ridere, non appareant dentes tui. Compulsus loqui cum muliere, averte faciem tuam a visione ejus, et sic cum ea loquere. A monialibus fuge, sicut ab igne et laqueo diaboli; fuge obviationem earum et collocutionem et visionem, ne colorent cor tuum sordibus vitiorum; quamvis sint sorores tuæ secundum carnem, sicut ab extraneis te custodi. A fiducia juvenum et allocutione fuge, sicut ab amicitia diaboli. Unum habe collocutorem et consortem timentem Deum, et semet ipsum custodientem : pauperem quidem exsistentem in tabernaculo suo, divitem vero in ministeriis Dei. Ab omnibus absconde mysteria tua, et tuas operationes serva. Ne sedeas coram aliquo sine habitu tuo, præter necessitatem. Cum sobrietate ad necessaria tua egredere sicut verecundans custodiente te angelo, et timorem Dei perfice. Melius est tibi comedere venenum mortiferum, quam cum muliere comedere, quamvis sit mater tua vel soror tua. Melius est habitare cum dracone quam dormire cum aliquo, et cooperiri cum eo, quamvis sit tibi frater secundum carnem. Si dixerit tibi, quis major te, tibi ambulanti in itinere : Veni, psallamus : noli esse inobediens ei. Si autem non dixerit, lingua quidem tace, corde vero Deum glorifica. Non resistas alicui pro aliquo, nec certes, nec mentiaris, nec jures per nomen Dei. Despice teipsum, et alios non despicias. Injuriam sustine, et alii injuriam non eroges. Melius est corporalia corrumpi cum corpore, quam damnificare quid animæ. In judicio cum aliquo non introeas, sed sustine condemnatus vel condemnabilis exsistens. Ne diligas animæ tuæ quid sæculare, sed subditus esto ducibus et principibus, et a conjunctione ipsorum te ipsum abstine : ipsa namque illaqueatio est illaqueans negligentiores in perditionem.

(53) *Vinum propter.* Forte, *vinum* nisi *propter.*

gulose, qui propriam quæris curare gulam, melius est tibi mittere in ventrem tuum carbones ignis, quam frixaturas divitum et principum. Superfunde tibi semper omne oleum misericordiæ, et esto observans te ab omnibus. A multiloquio tē ipsum custodi : illud enim exstinguit [in corde motiones intellectuales a Deo pullulantes. Fuge dominari cum prælatis Ecclesiæ, 2c cum aliis, sicut a leone audaci. Et in plateis iracundorum aut compugnantium ne transeas, ut non impleatur cor tuum furore, et detur animæ tuæ erroris obscuritas. Ne habites cum superbo, ut enim sancti sancta operatio auferatur ab anima tua, et efficiatur habitaculum omnium vitiorum. Has depositiones si servaveris, o homo, et custodieris te ipsum in meditatione Dei in veritate, videbit anima tua in semet ipsa lumen et in sæculum non tenebrescet : ipsi honor et gloria in sæcula. Amen.

ΙΣΑΑΚ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

—

ISAACI SYRI
DE COGITATIONIBUS.

(Petr. Possin. *Thesaur. asc.* 308.)

—

Ἡ κίνησις τῶν λογισμῶν ὑπὸ τεσσάρων αἰτιῶν γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ. Πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ φυσικοῦ θελήματος τῆς σαρκός. Δεύτερον, ἐκ τῆς φαντασίας τῶν αἰσθήσεων τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων ἅπερ ἀκούει καὶ βλέπει. Τρίτον, ἐκ τῶν προλήψεων καὶ τῆς κλήσεως τῆς ψυχῆς ὧν ἔχει κατὰ νοῦν· τέταρτον, ἐκ τῶν προσβολῶν τῶν δαιμόνων πολεμούντων ἡμᾶς εἰς πάντα τὰ πάθη διὰ τῶν τεσσάρων αἰτιῶν ὧν προείπομεν· ἐπὶ τοῦτο, ἕως τοῦ θανάτου οὐ δύναται ἄνθρωπος μὴ ἔχειν λογισμοὺς καὶ πόλεμον· ὅσον ἐστὶν ἐν τῇ ζωῇ τῆς σαρκὸς ταύτης. Εἰ γὰρ πρὸ ἀπαλλαγῆς τοῦ κόσμου καὶ θανάτου ἐνδέχεται ἀπαλλαγῆναι μίαν τῶν τεσσάρων αἰτιῶν τούτων, κρίνον σύ. Εἰ δὲ ἄτοπόν ἐστιν ἐννοῆσαί τι τῶν τοιούτων· ἐπειδὴ ἐπιδεής ἐστι τούτων ἡ φύσις ἡμῶν· λοιπὸν τὰ πάθη κινοῦνται ἐν παντὶ σωμαφοροῦντι, θέλοντι, καὶ ἡγουμένῳ· καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον παραφυλάττεσθαι πάντα ἄνθρωπον οὐχ ἕν λέγω πάθος, οὐδὲ δύο· ἀλλὰ πλείονα, ὡς σωμαφοροῦντα. Οἱ γὰρ νικήσαντες τὰ πάθη διὰ τῶν ἀρετῶν, εἰ καὶ ἐνοχλοῦνται ὑπὸ τῶν λογισμῶν, καὶ προσβολῶν τῶν τεσσάρων αἰτιῶν, ἀλλ' οὐχ ἡττῶνται· ἀλλ' ἔχουσι δυνάμεις, καὶ ἁρπάζεται ὁ νοῦς αὐτῶν εἰς δυνάμεις ἀγαθὰς καὶ θείας τοῦ ἐπισκεπτομένου τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν πάσῃ ὥρᾳ, εὐφραίνεται ἡ ψυχὴ καὶ καρδία ἐν ταῖς ἀποκαλύψεσι, καὶ ὁ συνάγων τὴν θεωρίαν αὐτοῦ ἔσωθεν ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖ τὴν αὐγὴν τοῦ Πνεύματος ἥτις ἐδδελύξατο μετεωρισμὸν, θεωρεῖ τὸν δεσπότην αὐτοῦ ἔσωθεν τῆς αὐτοῦ καρδίας. Ὁ θέλειν ἰδεῖν τὸν Κύριον μηχανᾶται καθαρίσαι αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν ἀδιαλείπτῳ μνήμῃ Θεοῦ· καὶ οὕτως ἐν τῇ λαμπρότητι τῆς διανοίας αὐτοῦ ἐν πάσῃ ὥρᾳ

Motio cogitationum e quatuor causis oritur homini. Primum quidem e naturali voluntate carnis ; deinde ex imaginatione per sensus ingesta rerum mundi quas audit et spectat ; tertio ex anticipatis opinionibus, et ex vocatione animæ, quas habet præ mente ; quarto ex insultibus dæmonum impugnantium nos, et valide impellentium in vitia, utentiumque ad hoc cunctis cogitationum speciebus e quadruplici, quod exposuimus, genere prognatis. Propter hoc fieri non potest, ut homo natus, quoad moriatur, pacem habeat a bello ipsi per cogitationes illato, perpetuoque inferendo donec in hac carne vivet. An enim ante hinc migrationem et mortem fieri possit ut quisquam perfecte liberetur a quatuor enumeratis cogitationum scaturiginibus, tu judica. Si autem nemo prudens inducere in animum id 'queat, utique cum videat, egere omnino naturam nostram ut duret, his quasi quatuor elementis, esseque prorsus necesse ut perturbationes ex iis oriundas patiatur quicunque corpus humanum gestat, arbitrii compos et puber; propter hoc est necessarium invigilare acriter sui custodiæ unumquemque hominem, ut se præservet, non dico ab uno aut a duobus, sed a pluribus vitiis quibus eo ipso est obnoxius, quod corpus habeat. Qui enim vitia per virtutes ipsis oppositas vicerunt, etsi molestiam patiuntur, a cogitationibus quas quatuor indicati fontes producunt, et ab eas secutis impulsibus in malum : non tamen superantur, sed invicti prævalent, subnixi copiis invictis gratiæ divinæ, quarum ope abripitur eorum mens in salubres sensus Dei animæ ipsorum inti-

me præsentis omni hora, et manifestationibus rerum sublimium eam interdum oblectantis: quando, qui mentem suam intra seipsum, ex evagationibus in externa, colligit, contemplatur splendorem Spiritus sancti: contemplatur et Dominum suum residentem intra cor suum. Quibus visis stimulatur ad abominandum omnem levitatem distractæ in vana mentis. Qui vult videre Dominum studiose satagit purgare cor indesinenti Dei memoria: et sic in splendore illuminatæ suæ mentis, omni hora videbit Dominum. Quod pisci contingit exeunti ex aqua, idem menti accidit egredienti e Dei memoria, et divaganti temere in recordationes mundanarum rerum. Terribilis est dæmonibus et amabilis Deo, qui cum ardenti zelo eradicat ex seipso natas ex hostis satu spinas. Hæc est Jerusalem, hoc Dei regnum intra nos absconditum, juxta verbum Domini. Idem hic status et regio velut quædam animæ, nubes est gloriæ Dei, in quam soli mundi corde ingrediuntur, ad videndam faciem Domini sui.

A ὄψεται τὸν Κύριον. Ὅπερ συμβαίνει τῷ ἰχθύϊ ἐξελθόντι τοῦ ὕδατος, τοῦτο καὶ τῷ νοῒ συμβαίνει ἐξελθόντι τῆς μνήμης Θεοῦ καὶ μετεωριζομένῳ ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ κόσμου. Φοβερός ἐστι τοῖς δαίμοσι καὶ ποθεινὸς τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ὁ μετὰ θερμοῦ ζήλου ἐκριζῶν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰς ἐκ τοῦ ἐχθροῦ φυομένας ἀκάνθας. Αὕτη ἐστὶν ἡ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία ἐντὸς ἡμῶν κεκρυμμένη, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον. Αὕτη ἡ χώρα νεφέλη ἐστὶ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν μόνοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ εἰσελεύσονται τοῦ θεάσασθαι τὸ πρόσωπον τοῦ Δεσπότου αὐτῶν.

ANNO DOMINI DL.

SANCTUS BARSANUPHIUS.

NOTITIA

(GALLAND. *Vet. Patrum Bibliotheca*, t. XI, p. XXI, 592.)

Montfauconius V. C. opusculum edidit ex codice bibliothecæ Coislinianæ sic inscriptum: *Doctrina sancti Barsanuphii sub Aureliano episcopo Gazæ, circa opiniones Origenis, Evagrii et Didymi* (1). De quo hæc præloquitur laudatus vir doctus (2): « Non indignum opusculum quod ecclesiasticæ historiæ studiosis offeratur, sunt Barsanuphii monachorum in Palæstina Patris responsiones ad quosdam fratres, qui ipsum interrogaverant circa scripta Origenis ac Didymi, et circa Hecatontadas Evagrii, quæ ibidem vocantur Hecatontades γνωστικῶν. Qui omnes dicebant animas non fuisse creatas cum corporibus; sed malos angelos ad animanda humana corpora damnatos fuisse: itemque fore *restitutionem* omnium in pristinum statum, suppliciumque damnatorum finem habiturum esse. Ex his porro quæstionibus palam est, has Origenianas opiniones per monasteria Palæstinæ pervasisse; etiamque monachos nonnullos hanc de *restitutione* doctrinam in scriptis Gregorii Nazianzeni se reperisse falso putasse. » Hæc ille.

Jam vero ex inscriptione hujusmodi opusculi, qua idem litteris fuisse consignatum perhibetur *sub Aureliano episcopo Gazæ*, ansam arripuit doctissimus Lequienius inquirendi, quo tempore in cathedra Gazensi sederit hic præsul (3): animadvertitque, decreto synodi trium Palæstinarum, adversus Anthimum hæreticum congregatæ sub patriarcha Petro anno 536, Marcianum subscripsisse in hæc verba (4): Μαρκιανὸς ἐπίσκοπος Γάζης ὁρίσας ὑπεσημηνάμην. *Marcianus episcopus Gazenus definiens subscripsi*. Neque vero hic substitit vir eruditus: sed ulterius progrediens, Evagrium adiit, qui de sancto Anachoreta hujusce opusculi scriptore ista enarrat (5): *Barsanuphius Ægyptius genere, in carne vitam carnis expertem transegit in quodam monasterio juxta oppidum Gazam; adeo ut plurima miracula perpetraverit, quæ recensere difficile est: credaturque ab omnibus etiamnum vivere, in cellula reclusus: quamvis quinquaginta et amplius anni jam excesserint, ex quo nec visus est a quoquam, nec terrenum quidquam degustavit. Quæ cum falsa esse crederet Eustochius Hierosolymorum antistes, et cellulam in qua vir Dei sese incluserat, perfodi jussisset, ignis inde exsiliens universos propemodum qui aderant combussit.* Hæc Evagrius. Quam quidem narrationem ad calculum revocans Lequienius, sic ferme arguit: « Quandoquidem Evagrius historiam suam ad duodecimum Mauricii imperatoris annum perduxit, qui est annus natalis Dominici 594, tum vero, *quinquaginta et amplius annis jam expletis*, postquam Barsanuphius desierit hominibus esse conspicuus, intelligitur, Aurelianum episcopum Gazæ sub quo præfatum opusculum scripsit

(1) Montf. *Bibl. Coislin.* pag. 394.
(2) Id. ibid. præfat. num. 31.
(3) Lequien. *Or. Christ.* tom. III, pag. 608, 609
(4) *Concil.* tom. V, pag 1261 d. edit. Ven-Labb. I.
(5) Evagr. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 33.

Barsanuphius, ante illos quinquaginta et amplius annos, nimirum anno circiter 540 sedisse, subindeque probabiliter Marciani proximum fuisse successorem. »

His itaque positis, Ecclesiam scilicet Gazensem regente Aureliano circa annum Christi 540, reliquum est ut sanctus ille monachorum Pater vel sub idem tempus vel potius paulo ante suam scripto tradiderit *Doctrinam* : ac proinde neque Cavei (6), neque Fabricii (7) admittendæ conjecturæ ; quorum ille quidem sub annum 548, hic vero 550 Barsanuphium floruisse opinantur. Magis autem apposite Pagius qui annum 540 consignat (8). Hic porro pene exciderat meminisse, Nicephorum Callisti consona fere narrationi Evagrii de Barsanuphio tradidisse (9), seu potius eumdem Evagrium transcripsisse : nisi quod pro Eustochio Hierosolymorum præsule Salustium in suam narrationem invexit. Doctissimus tamen Papebrochius, sancti Barsanuphii elogium conscribens, Nicephorum sequi maluit, septingentis et amplius annis Evagrio juniorem ; adeoque Salustio potius quam Eustochio synchronum fuisse Barsanuphium sibi plane persuasit (10). Sed longe a vero aberrasse virum eruditum, satis evincunt non solum rationes ab eo minus recte subductæ, ut ostendit Pagius (11), verum etiam res gestæ quas de utroque Hierosolymitano præsule refert. Meliora tamen postea edoctus cl. ille Bollandianus socius, spongia delevisse censendus quæ antea sive de Salustio sive de Eustochio in *patriarcharum Hierosolymitanorum Historia chronologica* edisseruit (12). At de his fusiora simul ac luculentiora exposuisse mihi videtur vir doctus Lequienius (13), quem sane adire operæ pretium fuerit. Neque enim muneris nostri ratio patitur, ut ab instituto longius abducamur. Cæterum de reliquis sancti Patris litterarum monumentis etiamnum superstitibus, sed nondum evulgatis, Caveus ac Fabricius vv. cc. consulendi.

(6) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 524.
(7) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. X, pag. 492.
(8) Pagi. ad ann. 548, § 10.
(9) Niceph. *Hist. eccl.* lib XVII, cap. 23.
(10) Papebr. *Act. SS.* April. tom. II, pag. 23, num. 3.
(11) Pagi. l. c.
(12) Papebr. *Tract. prælim. ad act. SS.* Maii, tom. III, pag. XXV et XXVIII.
(13) Lequien. *Or. Chr.* tom. III, pagg. 174 et 209 seqq.

NOTITIA ALTERA.

(FABRIC. *Biblioth. Græca*, t. XI, p. 585.)

Barsanuphii, monachi et anachoretæ Palæstini, circa a. C. 550, *Responsiones ad quæstiones asceticas* mss. in variis bibliothecis. Vide Lambecium, IV, p. 189 ; et V, p. 100 (1) ; Labbeum,

(1) Sive vol. IV, p. 419, ed. Kollar n. 3, cod. 179 ; et vol. V, p. 213. Koll. n. 1 cod. 240, in eod. vol. V, p. 223. Koll. in cod. 241, n. 1, sunt in Joannis, patriarchæ Antiocheni, Eclogis asceticis Fragmm. S. Barsanuphii. — Ejusdem capita (κεφάλαια τοῦ ἁγίου Βαρσανουφίου inc. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Βαρσανούφιος etc.) Mosquæ, in cod. synod. V, *V.* Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 17, n. 14. — Oxon. in cod. Barocc. 5, in canonum quorumdam collectione sparsæ sunt sententiæ et præceptiones asceticæ ex Barsanuphio multisque aliis. — In cod. 13 et 91, Excerpta ex quæsitis ac responsis Barsanuphii. — In cod. 213 ejusd. Responsa ad quæsita monachi cujuspiam : inc. Πῶς τις τηρεῖ τὴν. — Ibid. in cod. 98, n. 12, sive sec. catal. mss. Angliæ, etc. vol. I, n. 277, Barsanuphii abbatis et Joannis discipuli ejus doctrina ψυχωφελής, quam ediderunt propter fratres, ipsos consulentes, per quæstiones et responsiones. — Ibid. in cod. 107, sive n. 286, citati Catal. dicta SS. senum, per modum dialogi, ubi quæstiones variæ proponuntur per anonymum, quibus respondent Jo. Barsanuphius, Arsacius, etc. — In eod. cat. vol. II, n. 6157 in cod. Th. Gale 323 excerpta ascetica ex Barsanuphio aliisque, in libro de curandis animi affectibus. — Paris. in bibl. publ. codd. 873 et 2500, ejusdem et Joannis discipuli responsiones ad varias quæstiones asceticas. — In cod. 60 bibl. Mazarin. ex Barsanuphio aliisque excerpta de precatione. *V.* Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 1313 *D.* — Id. p. 1302 *C.* Cod. in monasterio S. Trinitatis proxime CPolin asservatum refert, in quo *De silentio mortali* S. patris Barsanuphii agi, et in fine libri altera manu scriptum esse dicitur : « Sciendum est, duos fuisse Dorotheos et duos Barsanuphios, quorum alii hæresin Severi, alii orthodoxam Ecclesiam secuti sunt, deque iis postremis agitur in hoc libro. » Idem adnotatur in codd. Coislin. 123, 281 et 238. *V.* Montfaucon. *Bibl. Coislin.* p. 199, 393 et 397. — Ibid. p. 400 in cod. Coislin. 284 interrogationes S. Dorothei ad S. Barsanuphium. — P. 312 in cod. 268 ex eod. excerpta, in Scholiis ad Isaaci Syri sermones asceticos. — Ib. p. 393 in cod. 281, Dialogus Barsanuphii cum Joanne discipulo suo, qui cognominabatur Popheta : sequitur *Doctrina S. Barsanuphii* sub Aureliano, vel ad Aurelianum episcopum Gazæ, de Origenis, Evagrii et Dydimi Sententiis per modum dialogi. Atque Montfauc., p. 394 seqq. hoc opusculum Responsionum Barsanuphii Græce, adjecta versione Latina, ex illo codice in lucem edidit. In fine tamen plura desunt. [Inde repetitum est in Galland. *Bibl. PP.* XI, p. 592 seqq. *B.*] — In aliis codd. ex Barsanuphii scriptis loca occurrunt : vid. ibid. p. 111, 186, 191, 198. — Barsanuphii Epistola ad eos, qui eum interrogabant, Venetiis in bibl. Marc. cod. 503. *V.* cat. codd. Gr. Marc. p. 265. — Florentiæ, in bibl. Laurent. cod. 4, plut. 6, qui continet Expositiones sacror. præceptorum ex Patribus Eccles. et conciliis, ex Barsanuphii scriptis multa loca ejusdemque vita occurrunt. V. Bandin. cat. codd. Gr. Laurent. p. 98 et 100. Add. supra, vol. IX, p. 525, sect. 3 et infra in vol. XIII, p. 847 HART.

Bibl. nova mss. p. 92; *Parœnesis ad discipulum*, incipit: Γέρων τις διέτριβεν. Lambec. IV, p. 136 [p. 312 Koll. in cod. 152 n. 11]. De Barsanuphio meminere Evagrius IV, 32; Nicephorus XVII, 22; *Martyrolog. Rom.* XI April.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΡΣΑΝΟΥΦΙΟΥ

ΕΠΙ ΑΥΡΕΛΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΑΖΗΣ

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ, ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΚΑΙ ΔΙΔΥΜΟΥ ΦΡΟΝΗΜΑΤΩΝ.

—

SANCTI BARSANUPHII

SUB AURELIANO EPISCOPO GAZÆ

DOCTRINA

CIRCA OPINIONES ORIGENIS, EVAGRII ET DIDYMI.

EX CODICE CCLXXXI, BIBLIOTHECÆ COISLINIANÆ PAG. 394.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XI, p. 592)

—

Interrogatio.

Frater quidam interrogavit sanctum senem abbatem Barsanuphium his verbis: Nescio, Pater, quo pacto inciderim in libros Origenis et Didymi, et in Gnostica Evagrii, nec non in ejus disciplinæ instituta. Dicunt autem hominum animas non fuisse creatas cum corporibus; sed ipsis præexstitisse, nudasque intelligentias fuisse, id est, incorporeas; similiterque angelos nudas intelligentias fuisse, dæmonasque item nudas intelligentias; atque homines sive hominum animas ad hujus corporis (animationem) damnatas fuisse; angelos vero ideo angelos factos esse, quod sese conservaverint; dæmonas ex multa nequitia tales effectos esse. Aliaque bene multa similia dicunt illi. Itemque aiunt fore ut futurum illud supplicium finem habeat; itemque futurum esse, ut homines, angeli et dæmones revertantur, ut prius erant, nudæ intelligentiæ; quod vocant *restitutionem*. Cum igitur

B

Ἐρώτησις.

Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἅγιον γέροντα τὸν ἀββᾶν Βαρσανούφιον λέγων· Οὐκ οἶδα, Πάτερ, πῶς ἐνέπεσα εἰς τὰ βιβλία τοῦ Ὠριγένους καὶ Διδύμου, καὶ εἰς τὰ γνωστικὰ Εὐαγρίου, καὶ εἰς τὰ τῶν μαθημάτων αὐτοῦ. Καὶ λέγουσιν ὅτι οὐκ ἐδημιουργήθησαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ μετὰ τῶν σωμάτων, ἀλλὰ προϋπῆρχον αὐτῶν νόες γυμνοὶ οὖσαι, τουτέστιν, ἀσώματοι· ὁμοίως καὶ οἱ ἄγγελοι νόες γυμνοὶ ἦσαν, καὶ οἱ δαίμονες νόες γυμνοὶ ἦσαν· καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι παραβάντες, κατεδικάσθησαν εἰς τὸ σῶμα τοῦτο· οἱ δὲ ἄγγελοι γεγόνασιν ἄγγελοι, τηρήσαντες ἑαυτούς· οἱ δὲ δαίμονες ἀπὸ πολλῆς κακίας, τοιοῦτοι γεγόνασιν. Καὶ ὅσῳ ἄλλα λέγουσι τοιαῦτα, καὶ πάλιν ὅτι δεῖ μέλλουσαν κόλασιν τέλος λαβεῖν· καὶ ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ δαίμονες ἐπανελθεῖν ἧς (F. ὡς) ὑπῆρχον νόες γυμνοί, ὃ λέγουσιν *ἀποκατάστασιν*. Ἐπεὶ οὖν θλίβεται ἡ ψυχή μου ἐμπεσοῦσα εἰς δισψυχίαν, εἰ ἀληθῆ ταῦτά εἰσιν, ἢ οὔ·

δέομαί σου, δέσποτα, δεῖξόν μοι τὴν ἀλήθειαν, ἵνα οὕτως κρατήσω καὶ μὴ ἀπόλωμαι. Καὶ γὰρ οὐδὲν τούτων εἴρηται ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὥσπερ καὶ αὐτὸς Ὠριγένης διαβεβαιοῦται ἐν τῷ αὐτοῦ ἐξηγητικῷ τῆς πρὸς Τίτον Ἐπιστολῆς, μὴ εἶναι τῶν ἀποστόλων, μηδὲ τῆς Ἐκκλησίας παράδοσιν, τό· πρεσβυτέραν εἶναι τὴν ψυχὴν τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, ὡς αἱρετικὸν χαρακτηρίζων τὸν ταῦτα λέγοντα. Ἀλλὰ καὶ Εὐάγριος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς γνωστικοῖς αὐτοῦ κεφαλαίοις, ὅτι περὶ τούτων οὐδεὶς ἐμήνυσεν, οὐδὲ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ἐξηγήσατο. Ἔχει γὰρ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τῆς δευτέρας Ἑκατοντάδος τῶν αὐτοῦ Γνωστικῶν· « Περὶ μὲν τῶν προτέρων ὁ μηνύσων οὐδείς, περὶ δὲ τῶν δευτέρων ὁ ἐν Χωρὴβ ἐξηγήσατο. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ τῆς αὐτῆς Ἑκατοντάδος τῆς δευτέρας οὕτως φησίν, ὅτι « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ τὴν πρώτην τῶν λογικῶν διαίρεσιν, οὐδὲ τὴν πρώτην οὐσίαν τῶν σωμάτων ἐξηγήσατο. » Περὶ δὲ τοῦ μὴ εἶναι ἀποκατάστασιν, μηδὲ τέλος κολάσεως, αὐτὸς ὁ Κύριος ἐφανέρωσεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰπών· *Ἀπελεύσονται εἰς κόλασιν αἰώνιον*· Καὶ πάλιν· *Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.* Πόθεν οὖν, δέσποτα, μηδὲ τῶν ἀποστόλων παραδεδοκότων, μηδὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξηγησαμένου, καθὼς αὐτοὶ ἐμαρτύρησαν, καὶ τῶν Εὐαγγελίων ἐναντίως ἐχόντων, ταῦτα ἐξέθεντο; Ποίησον οὖν ἔλεος εὐσπλαγχνίας, πάτερ, μετὰ τῆς ἀσθενείας μου, καὶ φανέρωσόν μοι τί εἰσι τὰ δόγματα ταῦτα.

A animo perturber, atque in dubium inciderim num hæc vera sint, nec ne, rogo te, domine, veritatem mihi declares, ut sic firmus consistam et non peream. Etenim horum nihil in sacra Scriptura dici tur, quemadmodum et Origenes affirmat in Commentario suo in Epistolam ad Titum, non apostolorum, non Ecclesiæ traditionem illud esse, nempe animam corporis formatione seniorem esse, hæreticum subindicans esse eum qui hæc dixerit. Quin et Evagrius ipse testificatur in Gnosticis suis capitulis, de his neminem effatum esse, neque Spiritum sanctum illud declarasse. Etenim in sexagesimo quarto capitulo secundæ Hecatontadis, seu Centenarii Gnosticorum ejus : « De primis nemo indicat, de secundis ille qui in Choreb locutus est, enarravit. » Ac rursus in sexagesimo nono capitulo ejusdem secundæ Hecatontadis, sic ait : « Spiritus sanctus, neque primam rationabilium divisionem, neque primam corporum substantiam enarravit. » Quod autem non futura sit restitutio, neque finis suppliciorum, ipse Dominus in Evangelio declaravit his verbis : *Ibunt in supplicium æternum* [1]. Ac rursum : *Vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur* [2]. Unde igitur, domine, neque tradentibus apostolis, neque Spiritu sancto narrante, quemadmodum et ipsi testificati sunt, imo Evangeliis contraria habentibus, hæc tamen ita illi exposuere? Mihi, pater, misericordiæ viscera exhibe, et declara quid sibi velint hæc dogmata.

B

C

Ἀπόκρισις.

Ἀδελφὲ, οὐαὶ καὶ ἀλαλαὶ τῷ γένει ἡμῶν. Τί ἀφήκαμεν, καὶ τί ἐρευνῶμεν; Εἰς ποῖα ἀμελοῦμεν καὶ εἰς ποῖα σπουδάζομεν, εἰς ποῖα ἀμβλυνόμεθα; Τὰς εὐθείας ὁδοὺς ἀφήκαμεν καὶ εἰς τὰς σκολιὰς θέλομεν βαδίσαι, ἵνα πληρωθῇ εἰς ἡμᾶς ὁ Γραφικὸς λόγος, τό· *Οὐαὶ τοῖς καταλιποῦσι τὰς εὐθείας ὁδοὺς τοῦ πορευθῆναι εἰς ὁδοὺς σκολιάς.* Μετὰ ἀληθείας, ἀδελφὲ, ἀφῆκά μου τὸ πένθος, καὶ πενθῶ σε. Ποῦ ἐνέπεσας; Καὶ τὸν κλαυθμὸν τὸν περὶ ἁμαρτιῶν μου, καὶ κλαίω σε ὡς ἴδιον τέκνον. Οὐρανοὶ φρίττουσι, τί πολυπραγμονοῦσιν ἄνθρωποι· ἡ γῆ σείεται, πῶς ἐξιχνιάσαι θέλουσι τὰ ἀκατάληπτα. Ταῦτα Ἑλλήνων εἰσὶ δόγματα, ταῦτα ματαιολογίαι εἰσὶν ἀνθρώπων οἰομένων τι εἶναι, ταῦτα τὰ ῥήματά εἰσιν ἀργῶν ἀνθρώπων, ταῦτα ἐγέννησεν ἡ πλάνη. Φησὶ γάρ· *Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν.* Καὶ εἰ θέλῃς μαθεῖν, πρόσχες. Λέγει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ φῶς ἡμῶν, ὁ βασιλεὺς ἡμῶν· *Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.* Ποίους οὖν καρποὺς ἔχουσι; φυσίωσιν, ἐξουδένωσιν, χαύνωσιν, ἀμέλειαν, πρόσκομμα, ἀλλοτρίωσιν νόμου, μᾶλλον δὲ τοῦ νομοθέτου Θεοῦ, οἰκητήριον δαιμόνων καὶ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν διαβόλου. Ταῦτα οὐκ ἄγουσιν εἰς φῶς τοὺς αὐτοῖς πιστεύοντας, ἀλλ' εἰς τὸ σκότος· ταῦτα εἰς σκληροκαρδίαν· ταῦτα εἰς προκοπὴν κατὰ Θεὸν οὐκ ἄγουσιν, ἀλλ' εἰς προκοπὴν μᾶλλον τὴν κατὰ διάβολον· ταῦτα ἀπὸ τοῦ

Responsio.

D Frater, væ et iterum væ generi nostro. Quid missum facimus, et quid scrutamur? Quæ negligimus, et de quibus curamus, in quibus nos hebetes reddimus? Rectas vias dimisimus, et tortuosas peragrare volumus, ut impleatur in nobis Scripturæ sermo ille : *Væ illis qui reliquerunt vias rectas, ut ambularent in viis obliquis* [3]. In rei veritate, frater, dimisi luctum mei ipsius, et te jam lugeo. Quo decidisti? Fletumque pro peccatis meis intermisi, ac te ut proprium filium defleo. Ipsi cœli perhorrescunt, cum talia homines curiose scrutantur; terra commovetur, dum illi perquirunt ea quæ comprehendi nequeunt. Hæc gentilium sunt dogmata, hæc futilia dicta sunt hominum qui se aliquid esse arbitrantur, hæc genuit error. Ait enim (Scriptura) : *Dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt* [4]. Ac si discere velis, animadverte. Dominus noster Jesus Christus, lux nostra et rex noster ait : *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* [5]. At cujusmodi fructus habent illi? tumorem, contemptum, mollitiem, incuriam, offendiculum, abalienationem a lege, imo potius a legislatore Deo, domicilium dæmonum eorumque principis diaboli. Hæc eos qui ipsis fidem habent, non in lucem, sed in tenebras deducunt; hæc non ad Dei timorem instigant, sed ad duritiam cordis : hæc non ad profectum secundum Deum agunt, sed magis ad profectum secun-

[1] Matth. xxv. 46. [2] Marc. ix, 43. 45. 47. [3] Jerem. xviii, 15. [4] Rom. i, 22. [5] Matth. vii, 16.

dum diabolum; hæc a luto non extrahunt, sed in lutum demergunt; hæc sunt zizania quæ seminavit inimicus in agro patrisfamilias; hæ spinæ subortæ in terra a Domino Deo maledicta : universa mendacium, universa tenebræ, universa error, universa a Deo aliena. Fuge illa, frater, ne verbum ipsorum firmetur in corde tuo. Hæc lacrymas exstinguunt, hæc cor excæcant, in summa perdunt homines ipsis attendentes. Ne stes in illis, ne mediteris ea : amaritudine quippe sunt plena, fructusque ferunt ad mortem. Circa futurorum autem cognitionem ne erraveris. Si hic seminaveris, illic metes. Post profectum hinc nemo proficere potest. Non laborat Deus in creando animam una cum corpore. Circa cœlestes autem ordines, cuivis homini divina Scriptura os obturat his verbis : *Dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt. Statuit ea in æternum et in sæculum sæculi* [a]. Et quæ Deus constituit, non mutantur. Non est enim in eo mutatio, secundum Scripturam. Ubinam enim reperisti angeli cujuspiam studium diligentiamque ipsam ad profectum deduxisse? Frater, ubi est operatio, illic et merces; ubi certamen, ibi coronæ. Frater, si te salvum velis, ne te in res hujusmodi conjicias. Testificor tibi in conspectu Patris et Filii et Spiritus sancti, te in foveam diaboli incidisse et in ultimum interitum. Abscede tandem ab iis, et Patrum vestigia sectare. Compara tibi humilitatem et obedientiam, lacrymas, exercitationem, paupertatem, sententiæ propriæ abnegationem, et si qua sunt hujusmodi, ut et in dictis et in vita eorum reperis. Facito autem fructus dignos pœnitentiæ; neque attendas mihi dicenti quidem, sed non facienti. Sed precare ut ego quoque ad veritatis cognitionem perveniam, ad gloriam sanctæ, consubstantialis ac vivificæ Trinitatis in sæcula sæculorum. Amen.

A βορβόρου οὐκ ἀναπῶσιν, ἀλλ' εἰς βόρβορον καταποντίζουσιν· ταῦτά εἰσι τὰ ζιζάνια ἃ ἔσπειρεν ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἀγρῷ τοῦ οἰκοδεσπότου· αὗταί εἰσιν αἱ ἀκάνθαι αἱ ἀναφυεῖσαι ἐν τῇ γῇ κατηραμένῃ ὑπὸ Δεσπότου Θεοῦ· ὅλα σκότος, ὅλα πλάνη, ὅλα ἀλλότρια Θεοῦ. Φεῦγε αὐτά, ἀδελφὲ, μὴ βεβαιωθῇ ὁ λόγος αὐτῶν ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Ξηραίνουσι δάκρυα, τυφλοῦσι τὴν καρδίαν, ἁπαξαπλῶς ἀπολλύουσι τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς ἀνθρώπους. Μὴ στῇς ἐν αὐτοῖς, μὴ μελετήσῃς αὐτά. Πικρίας γέμουσι, καὶ τελεσφοροῦσι καρποὺς εἰς θάνατον. Περὶ δὲ τῆς γνώσεως τῶν μελλόντων μὴ πλανηθῇς. Ἐὰν σπείρῃς ἐνταῦθα, ἐκεῖ θερίζεις, οὐκ ἔνι μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν ὧδε προκόψαι τινά. Οὐ κοπιᾷ ὁ Θεὸς συγκτίσαι ἀνθρώπῳ κατὰ (l. καὶ) τὴν αὐτοῦ ψυχήν. Περὶ δὲ τῶν οὐρανίων ταγμάτων ἐπιστομίζει ἡ θεία Γραφὴ πάντα ἄνθρωπον οὕτως λέγουσα· *Εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, καὶ ἃ ἔστησεν ὁ Θεὸς οὐκ ἀλλοιοῦνται. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν αὐτῷ ἀλλοίωσις κατὰ τὴν Γραφήν. Ποῦ γὰρ εὗρες ὅτι ἡ σπουδὴ τοῦδε τοῦ ἀγγέλου ἤγαγεν αὐτὸν εἰς προκοπήν; Ἀδελφὲ, ὧδε (sic) ἔργασις, ἐκεῖ μισθός· ὧδε ἄθλησις, ἐκεῖθεν στέφανοι. Ἀδελφὲ, εἰ σωθῆναι θέλῃς, μὴ βάλλῃς ἑαυτὸν εἰς ταῦτα. Ἐπιμαρτύρομαί σοι ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι εἰς βόθυνον ἐνέπεσας τοῦ διαβόλου, καὶ εἰς τὸν ἔσχατον θάνατον. Λοιπὸν ἀπόστα τούτων καὶ ἰχνηλάτησον τοὺς πατέρας. Κτῆσαι ἑαυτῷ τὴν ταπείνωσιν καὶ τὴν ὑπακοὴν, τὸν κλαυθμὸν, τὴν ἄσκησιν, τὴν ἀκτημοσύνην, τὸ ἀψήφιστον, καὶ ὅσα τοιαῦτά εἰσι καὶ εὑρίσκεις εἰς τὰ ῥήματα αὐτῶν καὶ εἰς τοὺς βίους. Ποίησον δὲ καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ πρόσχες ἐμοὶ τῷ λέγοντι καὶ μὴ ποιοῦντι. Ἀλλ' εὖξαι ἵνα κἀγὼ ἔλθω ποτὲ εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, εἰς δόξαν τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

C

Interrogatio.

Idem frater circa eadem senem alium abbatem Joannem interrogavit.

Ἐρώτησις.

Ὁ αὐτὸς ἀδελφὸς ἠρώτησε ταῦτα τὸν ἄλλον γέροντα τὸν Ἀββᾶν Ἰωάννην.

Responsio.

Hæc sapientia non ex cœlo est, sed ex dæmone in animam profecta; hæc doctrina diaboli est; hæc eos qui ipsi animum adhibent, in supplicium æternum deducit. Qui in illa versatur et immoratur, hæreticus efficitur; qui hæc credit, a veritate eversus est; qui illi assentitur, alienus est a via Dei. Operarii Christi non ita se habent : discipuli Christi hæc non docuerunt; qui verbum veritatis recipiunt, hæc non recipiunt. Cito ab his abscede, frater, ne animam tuam incendas igne diabolico, ne pro tritico in terra tua spinas inseras, ne pro vita mortem accipias; quid multa loquor? ne pro Christo diabolum Ne in his diu moreris, et a Sodomis cum Lot salvus evades precibus sanctorum. Amen.

Ἀπόκρισις.

Αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ψυχικὴ δαιμονιώδης· αὕτη ἡ διδαχὴ διαβόλου ἐστίν· αὕτη ἀπάγει τοὺς προσέχοντας αὐτῇ εἰς κόλασιν αἰώνιον, ὁ ἐνδελεχῶν αὐτῇ, αἱρετικὸς γίνεται. Ὁ πιστεύων αὐτῇ, οὗτος ἐξετράπη τῆς ἀληθείας· ὁ συντιθέμενος αὐτῇ, ἀλλότριός ἐστι τῆς ὁδοῦ τοῦ Θεοῦ. Οἱ ἐργάται τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἔχουσιν οὕτως. Οἱ δὲ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα οὐκ ἐδίδαξαν· οἱ δεχόμενοι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ταῦτα οὐ δέχονται. Διὰ τάχους ἀπόστα ἀπ' αὐτῶν, ἀδελφὲ, μὴ καύσῃς τὴν καρδίαν σου τῷ πυρὶ τοῦ διαβόλου, μὴ ἀντὶ σίτου σπείρῃς ἐν τῇ γῇ σου ἀκάνθας, μὴ ἀντὶ ζωῆς λάβῃς θάνατον· καὶ τί πολλὰ λέγω; μὴ ἀντὶ Χριστοῦ τὸν διάβολον. Μὴ χρονίσῃς ἐν αὐτοῖς, καὶ σώζῃ ὡς Λὼθ ἀπὸ Σοδόμων εὐχαῖς ἁγίων. Ἀμήν.

D

[a] Psal. CXLVIII, 5, 6.

Ἐρώτησις.

Ὁ αὐτὸς ἀδελφὸς ἠρώτησε αὐτὸν γέροντα· οὐκ ὀφείλομεν οὖν ἀναγινώσκειν καὶ τὰ Εὐαγρίου.

Ἀπόκρισις.

Τὰ μὲν δόγματα τὰ τοιαῦτα μὴ δέχου. Ἀναγίνωσκε δὲ αὐτοῦ εἰ θέλῃς τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς, κατὰ τὴν παραβολὴν τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῆς σαγήνης ὡς γέγραπται, ὅτι τὰ μὲν καλὰ εἰς ἀγγεῖα ἔβαλον, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔῤῥιψαν. Οὕτως καὶ σὺ ποίησον.

Ἐρώτησις.

Ὁ αὐτὸς ἀδελφὸς ὁ ταῦτα ἐρωτήσας, διεκρίνετο ἐν ἑαυτῷ ἐνθυμούμενος, καὶ λέγων· καὶ πῶς τινες τῶν νῦν πατέρων δέχονται αὐτὰ, καὶ ἔχομεν αὐτοὺς ὅτι καλοὶ μοναχοί εἰσι προσέχοντες ἑαυτοῖς; Καὶ μετὰ ἡμέρας, συνέβη τὸν αὐτὸν ἀδελφὸν αἰτῆσαι τὸν μέγαν γέροντα εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τότε ἐδήλωσεν αὐτῷ ὁ γέρων ἀφ' ἑαυτοῦ περὶ τῆς ἐνθυμήσεως τῆς καρδίας αὐτοῦ, ὥστε θαυμάσαι καὶ ἐκπλαγῆναι τὸν ἀδελφόν.

Ἀπόκρισις Βαρσανουφίου.

Ἐπειδὴ εἶπας καὶ ἐνεθυμήθης· ὅτι, διὰ τί τινες τῶν Πατέρων δέχονται τὰ γνωστικὰ Εὐαγρίου, [καί] τινες ἀδελφοὶ ὡς γνωστικοὶ δέχονται αὐτὰ, καὶ οὐκ ἐδεήθησαν τοῦ Θεοῦ εἰ ἀληθῆ εἰσι, καὶ ἀφῆκεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς περὶ τούτου ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν γνώσει· ἀλλ' ὅμως οὔτε ἐμόν ἐστιν, οὔτε σὸν ταῦτα ζητεῖν, ἀλλ' ὁ καιρὸς ἡμῶν ἐστιν ἐρευνᾷν τὰ πάθη ἡμῶν τοῦ κλαῦσαι καὶ πενθῆσαι.

Ἐρώτησις τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρων ἀδελφῶν πρὸς τὸν αὐτὸν μέγαν γέροντα.

Οὐκ ὀκνοῦσι, πάτερ, οἱ ταῦτα φρονοῦντες λέγειν περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζῶν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐκτίθεται περὶ τῆς προϋπάρξεως ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τοῖς αὐτῷ ῥηθεῖσιν ἔν τε τοῖς τοῦ Κυρίου γενεθλίοις καὶ ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ, ἑρμηνεύοντές τινα ῥητὰ κατὰ τὴν αὐτῶν καρδίαν, καὶ παρατρέχοντες τὰ ἐκεῖ σαφῶς εἰρημένα περὶ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας, τῆς τε αὐτοῦ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος κατὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας παράδοσιν. Λέγει γὰρ οὕτως· « Τοῦτο δὲ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδείξασθαι Λόγος, ζῶον ἐν ἐξ ἀμφοτέρων ἀοράτου λέγω καὶ ὁρατῆς φύσεως δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωὴν εὐθὺς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος. Καὶ ἐν τοῖς ἑφεξῆς δὲ πολλάκις εὑρήσῃ σαφῶς καὶ ἀναμφιβόλως αὐτῷ εἰρημένα περὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ τῆς προϋπαρχούσης ὕλης καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοθείσης ψυχῆς κατασκευασθέντος· ἐν οἷς καὶ πολλὰ ἐγκωμιάζει τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, καὶ ἄξιον Θεοῦ δῶρον καλεῖ τὸ σωθῆναι τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἐνδεθῆναι τῷ σώματι, ὑπὲρ τῶν αὐτῇ προημαρτημένων τιμωρουμένην. Καὶ ἐν ἄλλοις δὲ αὐτοῦ διαφόροις συγγράμμασιν, ὁ σκοπὸς αὐτοῦ φανεροῦται τούτου παντελῶς καθαριεύειν τοῦ δόγματος. Καὶ περὶ τοῦ

Interrogatio.

Idem frater interrogavit senem : Non debemus ergo Evagrii scripta legere ?

Responsio.

Dogmata hujusmodi ne accipias. Lege tamen si velis ex ejus scriptis ea quæ ad animæ salutem spectant, secundum parabolam sagenæ quæ est in Evangelio, ubi legitur, quæ bona erant in vasa immissa, quæ vero mala, projecta fuisse. Ita et tu facito.

Interrogatio.

Is ipse frater qui interrogaverat, apud se dubitabat, et hæc volvebat animo : Cur quidam ex iis qui nunc exsistunt Patribus hæc scripta admittunt, et eos tamen pro monachis probis habemus, qui sibi ipsis attendant? Elapsisque diebus contigit, ut eodem fratre magnum illum senem rogante ut pro se oraret, tunc senex ex seipso cogitationem cordis sui ipsi indicaret, ita ut frater ille admiratione et stupore correptus sit.

Responsio Barsanuphii.

Quia tecum dixisti et cogitasti. Cur quidam er Patribus Gnostica Evagrii recipiunt, et quidam fratres utpote Gnostici eadem ipsa admittunt, neque Deum precati sunt ut ediscerent num hæc vera sint, Deusque illos in ipsa sua *gnosi* sive cognitione reliquit? ego nihilominus dico tibi, neque meum, neque tuum esse hæc perquirere ; sed tempus esse ut ægritudines nostras exploremus, ut eas lacrymis et luctu curemus.

Interrogatio ejusdem aliorumque fratrum ad eumdem magnum senem.

Qui hæc sentiunt, pater, dicere non dubitant de sancto Gregorio Nazianzeno, quod et ipse præexsistentiam astruat in scriptis suis, nempe in Oratione de Natali Domini et in Oratione de Paschate, quædam ejus dicta ex animi sui sententia interpretantes, et prætercurrentes ea quæ ibi de prima hominis nec non animæ et corporis creatione secundum Ecclesiæ traditionem dicuntur. Sic enim loquitur : « Hoc ostendere volens Verbum opifex, animal unum ex utraque, visibili nempe atque invisibili natura erat, hominem scilicet : atque ex materia jam præexsistente corpore assumpto, ex se ipso statim animam indidit, quam scimus esse intelligentem animam et imaginem Dei. » Et in sequentibus multa passim reperias, quæ palam nec obscure profert de homine ex præexsistente materia et anima a Deo indita formato ; ubi multis laudibus humanam ornat naturam, et donum Deo dignum vocat, quod una corpus et anima salutem consequantur : neque vero ait, ut illi jactitant, animam damnationis causa corpori alligatam fuisse, ut eorum quæ prius peccaverat, pœnas daret. In aliis quoque variis illius scriptis, scopus ejus deprehenditur ab hoc dogmate penitus alienus atque purus. Itemque gestientes effutiunt sanctum Gregorium sancti Ba-

silii fratrem id ipsum dixisse, ac præexsistentiam docuisse, ejus dicta quædam prave interpretantes. Ipse tamen clare tricesimo capite operis sui de hominibus, præexsistentiæ dogma oppugnat et evertit, quemadmodum et beatus David, nec non sancti Joannes, Athanasius, omnesque alii qui Ecclesiæ luminaria doctoresque sunt. De restitutione vero aperte loquitur idem Gregorius Nyssenus; verum non de hac quam ipsi prædicant, nempe cessante supplicio fore ut homo restituatur in id quod prius erat, scilicet in puras intelligentias. At nequaquam dicit ille cessaturum ac finem habiturum esse supplicium. Dic ergo, pater, cur talis homo non recte loquatur, ut par esset sanctum virum, qui Spiritu sancto afflante loqui dignatus sit. Etenim circa paradisum quoque dissentiunt quidam ex patribus et doctoribus, dum aiunt illum non esse sensibilem, sed intelligibilem. In aliis quoque Scripturæ capitulis quamdam dissonantiam reperire est. Indica illud ergo nobis, pater, ut a vobis illuminati glorificemus Deum, et judicium non feramus in sanctos Patres nostros.

A ἁγίου Γρηγορίου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπιχαίρουσιν, ὅτι τὸ αὐτὸ εἶπε καὶ λέγει κἀκεῖνος προῦπαρξιν, παρερμηνεύοντες καὶ αὐτοῦ ῥητά τινα. Αὐτὸς δὲ σαφῶς ἐν τῷ τριακοστῷ κεφαλαίῳ τῆς περὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ πραγματείας, μάχεται ἰσχυρῶς τούτῳ τῆς προϋπάρξεως δόγματι καὶ ἀνατρέπει αὐτό, καθὸ καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ καὶ οἱ περὶ τὸν ἅγιον Ἰωάννην καὶ Ἀθανάσιον καὶ οἱ λοιποὶ πάντες τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκαλοι. Περὶ δὲ ἀποκαταστάσεως σαφῶς λέγει ὁ αὐτὸς Γρηγόριος ὁ Νύσσης· ἀλλ' οὐ περὶ ταύτης ἧς αὐτοὶ λέγουσιν, ὅτι παυομένης τῆς κολάσεως μέλλει ὁ ἄνθρωπος ἀποκαθίσασθαι εἰς ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν, εἰς καθαροὺς νόας. Ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι παύεται ἡ κόλασις καὶ τέλος λαμβάνει. Εἰπὲ οὖν, πάτερ, διὰ τί τοιοῦτος ἄνθρωπος B οὐκ ὀρθῶς λέγει, καθὼς ἐνδέχεται ἄνδρα ἅγιον καὶ ἀξιωθέντα λαλεῖν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ γὰρ καὶ περὶ τοῦ παραδείσου διαφωνοῦσί τινες τῶν πατέρων καὶ διδασκάλων, μὴ λέγοντες αὐτὸν αἰσθητὸν ἀλλὰ νοητόν. Καὶ ἐν ἄλλοις κεφαλαίοις τῆς Γραφῆς ἔστιν εὑρεῖν τινων διαφωνίαν. Σαφήνισον οὖν ἡμῖν, δέσποτα, τοῦτο, παρακαλοῦμεν, ἵνα παρ' ὑμῶν φωτισθέντες, δοξάσωμεν τὸν Θεὸν, καὶ μὴ διακρινώμεθα εἰς τοὺς ἁγίους ἡμῶν **Πατέρας.**

Responsio Barsanuphii.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Amen[7]. Fratres, opportune dicere possum cum Apostolo: *Factus sum stultus, vos me coegistis*[8]. Etenim propter vos cogor quæ C mensuram superant meam scrutari, et ea loqui quæ non magnam animæ utilitatem conferant, nisi forte ipsam lædant. Dimisimus Paulum apostolum dicentem: *Omnis ira et furor et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia*[9]. Ego autem dico, cum voracitate et fornicatione et avaritia et reliquis animi morbis, de quibus indesinenter flere lugereque nos oportet die ac nocte, ut vi lacrymarum horum omnium sordes abluantur, et possimus ex inquinatis puri evadere, ex peccatoribus justi, ex mortuis viventes. Exercitatio autem nostra versatur circa unum tantum verbum, de quo rationem reddituri sumus. Dicit enim: *Tu reddes unicuique juxta opera sua*[10]; et iterum: *Nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque quæ per corpus egit, sive bonum sive malum*[11]. Horum nos curam gerere oportet, de quibus Pater noster Pœmen et qui post ipsum exstiterunt, solliciti fuere. Hæc sollicitudo id parit ut non altum sapiamus, nos non magni faciamus, sed tanquam terram et cinerem existimemus. Illa vero sollicitudo præ se fert, ut quis se pro Gnostico habeat, ut tumorem inferat, ut quis altum sapiat, se seque magni quidpiam in omnibus existimet, ut ab humilitate desistat. Ignoscite mihi, an non otiosi estis; ideoque ad hæc vos confertis? Si ita est, descendite in forum, donec veniat paterfamilias, et vos

Ἀπόκρισις Βαρσανουφίου.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. Ἀμήν. Ἀδελφοὶ, εὐκαιρον εἰπεῖν μετὰ τοῦ Ἀποστόλου· *Γέγονα ἄφρων, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε.* Καὶ γὰρ ἀναγκάζομαι δι' ὑμᾶς τὰ ὑπὲρ μέτρά μου ἐρευνᾶν, καὶ λαλεῖν τὰ μὴ ὠφελοῦντα πάνυ τὴν ψυχὴν, εἰ μὴ καὶ βλάπτοντα. Ἀφήκαμεν Παῦλον τὸν ἀπόστολον λέγοντα· *Πᾶσα ὀργὴ καὶ θυμὸς καὶ κραυγὴ καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ.* Ἐγὼ δὲ λέγω, σὺν τῇ γαστριμαργίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ φιλαργυρίᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς πάθεσι, περὶ ὧν ὀφείλομεν πενθεῖν νύκτα καὶ ἡμέραν καὶ κλαίειν ἀδιαλείπτως, ἵνα διὰ τοῦ τῶν δακρύων πλήθους, ὁ ῥύπος τούτων ὅλων ἐκπλυνθῇ, καὶ δυνηθῶμεν γενέσθαι ἐκ ῥυπαρῶν καθαροὶ, ἐξ ἁμαρτωλῶν δίκαιοι, ἐκ νεκρῶν ζῶντες. Ἀδολεσχοῦμεν δὲ εἰς ἕνα λόγον, οὗ μέλλομεν δοῦναι ἀπολογίαν. Φησὶν γὰρ, ὅτι *Σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ* D *τὰ ἔργα αὐτοῦ·* καὶ πάλιν· ὅτι *Δεῖ ἡμᾶς φανερωθῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.* Περὶ τούτων ὀφείλομεν σπουδάσαι, περὶ ὧν καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν οἱ περὶ τὸν ἀββᾶν Ποιμένα καὶ τοὺς καθεξῆς ἐσπούδασαν. Αὕτη ἡ σπουδὴ ἔχει τὸ ἀψήφιστον, τὸ μὴ μετρεῖν ἑαυτὸν, τὸ ἔχειν ἑαυτὸν γῆν καὶ σποδόν. Ἐκείνη δὲ ἡ σπουδὴ ἐχεῖ τὸ ἔχειν ἑαυτὸν Γνωστικὸν, τὸ φέρειν εἰς φυσίωσιν, τὸ ψηφίζειν ἑαυτὸν, καὶ μετρεῖν ἐν παντὶ πράγματι, τὸ ἀποστῆναι τῆς ταπεινοφροσύνης. Συγχωρήσατέ μοι, μὴ ἀργοί ἐστε, καὶ διὰ τοῦτο ἔρχεσθε εἰς ταῦτα; Εἰ οὕτως ἔχει, κα-

[7] Ephes. I, 3. [8] II Cor. XII, 11. [9] Ephes. IV, 31. [10] Psal. LXI, 13. [11] II Cor. V, 10.

τέλθετε εἰς τὴν ἀγοράν, ἕως ἔλθῃ ὁ οἰκοδεσπότης καὶ λάβῃ ὑμᾶς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Εἰ ἦν σκόλοψ περὶ τῆς ἀπαντήσεως ἐκείνης ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, οὐκ εἴχετε μνησθῆναι τούτων. Ἐπελάθετο ὁ προφήτης φαγεῖν τὸν ἄρτον αὐτοῦ· καὶ εἰ μὴ ἐσπαταλῶμεν καὶ ἠδιαφοροῦμεν, οὐκ ἂν ἀπὸ τούτων ἐνεπίπτομεν εἰς ταῦτα. Οὐκ ἀπαιτεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς ταῦτα, ἀλλ' ἁγιασμὸν, κάθαρσιν, σιωπὴν, καὶ ταπείνωσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐάσαι ὑμᾶς ἐν λογισμοῖς οὐκ ἐβουλόμην καὶ τὸ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ πληροφορῆσαί με περὶ τοῦτου, ἐθλιβόμην συνεχόμενος ἐξ ἀμφοτέρων· ἐξελεξάμην μᾶλλον ἐμαυτῷ τὴν θλῖψιν, ἵνα ὑμᾶς τῆς θλίψεως ἀναπαύσω, μνημονεύων· *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε.* Καὶ ἀκούσατε τὴν κατὰ Θεὸν πληροφορίαν, τὴν πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ γράψαι ὑμᾶς τὴν ἐρώτησιν γενομένην μοι. Πάντες οἱ πατέρες οἱ τῷ Θεῷ εὐαρεστήσαντες, ἅγιοι καὶ δίκαιοι καὶ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ γνήσιοι εὐξάσθωσαν ὑπὲρ ἐμοῦ. Μὴ νομίσητε δὲ ὅτι, κἂν ἅγιοι, ὅλα τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ γνησίως ἠδυνήθησαν καταλαβεῖν. Ὁ γὰρ Ἀπόστολος λέγει· *Ἐκ μέρους γινώσκομεν καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν*· καὶ πάλιν· *ὯΙ δίδοται διὰ τοῦ Πνεύματος.* Τὰ καὶ τάδε, καὶ οὐχ ὅλα ἐκεῖνος ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ· ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτως, τῷ δὲ οὕτως. Πάντα δὲ ἐνεργεῖ τὸ ἕν. Γινώσκων γὰρ ὁ Ἀπόστολος τὰ τοῦ Θεοῦ ὅτι ἀκατάληπτά ἐστιν, ἔκραξε λέγων· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ; Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς...*

A conducat in vineam suam. Si in corde vestro stimulus fuisset de occursu illius, hæc nequaquam vobis in mentem venissent. Oblitus est propheta comedere panem suum : ac nisi in deliciis fuissemus atque in desidiam incidissemus, nequaquam ab his in illa incidissemus. Non hæc expetit a vobis Deus, sed sanctificationem, emundationem, silentium et humilitatem. Sed quia nolo vos in cogitationibus relinquere, sed Deum precatus sum ut me de hac re certiorem faceret, atque utrinque molestiam passus sum, malui ærumnam amplecti, ut vos ab ea liberarem, illius dicti recordatus : *Alter alterius onera portate* [12]. Cæterum audite quid a Deo acceperim, tribus ante diebus quam vos interrogationem scriberetis. Patres omnes qui Deo placuerunt, sancti, justi, Dei servi veri pro me precentur. Ne putetis autem eos licet sanctos, omnia profunda Dei vere comprehendere potuisse. Nam Apostolus dicit : *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus* [13] : ac rursum : *Cui datum est per Spiritum* [14]. Hæc et alia, non tamen omnia uni homini ; sed huic sic, alii sic. Omnia autem operatur unus. Cum nosset Apostolus Dei arcana incomprehensibilia esse, clamabat dicens : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis* [15]...

[12] Galat. VI, 2. [13] I Cor. XIII, 9. [14] I Cor. VII, 7. [15] Rom. XI, 33, 34.

ANNO SÆC. VI INCERTO.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΝ

ΠΕΡΙ ΔΥΟ ΦΥΣΕΩΝ ΚΑΤΑ ΣΕΥΗΡΟΥ.

—

EUSTATHII MONACHI

EPISTOLA AD TIMOTHEUM SCHOLASTICUM

DE DUABUS NATURIS ADVERSUS SEVERUM.

(Ang. Mai, *Vet. Script. nov. coll.* VII, 277.)

—

Ἅπερ πρώην ἐν ταῖς συντυχίαις συνεζητοῦμεν, ταῦτα καὶ διὰ γραμμάτων οὐκ ὤκνησα προσδιαλεχθῆναι σοι, ἐπειδὴ τοῦτο ἐκέλευσας, φιλαληθέστατε Τιμόθεε. Οἱ Χριστὸν ἀσώματον ἐπιδεδημηκέναι τῷδε τῷ βίῳ μυθολογήσαντες, τῆς φαντασίας ὄντες ἐρασταὶ, εἰκότως μίαν φύσιν εἶναι αὐτὸν ἐδογμάτισαν,

C Quæ nuper in colloquiis nostris conquirebamus, vel per litteras tecum agitare non dubitavi, cum ipse illud jusseris, veritatis amantissime Timothee. Quicumque Christum incorporeum hanc vitam adiisse finxere, phantasmatis amatores, profecto unam illi fuisse naturam docuerunt, nec de ipsa

divinitate sanam doctrinam retinuerunt, excepto nomine *Christi* : sed vehementer doctores increpavere, Christum in carne venisse asserentes, duas scilicet naturas confessos. Rem tibi testetur Manes ad Addam scribens : « Dum Galilæi duas Christum naturas habere contendebant, cachinnum sustulimus; illos enim fugiebat, quod substantia luminis, cum alia materia non commiscetur, sed purissima est, nullius cum aliena substantia unionis capax, etiamsi huic cohærere videatur. *Christi* nomen per abusum usurpatur; istud nec speciem ullam designat, nec substantiam. Supernum vero lumen seipsum cum suis consocians, præbuit se corpus inter rudia corpora, una ipsum per omnia natura. » Ad Scythianum quoque similia habet : « Ipsius luminis Filius propriam substantiam in monte revelavit; non duas habens naturas, sed unam, eamdem in visibibi et in invisibili. »

Talia scripserant et Marcion et Valentinus : quorum vestigiis insistens, Timotheus, cognomento Ælurus, in octavo capite dicit : « Natura Christi una sola divinitas, citra ullam commutationem incarnata. » Idem in scriptis adversus Leonem Romanum patriarcham ait : « Non enim substantia Christi aut natura, caro ejus, sed dispensationis (incarnationis) ritus, propter nostram salutem optime institutus. » Et iterum : « Quod si Verbum perficit quæ ipsius sunt, ut novo Nestorio placet, alienum erit divinæ et simplicissinæ naturæ sub conspectum et tactum cadere, sed humanæ potius naturæ proprium. » Et rursus : « Ostendent nobis Diphysitæ duarum naturarum distinctionem, ut ipsi dicunt. » Neque huic, neque hæreticis ei usque ad hodierna tempora faventibus, communicant Severiani, Acephalos eos vocantes.

Ipse tamen Severus Timotheum suscipit talia professum. Scribit enim ad Niciotem in synodicis suis : « Dioscori Timothei, veritatis propugnatorum immoto pede petræ innixorum, horridis adversantium fluctibus frustra jactatorum pugnas revereor, et magni facio. » Quos hic orthodoxus defendat attende. Odio in sanctam synodum (1) motus, Phantasianistis favet, et illorum vocibus sententias nostras exprimit, hominum ad exemplar, qui simulacris splendidas vestes largiuntur, et turpes vultus coloribus exornant. Videsne a quibus et qua de causa una natura excogitata sit?

Quod autem orthodoxi Patres duas Christo esse naturas contendant, ipse testatur Severus; hæc enim habet in tractatu, qui inscribitur *Expositio fidei* : « Dicere duas naturas in Christo, omnis criminis plenum, licet a plerisque sanctis Patribus dictum sit. » Et paulo post : « Ne mihi iterum dixeris quosdam ex Patribus vocabulo duarum natu-

(1) Concilium Chalcedonense.

A οὐδὲ περὶ αὐτὴν μὲν τὴν θεότητα ὑγιαινοντες, πλὴν *Χριστὸν* λέγοντες. Διελοιδορήσαντο δὲ τοὺς Θεὸν Λόγον ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι λέγοντας, ὡς δύο φύσεις ὁμολογοῦντας. Καὶ πειθέτω σε Μανιχαῖος γράφων πρὸς Ἄδδαν· « Τῶν Γαλιλαίων δύο ὀνομαζόντων φύσεις ἔχειν τὸν Χριστὸν, πλατὺν κατεχέαμεν γέλωτα, ὡς οὐκ εἰδότων ὅτι ἡ οὐσία τοῦ φωτὸς ἑτέρᾳ οὐ μίγνυται ὕλῃ, ἀλλ' ἔστιν ἀκραιφνὴς, ἑνωθῆναι ἑτέρᾳ οὐσίᾳ μὴ δυναμένη, κἂν δοκῇ ταύτῃ συνῆφθαι. Ἡ δὲ τοῦ *Χριστοῦ* προσηγορία ὄνομά ἐστι καταχρηστικὸν, οὔτε εἶδους οὔτε οὐσίας ὑπάρχον σημαντικόν. Τὸ δὲ ἀνώτατον φῶς τοῖς ἑαυτοῦ συνουσιωμένον, ἔδειξεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς ὑλικοῖς σώμασιν σῶμα, μία ὂν αὐτὸ φύσις τὸ πᾶν. » Καὶ πρὸς Σκυθιανὸν δὲ τὰ ὅμοια γράφει· « Ὁ δὲ τοῦ ἰδίου
B φωτὸς Υἱὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐφανέρωσεν· οὐ δύο ἔχων φύσεις, ἀλλὰ μίαν, ἐν τῷ ὁρατῷ καὶ ἀοράτῳ. »

Τοιαῦτα καὶ Μαρκίων καὶ Οὐαλεντῖνος ἔγραψαν· οἷα κατακολουθήσας Τιμόθεος, ὁ ἐπίκλην Αἴλουρος, ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ λέγει· « Φύσις δὲ Χριστοῦ μία μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται ἀτρέπτως. » Ἐν δὲ τοῖς κατὰ Λέοντος τοῦ Ῥώμης πατριάρχου φησίν· « Οὐ γὰρ οὐσία τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ φύσις ἡ σὰρξ αὐτοῦ, ἀλλὰ νόμος οἰκονομίας ὀρθῶς πεπραγμένος διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν. » Καὶ πάλιν· « Εἰ δὲ ὁ Λόγος κατεργάζεται ὅπερ ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς τῷ νέῳ Νεστορίῳ δοκεῖ, ἀλλότριον τῆς θείας καὶ ἀκράτου
C φύσεως τὸ ὁραθῆναι καὶ ψηλαφηθῆναι, ἴδιον δὲ μᾶλλον τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως. » Καὶ πάλιν· « Δείξουσιν ἡμῖν οἱ Διφυσῖται τῶν δύο φύσεων τὴν διαφοράν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν. » Τούτῳ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ μέχρι τῆς σήμερον οὐ κοινωνοῦσιν οἱ Σευήρου, ἀκεφάλους αὐτοὺς προσαγορεύοντες.

Αὐτὸς μέντοι Σευῆρος ἀποδέχεται τὸν τοιαῦτα εἰρηκότα Τιμόθεον. Γράφει γὰρ πρὸς τὸν Νικιώτην ἐν τοῖς συνοδικοῖς αὐτοῦ· « Διοσκόρου δὲ καὶ Τιμοθέου, τῶν τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῶν, τῶν ἀπεριτρέπτως τὸν πόδα ἐρεισάντων ἐπὶ τῆς πέτρας, καὶ τῷ σάλῳ τῶν ἀντιδιατιθεμένων περικλυσθέντων μὲν βαιότερον, οὐ παραῤῥυέντων δὲ, τοὺς ἀγῶνας τιμῶ καὶ ἀσπάζομαι. » Ὁ λεγόμενος ὀρθόδοξος τίνας
D ἀποδέχεται πρόσεχε· ὁ διὰ τὴν ἀντιπάθειαν τῆς ἁγίας συνόδου παντὶ Φαντασιανιστῇ προσκλινόμενος, ὁ ταῖς ἐκείνων φωναῖς τὰς ἡμετέρας ἐννοίας περιτιθεὶς, ὡς τοῖς εἰδώλοις οἱ τὰς λαμπρὰς ἐσθῆτας καὶ τὰ ἀκαλλῆ πρόσωπα διὰ χρωμάτων καλλωπίζοντες· ἔγνως ἀπὸ τίνων καὶ διά τί ἡ μία φύσις ἐπενοήθη;

Ὅτι δὲ οἱ ὀρθόδοξοι Πατέρες εἰρήκασιν δύο φύσεις εἶναι τὸν Χριστὸν, αὐτὸς Σευῆρος μαρτυρεῖ· λέγει γὰρ ἐν τῷ συντάγματι αὐτοῦ τῷ ἐπιγεγραμμένῳ· *Ἔκθεσις πίστεως*, οὕτως· « Τὸ λέγειν δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ, πάσης κατηγορίας ἐπίμεστον, εἰ καὶ ὑπὸ πλειόνων ἁγίων Πατέρων εἴρηται. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ μὴ πάλιν εἴπῃς ὡς τῇ λέξει τῇ τῶν

δύο φύσεών τινες τῶν Πατέρων ἐχρήσαντο· ἐχρήσαντο γὰρ ἀδιαβλήτως, ὥσπερ εἴπομεν· κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τῆς νόσου τῶν Νεστορίου καινοφωνιῶν τὰς Ἐκκλησίας ἐπινεμομένης, ἐπὶ πλέον ἡ λέξις ἀπεδοκιμάσθη.» Καὶ πάλιν· « Μὴ δύνασθαι τὰς τῶν Πατέρων φωνὰς τῶν ἀδιαβλήτως τῇ λέξει χρησαμένων προφέρεσθαι, κἂν αὐτοῦ Κυρίλλου εἶεν αἱ φωναί. » Πᾶσα σχεδὸν φωνὴ δογματικὴ κακουργεῖσθαι δύναται παρὰ τῶν αἱρετικῶν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο πάντως ἢ πάντοτε ταύτας παραιτούμεθα· εἰς δὲ τὸν σκοπὸν τοῦ λαλοῦντος ἀποβλέποντες, κατὰ τὸ σημαινομένον ἢ παραδεχόμεθα ἢ ἀπωθούμεθα αὐτάς. A

Ἡμεῖς οὖν τοῖς ἀδιαβλήτως τῇ λέξει χρησαμένοις ἀκολουθοῦντες, δύο φύσεις Χριστοῦ λέγομεν, κἂν Σευήρῳ πάσης κατηγορίας ἐπίμεστον εἶναι δοκῇ· καὶ μὴ δύνασθαι τὰς τῶν Πατέρων φωνὰς προφέρεσθαι νομοθετεῖ ὁ συνήγορος καὶ ἀντίδικος· ἀρκεῖ δ' ἡμῖν Σευῆρον μαρτυρεῖν, ὅτι ἁγίων Πατέρων ἐστὶν ἡ τῶν δύο φύσεων λέξις, καὶ πλειόνων Πατέρων· οὐ γὰρ ἑνὸς ἢ δύο μόνον. Οὐκ ἀληθεύει οὖν ὁ συκοφαντῶν, αἱρετικοὺς ἐπινενοηκέναι τὴν λέξιν· ἀληθεύει δὲ μᾶλλον ὁ λέγων, ἁγίους κατὰ αἱρετικῶν χρήσασθαι ταύτῃ. Ἁγίων δὲ καὶ πολλῶν φωνὰς ἐκβάλλειν, ἀλαζονικόν ἅμα καὶ μανικόν. Κἂν προφασίζεται Σευῆρος διὰ Νεστόριον ἀποδοκιμασθῆναι τὴν λέξιν ταύτην· ἀπεδοκιμάσθη δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτόν. Ὁ γὰρ μακάριος Κύριλλος μετὰ Νεστόριον τὴν πρὸς Εὐλόγιον γράψας ἐπιστολήν, ἀπελογήσατο ἐν αὐτῇ περὶ τῶν Ἀνατολικῶν λεγόντων δύο φύσεις. B C

Φησὶν δὲ Σευῆρος καὶ ἀλλαχοῦ· « Πολλαὶ φωναὶ παρὰ τοῖς Πατράσιν ἀδιαβλήτως λεγόμεναι, ὕστερον οὐκ ἀσφαλεῖς ὤφθησαν μετὰ Νεστόριον. » Ἐὰν οὖν καὶ ἡμεῖς φήσωμεν, πολλαὶ φωναὶ παρὰ τοῖς Πατράσιν ἀδιαβλήτως λεγόμεναι, ὕστερον οὐκ ἀσφαλεῖς ὤφθησαν μετὰ Εὐτυχέα, τί τὸ συναγόμενον; Διὰ Νεστόριον μὲν ἡ τῶν *δύο φύσεων* ἐκβληθήσεται φωνή, δι' Εὐτυχέα δὲ ἡ τῆς *μιᾶς φύσεως*. Εἰ δὲ ἁγίων Πατέρων ἀναιροῦμεν φωνάς, διὰ τὸ κακῶς ταύταις χρήσασθαι αἱρετικούς, πολλὰς καὶ ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν ἀθετήσομεν, διὰ τὸ ὁμοίως κακῶς χρήσασθαι ταύταις αἱρετικούς. Καὶ τῇ μὲν φωνῇ τῶν *δύο φύσεων* ἐχρήσαντο ἅγιοι πρὸ τῶν αἱρετικῶν, τῇ δὲ *μιᾶς φύσεως* πρὸ τῶν χρησαμένων αὐτῇ Πατέρων, εὑρεταὶ γεγόνασιν αἱρετικοί, ὡς ἀνωτέρω γέγραπται. Κατεπλάτυνεν δὲ αὐτὴν μάλιστα Ἀπολινάριος ὁ διμοιρίτης. Εἰ δὲ διὰ τοὺς αἱρετικοὺς χρὴ φωνὰς ὀρθοδόξων ἀναιρεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον κατὰ αἱρετικῶν ταύταις κατ' ἀλλήλων χρᾶσθαι, ἀναιρεθήσεται διὰ Σαβέλλιον τὸ *ὁμοούσιον*, διὰ Ἀπολινάριον δὲ καὶ Εὐνόμιον καὶ Ἄρειον ἡ *Θεοτόκος* φωνή. Καὶ οὕτως λοιπὸν δι' ἀνακολούθους ἀκολουθίας, εἰς ἐφευρέσεις καινοφωνιῶν ἀπασχοληθήσονται οἱ Χριστιανοί. Καλὸν οὖν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἀκολουθοῦντας ἡμᾶς, τοῖς ἀντινομοθετοῦσι μὴ πείθεσθαι. D

Καίτοι γε καὶ αὐτοί ἐστιν ὅτε τῷ δυνατῷ τῆς ἀληθείας ἡττώμενοι ἐκεῖνα ὁμολογοῦσιν, ἅπερ ἀρνεῖ-

rarum usos esse; eo enim usi sunt, absque ullo crimine, uti diximus: tempore autem beati Cyrilli, cum Nestoriana pestis et novitas Ecclesias depasceretur, vocabulum hoc, ut plurimum rejectum est (2). » Et rursus : « Non possunt Patrum voces proferri, qui hoc vocabulo absque ullo crimine usi sunt, etiamsi voces illæ sint ipsius Cyrilli. » Dogmatico fere quovis vocabulo hæretici abuti possunt, sed non ideo omnino et ubique illud repudiamus, sed mentem loquentis considerantes, pro verbi significatione illud aut retinemus, aut explodimus.

Patrum igitur vestigiis ingressi, qui absque ullo crimine hoc vocabulo usi sunt, duas in Christo naturas asserimus, licet hoc Severo plenum periculi esse videatur, et Patrum voces proferre vetet adversarius simul et advocatus. Sufficit nobis ipsum Severum testari, quod sanctorum Patrum sit hoc duarum naturarum vocabulum, et plerorumque Patrum, non unius tantum vel alterius. A veritate ergo abhorret, dum mentitur ab hæreticis illud fuisse inventum, veritati autem magis consentit dicens, sanctos illo adversus hæreticos esse usos. At voces sanctorum multorumque rejicere, jactantis simul et insani. Ne prætexat Severus propter Nestorium hoc vocabulum improbatum fuisse; nam et improbatum est ab eo et a fautoribus ejus. Beatus enim Cyrillus post Nestorium ad Eulogium scribens epistolam, in ea Orientales defendit duas naturas asserentes.

Dicit etiam alias Severus : « Multæ loquendi formulæ veterum Patrum absque ulla ullius reprehensione usurpatæ, post Nestorium non visæ sunt amplius tutæ. » At si nos quoque diceremus : Multæ voces absque crimine a Patribus usurpatæ post Eutychen non amplius tutæ visæ sunt, quid inde? Propter Nestorium explodetur vocabulum *duarum naturarum*, propter Eutychen vocabulum *unius naturæ*. Quod si sanctorum Patrum voces tollimus, quod illis hæretici prave abutuntur, multa quoque de sacris Scripturis auferenda, quia et his similiter hæretici prave utuntur. Vocabulum *duarum naturarum* usurpaverunt sancti ante hæreticos, vocabulum vero *unius naturæ* invenerunt hæretici, antequam eo Patres usi sint, uti supra scriptum est, et illud Apollinaris opera maxime percrebuit. Quod si propter hæreticos orthodoxorum voces rejiciendæ, et non potius adversus hæreticos vicissim usurpandæ essent, rejiceretur propter Sabellium vocabulum *consubstantialis*; propter Apollinarem, Eunomium et Arium, vox *Deipara*. Atque ita semper inepta consequentia, circa excogitanda nova vocabula occupabuntur Christiani. Decet igitur nos sanctorum Patrum auctoritati inservientes, adversantium libidines respuere.

Nonnunquam tamen fit ut ipsi veritatis vi victi, eadem confiteantur, quæ negare studuerant et so-

(2) Eadem referuntur ab Anastasio Sinaita, *Viæ dux*, cap. 7.

lebant. Hæc enim docet Severus in libro adversus Grammaticum (3) : « En duo considerare, mentis opinione tantum fieri potest differentiam distinguentis, ut in qualitate physica. » Et rursus in eodem libro : « Quomodo omnis impudentiæ pleni homines negant, dum duas naturas asserunt, se duas hypostases et personas dicere ? Quando enim cogitatione distinguuntur naturæ aut hypostases, simul cogitantur et personæ ; nam quidquid ab alio distinguitur protinus propriam personam constituit. Ubi autem naturæ e quibus constat unus Christus in compositione subsistunt, et unam perficiunt hypostasin et naturam, Unigeniti scilicet Verbi incarnati et inhumanati, cessat simul et binarius hypostaseon personarumque cogitatione conceptus numerus, in unum quid concurrens, in unam ex ambabus hypostasin, ac merito *persona* vocatus. Nam impossibile est duo non in duabus personis apparere. »

Num tibi non videtur post compositionem, vel unionem, duas naturas et agnoscere et vocare in Christo, et has quidem subsistentes ? Quas distinguit ubi vult, ut duas, et rursus in unam conjungit, quasi potestatem haberet et dicendi et faciendi. Per omnia sibimet repugnat, omnia consulto perturbat. Per ea quibus unam naturam stabiliendam suscipit, duas probat naturas ; ad eam ipsam doctrinam deducit, ut ita dixeris, quam defendere recusat. Cui soli et non alteri propter suam in terrena sapientia prudentiam, data est illa gratia, ut quando voluerit, una natura evanescat, et duæ appareant, et duabus visis, rursus in unam coeant, et contrahantur.

Ipse igitur primus omnium plenus impudentiæ qui etiam duas naturas confitetur. Non enim dixit : Cogitatione cum distinguetur natura, sed, Cum distinguerentur naturæ ; non, Quando in comparatione subsistit natura, sed, Subsistunt naturæ. Quæ autem non solum mente cogitat, aut ore profert, sed scriptis etiam exprimit, atque ea octoginta et amplius annis post Nestorium. Alios quidem vetat duas naturas dicere, ipse vero eas per omnia negare nequit ; et quas confuso et ænigmatico modo in allatis verbis innuerat, in alio loco ejusdem tractatus alta voce profitetur : « Nolite scribere Chalcedonensem synodum duas dixisse naturas ; longe absit, sed hypostaticam unionem et vocem *ex duabus* dicere prohibuit. » In librum autem ad Sergium, ita loquitur : « Eadem igitur mente incede et progredere, eorum immemor quæ retro, in ea intentus quæ ante, et opinionis oblitus perditæ, quæ in unam conducit ea e quibus Christus citra confusionem constat. Qui enim nunc proprietatem naturarum distinguere contendit, e quibus est Christus, absque confusione : nunc vero in unam substantiam et personam omnia conjungit et confundit, visus est ex confessione manipulum afferre *non habentem vires ut faciat farinam* (Osee VIII, 7). » Natura

(3) Joannem scilicet Cæsariensem.

σθαι καὶ ἐσπούδασαν καὶ ἐνομοθέτησαν· ὅταν γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῇ κατὰ Γραμματικοῦ Σευῆρος λέγῃ· « Ἰδοὺ τὸ μὲν δύο σκοπεῖν, τῇ φαντασίᾳ τοῦ νοῦ μόνον ἐφίεται, διακρίνοντος τὴν διαφοράν, τὴν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ· « Πῶς οἱ πάσης ἀναιδείας ἀνάμεστοι, δύο λέγοντες φύσεις, φασὶ μὴ λέγειν δύο ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα ; ὅτι καὶ ἐν τῇ ἐπινοίᾳ διαιρουμέναις ταῖς φύσεσιν ἤγουν ὑποστάσεσιν, συνεπινοεῖται τὰ πρόσωπα· θάτερον γὰρ θατέρου διαιρούμενον, εὐθὺς ἴδιον ἐπιγράφεται πρόσωπον· ἐν συνθέσει δὲ ὑφισταμέναις ταῖς φύσεσιν ἐξ ὧν ὁ εἷς Χριστὸς, καὶ μίαν ἀποτελούσαις ὑπόστασιν καὶ φύσιν τὴν τοῦ μονογενοῦς Λόγου σεσαρκωμένου καὶ ἐνανθρωπήσαντος συναπολήγει καὶ ἡ φαντασθεῖσα τῇ ἐπινοίᾳ τῶν ὑποστάσεων καὶ προσώπων δυὰς, εἰς ἕν τι συνδραμοῦσα τὴν ἐξ ἀμφοῖν μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἀκολούθως ἓν ἐπιγραφομένη τὸ *πρόσωπον*. Τὰ γὰρ δύο μὴ ἐν δύο φαίνεσθαι προσώποις, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. »

Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι μετὰ τὴν σύνθεσιν, ἤγουν ἕνωσιν, δύο καὶ εἰδέναι καὶ ὀνομάζειν φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ ταῦτα ἐνυποστάτους ; ἃς καὶ διαιρεῖ ὅτε βούλεται εἰς δύο, καὶ συνάγει εἰς μίαν, ὡς ἐπ' ἐξουσίας ἔχων καὶ λέγειν καὶ πράττειν. Ὁ ἐν πᾶσιν ἑαυτῷ ἐναντιούμενος, ὁ διὰ τὴν κατασκευὴν ἀνατρέπων. Ὁ δι' ὧν βούλεται μίαν φύσιν συνιστᾷν, δι' αὐτῶν δύο φύσεις παριστῶν· καὶ ἐν αὐταῖς μὲν στῆναι μὴ βουλόμενος, ὡς δ' ἂν εἴποι τις δι' αὐτῶν τὴν πάροδον ποιούμενος. Ὦ μόνῳ καὶ οὐκ ἄλλῳ τινὶ, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ χαμόθεν οἰησίσοφον ἀρετὴν, ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἵνα ὅταν βούληται, διανοίγηται αὐτῷ ἡ μία φύσις, καὶ ἀναφαίνηται αὐτῷ δύο· καὶ μετὰ τὴν φαντασίαν τῶν δύο συγκλείεται πάλιν καὶ συνάγεται εἰς ἑαυτήν.

Αὐτὸς οὖν ἆρα πρῶτος πάσης ἀναιδείας ἀνάμεστος, ἐπειδὴ καὶ δύο φύσεις ὁμολογεῖ. Οὐ γὰρ εἶπε, Ἐπινοίᾳ διαιρουμένης τῆς φύσεως, ἀλλὰ, Διαιρουμέναις ταῖς φύσεσιν· καὶ ἐν τῇ συνθέσει, οὐχ, Ὑφισταμένης τῆς φύσεως, ἀλλ', Ὑφισταμέναις ταῖς φύσεσιν· καὶ μὴ μόνον σκοπῶν καὶ λέγων ταῦτας, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ἀποτυπούμενος· καὶ ταῦτα μετὰ Νεστόριον, μετὰ π' καὶ πρὸς ἔτη. Ὁ ἄλλους μὲν ἀποτρέπων δύο φύσεις λέγειν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνάμενος παντελῶς ταύτας ἀρνεῖσθαι· ὁ διὰ μὲν τῶν παρατεθειμένων αὐτοῦ λέξεων ἀμυδρότερον καὶ γριφωδέστερον ταύτας ὁμολογῶν· ἐν δὲ ἑτέρῳ τόπῳ τοῦ αὐτοῦ συγγράμματος, φανερώτερον βοῶν· « Μήτις ἐγράψατο τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον δύο φύσεις εἰποῦσαν τὸν Χριστόν ; μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὅτι τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ τὴν *ἐκ δύο* φωνὴν εἰπεῖν παρῃτήσατο. » Ἐν δὲ τῷ πρὸς Σέργιον, ταῦτά φησιν· « Ἴθι τοίνυν διὰ τῆς αὐτῆς διανοίας, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἄγου, τῶν μὲν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος, πρὸς δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἐκτεινόμενος, καὶ τῆς ἐσφαλμένης δόξης ἐκείνης τῆς εἰς μίαν ἀγούσης τὰ ἐξ ὧν ἀσυγχύτως ἔστιν ὁ Χριστός. Φήσαντος γὰρ οὐ συνομολογεῖν ἰδιότητα τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἀσυγχύτως ἔστιν ὁ Χριστὸς, καὶ πάλιν εἰς μίαν οὐσίαν καὶ ἰδίωμα τὸ πᾶν συναλείφοντος καὶ συγχέοντος, εὑρέθην κομιζόμενος ἀπὸ τῆς ὁμολογίας

δράγμα μὴ ἔχον ἰσχὺν ποιῆσαι ἄλευρον. » Φύσις καὶ οὐσία καὶ παρὰ Σευήρῳ ταυτόν ἐστιν. Ὁ οὖν μεμφόμενος τὸν εἰς μίαν οὐσίαν ἤτοι φύσιν συνάγοντα τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, οὐχὶ φανερῶς ἀποδέχεται τοὺς δύο καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογοῦντας ;

Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ λόγῳ τῷ πρὸς αὐτὸν Σέργιον (οὗτος δὲ ἦν γραμματικὸς Εὐτυχιανιστὴς) λέγει· « Πῶς οὐ καταγέλαστον καὶ τὸ λέγειν δύο ἰδιότητας ἢ δύο ἐνεργείας ; Πολλὰ γάρ ἐστι καὶ οὐ δύο μόνον ἑκάστης φύσεως· οἷον τῆς ἀνθρωπότητος τὸ ἁπτὸν, τὸ ὁρατὸν, τὸ θνητὸν, τὸ ὑποκεῖσθαι πείνῃ καὶ δίψῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως· καὶ τῆς θείας δὲ φύσεως πολλὰ τὰ ἴδια, τὸ ἀόρατον, τὸ ἀναφὲς, τὸ προαιώνιον, τὸ ἀπερίγραπτον. Ὁμοίως καὶ τὰ ἐνεργήματα πολλὰ καὶ διάφορα· καὶ τοσαῦτα ὅσα ἄν τις εἴποι πράξεις θείας τε καὶ ἀνθρωπίνας. » Ἰδοὺ οἶδεν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγειν ἑκάστην φύσιν· ἐπὶ μιᾶς δὲ φύσεως ἑκάστη φύσις οὐ λέγεται, ἀλλ' ἐπὶ δύο· καὶ ὁ λέγων ἐπὶ Χριστοῦ θείαν φύσιν, παραδηλοῖ καὶ τὴν ἀντιδιαστελλομένην ἀνθρωπίνην φύσιν εἰδέναι. Καὶ τούτων ἰδιότητας καὶ ἐνεργείας φησὶν ὁ ἐν πολλοῖς αὐτοῦ συντάγμασιν ἀναθεματίζων τοὺς λέγοντας ἐπὶ Χριστοῦ ἰδιότητας καὶ ἐνεργείας. Ὁ διὰ πολλὴν σοφίαν πάσης δόξης μαθητὴς καὶ πάσαις μαχόμενος, ἑκάστῃ δὲ τῇ ἀντιθέτῳ.

Τοῖς μὲν γὰρ Εὐτυχιανισταῖς ἤτοι Φαντασιανισταῖς τοῖς τῆς Ἐκκλησίας δόγμασιν ἀνθίστατο· φύσιν δὲ φύσιν λέγων, καὶ ἑκάστην καὶ θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ τούτων ἰδιότητας καὶ ἐνεργείας. Ὅτε δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ μάχεται, ἀναθεματίζει ταῦτα, ἅπερ κατὰ τῆς φαντασίας προεβάλετο· τοῖς δὲ ἐκείνης συστατικοῖς ἐπιχειρήμασι κέχρηται κατὰ τῆς ἀληθείας, ἵνα ᾖ ὁ λεγόμενος δοξοκαθαιρέτης, ὁ καὶ ἑαυτῷ καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις Πατράσι μαχόμενος· πῶς γὰρ οὐ μάχεται τοῖς Πατράσιν ὁ εἰπὼν ἐν τῇ *Ἐκθέσει τῆς πίστεως* αὐτοῦ, ὅτι εἰρήκασιν οἱ ἅγιοι Πατέρες δύο φύσεις ; Ἐν δὲ τῇ συνοδικῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς τὸν Νικιώτην ἀναθεματίζω αὐτοὺς ἐν τῷ γράφειν· « Ἀναθεματίζομεν οὖν τοὺς δύο λέγοντας ἢ εἰπόντας φύσεις μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. » Διὰ τοῦ *εἰπόντας*, τοὺς ἁγίους Πατέρας ἀναθεμάτισεν, τοὺς ἀδιαβλήτως τὴν φωνὴν εἰρηκότας κατὰ τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν· οὐ γὰρ προσδιωρίσατο καὶ εἶπεν τοὺς κακῶς χρησαμένους τῇ λέξει, ἀλλ' ἀπολύτως ἔφη τοὺς *εἰρηκότας* δύο φύσεις. Διὰ δὲ τοῦ *λέγοντας*, ἑαυτὸν ἀναθεματίζει· εἶπεν γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς προαποδέδεικται.

Ἀξιοθαύμαστος δὲ καὶ, ὅταν ἀποφαίνηται· « Τὰ γὰρ δύο μὴ ἐν δύο προσώποις φαίνεσθαι, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. » Ἵνα πάντα παρῶμεν, πανταχοῦ δύο φύσεις λέγων αὐτὸς σκοπεῖν ἐν τῷ Χριστῷ, δύο πάντως καὶ πρόσωπα λέγει ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ. Καὶ εἰ μὲν φαντασιώδεις θεωρεῖ τὰς φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ ἀκολούθως φαντασιώδη θεωρεῖ καὶ τὰ πρόσωπα· εἰ δὲ οὐσιώδεις κατὰ ἀλήθειαν, ἀληθῶς ἐνυπόστατα καὶ τὰ πρόσωπα θεωρεῖ· δύο οὖν φύσεις

et substantia vel apud Severum idem sunt. Dum igitur eos incusat, qui in unam naturam aut substantiam ea contrahunt e quibus Christus, nonne evidenter illos probat qui duas naturas, vel post unionem confitentur ?

Dicit etiam in secunda oratione ad eumdem Sergium (hic erat grammaticus Eutychianista) : « Qui non ridiculum dicere duas proprietates aut duas operationes ? Multæ enim sunt, et non duæ tantum cujusque naturæ ; ita hominis est sub tactum et sub conspectum cadere ; morti obnoxium esse, ac fami et siti, et cætera hujusce generis. Divinitatis quoque multæ proprietates, nam invisibilis, intactilis, æterna, incircumscripta. Pariter et effectus quoque sunt innumeri ac varii, et tot invenies, quot actus hominibus aut Deo tribuere poteris. » En vel post unionem utramque naturam dicere non dubitat ; ad unam vero naturam utraque natura non refertur, sed ad duas : qui in Christo divinam naturam prædicat, indicat se quoque oppositam huic humanam naturam agnoscere. Loquitur etiam de istarum proprietatibus et operationibus qui in multis tractatibus eos anathematizat qui in Christo proprietates et operationes confitentur. Sic propter summam sapientiam doctrinas omnes simul defendit et impugnat, vel diversissimas inter se.

Eutychianistis enim aut Phantasianistis Ecclesiæ dogmata objicit, naturam vocans, et utramque confessus divinam et humanam, et harum proprietates et operationes. Quando autem Ecclesiæ adversatur, eadem damnat quæ contra phantasmatum fautores propugnaverat, et ab ipsis adversus veritatem arma mutuatur, ut sit vere dogmatum eversor, sibimet et sanctis Patribus pugnans. Qui enim Patribus non adversaretur qui in *Expositione fidei* suæ dixit, a sanctis Patribus agnitas esse duas naturas, in synodica vero Epistola ad Nicioten eos anathematizat scribendo : « Anathematizamus igitur eos qui post ineffabilem unionem unum Dominum nostrum Jesum Christum duas habere naturas dicunt aut dixerunt ? » Per vocem *dixerunt*, sanctos Patres anathematizat, qui, ipso testante, absque ullo crimine vocabulo *duarum naturarum* usi sunt ; non distinguit enim, nec dicit, Qui prave hoc vocabulo usi sunt, sed absolute, Qui *dixerunt* duas naturas. Per vocem autem *dicunt*, seipsum damnat ; nam et ipse confessus est duas naturas, ut supra demonstravimus.

Dignus est etiam admiratione quando declarat : « Impossibile est duo non in duabus personis apparere. » Ut omnia concedamus, ubique duas naturas dum dicit se in Christo cogitare, duas omnino personas asserit in illo, juxta hoc affatum. Quod si imaginarias in Christo admittit naturas, sane et imaginarias confitebitur personas ; si autem substantiales, et veras naturas, vere subsistentes profitetur et personas. Cum igitur duas naturas

dicit in Christo et duas personas, qui non et duos Christos loquitur? Quemadmodum ergo ex duabus naturis, ita ex duabus personis expresse dicit esse Christum in libro adversus grammaticum Joannem, et ut putat inexpugnabili ratione. Hinc autem patet, ab ipso quoque sæpius dici, non esse naturam quæ persona careat.

A λέγων ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ δύο πρόσωπα, πῶς οὐχὶ καὶ δύο Χριστοὺς λέγει; Ὥσπερ δὲ ἐκ δύο φύσεων, οὕτως καὶ ἐκ δύο προσώπων ῥητῶς λέγει τὸν Χριστὸν ἐν τῷ κατὰ τοῦ γραμματικοῦ Ἰωάννου βιβλίῳ. ὡς δὲ νομίζει καὶ ἀποδεικτικῶς. Τοῦτο δὲ δηλοῖ, καὶ τὸ λέγειν αὐτὸν ἐν πολλοῖς, μὴ εἶναι φύσιν ἀπρόσωπον.

Nos vero, præterita ejus hac enuntiatione, ex duabus naturis dicimus esse Christum, sicut ex multis membris et partibus unum corpus: non autem ex duabus personis. Longe absit: quæ enim propria substantia nunquam substiterunt, propriam personam non assument, uti ipse Severus fatetur. « Quando ex duabus naturis dicimus Christum, ac duas naturas, eum quoque in duabus naturis esse dicimus, Verbum ab omni confusione B et imminutione immune servantes. Nam si naturæ unam personam perficiunt, unde *ex duabus* dicitur, qui non ipsum quod efficient. » Hæc sunt quibus constat quod efficitur; si vero non ita se haberet, illud esset ut alienum in alieno. Aspice quot inepta et absurda inde oriuntur. Dum eos anathematizat qui Christum in duabus naturis dicunt esse, nonne seipsum anathematizat? Nam duas naturas in Christo ubi cogitat et dicit et scribit, in duabus naturis eum confiteri cogitur; imo non solum in duabus naturis, sed etiam in duabus personis juxta novitatem suam; declaravit enim, impossibile esse duo non in duabus personis apparere.

Ἡμεῖς δὲ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀπόφασιν παρωσάμενοι, ἐκ δύο μὲν φύσεων λέγομεν τὸν Χριστὸν, ὥσπερ καὶ ἐκ πολλῶν μελῶν καὶ μερῶν τὸ ἓν σῶμα, οὐχὶ δὲ καὶ ἐκ δύο προσώπων. Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ μὴ ἰδιοϋποστάτως ὑπάρξαν ποτὲ, οὐκ ἂν ἴδιον ἐπιγράψεται πρόσωπον, ὡς αὐτῷ Σευήρῳ δοκεῖ· « Ἔστιν ὅτε ἐκ δύο οὖν φύσεων λέγοντες τὸν Χριστὸν, καὶ δύο φύσεις, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι λέγομεν εἶναι αὐτὸν, τὸν τοῦ ἀσυγχύτου καὶ ἀμειώτου φυλάττοντες λόγον· εἰ γὰρ ἀποτελεστικαί εἰσι τοῦ ἑνὸς προσώπου αἱ φύσεις, καθ' ὃ καὶ ἐκ δύο λέγεται, πῶς οὐχὶ καὶ αὐτὸ καὶ τὸ ἀποτέλεσμα; » Ταῦτά ἐστι τὰ ἐξ ὧν συνέστη αὐτὸ τὸ ἀποτέλεσμα· εἰ δὲ μὴ ἔστι ταῦτα, ἄρα γε ὡς ἄλλα ἐν ἄλλῳ εἰσὶ, καὶ τοῦτο. Σκόπει σὺ τὰ ἀνακύπτοντα ἄτοπα καὶ μωρά. Ὁ δὲ ἀναθεματίζων τοὺς ἐν δυσὶ φύσεσι λέγοντας εἶναι τὸν Χριστὸν, ἆρ' οὐχὶ ἑαυτὸν ἀναθεματίζει; δύο γὰρ φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ καὶ σκοπῶν καὶ λέγων καὶ γράφων, ἐν δυσὶ φύσεσιν ἀναγκάζεται ὁμολογεῖν αὐτόν· καὶ οὐ μόνον ἐν δυσὶ φύσεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν δυσὶ προσώποις κατὰ τὴν καινοφωνίαν αὐτοῦ· ἀπεφήνατο γὰρ τὰ δύο μὴ ἐν δύο [προσώποις] φαίνεσθαι, ἀδύνατον εἶναι.

Quod si in sermone in Nativitatem veritati consentit adversarius quando dixit: « Quod ex duabus quibusdam rebus coagmentatur, non ea continet quibus constat, » et negavit integrum manere binarium elementum, qua ratione rursus in Christo duas naturas cogitat in compositione subsistentes, atque ita duas, ut eas distinguat mente et cogitatione et intellectu et sermone? Dicat nobis utrum unam naturam discernit, an duas? ea quæ sunt, an ea quæ non sunt? substantialia, an quæ non sunt substantialia? At alterutrum verum est: aut integrum remanet binarium elementum, quod cogitet; aut si evanescit, nihil cogitat, et mentitur affirmans se cogitare quæ non sunt: mentitur quidem ipse, manet autem quodque quod natura est.

C Εἰ δὲ ἀληθεύει λέγων ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ τῷ εἰς τὰ Γενέθλια ὁ ἐναντιωματάρης· « Τὸ γὰρ ἐκ δύο τινῶν συνενηνεγμένον, οὔτε τὰ ἐξ ὧν συνετέθη συνέχειν, » καὶ ἐμπαγίως μένειν τὴν δυάδα ἠρνήσατο, πῶς πάλιν σκοπεῖ ἐν τῷ Χριστῷ δύο φύσεις, καὶ ταύτας ὑφισταμένας ἐν τῇ συνθέσει; Καὶ οὕτως δύο, ὡς καὶ διαιρεῖν αὐτὰς νῷ καὶ φαντασίᾳ καὶ ἐπινοίᾳ καὶ λόγῳ. Εἰπάτω ἡμῖν· τὴν μίαν φύσιν διαιρεῖ, ἢ τὰς δύο; τὰ ὄντα, ἢ τὰ μὴ ὄντα; τὰ ἐνυπόστατα, ἢ τὰ ἀνυπόστατα; Ἐν οὖν τῶν ὁποτέρων ἀληθές· ἢ ἐμπαγίως μένει ἡ δυὰς καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἵνα καὶ σκοπῇ ταύτην· ἢ εἰ μὴ μένει, οὐδὲν σκοπεῖ, καὶ ψεύδεται λέγων σκοπεῖν τὰ μὴ ὄντα· ψεύδεται δὲ καὶ ὁ λέγων, μένει δὲ ἑκάτερον ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει.

D

Ast ipse asserit in libro adversus Grammaticum: « Ea de quibus constat Christus, manent citra ullam imminutionem et mutationem, in compositione subsistentiæ. » Quod si autem duæ naturæ unam effecerunt, qui post unionem duas cogitat et non unam? Et ut de una loquitur, cur non ea omittit quæ ad quamque pertinent, naturas scilicet, naturam carnis, et naturam divinitatis, et humanitatem, et divinitatem? quibus abundant ejus scripta. Si duæ naturæ, divinitas nempe et humanitas, unam naturam effecerunt, dicat quo eam nomine vocet? Unum enim sit oportet, quod unam naturam designat. Nequit enim unam dicere naturam, et illam utriusque nominibus vocare, ne rur-

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σκήτει ἁγίους, διὰ τοὺς ἐγκαλοῦντας τὴν τῶν δογμάτων Ὠριγένους καθαίρεσιν· « Ἐτόλμησάν τινες εἰπεῖν διδάσκαλον εἶναι τῆς ἐκκλησίας Ὠριγένην. Ἆρα πρέπον τῶν τοιούτων ἀνέχεσθαι; εἰ διδάσκαλός ἐστι τῆς ἐκκλησίας Ὠριγένης, μεγαλοφρονοῦσιν Ἀρειανοί τε, καὶ Εὐνομιανοί, καὶ Ἕλληνες· οἱ μὲν εἰς τὸν υἱὸν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημοῦντες, οἱ δὲ μετὰ τοῦ δυσσεβεῖν ὁμοίως αὐτοῖς, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν χλευάζοντες. Σαφὲς τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων γεγένηται, ὅτι περ ὁ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἀκολουθῶν οὐκ ἀμφιβάλλει, ὡς οἱ τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες τῇ Ἑλληνικῇ πλάνῃ, καὶ Ἀρειανικῇ ἀκολουθοῦσι μανίᾳ.

Λέγει δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν Φουᾷ μοναχούς, κατὰ τῶν λεγόντων μὴ εἶναι ἀνάστασιν τῶν σωμάτων, τάδε· « Φασὶ τοίνυν τῶν ἐν ὑμῖν τινας ἀρνεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν ἀνάστασιν, ὅπερ ἐστὶ μέρος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ἧς ποιούμεθα προσιόντες τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι. Ὁμολογοῦντες γὰρ τὴν πίστιν, προσεπάγομεν ὅτι πιστεύομεν καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν. Εἰ δ' ἀναιροῦμεν τοῦτο, καὶ οὐ πιστεύομεν ὅτι ὁ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ συναναστήσῃ, χωλεύουσαν ἔχομεν τὴν πίστιν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἀφέντες ὁδὸν, βαδίζο- omnimodam animæ corruptelam. Quæ enim semel a sublimi vita decidit, nullam modum statuit malitiæ suæ; sed propter passionum consuetudinem atque habitum a rationabili ad irrationabile deveniet, indeque in stirpium insensibilitatem mutabitur; insensibili autem inanimum est consequens, inanimo id quod non subsistit. Itaque penitus ex hac consequentia, anima ipsis ad non ens tandem concedet. Sic nullam facultatem habitura est ad meliora redeundi. Verum enim vero ad hominem e frutice animam reducunt; igitur præstantiorem demonstrant esse vitam in frutice, quam incorpoream vitam. Jam enim ostensum est, progressum animæ in deteriora, atque idcirco in inferiora esse; subjacet autem insensibili naturæ inanimatum: quo per consequentiam principium eorum B doctrinæ animam redigit. Sed quoniam hoc nolunt, aut insensibili animam concludunt, aut, si inde ad humanam vitam eam reducunt, eam vitam quæ in stirpe ducatur, ut dictum est, ostendunt antecellere primo animarum statui: siquidem inde ad malitiam fuit prolapsio, hinc vero ad virtutem est reditus. Quamobrem illa ratio convincitur esse sine capite, et sine fine, quæ vivere animas separatas ante corpoream vitam asseverat, ac propter flagitia corporibus esse devinctas. » Hæc Nyssenus. Cum igitur aperta sit Patris hujus doctrina, damnetque eos qui dicant, animas ante corpora fuisse: audiamus et sanctum Theophilum episcopum Alexandriæ, e sermone ad quosdam monachos scripto, qui Origeni assentirentur: sic enim dicit: « Quare anathematizantes Origenem, cæterosque hæreticos, exemplo nostro, et Anastasii C sanctæ Romanæ Ecclesiæ episcopi, qui ex veteribus certaminibus clarus nobilissimi populi dux creatus est, quem et universa beatorum Occidentis episcoporum sequitur synodus, quæ accepit ac probavit Alexandrinorum Ecclesiæ sententiam in impium latam. »

Ejusdem de epistola ad sanctos qui in Sceti erant, propter eos qui incusarent damnationem Origenis doctrinæ: « Dicere nonnulli ausi sunt, Origenem Ecclesiæ esse doctorem. An hi, obsecro, ferendi sunt? Si Ecclesiæ doctor est Origenes, magnos sibi spiritus sumunt Ariani, et Eunomiani, et pagani: illi in Filium ac Spiritum blasphemantes; hi similiter, atque illi, impii, nec non resurrectionem mortuorum deri- D dentes. » Ex his perspicuum est, eum qui sanctos Patres sequitur, non dubitare quin ii qui cum Origene sentiunt, paganorum errorem Arianorumque insaniam sequantur.

Hæc quoque sanctus Cyrillus dicit Alexandriæ episcopus, in epistola ad monachos qui in Phua, in eos qui affirmant corporum resurrectionem non esse: « Aiunt igitur, esse apud vos qui negent humanorum corporum resurrectionem: quæ pars confessionis nostræ est, quam fecimus salutare adeuntes baptisma. Fidem enim profitentes, adjungimus credere nos et carnis resurrectionem. Si hoc tollimus, nec credimus Christum resurrexisse a mortuis, ut nos sibi conresuscitaret, claudicantem habemus fidem, ac a via re-

μεν τὴν διεστραμμένην. Ἐστι δὲ ἡ τοιαύτη κακοδοξία τῆς A
Ὠριγένους φρενοβλαβείας· ὃν καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ὡς
διαστρέφοντα τὴν ἀλήθειαν ἀπεκήρυξαν, καὶ ἀνεθεμάτι-
σαν. Οὐ γὰρ ἐφρόνησεν ὡς Χριστιανὸς, ἀλλὰ ταῖς Ἑλλή-
νων ἀκολουθήσας φλυαρίαις πεπλάνηται. Ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ
νοσήματος ἐντεῦθεν αὐτῷ συμβέβηκε. Φησὶ γὰρ, ὅτι προϋπ-
άρχουσιν αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων, καὶ ἀπὸ ἁγιασμοῦ
παρηνέχθησαν εἰς ἐπιθυμίας πονηρὰς, καὶ ἀπέστησαν
Θεοῦ· καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κατεδίκασεν αὐτὰς,
καὶ ἐσωμάτωσεν, καὶ εἰσὶν ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν σαρκί.»

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν Φουᾷ
μοναχούς· « Ἡ δὲ ἐκκλησία ταῖς θεοπνεύστοις ἑπομένη
γραφαῖς, οὐκ οἶδε τῶν σωμάτων προϋπάρχουσαν τὴν
ψυχὴν, ἀλλ' οὐδὲ προαμαρτήσασαν πρὸ αὐτῶν· πῶς γὰρ
ἡ μὴ ὑφεστῶσα καὶ ἁμαρτεῖν ἠδύνατο; φαμὲν δὲ, ὅτι B
ἔπλασε μὲν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς τὸ σῶμα ἐκ γῆς,
ἐψύχωσε δὲ αὐτὸ ψυχῇ νοερᾷ. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ
ἀνθρώπου κατασκευή.» Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ὅτι οὐκ ἐκ προ-
γενεστέρων, ὥς φασιν, ἁμαρτημάτων καταδεδίκασται ἡ
τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, καὶ εἰς τοῦτον κατεπέμφθη τὸν κόσ-
μον, πιστώσεται γράφων καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος,—Τοὺς
γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήμα-
τος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ
σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον.— Διὰ
τί γὰρ μόνα τὰ διὰ τοῦ σώματος φανερωθήσεσθαι φησι,
καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον καὶ τὰ πρὸ τοῦ σώματος, εἴπερ ἤδει
προοῦσαν, καὶ προαμαρτήσασαν τὴν ψυχήν; Εἰ δὲ ἐπὶ
μόνοις κρινόμεθα τοῖς διὰ τοῦ σώματος, οὐκ ἔχομεν δη-
λονότι προγενεστέραν τοῦ σώματος ἁμαρτίαν. Οὐ γὰρ
ὑφέστηκεν ὅλως ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ πρὸ αὐτοῦ, πλη- C
ροφορεῖ δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς καὶ ἡ τοῦ νομικοῦ γράμματος
δύναμις. Εἰ γὰρ, ὥς φησιν ὁ πεπλανημένος Ὠριγένης,
ἐκ τῶν προγενεστέρων ἁμαρτημάτων, λόγῳ κολάσεως ἤτοι
τιμωρίας ἐδέξατο τὸ σῶμα ἡ ψυχὴ, διὰ ποίαν αἰτίαν
ἠπείλησε θάνατον τοῖς ἁμαρτάνουσιν; ἔδει γὰρ μᾶλλον
τοὺς δικαίους ἀποθνήσκειν, ἵνα ἀπαλλάττωνται τῶν δεσ-
μῶν, καὶ τῆς τιμωρίας, ζῇν δὲ τοὺς ἁλιτηρίους, ἵνα κο-
λάζωνται μὴ ἀπαλλαττόμενοι τῶν δεσμῶν. »

Ἐκ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον, καὶ
Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπων συνοδικῆς ἐπιστολῆς κατὰ τῶν
Ὠριγένους δογμάτων· « Οὗτος τοίνυν ὁ προκείμενος Ὠρι-
γένης, καθάπερ τὸ τῆς ἐρημώσεως βδέλυγμα ἐν μέσῳ τῆς
ἀληθοῦς ἐκκλησίας γεγένηται. Καὶ πρεσβύτερος χειροτο-
νηθεὶς ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε, καὶ μιᾶς χειρὸς ἀληθοῦς,
εἶχε τὸ ἀξίωμα τοῦ πρεσβυτέρου ψιλόν τε καὶ μόνον, καθ- D
άπερ καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς εἶχεν ὁ κλέπτης, καὶ προδό-
της Ἰούδας. Ἀρξαμένου γὰρ αὐτοῦ βλασφήμους ὁμιλίας
ὁμιλεῖν, ὁ κατ' ἐκεῖνο μακαρίτης Ἡρακλᾶς ὁ ἐπίσκοπος,
ὡς ἀροτὴρ, καὶ ἀμπελουργὸς φιλαλήθης τοῦ τῆς ἐκκλησίας
χωρίου τυγχάνων, ἐκ μέσου τοῦ καλοῦ σίτου τοῦτον ἐξέ-
τιλεν, ὡς τοῦ πονηροῦ ζιζανίου ὄντα ἀληθῶς.» Καὶ μετ'
ὀλίγα· « Ἐκπεσὼν οὗτος ἐπὶ τὴν γῆν οὐρανόθεν ὡς ἀστραπὴ,
καθάπερ ὁ τούτου πατὴρ ὁ διάβολος, θυμοῦ πνέων πολ-
λοῦ καὶ δεινοῦ κατὰ τῆς ἀληθείας, ἐπὶ τὴν καλουμένην
Παλαιστίνην χώραν ἔπλευσε· καὶ καθίσας ἐν τῇ Καισα-
ρέων μητροπόλει, κἀκεῖθεν τὸ προσωπεῖον ἀποκαλύψας
ὅλον ἐξ ὅλου τοῦ καλύμματος, καθάπερ ὁ ἰχθὺς ἡ σηπία
παρά τισι καλουμένη, ὅπερ αὐτοῦ καθ' ἡδονὴν ἐτύγχανε,

gia deflectentes, pravum iter sequimur. Hujusmodi autem improba opinio ab Origenis dementia est : quem et patres nostri, ut veri depravatorem, abdicaverunt et anathematizaverunt. Non enim sensit ut Christianus, sed paganorum secutus ineptias et nugas, in errorem incidit. Hinc autem ei contigit morbi principium. Asseverat animas ante corpora esse, et a sanctimonia abductas fuisse in cupiditates ac nequitiam, descivisseque a Deo, a quo hanc ob causam damnatæ sunt, et corpori obstrictæ, suntque in carne tanquam in carcere. »

Ejusdem ex epistola scripta ad eos qui in Phua erant, monachos : « Ecclesia vero, Scripturis obsequens a Deo inspiratis, nec animam novit ante corpora fuisse, nec ante ea peccasse. Quomodo enim quæ non subsistebat peccare potuit? At nos affirmamus, universitatis opificem corpus e terra finxisse, idque animasse intelligente anima, et hæc est hominis structura. » Et post alia : « Animam hominis nec ob præterita, ut aiunt, flagitia atque scelera esse damnatam, nec in hunc demissam mundum, sapientissimus Paulus fidem facit, ita scribens : *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque ea quæ per corpus, prout gessit, sive bonum, sive malum* (*II Cor.* v). Cur ergo propter sola propria corporis manifestari nos oportere ait, nec potius propter ea etiam quæ ante corpus, si animam ante fuisse norat, et ante peccasse? Si vero ob ea sola quæ in corpore gessimus, adducimur in judicium, non utique habemus antiquius corpore peccatum : nam omnino ante id non constitit hominis anima. Hoc porro planum facit et legalis litteræ vis. Si enim, ut dicit errabundus Origenes, ob superiora commissa in supplicii ac pœnæ loco anima corpus accepit, quamobrem flagitiosis ac sceleratis mortem comminata est? Magis enim oportuerat, bonos ac justos viros mortem oppetere, ut vinculis et supplicio liberarentur : vivere contra scelestos ac nefarios, ut pœna afficerentur, nec ulla vinculorum esset liberatio. »

Ex expositione synodicæ epistolæ episcoporum Ægypti atque Alexandriæ adversus Origenis doctrinam : « Hic ergo, de quo agitur, Origenes veluti abominationis desolatio in medio veræ Ecclesiæ exstitit; ac presbyter ordinatus a canonica, ab una, a vera manu, dignitatem presbyteri nudam ac solam habuit, quemadmodum et apostolatus habuit honorem fur ac proditor Judas. Is enim cum cœpisset blasphemas homilias habere, Heraclas [a] beatæ memoriæ tum episcopus, ut studiosus veritatis, arator ac vinitor ecclesiastici agri, eum e medio pulchræ ac lætæ segetis evulsit, quod revera e malo zizanio esset. » Ac paulo post : « Quare hic e cœlo in terram decidens, tanquam fulgur, sicut et ejus pater diabolus, multæ atrocisque iracundiæ contra veritatem spirans, in Palæstinam regionem navigavit; moratusque in Cæsareensium metropoli, cum personam quam sibi induerat deposuisset, seque aperuisset, veluti piscis qui sepia apud quosdam appellatur, significans quod sibi voluptati erat, ac tenebricosum atque atrum

[a] Demetrii episcopi Alexandrini successor.

σκοτεινόν τε καὶ μέλανα βίου ἰὸν ἐξεμέσας, ἐκεῖσε ἐγγράφως ἀπετυπώσατο, καὶ καθάπερ Ἰουδαϊκὸς κάπηλος προσχήματι ἀγαθοῦ πικρῷ γλυκὺ κατέμιξε. Τί γὰρ ὁ κακομήχανος, καὶ μανιώδης λέγει; Ἦν, φησί, πρὸ σώματος ἡ ψυχὴ ἐν οὐρανοῖς προοῦσα· κἀκεῖσε, φησὶν, ἁμαρτήσασαν ἐν φυλακῇ κατήγγισε, τουτέστιν ἐν τῷ σώματι κατέπεμψεν, εἰς καθαρισμὸν, φησὶ, καὶ σωφρονισμὸν τῶν ἐν οὐρανοῖς αὐτῇ γεγενημένων ἁμαρτημάτων· πρῶτον ἔνθεν εὐθὺς ὁ ἀσεβέστατος μυθολογεῖ, καὶ μάχεσθαι τῇ ἀληθείᾳ θέλει. » Καὶ μετ' ὀλίγα· «Εἰ δὲ προῦν ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ προημάρτηκεν ἐκεῖσε, καθὼς Ὠριγένης ὁ μανιώδης καὶ θεομάχος ἔφησεν, ἔδει μὴ λέγειν τὸν ἁγιώτατον προφήτην,— καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, — ἀλλὰ μᾶλλον, καταγγίζων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, ἤ τάχα καταπέμπων. Νῦν δὲ μὴ τοῦτο λέγων, ἀλλὰ πλάσσων ἐν αὐτῷ, δείκνυσι τοῦτον λύκον ὄντα βαρύτατον, ἐνδεδυμένον ἔξωθεν πρὸς ἀπάτην ἀπωλείας τὰ κώδια. Ὡς οὐρανόθεν γὰρ ὁ ἐπίληπτος, καὶ τὰ ἐκεῖσε διατετυπωμένα ἐπιστάμενος προφανῶς, οὐ μόνον προοῦσαν, ἀλλὰ καὶ προημαρτηκέναι τὴν ψυχὴν λέγει. » Ἀποδέδεκται τοίνυν διά τε τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ὅτι οὐδὲ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἀληθινῇ πίστει, οὐδὲ τῷ ὀρθῷ λόγῳ συμβαίνουσιν αἱ τῶν αἱρετικῶν περὶ προϋπάρξεως ψυχῶν φαντασίαι.

Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τὴν Ὠριγένους παρίστησιν ἄνοιαν, τὸ λέγειν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰ ὕδατα τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ἔμψυχα, καὶ λογικάς τινας εἶναι δυνάμεις. Ταῦτα δὲ σαφῶς ἀπαγορεύει καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τοῦ ὑπομνήματος τῆς Ἑξαημέρου, λέγων κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων οὕτως· « Ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐστί τις λόγος περὶ τῶν διακριθέντων ὑδάτων, οἱ προφάσει ἀναγωγῆς καὶ νοημάτων θῆθεν ὑψηλοτέρων, εἰς ἀλληγορίαν κατέφυγον, δυνάμεις λέγοντες πνευματικὰς καὶ ἀσωμάτους τροπικῶς ἐκ τῶν ὑδάτων σημαίνεσθαι· καὶ ἄνω μὲν ἐπὶ τοῦ στερεώματος μεμενηκέναι τὰς κρείττους, κάτω δὲ ἐν τοῖς περιγείοις, καὶ ὑλικοῖς τόποις προσαπομεῖναι τὰς πονηράς. Διὰ τοῦτο δέ φασι, καὶ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ὕδατα αἰνεῖν τὸν κύριον, τουτέστι τὰς ἀγαθὰς δυνάμεις, ἀξίας οὔσας διὰ καθαρότητα τοῦ ἡγεμονικοῦ τὸν πρέποντα αἶνον ἀποδιδόναι τῷ κτίσαντι· τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν οὐρανῶν ὕδατα πνευματικὰ εἶναι τῆς πονηρίας, ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ὕψους εἰς τὸ τῆς κακίας βάθος καταπισόντα· ἅπερ ὡς ταραχώδη ὄντα καὶ στασιαστικὰ, καὶ τοῖς θορύβοις τῶν παθῶν κυμαινόμενα, θαλάσσας ὀνομάζεσθαι, διὰ τὸ εὐμετάβλητον, καὶ ἄστατον, τῶν κατὰ προαίρεσιν κινημάτων. Τοὺς δὲ τοιούτους λόγους ὡς ὀνειράτων συγχύσεις καὶ γραώδεις μύθους ἀποπεμψάμενοι, τὸ ὕδωρ νοήσωμεν ὕδωρ, καὶ τὴν διάκρισιν τὴν ὑπὸ τοῦ στερεώματος κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν δεξώμεθα, κἂν εἰς δοξολογίαν ποτὲ τοῦ κοινοῦ τῶν ὅλων δεσπότου τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν παραλαμβάνηται ὕδατα, οὐ λογικὴν αὐτὰ φύσιν παρὰ τοῦτο τιθέμεθα. Οὔτε γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔμψυχοι, ἐπειδὴ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, οὐδὲ τὸ στερέωμα ζῶον αἰσθητὸν, ἐπειδὴ ἀναγγέλλει ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ. » Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς ἀκροατὰς, ὅτι τῷ εἰπεῖν τὸν πατέρα, « πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐστί τις ἡμῖν λόγος, » περὶ Ὠριγένους διαλέγεται, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλη-

A vitæ venenum evomens, illic scriptis expressit, et sicuti caupo Judaicus, boni specie ac simulatione, dulci amarum miscuit. Quid enim iste prave moliens atque insaniens dicit? Erat, inquit, anima ante corpus, et præexistebat in cœlis : eamque, cum ibi peccasset, in custodiam immersit Deus, id est in corpus demisit : ad purgationem, inquit, et castigationem admissorum in cœlis criminum. Hinc primum impiissimus protinus fabulatur, veritatemque oppugnare studet. » Ac paulo post : « Si ante fuit anima in cœlis, ibique prius deliquit, ut malesanus Origenes Deoque repugnans dixit, non oportuit dicere sanctissimum prophetam : *Et fingens spiritum hominis in ipso* (*Zach.* XII) : sed potius, Demergens, quasi in utrem, spiritum hominis in ipso ; vel fortasse, Demittens. B Jam vero cum hoc non dicat, sed *Fingens in ipso*, ostendit hunc lupum gravissimum esse, indutum extrinsecus ovis pelle ad deceptionem perditionis. Quasi enim de cœlo veniens, ibique constituta aperte sciens, non solum vecors præexstitisse, sed prius etiam peccasse animam dicit. » Quare demonstratum est tum e divina Scriptura, tum e sanctis Patribus, nec veræ Christianorum fidei, nec rectæ rationi convenire hæreticorum de animarum præexistentia imaginationes.

Præterea hoc quoque Origenis demonstrat amentiam, quod affirmat cœlum, et solem, et lunam, et stellas, et aquas quæ super cœlos sunt, animata esse, et quasdam esse virtutes ratione utentes. Hæc vero aperte refellit sanctus Basilius in tertio sermone commentariorum in Hexaemeron, sic contra Origenis doctrinam disputans (*Prope finem*) : « Nobis porro C de separatis aquis dicendum est et ad eos qui ab Ecclesia exciderunt, qui sub obtentu sensus anagogici et sublimiorum videlicet sententiarum, ad allegoriam confugerunt, et asserunt virtutes quasdam spirituales et incorporeas tropice ab aquis significari; ac sursum quidem in firmamento mansisse meliores, deorsum vero in terrestribus silvestribusque locis deteriores perstitisse ; ac idcirco aiunt, aquas quæ supra cœlos sunt, laudare Dominum, id est bonas virtutes, quæ dignæ sunt propter potioris partis puritatem, decentem laudem reddere Creatori ; aquas vero, quæ subter cœlos sunt, spiritualia esse nequitiæ, quæ e naturali sublimitate in malitiæ profundum deciderunt ; eaque ut turbulenta et seditiosa, passionumque tumultibus fluctuantia, maria appellari, propter facilem mutationem atque instabilitatem voluntariorum motuum. At nos hujusmodi rationes, tanquam confusa somnia et aniles fabulas, repudiemus; aquam esse cogitemus *, separationemque a firmamento factam accipiamus secundum redditam rationem. Ac si quando ad communis universorum Domini glorificationem *aquæ quæ super cœlos sunt* (*Psalm.* CXLVIII) assumuntur, non propterea eas ducamus esse naturam ratione utentem. Nec enim cœli idcirco animati sunt, *quod enarrant gloriam Dei* (*Psal.* XVIII); nec firmamentum animal est præditum sensu, quoniam opera manuum ejus annuntiat. » Hæc Basilius. Attendendum porro est auditoribus, Patrem illo modo loquendi usum, « Sermo quidam nobis est

* Consonantius Græco legeretur *aquam esse cogitemus aquam*. EDIT.

σίας ἀπελαυθέντος, καὶ τῶν ὁμορρόνων ἐκείνῳ· οὐ γὰρ εἶπε, « πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, » ἀλλὰ « πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἡμῖν ἐστί τις λόγος· » καὶ διὰ μὲν τοῦ εἰπεῖν « ἡμῖν, » τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐδήλωσε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν « τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, » τοὺς ταύτης ἀποπεσόντας ἐσήμανεν.

Ἐν δὲ καὶ μόνον τῷ δυσσεβεῖ Ὠριγένει σπούδασμα γέγονε, τὸ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην κρατῦναι, καὶ ταῖς τῶν σαθροτέρων ψυχαῖς ζιζάνια ἐγκατασπεῖραι. Διὸ κἀκεῖνο τὸ γέλωτος μὲν ἄξιον, παρ' αὐτοῦ δὲ ὅμως εἰρημένον, περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, προσθεῖναι συνείδομεν. Λέγει γάρ, ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ ἐγείρονται τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων. Ὦ τῆς ἀνοίας, καὶ ἀμαθείας τοῦ φρενοβλαβοῦς τούτου, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων ἐξηγητοῦ· ὃς τις τυφλώττων τὴν διάνοιαν, καὶ τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει μύθους ἐπιμίξαι σπουδάσας, αὐτὴν τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδα τε καὶ σωτηρίαν, τουτέστι τὴν ἐπαγγελμένην ἡμῖν ἀνάστασιν, ἐσπούδασεν ἐνυβρίσαι, μηδὲ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν ἐντρεπόμενος. Ἐγερθεὶς γὰρ ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων γενόμενος, τοῖς μαθηταῖς ὤφθη, καὶ ἔδειξεν αὐτοῖς καὶ τὰς διατρήσεις τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν, καὶ τὴν πλευρὰν τῆς πλευρᾶς· καὶ ἔφαγε μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος, ἀλλ' ἵνα τῷ τρόπῳ τούτῳ τὴν τοῦ ἀναστάντος σώματος φύσιν πιστώσηται. Ἀμέλει τοι, καὶ ἀναλαμβανομένου τοῦ κυρίου, ὁ ἄγγελος πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγεν· « Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναλημφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. » Εἰ δὲ καθὼς Ὠριγένης μαίνεται, σφαιροειδὲς ἦν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, πῶς εἶχε δεῖξαι τὰς τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν διατρήσεις, ἢ τὴν πληγὴν τῆς πλευρᾶς; ἢ πῶς φαγεῖν ἠδύνατο, ἢ ὅλως ὑπὸ τῶν μαθητῶν γνωρισθῆναι; πῶς δὲ καὶ τὰ τῶν ἁγίων σώματα μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν ἐγερθέντα, καὶ ὀφθέντα ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, δυνατὸν ἦν παρὰ τῶν ἄλλων γνωσθῆναι, εἴπερ ἐν ἄλλῳ σχήματι ἦν, παρ' ὅπερ ἐτύγχανεν ἐν τῇ ζωῇ; ἐν τῇ πέτρᾳ τοίνυν τῆς πίστεως [ἐστηριγμένος οὐδαμῶς] οὐκ ἐστηριγμένος, ἀλλὰ τοιαῦτας καὶ τούτων πολλῷ χείρους βλασφημίας ὁ δυσσεβὴς Ὠριγένης ἐκθέμενος, εἰκότως ἐν τῷ καιρῷ τοῦ μαρτυρίου τὸν μὲν Χριστὸν ἀπηρνήσατο, τῇ δὲ παρ' αὐτοῦ εἰσαγομένῃ Ἑλληνικῇ πολυθείᾳ προσεκύνησε. Καὶ τοῦτο δὲ κατὰ Θεοῦ γέγονε πρόνοιαν, ἵνα μὴ ἀντὶ μάρτυρος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δεχθῇ, καὶ ἐντεῦθεν τῇ ποίμνῃ τοῦ Χριστοῦ βλάβη προσγίνηται. Εἰ γάρ τινές εἰσι καὶ νῦν ὁμολογοῦντες μὲν τὸ ἐκείνου πτῶμα, ἀντιποιούμενοι δὲ τῶν αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἔμελλον τὰ αὐτοῦ ὡς μάρτυρος καὶ πατρὸς ἐκδικεῖν, εἴπερ συνέβη αὐτὸν μὴ προσκυνήσαντα τοῖς εἰδώλοις τελειωθῆναι; οὐδεὶς γὰρ τῆς ἀληθείας ἀντεχόμενος ἐκπίπτει τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐγκαταλιμπάνεται ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον τῇ θείᾳ γραφῇ· « Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε, τίς ἐπίστευσε τῷ κυρίῳ, καὶ ἐγκατελείφθη; ἢ τίς ἤλπισεν εἰς αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν; » Ὠριγένης δὲ ὁ δυσσεβὴς τὰς ἑαυτοῦ βλασφημίας οὐ μέχρις ἑαυτοῦ ἔστησεν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων καὶ εἰς πολλοὺς ἑτέρους τὴν οἰκείαν πλάνην παρέπεμψεν. Ὥστε πάνυ ἐπ' αὐτῷ ἁρμοδίαν εἶναι τὴν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου φωνὴν λέγουσαν, « ὅτι τινῶν μὲν αἱ ἁμαρτίαι

A ad eos qui sunt ab Ecclesia, » de Origene disserere, a Dei gratia et sancta Dei Ecclesia expulso, ejusque sequacibus : non enim dixit, « ad eos qui sunt in Ecclesia, » sed, « Sermo quidam nobis est ad eos qui sunt ab Ecclesia; » et per illud quidem quod dicit, « nobis, » Ecclesiæ homines significavit; per illud autem, « qui sunt ab Ecclesia, » dejectos ab ipsa denotavit.

Unum autem ac solum impio Origeni studium fuit, paganorum errorem confirmare, et imbecilliorum animis zizania inserere. Quamobrem hoc quoque risu sane dignum, ab eo tamen dictum, de hominum ex mortuis resurrectione, adjungere decrevimus. Affirmavit, in resurrectione corpora hominum orbiculata suscitari. O dementiam atque inscitiam hominis insani, et paganorum disciplinæ explicatoris! qui mente B cæcutiens, studensque Christianorum fidei miscere fabulas, ipsam Christianorum spem ac salutem, hoc est, promissam nobis resurrectionem, nixus est contumelia violare, ne resurrectionem quidem Domini reveritus. *Resurgens enim Dominus ex mortuis, et primitiæ dormientium factus* (*Joan.* xx), discipulis visus est, eisque ostendit foramina manuum ac pedum, et plagam lateris : et post resurrectionem comedit, non ut cibo indigens, sed ut eo modo resuscitati corporis naturam confirmaret. Et quidem cum Dominus ascenderet, angelus ad discipulos dixit : *Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum* (*Act.* i). Quod si, ut insanit Origenes, orbiculatum erat corpus Domini, quomodo potuit demonstrare manuum ac pe- C dum foramina, aut lateris plagam? aut quomodo comedere potuit, aut omnino a discipulis agnosci? Et quoniam * modo sanctorum corpora quæ post Domini resurrectionem surrexerunt (*Matth.* xxvii), et in sancta civitate apparuerunt, potuere ab aliis agnosci, siquidem in alia erant figura atque fuerant in vita? In fidei ergo petra nullo modo stabilitus, sed hujusmodi, atque his multo atrociores blasphemias impius Origenes cum edidisset, nihil mirum est, eum in ipso martyrii articulo Christum abnegasse, cultamque a paganis deorum multitudinem, quam ipse induxit, adorasse. Atque id Dei providentia factum est, ne in Ecclesia pro martyre acciperetur, atque inde gregi Christi inferretur aliquid detrimenti. Nam si etiam nunc sunt qui de ejus quidem ruina confiteantur, doctrinam vero asserant, an non eam tanquam martyris ac Patris erant defensuri, si contigisset eum, D nulla idolis exhibita adoratione, consummari? Nemo enim veritatis retinens excidit a Deo, ab eoque deseritur, juxta quod dicit divina Scriptura : *Respicite, filii, nationes hominum, et scietis quia nullus speravit in Domino. et confusus est. Quis enim permansit in mandatis ejus, et derelictus est? aut quis invocavit eum, et despexit illum* (*Eccl.* ii)? Impius autem Origenes blasphemias suas non seipso tenus statuit, sed propriis scriptis in multos alios suum errorem transmisit, ut in eum valde conveniat sancti apostoli Pauli vox, quæ dicit : *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium; quosdam*

* Certe legendum *quonam modo*, ut constet sensus. Edit.

πρόδηλοί εἰσι προάγουσαι εἰς κρίσιν, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν.» Ἡ γὰρ διαδοχὴ τῆς πλάνης αὐτοῦ ἐν ταῖς τῶν σαθροτέρων ἔρπουσα ψυχαῖς, δίδωσιν ἀκολουθεῖν αὐτῷ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑπ' αὐτοῦ γενομένας ἁμαρτίας. Ὡς γὰρ οὐκ ἐξαρκούσης τοῖς τὰ Ὠριγένους δοξάζουσι τῆς περὶ προϋπάρξεως τῶν ψυχῶν ἀσεβείας, καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ ματαιολογιῶν, καὶ τῶν περὶ τῆς ἁγίας τριάδος βλασφημιῶν, καὶ τοῦτο τῇ οἰκείᾳ προστιθέασι πλάνῃ ἐκ τῶν ἐκείνου διεστραμμένων ὁδηγούμενοι λόγων, τὸ λέγειν, ὅτι πάντων ἀσεβῶν ἀνθρώπων, καὶ πρός γε δαιμόνων ἡ κόλασις πέρας ἔχει. Καὶ ἀποκατασταθήσονται ἀσεβεῖς τε, καὶ δαίμονες εἰς τὴν προτέραν αὐτῶν τάξιν. Ταῦτα δὲ λέγοντες, ῥᾳθύμους μὲν ποιοῦσι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸ πληροῦν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ αὐτοὺς ἀποτρέποντες, καὶ πρὸς τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ἀποπλανῶντες· ἐναντιοῦνται δὲ καθάπαξ καὶ τοῖς παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λεγομένοις. Αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ διδάσκει, ὡς οἱ μὲν ἀσεβεῖς ἀπελεύσονται εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Καὶ πάλιν λέγει τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· » τοῖς δὲ ἐξ εὐωνύμων· « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Φανερῶς οὖν τοῦ κυρίου διὰ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἀτελεύτητον τήν τε κόλασιν τήν τε βασιλείαν ἐπαγγελλομένου, πρόδηλοι καθεστήκασιν οὗτοι τοὺς Ὠριγένους μύθους προτιμῶντες τῶν τοῦ κυρίου ἀποφάσεων· ὅπουγε κἀκεῖθεν αὐτῶν ἡ ἄνοια διελέγχεται. Εἰ γάρ τις κατὰ τοὺς ἐκείνου λήρους ὑπόθοιτο πέρας ἔχειν τὴν κόλασιν, ἀνάγκη τὸν τοιοῦτον καὶ τῇ ἐπαγγελμένῃ τοῖς δικαίοις αἰωνίῳ ζωῇ τέλος ἐπιθεῖναι. Ἰσότης γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ αἰώνιον κεῖται· καὶ εἴπερ πέρας ἔχει κόλασίς τε καὶ ἀπόλαυσις, διατί ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; διατί δὲ καὶ ἡ σταύρωσις, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ταφή, καὶ ἡ ἀνάστασις τοῦ κυρίου; ποῖον δὲ ὄφελος τοῖς τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισαμένοις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσασιν, εἰ μέλλοιεν δαίμονές τε, καὶ ἀσεβεῖς τὴν αὐτὴν τοῖς ἁγίοις τάξιν διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως λαμβάνειν; Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τὰς ἐκείνων τραπείη κεφαλὰς τῶν ταῦτα μυθολογούντων. Οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ λόγοι διαμένουσιν ἀσάλευτοι ἐν ταῖς τῶν πιστῶν ψυχαῖς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τῶν πραγμάτων ἀληθείᾳ.

Θεοὶ δὲ τὴν Ὠριγένους ἐκδικοῦντες κακοδοξίαν, φεύγοντες τοὺς περὶ τούτων ἐλέγχους, καὶ συγκρύπτειν τὴν ἑαυτῶν πλάνην βουλόμενοι, τινὰς ῥήσεις ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων κακῶς ἐκλαμβάνοντες, καὶ πρὸς τὸν ἴδιον νοῦν παρερμηνεύοντες, τῇ οἰκείᾳ προσαρμόζουσι νόσῳ· ὅπερ ποιοῦσι καὶ ἐπὶ τῶν θείων γραφῶν. Ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἀποδείξομεν ματαίους εἶναι καὶ τοὺς τοιούτους αὐτῶν λόγους. Λέγει τοίνυν ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῷ ἀπολογητικῷ λόγῳ τάδε· « Ἡμῖν δέ, οἷς τὸ κινδυνευόμενόν ἐστι σωτηρία ψυχῆς τῆς μακαρίας τε καὶ ἀθανάτου, καὶ ἀθάνατα κολασθησομένης ἢ ἐπαινεθησομένης διὰ κακίαν ἢ ἀρετήν, πόσον χρὴ δοκεῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα, καὶ ὅσης δεῖ τῆς ἐπιστήμης; » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τίς ψευδὴς ἀπολογία; ποία πιθανότης ἔντεχνος; τίς ἐπίνοια κατὰ τῆς ἀληθείας παραλογιεῖται τὸ δικαστήριον, καὶ κλέψει τὴν ὀρθὴν κρίσιν τοῖς πᾶσι πάντα ἐν ζυγῷ τιθεῖσαν, καὶ πρᾶξιν, καὶ λόγον, καὶ διανόημα, καὶ ἀντισηA *autem et subsequuntur* (*I Tim.* v). Nam ejus erroris successio in infirmiorum irrepens animas, facit ut eum sequantur quæ a principio commissa ab ipso peccata sunt.

Quasi enim iis qui Origenis placita sequuntur, non satis sit de præexistentia animarum impietas, cæteraque ejus vaniloquentia, blasphemiæque de sancta Trinitate : hoc quoque proprio errori adjungunt, ducem et auctorem habentes perversam ejus disciplinam, ut dicant, omnium impiorum hominum, ac præterea dæmonum pœnam finem habituram esse, restitutumque iri tum impios homines, tum dæmones in pristinum ordinem suum. Hæc cum dicunt, ignavos homines efficiunt in Dei præceptis exsequendis, eos avertentes ab angusta et arcta via, et in latæ ac spaB tiosæ errorem inducentes. Omnino autem adversantur magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi dictis; ipse enim in sancto Evangelio docet, impios quidem ituros in æternum supplicium, justos vero in æternam vitam (*Matth.* xxv) ; rursusque dicit iis qui a dextris sunt : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*; iis vero qui a sinistris: *Ite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (*Ibidem*). Cum igitur aperte Dominus in sancto Evangelio indesihens et supplicium et regnum denuntiet, perspicuum est hos Origenis deliramenta sententiis Domini anteferre. Ex hoc quoque illorum amentia redarguitur. Si quis enim juxta illius nugas ponat supplicium desiturum, necesse est hunc et promissæ justis vitæ C æternæ statuere finem : æque enim in utroque æternum ponitur. Si autem et pœna et fruitio gloriæ habent finem, cur incarnatio fuit Domini nostri Jesu Christi? cur crucifixio, et mors, et sepultura, et resurrectio Domini? quod commodum iis qui bonum certamen certaverunt, et pro Christo martyrium subierunt, si et dæmones et homines impii eumdem quem sancti ordinem redintegratione habituri sunt? Verum hoc in eorum capita vertatur, qui hæc fabulantur. Nam Christi verba in fidelium mentibus inconcussa manent, atque in ipsa rerum veritate.

Qui porro Origenis improbam opinionem tuentur, firma hæc argumenta fugientes, suumque conantes D tegere errorem, quædam sanctorum Patrum dicta male excipientes, praveque ex sententia sua interpretantes, proprio morbo accommodant : quod etiam in divinis faciunt Scripturis. Nos autem ex ipsis sanctis Patribus ostendemus inanes ac futiles eorum rationes esse. Hæc igitur scribit sanctus Gregorius Theologus in apologetica oratione : « Nobis vero, quibus periclitatur salus animæ beatæ atque immortalis, quæque sempiternam aditura est vel pœnam vel laudem, propter malitiam aut virtutem, quanti faciendum est hoc certamen, aut quanta scientia opus est? » Et post pauca : « Qua falsa defensione, qua persuasione artificiosa, quonam commento veritatem oppugnante circumvenietur jus, ac falletur rectum judicium, quod omnibus omnia in statera

ποῦσαν τοῖς πονηροῖς τὰ βελτίονα, ἵνα τὸ ῥᾴπτον νικήσῃ, καὶ μετὰ τοῦ πλείονος ἡ ψῆφος γένηται, μεθ' ἣν οὐκ ἔγκλησις, οὐ κριτὴς ὑψηλότερος, οὐκ ἀπολογία δι' ἔργων ἑτέρων, οὐκ ἔλαιον παρὰ τῶν φρονίμων παρθένων, ἢ τῶν πωλούντων ἐκλειπούσαις λαμπάσιν, οὐ μεταμέλεια πλουσίου φλογὶ τηκομένου καὶ τοῖς οἰκείοις ἐπιζητοῦντος διόρθωσιν, οὐ προθεσμία μεταποιήσεως· ἀλλὰ καὶ μόνιμον, καὶ φοβερὸν, καὶ τελευταῖον τὸ κριτήριον, καὶ δίκαιον πλέον ἢ ὅσον ἐπιφορτον, μᾶλλον δὲ διὰ τοῦτο καὶ φοβερώτερον, ὅτι δίκαιον· ἡνίκα θρόνοι τίθενται, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν προκαθέζεται, καὶ βίβλοι ἀνοίγονται, καὶ ποταμὸς πυρὸς ἕλκεται, καὶ τὸ φῶς ἔμπροσθεν, καὶ τὸ σκότος ἑτοιμασμένον· καὶ πορεύονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ νῦν κρυπτομένης, καὶ ὕστερον αὐτῷ συμφανερουμένης· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως, ἣν ἤδη παρὰ τοῦ κρίναντος αὐτοὺς Λόγου οἱ μὴ πιστεύοντες κατεκρίθησαν. Καὶ τοὺς μὲν τὸ ἄφραστον φῶς διαδέχεται καὶ ἡ τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς τριάδος χάρις ἐκλαμπούσης τρανότερόν τε καὶ καθαρώτερον, καὶ ὅλης ὅλῳ νοὶ μεγνυμένης· ἣν δὴ καὶ μόνην οὐρανῶν βασιλείαν ἐγὼ τίθημι· τοὺς δὲ μετὰ τῶν ἄλλων βάσανος, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων τὸ ἀπερρίφθαι Θεοῦ, καὶ ἡ ἐν τῷ συνειδότι αἰσχύνη πέρας οὐκ ἔχουσα. »

ponit, facta, dicta, cogitationesque omnes, ac nequiter commissa melioribus repensat, ut vincat quod propendet, sententiaque secundum plura dicatur, quam nulla excipiat provocatio, non superior judex, non defensio aliorum factorum, non oleum vel a prudentibus virginibus sumptum (*Matth.* xxv), vel ab iis qui deficientibus lampadibus vendant, non pœnitentia divitis qui flamma crucietur (*Luc.* xvi) suorumque necessariorum quærat emendationem, non ad mutationem prælimita dies : sed certum ac stabile jus, et formidolosum, et ultimum, et æquius justiusque, quam quantus est terror, quinimo propter justitiam terribile cum throni ponuntur, et Antiquus dierum sedet, et libri aperiuntur, et fluvius igneus trahitur, et lux ante ipsum, et tenebræ paratæ : et eunt qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ (*Joan.* III), quæ nunc in Christo absconditur, postmodum vero cum eo apparet; qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii; quod qui non credunt, jam adjudicati damnatique sunt a Verbo, quod eos judicavit; ac alios quidem lux ineffabilis excipit, et sanctæ regnantisque Trinitatis gratia, apertius puriusque effulgentis, ac totam se toti menti inserentis : quod utique solum regnum cœlorum esse duco : alios vero una cum aliis malis tormentum, vel potius ante alia projectum esse a Deo, et conscientiæ turpitudo ac verecundia nullum finem habens. »

Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου. Ἐρώτησις Εἰ ὅπου μὲν λέγει, « ὀλίγα, » ὅπου δὲ « πολλὰ, » πῶς λέγουσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις; Ἀπόκρισις· Τὰ ἀμφίβολα, καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκοῦντα ἔν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις ὁμολογουμένων σαφηνίζεται. Τοῦ οὖν κυρίου ἀποφηναμένου, ὅτι ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον· ποτὲ δὲ ἐκπέμποντος ἡμᾶς εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· καὶ ἄλλοτε ὀνομάζοντος γέενναν πυρὸς, καὶ ἐπιφέροντος, « ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται· » καὶ ἔτι πάλαι διὰ τοῦ προφήτου περὶ τινων προειρηκότος, « ὅτι ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβεσθήσεται· » τούτων καὶ τοιούτων πολλάκις ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς λεγομένων, ἓν καὶ τοῦτο τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, τὸ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ ἐπιλαθομένους τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων τοῦ κυρίου ἀποφάσεων, τέλος κατατολμᾶν κολάσεων τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸ μέλλον ἑαυτοῖς ὑπογράφειν. Εἰ γὰρ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἔσται ποτὲ τέλος, ἴξει πάντως καὶ ἡ αἰώνιος ζωὴ τέλος· εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ζωῆς οὐχ οὕτως νοῆσαι τὸ ῥητὸν καταδεχόμεθα, ποῖον ἔχει λόγον τῇ κολάσει τῇ αἰωνίῳ τέλος διδόναι; ἡ γὰρ τοῦ αἰωνίου προσθήκη ἐφ' ἑκατέρων ἐπίσης κεῖται· « Ἀπελεύσονται γὰρ, φησὶν, οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. » — Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ προτρεπτικοῦ εἰς τὸ βάπτισμα λόγου· Διὰ πρόσκαιρον ἁμαρτίας ἡδονὴν ἀθάνατα βασανίζομαι· διὰ ἡδονὴν σαρκὸς τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παραδίδομαι. — Τοῦ ἐν ἁγίοις [ἁγίου] Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς πρὸς Θεόδωρον τὸν μοναχὸν πρώτης ἐπιστολῆς· Ταῦτα ἐννόει διόλου, καὶ τὸν ποταμὸν τοῦ πυρός· « Ποταμὸς γὰρ πυρὸς εἵλκε πρὸ προσώπου αὐτοῦ. » Οὐκ ἔστιν ἐκείνῳ παραδοθέντα τῷ πυρὶ προσδοκήσαι κο-

Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ, ex ejus libro Regularum. *Interrogatio :* Si tum dicit, *Vapulabit multis*, tum *paucis* (*Luc.* XII) : quo pacto quidam dicunt finem supplicii fore iis qui pœna afficiuntur? *Responsio :* Quæ ambigua sunt, ac videntur obscure esse dicta in quibusdam locis divinitus inspiratæ Scripturæ, alibi ab aliis quæ confessa et aperta sunt, declarantur. Cum ergo Dominus pronuntiarit : *Ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam* (*Matth.* xxv); et alicubi mittat nos in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus; atque alias nominet gehennam ignis, et adjungat : *Ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur* (*Marc.* IX) : ac rursus per prophetam de quibusdam prædixerit : *Vermis eorum non morietur, et ignis non exstinguetur* (*Isa.* LXVI) : cum hæc atque hujusmodi sæpe a divinitus inspirata Scriptura proponantur, unum hoc quoque est diaboli artis et astutiæ, ut multi homines, veluti obliti talium tantarumque Domini sententiarum, finem sibi audeant pœnarum peccati in posterum adumbrare. Nam si æterni supplicii quandoque finis est futurus, omnino habebit et vita æterna finem; si in vita non sic evangelici dicti sensum accipimus, quæ ratio est supplicio æterno finem statuere? Æterni enim adjunctio pariter in utroque ponitur. *Ibunt enim*, inquit, *hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam* (*Matth.* xxv). » Ejusdem e sermone adhortatorio ad sanctum baptisma : « Propter brevem ac temporariam peccati voluptatem sempiterna crucior pœna : propter voluptatem carnis, æterno igni addicor. » Sancti Joannis episcopi Constantinopoleos e prima ad Theodorum monachum epistola : « Hæc in mente jugiter habeas, et fluvium ignis : *Fluvius enim igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus* (*Dan.* VII). Non est

λάσεως τέλος. Ἀλλ' αἱ μὲν ἄτοποι τοῦ βίου ἡδοναὶ τῶν σκιῶν καὶ ὀνειράτων διαφέρουσιν οὐδέν· πρὶν γὰρ τελεσθῆναι τὰ τῆς ἁμαρτίας, σβέννυται τὰ τῆς ἡδονῆς· αἱ δὲ ὑπὲρ τούτων κολάσεις πέρας οὐκ ἔχουσιν. — Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης ἐπιστολῆς· Οὐ μικρὸν ἡμῖν τὸ προκείμενον ζήτημα ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν σφόδρα ἀναγκαίων· ἅπαντες ζητοῦσιν ἄνθρωποι, εἰ τέλος ἔχει τὸ τῆς γεέννης πῦρ· ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἔχει, ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο εἰπών, « Τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει· » καὶ ὁ Παῦλος δὲ δεικνὺς αὐτὸν ἀθάνατον, φησίν· « Οἱ ἁμαρτάνοντες δίκην τίσουσιν ὀλέθριον αἰώνιον. » — Τῆς τοίνυν θείας γραφῆς καὶ τῶν ἁγίων πατέρων σαφῶς ἡμᾶς ἐκδιδασκόντων μὴ εἶναι τέλος κολάσεως τῶν ἀσεβῶν, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνων θεραπευομένων δαιμόνων, ποίαν ἀποκατάστασιν οἱ τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες φαντάζονται, ἐν ᾧ πέρας αἱ τιμωρίαι οὐκ ἔχουσιν; Ἡ γὰρ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ὥσπερ τοῖς δικαίοις ἀτελεύτητον κηρύσσει τὴν αἰώνιον ζωήν, οὕτω καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀτελεύτητον τὴν κόλασιν παραδίδωσι. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις. Ἡμεῖς δὲ ὀλίγα μὲν ἐκ πολλῶν τῇ τε θείᾳ γραφῇ, τοῖς τε ἁγίοις πατράσιν εἰρημένων παραγαγεῖν συνείδομεν, πρὸς τὸ ἐλέγξαι τὴν τῶν Ὠριγενιστῶν δυσσέβειαν.

Βουλόμενοι δὲ πᾶν σκάνδαλον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀπελάσαι, πρὸς τὸ μηδένα ῥύπον ἐν αὐτῇ καταλειφθῆναι, καὶ ἀκολουθοῦντες ταῖς θείαις γραφαῖς, τοῖς τε ἁγίοις πατράσι τοῖς τὸν αὐτὸν Ὠριγένην καὶ τὰ τοιαῦτα μυσαρὰ καὶ ἀσεβῆ αὐτοῦ δόγματα ἐκβαλοῦσί τε, καὶ δικαίως ἀναθέματι ὑποβαλοῦσι, τὴν παροῦσαν ἡμῶν ἐπιστολὴν πρὸς τὴν σὴν ποιούμεθα μακαριότητα, δι' ἧς προτρέπομεν αὐτὴν συναγαγεῖν ἅπαντας τοὺς ἐνδημοῦντας κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν ἐνταῦθα εὐαγῶν μοναστηρίων ἡγουμένους· καὶ παρασκευάσαι πάντας ἐγγράφως τὸν εἰρημένον δυσσεβῆ τε, καὶ θεομάχον Ὠριγένην, τόν τε Ἀδαμάντιον, πρεσβύτερον γενόμενον τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ τὰ αὐτοῦ μυσαρὰ καὶ ἀσεβῆ δόγματα, καὶ τὰ ὑποτεταγμένα πάντα κεφάλαια πᾶσι τρόποις ἀναθεματίσαι· ἐκπέμψαι δὲ καὶ τὰ ἴσα τῶν παρὰ τῆς σῆς μακαριότητος ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας πραττομένων, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἡγουμένους· ἐφ' ᾧτε καὶ αὐτοὺς δι' οἰκείας ὑπογραφῆς ἀναθεματίσαι Ὠριγένην, καὶ τὰ μυσαρὰ αὐτοῦ δόγματα, μετὰ πάντων τῶν ἀνηλωθησομένων αἱρετικῶν· τοῦ λοιποῦ δὲ μὴ ἄλλως ἐπισκόπους χειροτονεῖσθαι, ἢ μοναστηρίων ἡγουμένους, εἰ μήποτε πρότερον μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων αἱρετικῶν τῶν ἐξ ἔθους ἐν τοῖς γενομένοις λιβέλλοις ἀναθεματιζομένων, τουτέστι Σαβελλίου, Ἀρείου, Ἀπολλιναρίου, Νεστορίου, Εὐτυχοῦς, Διοσκόρου, Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου, καὶ Πέτρου τοῦ Μογγοῦ, καὶ Ἀνθίμου Τραπεζοῦντος, Θεοδοσίου τοῦ Ἀλεξανδρέως, Πέτρου τοῦ πρώην Ἀντιοχείας, καὶ Πέτρου τοῦ Ἀπαμείας, καὶ Σεβήρου τοῦ ποτε Ἀντιοχείας, καὶ τὸν εἰρημένον Ὠριγένην τὸν τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ἀρειανικὴν μανίαν νοσήσαντα, μετὰ τῶν αὐτοῦ μυσαρῶν καὶ

A quod quisquam ei deditus igni, supplicii finem exspectet. Verum improbæ sæculi hujus voluptates ab umbris somniisque nihil differunt; priusquam enim peccatum ad finem pervenerit, exstinguitur voluptas; suppliciorum vero, quæ pro flagitiis suscipiuntur, nullus est finis. » Ejusdem ex commentariis in primam ad Corinthios Epistolam : « Non levis nobis hinc proposita quæstio est, sed de rebus valde necessariis. Quærunt omnes homines, ignis gehennæ sitne finem habiturus : non habiturum pronuntiavit Dominus, cum diceret : *Ignis eorum non exstinguetur, et vermis eorum non morietur* (*Marc.* IX). Paulus vero eum perennem ostendens ait : *Peccatores pœnas dabunt in interitu æternas* (*II Thess.* I). » Quare cum divina nos Scriptura sanctique Patres edoceant, nullum finem B esse impiorum supplicii, dæmonumque qui ab illis coluntur : quam restitutionem imaginantur, qui cum Origene sentiunt, ubi suppliciorum nullus est exitus? Sancta enim Christi Ecclesia, quemadmodum justis indesinentem prædicat vitam æternam, ita impios perpetuo [a] supplicia manere tradit. Atque hæc quidem in his. Nos porro paucas e multis divinæ Scripturæ sanctorumque Patrum auctoritatibus afferendas esse perspeximus, ad confutandam Origenistarum impietatem.

Cum autem velimus omne scandalum a sanctissima Ecclesia propulsare, ut nulla in ea macula relinquatur; obsequentes divinis Scripturis sanctisque Patribus qui ipsum Origenem ac hujusmodi sceleratam impiamque ejus doctrinam profligarunt, ac jure C anathemati subjecerunt, hanc epistolam ad tuam beatitudinem dedimus, qua eam hortamur ut omnium qui in hac regia urbe nunc degunt, sanctissimorum episcoporum conventum habeat, ac Deo amabilissimorum præfectorum sanctis, quæ hic sunt, monasteriis, faciatque ut omnes in scriptis præfatum impium ac Deo repugnantem Origenem, qui et Adamantius, qui presbyter fuit sanctissimæ Ecclesiæ Alexandriæ, ac ejus nefaria impiaque dogmata, capitulaque omnia quæ inferius ponuntur, omnimodis anathematizent : exemplaque dimittas eorum quæ a beatitudine tua ob hanc causam gesta fuerint, ad alios omnes sanctissimos episcopos præfectosque venerabilium monasteriorum : ut et ipsi subscriptione propria anathematizent Origenem scelestaque ejus dogmata, cum omnibus qui declarabuntur, hæreticis. D In posterum autem, ne aliter ordinentur episcopi, aut monasteriorum præfecti, nisi prius cum aliis omnibus hæreticis, qui de more in editis libellis anathematizantur, id est, Sabellio, Ario, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Dioscoro, Timotheo Æluro, et Petro Moggo, et Anthimo Trapezuntis, Theodosio Alexandriæ, Petro qui fuit Antiochiæ, et Petro qui Apameæ, et Severo olim Antiochiæ, prædictum etiam Origenem, qui paganorum Arianorumque insania laboravit, una cum exsecrabilibus impiisque ejus dogmatibus anathematizent. Omnibus enim prædicendum est, ne omnino quisquam audeat talem

[a] Ut legatur *perpetua* syntaxis et Græcus textus postulant. Edit.

ἀσεβῶν δογμάτων ἀναθεματίσωσι· δεῖ γὰρ ἅπασι προαγορεῦσαι ποῦ μηδένα τολμᾷν παντελῶς ἀντιποιεῖσθαι τοῦ τοιούτου αἱρετικοῦ, ἢ τῶν αὐτοῦ ἐκθέσεων, ἀλλὰ ταύτας ἕκαστον ἐκ πάσης ψυχῆς, καὶ πάσης διανοίας μισεῖν τε καὶ ἀποστρέφεσθαι, καὶ ἀναθεματίζειν, οἷα τῆς Χριστιανικῆς παραδόσεως ἀλλοτρίας καθεστώσας, καὶ ταῖς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς μεγάλην ἐργαζομένας λύμην. A

Ταῦτα δὲ αὐτὰ γεγραφήκαμεν οὐ μόνον πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον, καὶ μακαριώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ πατριάρχην Βιγίλιον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας ἁγιωτάτους ἐπισκόπους καὶ πατριάρχας, τουτέστιν Ἀλεξανδρείας, Θεουπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, ὥστε καὶ αὐτοὺς πρόνοιαν θέσθαι τῷ ἔργῳ, καὶ πέρατι ταῦτα παραδοθῆναι. Βουλόμενοι δὲ πάντας τοὺς Χριστιανοὺς γνῶναι, ὡς τὰ Ὠριγένους συγγεγραμμένα παντελῶς ἀλλότρια τῆς ἀληθοῦς τῶν Χριστιανῶν τυγχάνει πίστεως, συνείδομεν ἐκ τῶν πολλῶν αὐτοῦ καὶ ἀμέτρων βλασφημιῶν ὀλίγας ἐπ' αὐτῆς λέξεως παραθεῖναι. Ἔχουσι δὲ οὕτως. B

Ὅτι ἥττων ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου.

Ὅτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἕκαστον τῶν ὄντων, μεταδιδοὺς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι. Ὧ γάρ ἐστιν ἔλαττον· ὡς δὲ παρὰ [ἴσ. ὧν γαρ ἐστιν· ἐλάττων δὲ παρὰ] τὸν πατέρα ὁ υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά, δεύτερος γάρ ἐστι τοῦ πατρός· ἔτι δὲ ἧττον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἁγίους διικνούμενον. Ὥστε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις τοῦ πατρὸς παρὰ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλείων δὲ ἡ τοῦ υἱοῦ παρὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἅγια. C

Ὅτι πεπερασμένη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς δύναμις, ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Πεπερασμένην γὰρ εἶναι καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ λεκτέον, καὶ οὐ προφάσει εὐφημίας τὴν περιγραφὴν αὐτῆς περιαιρετέον. Καὶ μετ' ὀλίγα· Πεποίηκε γὰρ τοσαῦτα [τοίνυν] ὅσων ἠδύνατο περιδράξασθαι, καὶ ἔχειν ὑπὸ χεῖρα, καὶ συγκρατεῖν ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πρόνοιαν· ὥσπερ καὶ τοσαύτην ὕλην κατεσκεύασεν, ὅσην ἠδύνατο διακοσμῆσαι.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Μηδεὶς δὲ προσκοπτέτω τῷ λόγῳ, εἰ μέτρα ἐπιτίθεμεν καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει. Ἄπειρα γὰρ περιλαβεῖν τῇ φύσει ἀδύνατον τυγχάνει. Ἅπαξ δὲ πεπερασμένων ὄντων, ὧν περιδράττεται αὐτὸς ὁ Θεὸς, ἀνάγκη ὅρον εἶναι μέχρι πόσων πεπερασμένων διαρκεῖ. D

Ὅτι κτίσμα, καὶ γενητὸς ὁ υἱὸς, ἐκ τοῦ αὐτοῦ δ' λόγου.

Οὗτος δὲ ὁ υἱὸς ἐκ θελήματος τοῦ πατρὸς γεννηθείς, « ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, χαρακτήρ τε τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, κτίσμα, σοφία. » Αὐτὴ γὰρ ἡ σοφία φησίν· « Ὁ Θεὸς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. »

Hæreticum, aut ejus expositiones defendere, sed eas unusquisque ex toto animo et tota cogitatione oderit et aversetur, et anathematizet, ut a Christiana traditione alienas, et simpliciorum animabus gravem afferentes luem ac pestem.

Hæc porro eadem scripsimus non solum ad sanctitatem tuam, sed etiam ad sanctissimum et beatissimum papam senioris Romæ et patriarcham Vigilium, et ad cæteros omnes sanctissimos episcopos et patriarchas, id est, Alexandriæ, Theopoleos, et Hierosolymorum, ut et hi huic rei prospiciant, et hæc finem adipiscantur. Cum vero cupiamus, omnes Christianos cognoscere scripta Origenis prorsus a vera Christianorum fide aliena esse, ex multis immensisque ejus blasphemiis paucas ad verbum apponendas esse censuimus. Sic autem habent.

Quod minor sit Filius Patre, et Spiritus Filio, e primo libro Peri archon.

Quod Deus quidem et Pater omnia continens, ad unumquodque entium pervenit, esse unicuique impertiens de suo; [a] esse enim est minus: quoad verum Patrem Filius ad sola rationabilia pervenit; est enim secundus a Patre: adhuc etiam minor est Spiritus sanctus, ad solos sanctos perveniens. Ita ex hoc major est potestas Patris præ Filio et Spiritu sancto: ampliorque Filii præ Spiritu sancto, ac rursum præstantior sancti Spiritus potestas præ aliis entibus sanctis.

Quod finita est Dei et Patris potestas. e secundo libro ejusdem voluminis.

Finitam enim esse et potestatem Dei dicendum: nec, prætextu laudis, circumscriptio ejus tollenda est. *Et paulo post:* Tanta enim fecit, quanta sub manum comprehendere et habere poterat, et continere sub providentia sua: quemadmodum et tantam construxit materiam, quantam administrare et exornare poterat.

Ejusdem ex quarto libro ejusdem voluminis.

Nemo autem sermone offendatur, si modum statuimus Dei etiam potestati. Infinita enim complecti, natura impossibile est, nam cum semel finita sint quæ Deus ipse comprehendit, necesse est terminum esse ad quot usque finita ipse sufficiat.

Quod creatura et factus Filius est, ex eodem libro.

Hic Filius de voluntate Patris generatus, *qui est imago Dei invisibilis, et splendor gloriæ ejus, et figura substantiæ ejus, primogenitus omnis creaturæ, creatura, sapientia* (*Coloss.* 1; *Hebr.* 1; *I Cor.* v). Ipsa enim Sapientia dicit: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera ipsius* (*Prov.* IX).

[a] Legendum est, *omnibus* ex lib. I Peri archon c. 3. Sic reliqua quæ ex Origene hic afferuntur, in Græco quoque, qui ex Latino expressus est, sunt corrigenda. HARDUINUS. — Locus obscurus, et corruptus etiam in Græco; forte sic restituendus: *Ipse enim est qui est; minor vero Patre Filius ad sola rationabilia perveniens.*

Ὅτι καὶ περιέχεται μετὰ τῶν ἄλλων κτισμάτων ὁ υἱὸς ὑπὸ τοῦ πατρὸς· καὶ κατὰ πάντα μείζων ἐστὶν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀόρατος αὐτῷ τυγχάνει, ἐκ τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρχῶν δ' λόγου.

A *Quod Filius cum reliquis creaturis a Patre contineatur, et Pater per omnia sit Filio major, cui sit etiam invisibilis, ex eodem Peri archon libro quarto.*

Εἰ δὲ ὁ πατὴρ ἐμπεριέχει τὰ πάντα, τῶν δὲ πάντων γέ ἐστιν ὁ υἱός, δῆλον ὅτι καὶ τὸν υἱόν. Ἄλλος δέ τις ζητήσει, εἰ ἀληθὲς τὸ ὁμοίως τὸν Θε ν ὑφ' ἑαυτοῦ γινώσκεσθαι, τῷ γινώσκεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς· καὶ ἀποφανεῖται, ὅτι τὸ εἰρημένον, « Ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστίν, » ἐν πᾶσιν ἀληθές. Ὥστε καὶ ἐν τῷ νοεῖν ὁ πατὴρ, μειζόνως καὶ τρανοτέρως καὶ τελειοτέρως νοεῖται ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ.

Si vero Pater omnia continet, et Filius est ex omnium numero, liquet ipsum etiam contineri. Quærat alius quispiam, num verum sit æque Deum a se ipso cognosci, atque ab Unigenito; asseretque verum esse in omnibus dictum illud: *Qui misit me Pater, major me est* (*Joan.* x *et* xiv). Quare intelligendo etiam Pater, amplius, clarius, perfectiusque a seipso intelligitur quam a Filio.

Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Ex primo ejusdem libri volumine.

Γενόμενοι τοίνυν ἡμεῖς κατ' εἰκόνα, τὸν υἱὸν πρωτότυπον ὡς ἀληθειαν ἔχομεν τῶν ἐν ἡμῖν καλῶν τύπων. Αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς ὅπερ ἡμεῖς ἐσμεν πρὸς αὐτὸν, τοιοῦτός ἐστι πρὸς τὸν πατέρα, ἀλήθειαν τυγχάνοντα.

B Itaque nos facti ad imaginem habemus Filium, ut pote veritatem, pulchrarum in nobis formationum exemplar. Quod porro nos sumus ad ipsum Filium, est ipse ad Patrem, qui veritas est.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ejusdem ex eodem libro.

Οὕτω τοίνυν ἡγοῦμαι καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος καλῶς ἂν λεχθήσεσθαι, ὅτι εἰκὼν ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ ἀγαθόν. Καὶ τάχα καὶ υἱὸς ἀγαθὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἁπλῶς ἀγαθός. Καὶ ὥσπερ εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ κατὰ τοῦτο Θεὸς, ἀλλ' οὐ περὶ οὗ λέγει αὐτὸς ὁ Χριστὸς, « Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν· » οὕτως εἰκὼν ἀγαθότητος, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ πατὴρ ἀπαραλλάκτως ἀγαθός.

Ita igitur censeo de Salvatore etiam commode dici posse, quod sit Dei bonitatis imago, non autem ipsa bonitas, fortassis etiam Filius bonus, sed non simpliciter bonus. Et quemadmodum Dei invisibilis est imago, et propterea Deus, non tamen is, de quo Christus ipse ait: *Ut cognoscant te solum verum Deum* (*Joan.* xvii): ita bonitatis imago, non tamen ut Pater incommutabiliter.

Ὅτι μετὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα εἰπὼν, συνηρίθμησε τοῖς ἄλλοις κτίσμασι, διὸ καὶ λειτουργικὰ αὐτὰ ζῶα καλεῖ. Ἐκ τοῦ δ' λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου.

Quod Filium cum Spiritu sancto creaturam vocans, annumeraverit aliis creaturis; idcirco ministratoria vocaverit ipsos animalia, ex quarto Peri archon libro.

C Ὅτι μὲν οὖν πᾶν, ὅ τι ποτε παρὰ τὸν πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ἁπάντων [ὅλων] γενητόν ἐστιν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας πειθόμεθα. Καὶ μετά τινα· Ἔλεγε δὲ ὁ Ἑβραῖος τὰ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δύο σεραφὶμ ἑξαπτέρυγα, κεκραγότα ἕτερον πρὸς τὸ ἕτερον, καὶ λέγοντα, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, » τὸν μονογενῆ εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἡμεῖς δὲ οἰόμεθα ὅτι καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ Ἀμβακούμ, « Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ, » περὶ Χριστοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.

Quod igitur quæcunque alia res præter Patrem ac Deum universorum, creata est, eadem consequentia suademur. *Et post pauca*: Aiebat autem Hebræus, duo illa seraphim apud Isaiam sex alas habentia, clamantia alterum ad alterum, et dicentia: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth* (*Jer.* vi), esse Dei unigenitum, et Spiritum sanctum. Nos autem arbitramur, illud etiam quod habetur in cantico Habacuc: *In medio duorum animalium cognosceris* (*Habac.* iii), referendum esse in Christum et Spiritum sanctum.

Ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου, ὅτι ἄνθρωπον ψιλὸν λέγει τὸν κύριον.

Ex secundo libro Peri archon: quod purum hominem dominum vocet.

ὁδῷ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνωθήθη πάντα τὰ ἐναντία τοῖς μνημονευθεῖσιν αὐτοῦ συγγράμμασι ποιῆσαι, καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν ὁμολογῆσαι.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην τὸν αἱρετικὸν, τῆς ἀρνουμένης τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ λεγούσης μὴ τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς παρθένου σαρκωθέντα γεννηθῆναι, ἀλλὰ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι, ὃν ναὸν ἀποκαλεῖ, ὡς ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν ἄνθρωπον· πρὸς τούτοις δὲ ἐνυβριζούσης τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον, ὡς χωρὶς ζητήσεως καὶ κρίσεως Νεστόριον καταδικασάσης, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον αἱρετικὸν ἀποκαλούσης, καὶ ἀσεβῆ τὰ ιβ' αὐτοῦ κεφάλαια· Νεστόριον δὲ καὶ Θεόδωρον μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀσεβῶν συγγραμμάτων ἐπαινούσης, καὶ ἐκδικούσης. Εἴ τις τοίνυν τὴν εἰρημένην ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ἐκδικεῖ, ἢ ὀρθὴν αὐτὴν εἶναι λέγει, ἢ μέρος αὐτῆς, ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει αὐτὴν, ἀνάθεμα ἔστω.

Τῆς τοιαύτης τοίνυν ἐπιστολῆς δικαίως ἀναθεματισθείσης διὰ τὰς περιεχομένας ἐν αὐτῇ βλασφημίας, οἱ τὰ Νεστορίου, ἢ Θεοδώρου ἀσεβῶς φρονοῦντες ἐπιχειροῦσι λέγειν, ταύτην δεδέχθαι παρὰ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τοῦτο δὲ λέγουσι τὴν μὲν ἁγίαν σύνοδον συκοφαντοῦντες, τῷ δὲ ταύτης προσχήματι σπουδάζοντες τῆς ὀφειλομένης κατακρίσεως ἐλευθερῶσαι Θεόδωρον καὶ Νεστόριον, καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολήν, περὶ ἧς Ἴβας πολλάκις κατηγορηθεὶς οὐκ ἐτόλμησεν οἰκειώσασθαι διὰ τὰς περιεχομένας ἐν αὐτῇ βλασφημίας. Καὶ ταῦτα ἀποδείξομεν ἐκ τῶν διαφόρως περὶ τούτου κεκινημένων. Ἐν γὰρ τοῖς παρὰ Φωτίου, καὶ Εὐσταθίου πεπραγμένοις ἐν Τύρῳ κατηγορουμένος ὁ προλεχθεὶς Ἴβας περὶ τῶν ὕβρεων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου φανερῶς κατέθετο, μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν ἀνατολικῶν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μηδὲν ὕβρεως ἐχόμενον εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ· ἡ δὲ ἐπιστολὴ ἡ πεπληρωμένη τῶν εἰρημένων βλασφημιῶν, ἐφ' αἷς κατηγορεῖται Ἴβας, πολλὰς κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου περιέχουσα ταρίστησιν, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς γέγονεν, ἐξ οὗ δείκνυται Ἴβας ἀπαρνησάμενος ταύτην. Ὅθεν οἱ μνημονευθέντες Φώτιος, καὶ Εὐστάθιος διὰ τὴν τῶν ἐγκαλούντων πληροφορίαν ἐγγράφως διετύπωσαν, τὸν εἰρημένον Ἴβαν πάντα τὰ ἐναντία τῇ ἐπιστολῇ πρᾶξαι, καθὼς ἡ περὶ τούτου δοθεῖσα παρ' αὐτῶν ἐπίκρισις δείκνυσιν. Ἀλλὰ μὴ πληρώσας Ἴβας τὰ παρ' ἐκείνων ἐπικριθέντα ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς διὰ τὰς βλασφημίας τῆς εἰρημένης ἐπιστολῆς, καὶ Νόννος ἀντ' αὐτοῦ ἐχειροτονήθη, ὃς καὶ συνεκαθέσθη τῇ ἁγίᾳ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ. Περὶ τῶν αὐτῶν τοίνυν καὶ ἐν Χαλκηδόνι κατηγορηθεὶς ὁ μνημονευθεὶς Ἴβας μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς οὐκ ἐτόλμησε ταύτην οἰκειώσασθαι, ἀλλ' εὐθὺς αὐταῖς λέξεσιν ἐπήγαγεν, ὅτι ἀλλότριός εἰμι τῶν ἐπαγομένων μοι. Ὅθεν ἡ ἁγία σύνοδος, μὴ ἀρκεσθεῖσα τῇ ἀρνήσει Ἴβα τῇ ἐπὶ τῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ συνώθησεν αὐτὸν τἀναντία ταύτῃ πρᾶξαι, τουτέστι τὴν ἐν αὐτῇ ἀθετουμένην πίστιν ὀρθὴν ὁμολογῆσαι, καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον δέξασθαι, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον πατέρα καὶ διδάσκαλον ἐπιγράψασθαι, τὰ ἐν τῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ ὑβριζόμενα· καὶ Νεστόριον καὶ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ δόγμα ἀναθεματίσαι. Ἅπερ ἡ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἐπαινεῖ καὶ ἐκδικεῖ. Εἰ τοίνυν καὶ αὐτὸς Ἴβας διαφόρως κατηγορηθεὶς περὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς, οὐκ ἐτόλμησεν αὐτὴν οἰκειώσασθαι, ἀλλὰ καὶ

A dejectus est, et postea in sancto Chalcedonensi concilio compulsus est omnia contraria memoratis suis conscriptis facere, et rectam fidem confiteri.

XIII. Si quis defendit impiam epistolam quam ad Marim Persam hæreticum Ibas scripsisse dicitur, quæ abnegat Deum Verbum hominem factum esse, et dicit non Deum Verbum ex virgine incarnatum, natum esse, sed purum hominem ex ipsa esse natum, quem templum vocat, ut alius sit Deus Verbum, et alius homo; et super hæc injuriat Ephesinam primam synodum, quasi sine inquisitione et examinatione ab ipsa Nestorio condemnato, et sanctum Cyrillum vocat hæreticum, et duodecim ejus capitula impia dicit, Nestorium autem et Theodorum cum impiis eorum conscriptis collaudat et defendit. Si quis igitur, sicut dictum est, eamdem ipsam epistolam vindicat, vel rectam esse dicit ipsam vel partem ipsius, sed non anathematizat eam, anathema sit.

B

Tali ergo impia epistola juste anathematizata propter insertas ei blasphemias, Theodori et Nestorii impiorum sequaces conantur dicere, susceptam esse eam a sancto Chalcedonensi concilio. Hoc autem dicunt, sanctam quidem Chalcedonensem synodum calumniantes, nomine autem ejus festinantes debita condemnatione liberare Theodorum, et Nestorium, et impiam epistolam, pro qua Ibas sæpius accusatus, non est ausus eam suam dicere propter insertas ei blasphemias. Et hæc demonstrabimus ex his quæ diverse de ista causa mota sunt. In his enim quæ apud Photium et Eustathium [a Photio et Eustathio] Tyri acta sunt, cum accusaretur prædictus Ibas de injuriis S. Cyrilli, manifeste confessus est, post unitatem Orientalium, quæ ad sanctæ memoriæ Cyrillum facta est, nihil injuriosum de eo dixisse. Epistola autem plena prædictis blasphemiis, pro quibus accusabatur Ibas, multas contra S. Cyrillum injurias continens, facta esse ostenditur post unitatem ad Orientales factam, ex quo demonstratur Ibas eam abnegasse. Unde prædicti Photius et Eustathius satisfacientes accusatoribus in scriptis definierunt, prædictum Ibam omnia contraria epistolæ peragere, sicut judicium ab eis de hoc datum significat. Sed cum Ibas non adimplesset ea quæ illi judicaverunt, ejectus est ab episcopatu propter blasphemias prædictæ epistolæ, et Nonnus pro illo ordinatus est, qui et consedit in sancto Chalcedonensi concilio. De eisdem igitur etiam Chalcedone accusatus memoratus Ibas, post lectionem impiæ epistolæ non est ausus eam suam esse confiteri, sed statim ipsis verbis intulit, alienum se esse eorum quæ ei inferebantur. Unde sancta synodus, cum ei non sufficeret abnegatio Ibæ, quæ facta est de impia epistola, compulit eum contraria ei peragere, id est reprobatam in ea rectam fidem confiteri, et Ephesinam primam sanctam synodum suscipere, et sanctum Cyrillum Patrem et doctorem ascribere quæ, in eadem impia epistola injuriantur, et Nestorium impiumque ejus dogma anathematizare, quæ et impia epistola defendit et collaudat. Si igitur et ipse Ibas propter impiam epistolam sæpius accusatus, non est ausus eam suam

C

D

ἡ ἁγία ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος πάντα τὰ ἐναντία ταύτης πυρεσκύασεν αὐτὸν πρᾶξαι, πῶς εἶχεν ἡ αὐτὴ ἁγία σύνοδος τὴν εἰρημένην ἐπιστολὴν δέξασθαι, καὶ τῷ κρίματι τῆς περιεχομένης αὐτῇ ἀσεβείας ὑποπεσεῖν, ἀφ' ἧς ἴδαν ἐλευθερῶσαι ἐσπούδασεν; ἐπειδὴ δὲ πάσας ὑπερβαίνοντες τὰς περιεχομένας τῇ ἐπιστολῇ βλασφημίας οἱ αἱρετικοὶ, τοῦτο μόνον ἐξ αὐτῆς προφέρουσι τὸ πρὸς ἀπάτην τῶν ἁπλουστέρων παρὰ τοῦ τὴν ἐπιστολὴν γράψαντος εἰρημένον, τουτέστι δύο φύσεις, μίαν δύναμιν, ἓν πρόσωπον, ἀποδείξομεν αὐτὸν, καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἰδίαν ἀσέβειαν παραμιγνῦντα. Τίνος γὰρ ἂν λέγοι δύο φύσεις, καὶ ἓν πρόσωπον ὁ ἀπαρνούμενος τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ τεχθῆναι ἐξ αὐτῆς; ἀλλὰ πρόδηλον ὡς ἑκάστῃ φύσει ἴδιον πρόσωπον ἀπονέμει, καθὼς Θεόδωρος καὶ Νεστόριος ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις βλασφημοῦντες ἐξέθεντο, οὓς καὶ ἐκδικεῖ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν μετὰ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας. Ἐκεῖνοι γὰρ φανερῶς λέγουσι δύο πρόσωπα τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τοῦ Χριστοῦ, ἓν ψιλὸν ἄνθρωπον ἀποκαλοῦσι. Κατὰ σχετικὴν δὲ συνάφειαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀξίαν τε καὶ τιμὴν ἓν πρόσωπον ἀναφαίνεσθαι λέγουσιν. Ἀλλὰ καὶ τῶν δύο φύσεων μίαν δύναμιν, ἤτοι δυναστείαν λέγων ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν φανερός ἐστιν, ὡς καὶ ἐν τούτῳ ἀκολουθεῖ τοῖς εἰρημένοις αἱρετικοῖς, Θεοδώρῳ μὲν λέγοντι ἐν τοῖς περὶ ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ διαφόροις λόγοις ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι, Νεστορίῳ δὲ ἐν πολλοῖς συγγράμμασι, μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ γραφείσῃ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν αἱρετικὸν Ἱεραπολίτην, ὅτι τῶν δύο φύσεων μία ἐστὶν αὐθεντία, καὶ μία δύναμις, ἤτοι δυναστεία, καὶ ἓν πρόσωπον κατὰ μίαν ἀξίαν, καὶ τὴν αὐτὴν τιμήν. Ἀφ' ὧν ἀποδείκνυται ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας κατὰ τὴν ἐκείνων κακοδοξίαν ἀντὶ προσώπων τῇ τῶν φύσεων προσηγορίᾳ χρησάμενος. Μία γὰρ αὐθεντία, καὶ μία δύναμις ἤτοι δυναστεία, καὶ μία ἀξία, καὶ ἡ αὐτὴ τιμὴ οὐκ ἐπὶ διαφόρων φύσεων, ἀλλ' ἐπὶ διαφόρων προσώπων καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας λέγεται, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογοῦμεν. Ὅθεν καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἀνεθεμάτισαν τοὺς κατ' αὐθεντίαν, ἢ δύναμιν, ἤτοι δυναστείαν, ἢ ἀξίαν, ἢ ἰσοτιμίαν λέγοντας τὸν Θεὸν λόγον τῷ Χριστῷ ἡνῶσθαι, ὃν ψιλὸν ἄνθρωπον οἱ ἀπὸ Θεοδώρου καὶ Νεστορίου καλοῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ὑπόστασιν τὴν τοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα ἑψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι ὁμολογοῦντας.

dicere, sed etiam Chalcedonense sanctum concilium omnia ei contraria compulit eum peragere : quomodo eadem sancta synodus memoratam epistolam susciperet, et condemnationi impietatis quæ in ea continetur, sese subjiceret, a qua lbam liberare festinavit? Quoniam autem omnes blasphemias epistolæ prætermittentes hæretici, hoc solum ex ipsa proferunt, quod ad decipiendos simpliciores scriptor epistolæ dixit, hoc est, duas naturas, unam virtutem, unam personam; demonstrabimus quod ipse etiam in hoc suam commiscuit impietatem. Cujus enim diceret duas naturas et unam personam, qui abnegat Deum Verbum incarnatum de sancta et gloriosa Dei Genitrice et semper virgine Maria, et natum esse ex ipsa? Sed certum est, quod unicuique naturæ suam personam attribuit, sicut Theodorus et Nestorius in suis libris blasphemantes exposuerunt, quos defendit scriptor epistolæ cum eorum impietate. Illi enim aperte dicentes duas personas Dei Verbi et Christi, quem purum hominem vocant, per affectualem conjunctionem, et per eamdem dignitatem et honorem unam personam apparere dicunt; sed et duarum naturarum unam virtutem sive potentiam dicens scriptor epistolæ, manifestus est quod et in hoc memoratos hæreticos sequitur, Theodorum quidem dicentem in diversis libris de incarnatione impie expositis, Nestorium autem in multis quidem scriptis, et maxime in epistola scripta ad Alexandrum Hierapolitanum hæreticum, quod duarum naturarum una est auctoritas, et una virtus, sive potentia, et una persona [secundum unam] per dignitatem eumdemque honorem : ex quo ostenditur, qui scripsit epistolam, secundum illorum perfidiam pro personis usus vocabulo naturarum. Una enim auctoritas, et una virtus sive potentia, et una dignitas et idem honor, non in diversis naturis, sed in diversis personis ejusdem substantiæ dicitur, quod in sancta Trinitate confitemur. Unde et sancti Patres anathematizaverunt eos qui per auctoritatem, aut virtutem, sive potentiam, aut dignitatem, aut æqualitatem honoris, dicunt Deum Verbum unitum esse Christo ; quem purum hominem vocant Theodori et Nestorii sequaces, sed non secundum subsistentiam Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali et intellectuali, unitatem factam esse confitentur.

Καὶ ἤρκει μὲν ταῦτα πρὸς τὸ διελέγξαι τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐκδικούντων τὴν μυσαρὰν ἐκείνην ἐπιστολήν. Πλὴν ὅμως καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς ὁ ταύτην γράψας τὴν ἰδίαν δείκνυσι κακοδοξίαν λέγων, ὅτι δεῖ πιστεύειν εἰς τὸν ναὸν καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ, ἐν οἷς φανερῶς δύο εἰσάγει πρόσωπα. Ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἀσέβειαν ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν παρὰ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου ἐδιδάχθη. Ἡ μέντοι καθολικὴ ἐκκλησία τὴν τοιαύτην κακοδοξίαν κατακρίνουσα οὐχὶ εἰς τὸν ναὸν καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ, ἀλλ' εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα ὁμολογεῖν, καὶ πιστεύειν παραδίδωσιν. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τῇ τῶν φύσεων ὀνομασίᾳ ἐχρήσατο ὁ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην ἐπιστολὴν γράψας· ἔθος γὰρ τοῖς αἱρετικοῖς πρὸς ἀπάτην τῶν ἁπλουστέρων ταῖς παρὰ τῶν ὀρθοδόξων εὐσεβῶς λεγομέναις φωναῖς κεχρῆσθαι, καὶ τὴν εὐ

Et hæc quidem sufficiebant ad convincendam impietatem eorum qui sceleratam epistolam vindicant: tamen et in fine scriptor ejusdem epistolæ ostendit suam perfidiam, dicendo quod oportet credere in templum, et in eum qui habitat in templo : per quæ aperte duas introducit personas. Sed et istam impietatem a Theodoro et Nestorio scriptor epistolæ edoctus est. Catholica autem Ecclesia talem condemnans perfidiam, non in templum, et in eum qui habitat in templo, sed in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Verbum incarnatum et hominem factum confiteri et credere tradit. Nihil autem mirandum est, si vocabulo naturarum usus est scriptor illius impiæ epistolæ. Solent enim hæretici, ut simpliciores decipiant, vocibus quidem uti quæ ab orthodoxis pie dicuntur, rectum autem earum intellectum

σεβῆ τούτων ἔννοιάν τε καὶ ἐξήγησιν πρὸς τὴν οἰκείαν μεταφέρειν ἀσέβειαν· ἐπειδὴ ἔστιν ὅτε αἱ αὐταὶ φωναὶ καλῶς μὲν ἐξηγούμεναι, καὶ νοούμεναι, μετὰ τῆς εὐσεβείας εἰσί, κακῶς δὲ παρὰ τῶν αἱρετικῶν ἑρμηνεύμεναι, καὶ προφερόμεναι τὸ ἀσεβὲς ἔχουσιν· ἀμέλει Νεστόριον εἰπόντα μὲν δύο φύσεις καὶ ἓν πρόσωπον, μὴ ὁμολογοῦντα δὲ τούτων τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη ἁγία σύνοδος, ἧς ἦρχον Κελεστῖνος καὶ Κύριλλος οἱ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ, οὐ προσεδέξατο, ἀλλὰ καὶ κατεδίκασεν. Ἡμεῖς δὲ τῇ τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίᾳ διὰ πάντων ἀκολουθοῦντες, καὶ τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, ἐξ ὧν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, ὁ Θεὸς λόγος σαρκωθεὶς συνετέθη, καὶ τὴν τούτων διαφορὰν οὐκ ἀνῃρημένην διὰ τὴν ἕνωσιν ἀνωτέρω σαφέστερον ἀπεδείξαμεν. Καὶ ἦρκει μὲν τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα πληροφορῆσαι τοὺς μὴ βουλομένους φιλονεικεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἀσέβειαν ἅπαξ ἐκκλίναντες καὶ ἑτέρους ἐπιχειροῦσιν, ἀναγκαίως ἡμεῖς καὶ τὰς τοιαύτας αὐτῶν προφάσεις ματαίας ἀποδείξομεν. Φασὶ γὰρ μὴ δεῖν ὑπὸ μέμψιν γενέσθαι τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν διὰ τὸ φέρεσθαι ἔν τισι βιβλίοις. Ἀλλ' εἰ τοῦτό τις κατὰ τὴν αὐτῶν ἄνοιαν προσδέξηται, δεῖ καὶ Εὐτυχέα καὶ Νεστόριον δέχεσθαι, ἐπειδὴ πολλὰ καὶ περὶ τούτων τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πεπραγμένων ἐμφέρεται. Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν εὐφρονούντων τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις προσέξει τὸν νοῦν. Τὰ γὰρ περὶ τῶν αἱρετικῶν ἐν ταῖς συνόδοις προφερόμενα, καὶ μέρος τῶν ὑπομνημάτων γενόμενα οὐκ ἐπὶ τῷ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλ' εἰς ἔλεγχον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ μείζονι κατακρίσει αὐτῶν τε, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς φρονούντων παραλαμβάνεται. Εἰ καὶ ὅτι τὰ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς φερόμενα ὑπομνήματα ἔν τισι μὲν βιβλίοις, ὡς εἴρηται, ἐντέτακται, ἐν δὲ τοῖς αὐθεντικοῖς, ἐν οἷς ὑπέγραψαν οἱ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι, οὐδαμῶς εὕρηται. Πλὴν κἀκείνῳ δεῖ προσέχειν τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐρευνῶντας· ὅτι πολλάκις τινὰ ἐν ταῖς συνόδοις παρά τισιν ἐν αὐταῖς εὑρισκομένων λέγεται ἢ κατὰ προσκόθειαν, ἢ κατ' ἐναντίωσιν, ἢ κατ' ἄγνοιαν, οὐδεὶς δὲ προσέχει τοῖς κατὰ μέρος παρά τινων λεγομένοις, ἀλλὰ μόνοις τοῖς κατὰ κοινὴν συναίνεσιν παρὰ πάντων ὁριζομένοις. Εἰ γὰρ κατ' ἐκείνους βουληθείη τις προσέχειν ταῖς τοιαύταις ἐναντιώσεσιν, ἑκάστη σύνοδος εὑρίσκεται ἑαυτὴν ἀνατρέπουσα. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἔδει αὐτοὺς, εἴπερ ὀρθῶς ἐβούλοντο τὴν ἁγίαν σύνοδον, μὴ τοιαύτας αὐτῇ μέμψεις περιάπτειν, ἀλλὰ ἀκολουθῆσαι τοῖς διδασκάλοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. καὶ μάλιστα τῷ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίῳ τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, καὶ πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας ἀναδεξαμένῳ ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ὀρθῆς κατὰ πάσης αἱρέσεως, καὶ μάλιστα τῶν ἀσεβεστάτων Ἀρειανῶν· τῶν γὰρ αὐτῶν Ἀρειανῶν πρὸς ἀπάτην τῶν λαῶν εἰς τὴν ἑαυτῶν μερίδα ἐπισπωμένων Διονύσιον, πρὸ πολλῶν ἐτῶν τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου τῆς Ἀλεξανδρείας γενόμενον ἐπίσκοπον, καὶ λεγόντων, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος τὰ ὅμοια αὐτοῖς ἐφρόνησεν, Ἀθανάσιος ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος πολλοῖς τρόποις ἐγγράφως ἀπέδειξε, τὴν ὀρθὴν πίστιν Διονύσιον ἐξ ἀρχῆς κηρύξαι, καὶ μηδαμῶς ἐπικοινωνῆσαι τῇ τῶν Ἀρειανῶν ἀσεβείᾳ. Οὗτοι δὲ τὰ τῶν αἱρετικῶν φρονοῦντες τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν ταύτῃ περιάπτειν σπουδάζουσιν. Ὁποῖον δέ ἐστι κατάκριμα, καὶ ποία ἐπίκειται

et expositionem ad suam impietatem transferre: siquidem [interdum] eædem voces, quando bene exponuntur et intelliguntur, cum pietate sunt, quando autem male ab hæreticis intelliguntur et proferuntur, impietatem habent. Itaque Nestorium duas quidem naturas et unam personam dicentem, non confitentem autem earum unitatem secundum subsistentiam, Ephesina prima synodus, cujus auctores erant Cœlestinus et Cyrillus sanctæ memoriæ, non suscepit, sed condemnavit. Nos autem sanctorum Patrum doctrinam per omnia sequentes, et unitatem duarum naturarum, ex quibus Dominus noster Jesus Christus unus sanctæ Trinitatis, Deus Verbum incarnatus, compositus est, et quod earum differentia non interempta est propter unitatem, in superioribus apertius demonstravimus. Et sufficiebant quidem quæ prædiximus, satisfacere eis qui nolunt contendere. Sed quoniam illi qui semel ad impietatem declinaverunt, et alia proponere conantur, necessario nos et tales eorum occasiones vanas ostendemus. Dicunt enim non oportere vituperare impiam epistolam, eo quod in aliquantis fertur codicibus. Sed si hoc aliquis secundum eorum dementiam sufficiat [F. suscipiat], oportet et Nestorium et Eutychem suscipi, quoniam plurima et de his in gestis continentur quæ apud synodum acta sunt. Sed nemo sapiens dictis eorum animum intendet. Quæ enim de hæreticis proferuntur in synodis et pars gestorum fiunt, non ad liberationem inseruntur, sed ad majorem condemnationem eorum, et qui eis similia sapiunt. [1] Quamvis autem exemplaria impiæ epistolæ quæ circumferuntur, in aliquibus codicibus, ut dictum est, inserta sint, tamen in authenticis in quibus sanctissimi episcopi subscripserunt, nullatenus inveniuntur. Oportet autem etiam illud attendere eos qui veritatem perscrutantur, quod forsitan in conciliis quædam a certis ibi convenientibus dicuntur, aut per favorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam. Nemo autem attendit ea quæ per partem a quibusdam dicuntur: sed sola illa quæ ab omnibus communi consensu definiuntur. Si enim aliquis secundum illos voluerit attendere ejusmodi contrarietates, unaquæque synodus invenietur semetipsam destruens. Propter hæc igitur oportebat eos, si sanctum concilium recte susciperent, non tales blasphemias ei applicare, sed sequi doctores catholicæ Ecclesiæ, et maxime sanctum Athanasium, qui fuit Alexandriæ episcopus, et plurimos et magnos labores suscepit pro recta Christianorum fide adversus omnem hæresin, et maxime contra impiissimos Arianos. Ipsis enim Arianis ad decipiendos populos suo errori conjungentibus Dionysium, qui ante multos annos Athanasii [multis annis ante Athanasium] fuit Alexandriæ episcopus, et dicentibus quod et ipse Dionysius similia eis sapuit, Athanasius magnus Ecclesiæ doctor multis modis ostendit in scriptis, rectam fidem Dionysium ab initio prædicasse, nulloque modo participem Arianæ impietatis fuisse. Isti autem hæretica sapientes, suam impietatem eidem synodo ap-

[1] Hæc absunt a ms. Bohieriano, et apud Leunclavium.

ἀρὰ τοῖς εἰς πατέρας ἁμαρτάνουσι, διδάσκει ἡμᾶς καὶ ἡ θεία γραφή. Εἰ γὰρ Χὰμ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε θεασάμενος γυμνὸν τὸν ἴδιον πατέρα, καὶ μὴ καλύψας τὴν τοῦ πατρὸς σωματικὴν γύμνωσιν, ἐξελθὼν ἐπήγγειλε ταύτην τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἐκεῖνοι ἱματίῳ ταύτην περιεσκέπασαν, αὐτὸς δὲ Χὰμ καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες ὑπὸ κατάραν γεγόνασιν, οἱ δὲ σκεπάσαντες εὐλογίας μεγάλης ἠξιώθησαν· πολλῷ μᾶλλον οὗτοι μείζονος καὶ ἔτι πλείονος κατακρίσεώς εἰσιν ἄξιοι, οἱ τὴν μηδαμῶς προσοῦσαν ἀτιμίαν τῇ συνόδῳ σπουδάζοντες διὰ τῆς ἀσεβείας τῆς ἐπιστολῆς καὶ Θεοδώρου περιάπτειν αὐτῇ. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἡ ἀσεβὴς ἐπιστολή, ἢ οἱ ταύτης ἀντιποιούμενοι ἐκφεύξονται τὴν ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἀσεβείᾳ κατάκρισιν. Ἀλλ' οὐδὲ Θεόδωρος ὁ Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους καὶ πάντας αἱρετικοὺς τῇ ἀσεβείᾳ ὑπερβαλλόμενος. Οὗτος γὰρ πρ ς ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ βλασφημίαις οὐκ ἠρκέσθη τῷ πρὸς τὴν ἰδίαν πλάνην παρερμηνεῦσαι τὸ σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων, ἀλλὰ καὶ περιῤῥονήσας τούτου ἕτερον σύμβολον ἐξέθετο πάσης ἀσεβείας πεπληρωμένον, ἐν ᾧ ἀναθεματίσαι τοὺς ἑτέρως φρονοῦντας, ἢ παραδιδόντας ἐτόλμησεν· ὥστε ὅσον κατὰ τὴν ἐκείνων μανίαν πάντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ πατέρας κατακεκρίσθαι· τοῦτο δὲ τὸ ἀσεβὲς Θεοδώρου σύμβολον καὶ ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ προκομισθὲν, καὶ ἐν Χαλκηδόνι ἀναγνωσθὲν ὑφ' ἑκατέρας συνόδου μετὰ τοῦ ἐκθεμένου καὶ τῶν δεξαμένων αὐτὸ κατεκρίθη.

A plicare festinant. Qualis autem est condemnatio, et qualis imminet maledictio eis qui in Patres peccant, docet nos et divina Scriptura. Si enim Cham filius Noe (*Genes.* IX) cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalem nuditatem, sed egressus nuntiavit eam fratribus, et illi vestimento eam cooperuerunt, ipse quidem Cham, et illi qui ex ipso nati sunt, sub maledictione facti sunt; qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis isti majore et ampliore condemnatione digni sunt, qui ad synodum minime pertinentem infamiam, festinant per impietatem epistolæ, et Theodori, eidem sanctæ synodo applicare. Sed non ideo impia epistola, vel defendentes eam, condemnationem suæ impietatis effugient: sed neque B Theodorus, qui paganos et Judæos, et omnes hæreticos impietate superat. Impio enim Theodoro non suffecit super alias ejus blasphemias ad suum errorem male interpretari symbolum trecentorum decem et octo sanctorum Patrum, sed etiam contempto eo, aliud symbolum exposuit omni impietate plenum, in quo anathematizare ausus est eos qui aliter sapiunt vel tradunt, ut, quantum ad illius insaniam pertinet, omnes sancti apostoli et Patres condemnarentur. Hoc autem Theodori impium symbolum et in Ephesina prima synodo prolatum, et in Chalcedonensi recitatum, ab utraque synodo cum ejus expositore, et eis qui illud suscipiunt, condemnatum est.

Ἐπειδὴ δέ τινες τὸν ὑπὲρ Θεοδώρου λόγον ποιούμενοι προφερομένων τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς βλασφημίαν προσποιοῦνται μὲν λέγειν, C ὅτι ἀσεβῆ ταῦτα τυγχάνει, αὐτὸν δὲ τὸν τοιαύτην ἀσέβειαν ἐξεμέσαντα παραιτοῦνται ἀναθεματίζειν, θαυμάζομεν τὴν τούτων ἄνοιαν, ὅτι τῇ θείᾳ τολμῶσιν ἐναντιοῦσθαι γραφῇ φανερῶς λεγούσῃ, ὅτι « ἐν ἴσῳ μισητὰ Θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ. » Καὶ γὰρ τὸ πραχθὲν σὺν τῷ δράσαντι κολασθήσεται. Εἰ δὲ ὁμοίως τῇ αὐτοῦ ἀσεβείᾳ μισητὸς Θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν, πρόδηλον ὡς ὁ τοιοῦτος κεχώρισται τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ ἀναθέματι δικαίως ὑποβάλλεται. Τὸ γὰρ ἀνάθεμα οὐδὲν ἕτερον σημαίνει, ἢ τὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χωρισμὸν, ὡς ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ τὸ περὶ τοῦ ἀναθέματος κρῖμα δηλοῖ. Ὅτι δὲ ὁ κύριος τοὺς μὴ ὄντας ἐν τῷ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ λόγῳ, κεχωρισμένους εἶναι λέγει τῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους διαλεγόμενος οὕτω φησί· « Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. Ὁ D δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ δὲ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Ὅτι δὲ τὴν παρὰ τοῦ κυρίου ὠνομασμένην οἰκίαν ἡ θεία γραφὴ ἐκκλησίαν Θεοῦ ζῶντος καλεῖ, ὁ ἀπόστολος μαρτυρεῖ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον πρώτῃ ἐπιστολῇ.

Quoniam autem quidam, verba pro Theodoro facientes, cum proferuntur impia ejus conscripta, propter insertam eis blasphemiam confingunt quidem dicere quod impia sunt, ipsum autem qui talem impietatem evomuit, recusant anathematizare: miramur eorum dementiam, quod divinæ Scripturæ contraria agunt, evidenter dicenti, quia *æqualiter horribilia sunt apud Deum impius et impietas ejus* (*Sap.* XIV). Actio enim cum auctore [actore] punietur: si autem similiter impietati horribilis est Deo et ille qui impie agit, certe separatus est talis a Deo, et anathemati juste subjicitur. Anathema enim nihil aliud significat, nisi a Deo separationem, sicut in Veteri et Novo Testamento judicium de anathemate significat. Quod autem et Dominus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab Ecclesia dicit, in Evangelio secundum Joannem Judæos alloquens, sic ait: *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in æternum; filius autem permanet in æternum* (*Joan.* VIII). Quod autem, quam Dominus nominat domum, divina Scriptura Ecclesiam Dei vivi vocat, Apostolus testatur in Epistola prima ad Timotheum (*Cap.* III).

Εἰ δὲ λέγουσί τινες μὴ δεῖν Θεόδωρον μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι, ἴστωσαν οἱ τὸν τοιοῦτον αἱρετικὸν ἐκδικοῦντες, ὡς πᾶς αἱρετικὸς μέχρι τέλους τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ ἐμμείνας δικαιότερον διηνεκεῖ ἀναθεματισμῷ καὶ μετὰ θάνατον ὑποβάλλεται. Καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλοῖς γέγονεν αἱρετικοῖς ἀρχαιοτέροις τε καὶ τοῖς ἐγγυτέρω· τουτέστι Βαλεντίνῳ, Βασιλείδῃ, Μαρκίωνι, Κηρίνθῳ, Μανιχαίῳ, Εὐνομίῳ, καὶ Βονόσῳ· τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ Θεοδώρῳ γέγονε καὶ ἐν ζωῇ κατηγορηθέντι, καὶ μετὰ θάνατον

Si vero quidam dicunt, non oportere Theodorum post mortem anathematizari, sciant qui talem hæreticum defendunt, quod omnis hæreticus usque ad finem vitæ in suo errore permanens, juste perpetuo anathemati et post mortem subjicitur. Et hoc in multis hæreticis et antiquioribus et propioribus factum est, id est Valentino, Basilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio, et Bonoso. Hoc autem idem et in Theodoro factum est, et in vita accusato,

ἀναθεματισθέντι ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων. Οἷς εἰ μὴ βούλονται πείθεσθαι ὡς αἱρετικοὶ οἱ τούτου ἀντιποιούμενοι, τῇ γοῦν παρ' αὐτῶν ἐκδικουμένῃ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ πιστευσάτωσαν, ἥτις εἰ καὶ τὰ μάλιστα Θεόδωρον ἐκδικεῖ, ὅμως φανερῶς λέγει, ὅτι καὶ ἐπὶ ἐκκλησίας παρ' ἁγίων πατέρων ἀνεθεματίσθη, καὶ ἐξ ἐκείνου πολλὴ ζήτησις γέγονε περὶ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ὡς ἀσεβείας ὀηλονότι πεπληρωμένων· τοῦτο δὲ ἐποίουν τηνικαῦτα οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐφ' ᾧ μὴ τοὺς ἁπλουστέρους ἐντυγχάνοντας τοῖς ἐκείνου ἀσεβέσι συγγράμμασι τῆς ὀρθῆς παρατρέπεσθαι πίστεως. Ὅτι δὲ οἱ ἀσεβεῖς εἰ καὶ μὴ κατὰ πρόσωπον μὲν ἐν ζωῇ δέξωνται ἀναθεματισμὸν, ὅμως καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζονται ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, δείκνυται ἐκ τῶν ἁγίων συνόδων. Ἡ μὲν γὰρ ἐν Νικαίᾳ τοὺς τὸ ἀσεβὲς Ἀρείου φρόνημα πρεσβεύοντας ἀνωνύμως ἀνεθεμάτισεν.. Ἡ δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν Μακεδονίου ἀσεβεστάτην αἵρεσιν ὁμοίως ἀνεθεμάτισεν· ἀλλ' ὅμως ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία καὶ μετὰ θάνατον Ἄρειον, καὶ Μακεδόνιον ὀνομαστὶ ἀναθεματίζει. Ἐκ πολλῶν δὲ τῶν ἀποδείξεων ἐλεγχόμενοι, ὡς ἀσεβοῦσι διακενῆς οἱ Θεοδώρου καὶ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ ἀντιποιούμενοι, ἐφ' ἑτέρᾳ ματαίᾳ πρόφασιν καταφεύγουσι λέγοντες, μὴ δεῖν αὐτὸν ἀναθεματισθῆναι διὰ τὸ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν τετελευτηκέναι. Ἔδει δὲ αὐτοὺς εἰδέναι, ὡς ἐκεῖνοι τελευτῶσιν ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, οἱ τὸ κοινὸν τῆς εὐσεβείας δόγμα τὸ ἐπὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κηρυττόμενον μέχρι τέλους φυλαξάμενοι. Οὗτος δὲ τῇ οἰκείᾳ ἐντελευτήσας ἀσεβείᾳ ἀπὸ πάσης ἐκκλησίας ἐξεβλήθη. Ἀμέλει τοι καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς ἐν Μοψουεστίᾳ ἐκκλησίας, ἐν ᾗ λέγεται ἐπίσκοπος γεγενῆσθαι, διὰ τὰς βλασφημίας, δι' ἃσπερ Ἕλλησί τε, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Σοδομίταις παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων συνηριθμήθη, ἀπήλειψαν ἐξ ἐκείνου τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας διπτύχων τὴν τούτου προσαγορίαν, ὡς τὰ περὶ τούτου συστάντα κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας ὑπομνήματα δείκνυσι. Θαυμάζομεν τοίνυν τοὺς ἐκδικοῦντας Θεόδωρον, οἰκειουμένους αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν, ὅπου γε ἡ ἐκκλησία, ἐν ᾗ γέγονεν ἐπίσκοπος, ὡς αἱρετικὸν ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων αὐτὸν ἀπεβάλετο. Ὅτι δὲ ἐπὶ κατακρίσει οἰκείᾳ τὴν τοιαύτην προβάλλονται πρόφασιν οἱ Θεόδωρον ἐκδικοῦντες, ἔξεστι γνῶναι καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἐπὶ Ἰούδα γενομένου φοβεροῦ κρίματος. Ἐκεῖνος γὰρ νομίσας λανθάνειν τὸν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων γινώσκοντα, ἐκοινώνησε τῶν μυστηρίων τοῖς ἀποστόλοις, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὤνησε, καὶ ἡ μετὰ ὑποκρίσεως κοινωνία. Ἀλλὰ οὐδὲ καὶ τὸ μετὰ θάνατον αὐτοῦ δώδεκα ὀνομασθῆναι τοὺς μαθητὰς, ὡς φησιν Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων, « Θωμᾶς δὲ ὁ λεγόμενος Δίδυμος, εἷς τῶν δώδεκα, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, » ἢ ἐξαίρει τὸν Ἰούδαν τῆς κατακρίσεως, ἢ συναριθμεῖσθαι ποιεῖ τοῖς ἀποστόλοις. Ἀμέλει τοι μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάληψιν οἱ ἀπόστολοι δι' οἰκείας ψήφου τὸν αὐτὸν Ἰούδαν καὶ μετὰ θάνατον κατεδίκασαν, καὶ ἕτερον ἀντεισήγαγον. Ὅτι δὲ ματαίαν πρόφασιν προβάλλονται λέγοντες, μὴ δεῖν τοὺς τελευτῶντας αἱρετικοὺς ἀναθεματίζεσθαι, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ κυρίου ῥημάτων ἀποδείξομεν. Τοὺς γὰρ ἀσεβεῖς καὶ ἔτι ζῶντας νεκροὺς ὀνομάζει λέγων· « Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· » ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς δικαίους τελευτήσαντας ζῶν-

et post mortem anathematizato a sanctis Patribus, quibus si credere noluerint ut hæretici ejus defensores, vel impiæ epistolæ, quam ipsi defendunt, credant. Quæ licet Theodorum collaudet, manifeste tamen dicit, quod in Ecclesia a sanctis Patribus anathematizatus est, et ex illo plurima inquisitio facta est de ejus conscriptis, ut pote plenis impietate. Hoc autem tunc faciebant catholicæ Ecclesiæ doctores, ne simpliciores legentes illius impia conscripta, a recta fide declinarent. Quod autem impii, licet non in vita in suam personam anathema susceperint, tamen et post mortem anathematizentur a catholica Ecclesia, ostenditur a sanctis synodis. Nicæna enim synodus eos qui impii [impiam] Arii sectam colunt, sine nomine anathematizavit. Quæ autem Constantinopoli congregata est, impiam Macedonii hæresim similiter condemnavit; sed tamen sancta Dei Ecclesia et post mortem Arium et Macedonium nominatim anathematizat. Cum autem ex multis probationibus convincuntur, quod supervacue et impie agunt qui Theodorum et impietatem ejus defendunt, ad aliam vanam occasionem confugiunt, dicentes non oportere eum anathematizari eo quod in communicatione Ecclesiarum mortuus est. Oportebat autem scire eos quod illi moriuntur in communicatione Ecclesiarum, qui commune pietatis dogma, quod in universali Ecclesia prædicatur, usque ad finem servaverunt. Iste autem usque ad mortem in sua permanens impietate, ab omni Ecclesia ejectus est. Itaque et omnis plenitudo Mopsuestenæ Ecclesiæ, in qua episcopus dicitur fuisse [propter blasphemias, ob quas paganis] cum invenisset quod paganis et Judæis et Sodomitanis a sanctis Patribus connumeratus est, deleverunt ipsi ex illo a sacris Ecclesiæ diptychis ejus nomen, sicut gesta de hoc in eadem civitate apud concilium episcoporum illius provinciæ confecta ostendunt. Miramur igitur Theodori sequaces, qui eum et impietatem ejus tanquam suam defendunt, cum Ecclesia, in qua fuit episcopus, ut pote hæreticum ex multis temporibus eum ejecerit. Quod autem ad condemnationem suam talem occasionem [prætextum] proponunt defensores Theodori, scire licet et ex ipso adversus Judam facto tremendo judicio. Ille enim cum putasset latere eum qui occulta hominum cognoscit, sacramentis communicavit cum apostolis : sed tamen nihil ei profuit quod cum dolo communicavit. Sed licet post mortem ejus duodecim nominati sint discipuli, sicut Joannes evangelista dicit : *Thomas autem, qui Didymus dicebatur, unus ex duodecim, non erat cum ipsis quando venit Jesus* (*Joan.* xx) : tamen hoc non liberat Judam a condemnatione, aut connumerari facit apostolis. Unde post ascensionem Domini, apostoli per suam sententiam eumdem Judam etiam post mortem condemnaverunt, et alium pro illo introduxerunt (*Act.* i). Quod autem vanam occasionem proponunt, dicentes non oportere hæreticos mortuos anathematizari, et ex ipsis Domini verbis ostendemus. Impios enim et adhuc vivos, mortuos nominat, dicens : *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos* (*Matth.* viii) : sicut justos et jam

τας ἀποκαλεῖ. Λέγει γὰρ περὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Εἰ τοίνυν κατὰ τοὺς ἐκείνων λόγους οὐ χρὴ τοὺς αἱρετικοὺς τελευτῶντας ἀναθεματίζεσθαι, οὐδὲ ζῶντες αἱρετικοὶ ἀναθεματισθήσονται, οὓς νεκροὺς ὁ κύριος ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ ἀποκεχωρισμένους εἶναι, αὐτοῦ εἰπόντος, « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· » καὶ κατ' αὐτοὺς λοιπὸν οὔτε ζῶντες, οὔτε τελευτῶντες αἱρετικοὶ ἀναθεματισθήσονται· καὶ μάτην κατ' ἐκείνους ἡ ἀποστολικὴ διδασκαλία παραδέδωκεν ἀναθεματίζεσθαι τοὺς παραδιδόντας παρ' ὃ παρελάβομεν· μάτην αἱ ἅγιαι σύνοδοι τοὺς αἱρετικοὺς κατέκριναν· μάτην καὶ οἱ ἄλλοι ἅγιοι πατέρες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας τοὺς αἱρετικοὺς ἀνεθεμάτισαν. Μέμψωνται δὲ καὶ Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ λέγοντι, « Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα τοῦ κυρίου ἀμελῶς· » καὶ Δαυὶδ τῷ προφήτῃ εἰπόντι, « Ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου· » καὶ συντόμως εἰπεῖν, πᾶσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ πολλαχοῦ τὰς τοιαύτας κατακρίσεις ἐπαγούσῃ τοῖς ἀσεβέσιν. Εἰ δὲ οἱ ἀμελῶς ποιοῦντες τὰ ἔργα κυρίου, καὶ ἁμαρτάνοντες περὶ τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς, τοιαύταις κατακρίσεσιν ὑποβάλλονται, πόσῳ μᾶλλον Θεόδωρος ὁ ἀσεβὴς, ὁ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βλασφημήσας, δικαιότερον κατακέκριται, καὶ ἀναθεματίζεται;

Καὶ ἤρκει μὲν ταῦτα πρὸς ταῖς παρατεθείσαις ἀνωτέρω τε, καὶ ἐν ἑτέροις ἡμῶν λόγοις ἀποδείξεσι, περὶ τοῦ δεῖν καὶ μετὰ τελευτὴν τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι, καταισχύνειν τοὺς Θεοδώρου μεταποιουμένους, καὶ παύειν τῆς τοιαύτης ἀσεβείας. Διὰ δὲ τὸ ἐμφιλονείκως τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν. καὶ τὸ πλέον ἐροῦμεν, ὅτι τινὲς τῶν συναχθέντων ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ ὑπογράψαντες τῷ ἐκτεθέντι παρ' αὐτῆς ὅρῳ, ἤτοι συμβόλῳ τῆς πίστεως, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα ἐναντία φρονήσαντες ἐφάνησαν, οἱ μὲν ζῶντες, οἱ δὲ μετὰ θάνατον ἀνεθεματίσθησαν παρὰ Δαμάσου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, καθὰ μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος Δόμνον τὸν Ἀντιοχείας γενόμενον ἐπίσκοπον μετὰ θάνατον κατεδίκασε, τολμήσαντα μόνον γράψαι, δεῖν πορασιωπηθῆναι τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ Θεοδώρου ἀντιποιούμενοι αἱρετικοὶ πάσης προτάσεως καὶ ἐγχειρήσεως ἐκπεπτωκότες ἐπεχείρησαν λέγειν πρὸς ἀπάτην τῶν ἀγνοούντων, ὡς ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Κύριλλος ἔν τινι μέρει ἐπιστολῆς τοῦτον ἐπῄνεσεν· ἐκ πολλῶν ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ συμβαίνει τὸ αὐτῶν ἐγχείρημα τοῖς εἰρημένοις παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἐν διαφόροις αὐτοῦ λόγοις κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Θεοδώρου, ἐν οἷς ἀσεβέστερον αὐτὸν πάντων τῶν ἄλλων αἱρετικῶν ἀποδείξας εἶναι, οὐκ ἐνεγκὼν τὸ πλῆθός τε, καὶ τὸ μέγεθος τῶν αὐτοῦ βλασφημιῶν τῶν εἰρημένων κατὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεφθέγξατο οὕτως εἰπών· « Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλείω σφόδρα, λέγει κύριος. Ὦ τῆς ἀπορρήτου σκαιότητος, ὦ γλώσσης λελούσης ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ κέρας αἰρούσης. » Καὶ πάλιν « Ἐπίθες, ἄνθρωπε, τῇ σαυτοῦ γλώττῃ θύραν καὶ μοχλόν. Παῦσαι τὸ κέρας εἰς ὕψος ἐπαίρων, καὶ λαλῶν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ. Μέχρι τίνος ἐπιπηδᾷς ἀνεξικακοῦντι Χριστῷ; εἰς νοῦν ἔχε τὸ γεγραμ-

A defunctos, vivos nominat. Dicit enim de Abraham et Isaac et Jacob, quod Deus non est Deus mortuorum, sed viventium (*Matth.* XXII). Si ergo secundum verba illorum non oportet hæreticos mortuos anathematizari, nec vivi hæretici anathematizabuntur, quos Dominus mortuos vocat, quia separati sunt ab ipso qui dixit : *Ego sum vita* (*Joan.* XI *et* XIV), et secundum eos jam nec vivi, nec mortui hæretici anathematizabuntur; et sine causa, secundum illos, apostolica doctrina (*Galat.* I) tradit anathematizari eos qui tradunt præter quod accepimus : sine causa sanctæ synodi hæreticos condemnaverunt, sine causa et alii sancti Patres et doctores Ecclesiæ hæreticos anathematizaverunt. Inculpent autem et Jeremiam prophetam dicentem : *Exsecrandus qui opera Domini facit*
B *negligenter* (*Jer.* XLVIII) ; et David prophetam dicentem : *Exsecrandi qui declinant a mandatis tuis* (*Psal.* CXVIII) ; et ut compendiose dicamus, omnem divinam Scripturam in diversis locis tales condemnationes impiis inferentem. Sin autem illi qui negligenter opera Dei faciunt, et peccant in mandatis ejus, talibus condemnationibus subjiciuntur : quanto magis impius Theodorus, qui talia adversus ipsum magnum Deum et Salvatorem nostrum Jesum Christum blasphemavit, juste condemnatus est et anathematizatus?

Et hæc quidem sufficiebant, super [superius] memoratas et aliis nostris libris insertas probationes, quas protulimus, ostendentes, quod oportet etiam post mortem hæreticos condemnari, confundere eos qui Theodorum defendunt, et compescere a tali im-
C pietate. Quoniam autem contentiose in iisdem permanent, etiam quod est amplius dicimus, quia quidam ex ipsis qui in Nicæna sancta synodo convenerunt, et expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt, quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alii quidem vivi, alii autem post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ, et ab universali Sardicensi synodo, prout testatur sanctus Athanasius. Sed et Chalcedonensis sancta synodus Domnum Antiochiæ factum episcopum post mortem condemnavit, quod solum ausus est scribere, oportere taceri duodecim capitula sancti Cyrilli.

Quoniam autem Theodori defensores hæretici, omni propositione et conatu excidentes, præsumunt dicere ad deceptionem ignorantium, quod sanctæ
D memoriæ Cyrillus in aliqua parte epistolæ illum collaudavit ; ex multis ostenditur, quod non convenit eorum conamen dictis a S. Cyrillo in diversis ejus libris contra impium Theodorum, in quibus magis impium omnibus aliis hæreticis eum ostendens, deinde non sustinens plurimas et maximas ejus blasphemias contra magnum Deum et Salvatorem nostrum Jesum Christum dictas, exclamavit, ita dicens : « Expavit cœlum super hoc, et horruit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, et in altitudinem cornu extollentem ! » (Et iterum : « Impone, homo, tuæ linguæ ostium et seram, cessa cornu in altitudinem extollens, et loquens iniquitatem adversus Deum. Quousque insultas patienti Christo ? In mente habo

μένον παρὰ τοῦ θεσπισίου Παύλου· — Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντας εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ πλήττοντες αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. — Καὶ ἵνα τι καὶ ἐκ προφητικῶν ψέγξωμαι βιβλίων, — Ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ. — Νενίκηκας τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀθυροστομίας, ἃς ἐποιήσαντο κατὰ Χριστοῦ, μωρίαν ἡγούμενοι τὸν σταυρόν. Οὐδὲν ὄντα δεδειξας τὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπονοίας ἐγκλήματα. » Τούτων τοίνυν οὕτως ἐπὶ κατακρίσει τοῦ ἀσεβοῦς Θεοδώρου ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου εἰρημένων, εἰ καί δοίη τις κατὰ τοὺς ἐκείνων λόγους τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον εἰρηκέναι τι ὑπὲρ Θεοδώρου, οὐδὲ τοῦτο ἐξαιρεῖται αὐτὸν τῆς κατακρίσεως. Εὑρίσκομεν γὰρ, ὡς πολλοὶ τῶν ἁγίων πατέρων τινὰς τῶν αἱρετικῶν ἀπεδέξαντο, ὥσπερ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Δάμασος, καὶ Ἀθανάσιος, καὶ Βασίλειος Ἀπολινάριον, καὶ Λέων δὲ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Εὐτυχέα. Καὶ ὅμως ἐπειδὴ φανερὰ γέγονεν ἡ τούτων ἀσέβεια, οὐκ ἐξέφυγον διὰ τὴν τοιαύτην ἀποδοχὴν αἱρετικοὶ τὴν μετὰ ταῦτα εἰς οἰκεῖον πρόσωπον καὶ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν γενομένην κατάκρισίν τε καὶ ἀναθεματισμόν. Τοσαύτη δέ ἐστιν ἡ μανία τῶν Θεοδώρου ἐκδικούντων, ὅτι τολμῶσι καταψεύδεσθαι καὶ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς ἐπιστολὰς πρὸς αὐτὸν Θεόδωρον ἀποστειλάντων πεπληρωμένας ἐπαίνου· ὅπερ ψεύδους ἐστὶ μεστόν. Γρηγόριος μὲν γὰρ, ὅτε ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς λαοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Ἀρειανῶν πλάνης εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐπιστρέψας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθε πατρίδα, τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν κακούργως προφερομένας ἐπιστολὰς οὐ πρὸς Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας ἔγραψεν, ἀλλὰ πρὸς Θεόδωρον ἐπίσκοπον Τυάνων, ἥτις ἐστὶ τῆς δευτέρας Καππαδόκων μητρόπολις. Τῆς δὲ αὐτῆς χώρας ἐστὶν ἡ Ναζιανζὸς, ἧς γέγονεν ἐπίσκοπος ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις Γρηγόριος, καὶ Ἀριανζὸς τὸ χωρίον, ὅθεν ὡρμᾶτο. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐταὶ σαφῶς δηλοῦσιν αἱ ἐπιστολαὶ, μεμνημέναι ἐθνῶν, καὶ συνόδων, καὶ τοῦ αὐτοῦ χωρίου Ἀριανζοῦ, καὶ ἑτέρων χωρίων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ μηνὸς τῇ ἐπιχωρίῳ διαλέκτῳ Καππαδόκων ὠνομασμένων, καὶ Βοσπορίου ἐπισκόπου ὑπ' αὐτὸν τελοῦντος Κολωνίας τῆς πόλεως, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων, καὶ χωρεπισκόπων, καὶ μοναστηρίων ὑπὸ τὸν αὐτὸν τελούντων Θεόδωρον μνημονεύουσαι, ὧν καὶ μέχρι νῦν σώζεται τὰ ὀνόματα. Ποία δὲ μετουσία Καππαδόκαις πρὸς τοὺς τῆς δευτέρας Κιλικίας ἢ τότε ἢ νῦν ὑπάρχει, διαμεμερισμένης τῆς τῶν ἐπαρχιῶν τούτων διοικήσεως; ἢ ποίους ἐπισκόπους ὑφ' ἑαυτὸν ἔχειν ἠδύνατο ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος, αὐτὸς ὑπὸ τὸν τῆς αὐτῆς δευτέρας Κιλικίας μητροπολίτην τελῶν; Ἰωάννης δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, οὐκ ἐπαίνων δὲ, ἀλλὰ μέμψεων καὶ ἐπιτιμήσεων οὖσαν μεστὴν, ὡς ἐκπεσόντος αὐτοῦ τῆς θεοσεβείας. Συνασκήσας γὰρ αὐτῷ τὸν μονήρη βίον ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ μοναστηρίῳ, τῆς ἐκεῖσε συνδιαγωγῆς ἀναμιμνήσκει αὐτόν. Καὶ ταῦτα μαρτυρεῖ Σωζόμενος, καὶ Ἡσύχιος, καὶ Σωκράτης, καὶ Θεοδώριτος ὁ πολλοὺς ὑπὲρ Θεοδώρου λόγους τε καὶ ἐπαίνους ἐκτείνας. Εἰ δὲ προφέρουσι μαρτυρίας Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀνατολικῆς συνόδου, ὑπὲρ Θεοδώρου καὶ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας γενομένης, ἀνάγκη αὐτοὺς κἀκεῖνα δέξασθαι, ἅπερ ὅσον τό γε ἐπ' αὐτοῖς εἰς κατάκρισιν τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ ἀθέτησιν τῆς ὀρθῆς πίστεως οἱ περὶ Ἰωάννην ἐτόλμησαν· καὶ ἅπερ ἔγραψαν, Νεστόριον

scriptum a divino Paulo : *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum peccatis* (*I Cor.* VIII). Et ut aliquid etiam ex propheticis loquar codicibus : *Justificata est Sodoma ex te* (*Ezech.* XVI), superasti paganorum verbositates, quas contra Christum fecerunt, stultitiam existimantes crucem (*I Cor.* VIII), nihil esse ostendisti Judaicæ superbiæ crimina. » His igitur ad condemnationem Theodori sic a sancto Cyrillo dictis, licet aliquis concedat, secundum illorum verba sanctum Cyrillum aliquid pro Theodoro dixisse, neque hoc liberat illum a condemnatione. Invenimus enim, quod multi sanctorum Patrum quosdam hæreticos collaudaverunt, sicut et sancti Damasus et Athanasius et Basilius Apollinarium, et sanctus [sanctæ memoriæ] Leo Eutychen : et tamen cognita eorum impietate, non propter hoc evaserunt hæretici condemnationem et anathema, quod postea contra eorum personam et impietatem factum est. Tantus autem est furor defendentium Theodorum, quia præsumunt adversus Gregorium theologum, et Joannem Constantinopolitanum mentiri, dicentes epistolas ad eumdem Theodorum plenas laudis eos direxisse : quod falsum est. Gregorius enim, cum in Constantinopoli pro veritate laborans, conversis per eum ab Ariana insania ad catholicam fidem populis, ad suam patriam reversus est, epistolas quas hæretici dolose proferunt, non ad Theodorum Mopsuestenum scripsit, sed ad Theodorum episcopum Tyanensem, quæ est secundæ Cappadociæ metropolis. Ejusdem autem provinciæ sunt et Nazianzus civitas, cujus fuerat episcopus idem sanctæ memoriæ Gregorius, et Arianzus prædium, unde ortus fuerat. Hoc enim et ipsæ epistolæ aperte significant, memoriam facientes consuetudinum et collectionum, et ejusdem prædii Arianzi, et aliorum prædiorum ejusdem provinciæ, et mensis vernacula lingua Cappadocum nominati, et Bosphorii [Bospori] episcopi sub eodem Theodoro constituti, qui tunc temporis Coloniæ civitatis ejusdem provinciæ episcopus erat, et aliorum episcoporum, et chorepiscoporum, et monasteriorum, quæ sub Theodori jurisdictione erant, quorum usque nunc eadem nomina servantur. Qualis porro communio Cappadocibus ad secundam Ciliciam, vel tunc, vel modo divisa earum provinciarum gubernatione ? Et quos episcopos sub se habere poterat Mopsuestenus episcopus, cum ipse sub metropolitano secundæ Ciliciæ constitutus esset? Joannes autem Constantinopolitanus scripsit quidem epistolam ad Theodorum Mopsuestenum, non tamen laudibus, sed querimoniis et increpationibus plenam, ut pote illo a bona conversatione [pietate] lapso. Quoniam enim cum eo monachicam vitam in uno eodemque monasterio exercuit, conversationis ibi factæ eum admonuit : et pro his testimonium præbent Sozomenus, et Hesychius, et Socrates, et Theodoretus, qui multas pro Theodoro orationes et laudes fecit. Si autem testimonia proferunt Joannis Antiocheni, et Orientalis concilii sub eo constituti, facta pro Theodoro, et ejus impietate, necesse est eos et illa suscipere, quæ (quantum ad illos pertinet) ad

καὶ τὴν αὐτοῦ κακοδοξίαν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἐκδικοῦντες. Καὶ τοῦτο δείκνυται ἐκ διαφόρων αὐτῶν λόγων τε καὶ ἐπιστολῶν πρὸς Θεοδόσιον τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, καὶ ἑτέρους διαφόρους γραφεισῶν.

A condemnationem sancti Cyrilli, et reprobationem rectæ fidei fecerunt Joannes et qui cum illo erant, nec non etiam quæ scripserunt. Nestorium et ejus perfidiam diutius defendentes. Et hoc ostenditur ex diversis eorum libris et epistolis, quas ad Theodosium piæ recordationis, et ad alios diversos scripserunt.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· ἵνα δὲ μηδὲν τῆς ἀκριβείας παραλείψωμεν, ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν μνησθῆναι καὶ τῶν γραφέντων παρὰ Αὐγουστίνου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης ἐπισκόπου ἐν Ἀφρικῇ γενομένου. Ζητήσεως γάρ τινος περὶ Καικιλιανοῦ μετὰ θάνατον αὐτοῦ κινηθείσης, ὡς τῆς ἐκκλησιαστικῆς παρατραπέντος παραδόσεως, καί τινων τούτου χάριν χωρισάντων ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, γράφει πρὸς Βονιφάτιον ὁ αὐτὸς τῆς ὁσίας μνήμης Αὐγουστῖνος, ὡς οὐκ ἔδει τινὰς διὰ τοῦτο χωρίσαι ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Εἰ γὰρ ἀληθῆ B ὑπῆρχε τὰ ἐπαγόμενα Καικιλιανῷ, καὶ ἐφανερώθη ἐναντία φρονήσας τῆς καθολικῆς καταστάσεως, καὶ μετὰ θάνατον ἐν τοῦτον ἀνεθέματι ὑπέβαλον. Ἀλλὰ καὶ κανὼν τῆς ἁγίας ἐν Ἀφρικῇ συνόδου διαγορεύει τοὺς ἐπισκόπους, τοὺς τὴν οἰκείαν ἢ ἐν διαθήκῃ, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου αἱρετικῷ παραπέμποντας χρῆναι καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι. Πρὸς τούτοις δὲ ἅπασι, τίς ἀγνοεῖ τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης γενόμενα κατὰ Διοσκόρου; ὃς οὐδὲν ἐπὶ πίστιν ἡμαρτηκὼς, διὰ μόνην ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν μετὰ θάνατον παρ' αὐτῆς τῆς κατὰ Ῥώμην ἀξιωτάτης ἐκκλησίας ἀνεθεματίσθη. Εἰ τοίνυν οἱ μηδὲν εἰς πίστιν πταίσαντες ἐπίσκοποι διὰ κατάστασιν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ διὰ χρηματικὴν αἰτίαν ἀναθέματι καὶ μετὰ θάνατον ὑποβάλλονται, πόσῳ μᾶλλον Θεόδωρος ὁ εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν C ἀσεβήσας; ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἄνοιαν τῶν λεγόντων, μὴ δεῖν ἀναθεματίζεσθαι μετὰ θάνατον τοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀσεβείᾳ τελευτῶντας, οὐ δεῖ μηδὲ τοὺς ἀδίκως κατακριθέντας πατέρας μετὰ θάνατον ἀνακαλεῖσθαι, ὅπερ συμβέβηκε καὶ ἐπὶ Ἰωάννῃ τῷ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ ἐπισκόπῳ γενομένῳ Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας μετὰ θάνατον ἀνακληθέντι· καὶ ἐπὶ Φλαυιανῷ τῷ τῆς ὁσίας μνήμης καὶ αὐτῷ Κωνσταντινουπόλεως γενομένῳ ἐπισκόπῳ, ἀδίκως μὲν ἐν ζωῇ κατακριθέντι, δικαίως δὲ μετὰ θάνατον ἀνακληθέντι ὑπό τε τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Πάπα Λέοντος, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου. Ἐντεῦθεν δὲ συμβαίνει κατὰ τοὺς ἐκ ἐνων λόγους, τοὺς μὲν αἱρετικοὺς τοῖς ἁγίοις πατράσι συναριθμεῖσθαι, οἷα ἐλευθέρους ἀφιεμένους τῆς ὀφειλομένης αὐτοῖς κατακρίσεως· τοὺς δὲ ἁγίους πατέρας ἀδίκως καταδικασθέντας τοῖς D αἱρετικοῖς συνάπτεσθαι, οἷα μὴ λυομένης τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀδίκου κατακρίσεως. Ἀξιοπιστότερος δὲ πάντων ἐστὶ διδάσκαλος ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγων « Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου Δαυὶδ λέγει, τοὺς ἀσεβεῖς μὴ ἀναστήσεσθαι ἐν κρίσει. Τῆς οὖν τοιαύτης τοῦ κυρίου ἀποφάσεως ἐξενεχθείσης κατὰ παντὸς ἀσεβοῦς, καὶ μηδὲν διαστελλούσης

Et hæc quidem sic se habent. Ut autem nihil subtilitatis prætermittamus, necessarium putavimus memorare etiam illa quæ ab Augustino sanctæ memoriæ Africano episcopo scripta sunt. Quæstione enim aliqua post mortem Cæciliani de eo mota, quod ab ecclesiastica traditione declinasse dicebatur, et propter hoc quibusdam a catholica Ecclesia separatis, scribit ad Bonifacium idem sanctus Augustinus, quod non oportebat aliquos ideo separare sese a catholica Ecclesia. Si enim vera essent ea quæ Cæciliano inferebantur, et manifestatus esset contrarium aliquid ecclesiastico statui sapuisse, etiam post mortem eum anathemati subjicerem. Sed et regula sanctæ synodi Africanæ statuit, episcopos qui suas facultates in testamento, vel ex intestato hæretico relinquunt, oportere et post mortem anathematizari. Super hæc autem omnia, quis ignorat ea quæ nostris temporibus in Ecclesia antiquioris Romæ contra Dioscorum acta sunt? Qui cum nihil in fidem peccasset, tamen propter solum ecclesiasticum ordinem post mortem ab eadem sancta Ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur nihil in fidem peccantes episcopi, propter solum ecclesiasticum ordinem, et propter causam pecuniariam anathemati et post mortem subjiciuntur, quanto magis Theodorus, qui in ipsum Deum peccavit? Quantum autem ad insipientiam dicentium non oportere anathematizari post mortem eos qui in sua impietate mortui sunt : oportebat nec eos qui injuste condemnati sunt Patres post mortem revocari, quale contigit in Joanne sanctæ recordationis episcopo Constantinopolitanæ civitatis, ab universali Ecclesia post mortem revocato, et in Flaviano sanctæ memoriæ et ipso episcopo Constantinopolitanæ civitatis, injuste quidem in vita condemnato, juste autem post mortem revocato, tam a sanctæ memoriæ papa Leone quam a sancta Chalcedonensi synodo. Ex hoc autem contingit secundum illorum verba, hæreticos quidem sanctis Patribus connumerari, ut pote liberatos debita eis condemnatione, sanctos autem Patres injuste condemnatos, hæreticis conjungi, ut pote non soluta contra eos facta iniqua damnatione. Omnibus autem magis credendus [fide dignus] est Doctor Dominus et Deus noster Jesus Christus, de se dicens : *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur : qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Fili Dei* (*Joan.* III). Et Spiritus autem sanctus per prophetam David dicit (*Psal.* I), impios non resurrecturos in judicio. Tali igitur Domini sententia prolata adversus omnem impium, et nihil discernente inter vivos et mortuos hæ-

μεταξὺ ζώντων καὶ νεκρῶν αἱρετικῶν, πῶς τολμῶσιν ἀντιπίπτειν τῇ τοιαύτῃ ἀποφάσει, καὶ τοὺς ἅπαξ ἀσεβήσαντας, καὶ διὰ τοῦτο ἤδη ὑπὸ τοῦ κυρίου κατακεκριμένους, λέγειν, μὴ δεῖν μετὰ θάνατον κατακρίνεσθαι; Καὶ ὁ θεῖος δὲ ἀπόστολος τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, οὐ μόνον κατὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀγγέλων τὴν τοιαύτην ἐπήγαγεν ἀπόφασιν, εἰπὼν ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Γαλάτας· « Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. » Καὶ τίς οὕτως ἀσεβής, ὡς τολμῆσαι εἰπεῖν, ὡς τὰ παρὰ Θεοδώρου ἀσεβῶς συγγραφέντα, ἢ μέρος αὐτῶν παρεδόθη ποτὲ τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ὁ τολμήσας τι τοιοῦτον παραφθέγξασθαι ἀναθέματι καθυπεβλήθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων;

Εἴ τις τοίνυν μετὰ τὴν τοιαύτην ὀρθὴν ὁμολογίαν καὶ κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν, τῆς εὐσεβοῦς ἐννοίας σωζομένης, περὶ ὀνομάτων, ἢ συλλαβῶν, ἢ λέξεων ζυγομαχῶν, χωρίζει ἑαυτὸν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι μόνοις καὶ λέξεσι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασιν· ὁ τοιοῦτος ὡς τοῖς σχίσμασι χαίρων λόγον ὑφέξει ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπατωμένων, ἢ ἀπατηθησομένων τῷ μεγάλῳ Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ἀμήν.

reticos, quomodo audent resistere tali sententiæ, et eos qui semel impie egerunt, et propter hoc jam a Domino condemnati sunt, dicere, non oportere post mortem condemnari? Et divinus autem [etiam] Apostolus, qui Christum in semetipso habet loquentem, non solum adversus homines, sed etiam adversus angelos talem protulit sententiam, dicens in epistola ad Galatas (*Cap.* 1) : *Sed licet nos aut angelus de cœlo evangelizaverit præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, et nunc iterum dico : Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit.* Et quis ita impius est, ut præsumat dicere, quod Theodori impia scripta, vel pars eorum, tradita est aliquando sanctæ Dei Ecclesiæ, et non statim, qui ausus est aliquid tale loqui anathemati subjectus est a sanctis Patribus?

Si quis igitur post ejusmodi rectam confessionem, et hæreticorum condemnationem, salvo manente pio intellectu, de nominibus vel syllabis vel dictionibus contendens, separat se a sancta Dei Ecclesia, tanquam non in rebus, sed in nominibus solis et dictionibus posita nobis pietate : talis ut pote dissensionibus gaudens, rationem pro semetipso, et pro deceptis et decipiendis ab eo, reddet magno Deo et Salvatori nostro Jesu Christo in die judicii. Amen.

Τύπος τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον περὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας καὶ τῶν λοιπῶν.

Σπουδὴ μὲν γέγονεν ἀεὶ τοῖς ὀρθοδόξοις, καὶ εὐσεβῶς προεβασιλευκόσι τοῖς ἡμετέροις πατράσι, τὰς κατὰ καιρὸν ἀναφυομένας αἱρέσεις διὰ συνόδων ὁσιωτάτων ἱερέων ἐκκόπτειν, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καθαρῶς κηρυττομένης ἐν εἰρήνῃ τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν διαφυλάττειν· διόπερ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέγοντος, μὴ εἶναι τὸν υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἀλλὰ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενέναι, συναγαγὼν ἐν Νικαίᾳ τοὺς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρας, καὶ αὐτὸς ἐκεῖ παραγενόμενος, καὶ τοῦ Ἀρείου καταδικασθέντος καὶ ἀναθεματισθέντος, ἐσπούδασε τὴν ὀρθόδοξον κρατῦναι πίστιν. Δι' ἧς ὁμολογήσαντες οἱ θεῖοι πατέρες ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἀλλὰ μὴ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενέναι μέχρι νῦν ᾄδεται [ἴσ. ᾄδονται]. Καὶ Θεοδόσιος δὲ ὁ πρεσβύτερος, Μακεδονίου ἀρνουμένου τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ βλασφημοῦντος εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ φάσκοντος, νοῦν ἀνθρώπινον μὴ εἰληφέναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀλλὰ σαρκὶ ἑνωθῆναι ψυχὴν ἄλογον ἔχούσῃ, συναγαγὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει τοὺς πατέρας καὶ μετασχὼν καὶ αὐτὸς τῆς συνόδου, καὶ τῶν εἰρημένων καθαιρεθέντων, καὶ ἀναθεματισθέντων αἱρετικῶν, μετὰ καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν δογμάτων καὶ ὁμοφρόνων, παρεσκεύασε τὴν ὀρθόδοξον πίστιν κηρύττεσθαι. Καὶ Θεοδόσιος δὲ ὁ νέος, τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου λέγοντος, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν μὲν φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τὸν δὲ χάριτι υἱὸν ἀσεβῶς εἰσάγοντος, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν εἶναι θεοτόκον ἀρνουμένου, συναγαγὼν τὴν προτέραν ἐν Ἐφέσῳ τῶν διακοσίων ἁγίων πατέρων σύνοδον, καὶ ἀποστείλας ἄρχοντας ὀφείλοντας παρεῖναι τῇ συνόδῳ, προσέταξε καὶ τὸν Νεστόριον παραγενέσθαι, καὶ κρίσιν ἐπ' αὐτῷ γενέ-

Justiniani imperatoris ad sanctam synodum epistola de Theodosio Mopsuesteno et reliquis.

Semper quidem studium fuit orthodoxis et piis imperatoribus patribus nostris, pro tempore exortas hæreses per congregationem religiosissimorum sacerdotum amputare, et recta fide sincere prædicata, in pace sanctam Dei Ecclesiam custodire. Quapropter et Constantinus Magnus, Ario blasphemante et dicente Filium non esse consubstantialem Deo et Patri, sed creaturam, et ex non exstantibus factum esse, congregavit Nicææ trecentos decem et octo Patres, et cum ipse concilio interfuisset, damnato et anathematizato Ario rectam fidem confirmare studuit : per quam divini illi Patres confitentes Filium consubstantialem esse Deo et Patri, non vero creaturam et ex non exstantibus factum, usque ad hodiernum diem canitur. Theodosius autem senior, Macedonio negante deitatem sancti Spiritus, et Apollinario ejus discipulo blasphemante incarnati Dei Verbi dispensationem, et dicente Dei Verbum non assumpsisse mentem humanam, sed carni animam rationalem habenti fuisse unitum, congregatis in Constantinopolitana urbe centum quinquaginta Patribus, ac ipse particeps concilii effectus, damnatis et anathemate perculsis prædictis hæreticis una cum impiis eorum dogmatibus ac sectatoribus, curam adhibuit ut recta fides prædicaretur. Theodosius vero Junior, impio Nestorio dicente alium esse Deum Verbum, et alium Christum, ac Verbum quidem natura esse Filium Dei et Patris, Christum vero tantum ex gratia Filium impie introducente, et sanctam Mariam Dei genitricem esse negante ; congregavit priorem Ephesinam synodum ducentorum sanctorum Patrum, et directis principibus qui deberent concilio interesse, jussit et

σθαι. Καὶ δὴ γενομένης ἀκριβοῦς ἐξετάσεως κατεδίκασαν Νεστόριον, ἀναθεματίσαντες σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ. Τούτων δὲ οὕτω προελθόντων, ἐπαναστάντες Κυρίλλῳ τῷ πανοσιωτάτῳ οἱ τῆς ἐξαγίστου Νεστορίου μερίδος, ἐσπούδασαν, τό γε ἐπ' αὐτοῖς, ἀνατρέψαι τὴν κατὰ Νεστορίου γεγενημένην κρίσιν. Ἀλλ' οὖν γε Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ὄντως ὀρθῶς κατὰ Νεστορίου καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ δογμάτων κριθέντων, παρεσκεύασε κρατεῖν γενναίως [Latinus interpres legit οὕτως] τὴν ἐπ' αὐτῷ γεγενημένην κρίσιν. Καὶ γὰρ πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ τοῦ θείου Κυρίλλου καταφλυαρησάντων, γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Κύριλλος τοιαῦτα· « Ἐπειδήπερ ἐπυθόμην, ὦ εὐσεβέστατε βασιλεῦ, τῶν φιλολογεῖν εἰωθότων τινὰς ἀγρίων σφηκῶν δίκην περιβομβεῖν, καὶ μοχθηροὺς ἐρεύγεσθαι κατ' ἐμοῦ λόγους, ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατακομισθέν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λέγοντος τὸ θεῖον σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέν τοι καὶ δύο υἱοὺς κατὰ Νεστόριον ὁμολογεῖν ἡμᾶς κατεφλυάρησαν, δεῖν ᾠήθημεν ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν οὕτως· Ὦ ἀνόητοι καὶ μόνον εἰδότες συκοφαντεῖν, πῶς εἰς τοῦτο παρήχθητε γνώμης, καὶ τοσαύτην νενοσήκατε μανίαν; ἔδει σαφῶς ἐννοεῖν, ὅτι σχεδὸν ἅπας ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγὼν συνεκεκρότητο διαβεβαιουμένοις, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Μαρία. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι τὸ θεῖον σῶμα τοῦ Χριστοῦ λέγομεν, ὡς φασι, πῶς ἂν νοοῖτο θεοτόκος; τίνα γὰρ ὅλως τέτοκεν, εἰ μή ἐστιν ἀληθὲς ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουήλ; γελάσθωσαν τοίνυν οἱ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ πεφλυαρηκότες. Οὐ γὰρ ψεύδεται λέγων ὁ μακάριος Ἡσαΐας· — Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. — Ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν παρθένον εἰπών· — Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. — Ὅταν δὲ λέγομεν, ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐχ ὡς ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ταῦτά φαμεν, ἀλλ' ὡς ἑπόμενοι τῷ ἱερῷ Παύλῳ φάσκοντι, — Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. — Μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, — Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. — Καίτοι γεγέννηται κατὰ σάρκα, ὡς εἴρηται, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσας Θεὸς λόγος κεκένωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ κεχρημάτικεν ἀνθρώπου υἱὸς μετὰ τοῦ εἶναι ὁ ἦν, τουτέστι Θεός· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστὶν· ὡς εἷς ἤδη νοούμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐξ οὐρανοῦ λέγεται κατελθεῖν, ὠνόμασται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, τέλειος ὢν ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ νοούμενος. Εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων διαφορὰ μὴ ἀγνοῆται, ἐξ ὧν τὴν ἀπόῤῥητον ἕνωσιν φαμεν πεπρᾶχθαι. Τοιγαροῦν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρ-

ipsum Nestorium adesse, et judicium de eo fieri : diligentique examinatione facta, damnarunt et anathematizarunt Nestorium una cum sectatoribus ejus. Illis autem ita subsecutis, cum insurrexissent contra sanctissimum Cyrillum sectatores impii Nestorii, conati sunt (quantum in ipsis fuit) rescindere sententiam contra Nestorium latam. Sed Theodosius imperator, defendens ea quæ ita recte contra Nestorium et impia ejus dogmata fuerant judicata, damnationis sententiam in eum factam ratam haberi curavit. Insuper autem cum et quædam alia crimina divino Cyrillo apud imperatorem nugaciter impingerent, ad imperatorem Cyrillus in hanc sententiam scripsit : « Postquam mihi, piissime imperator, renuntiatum est, quosdam garrulos instar vesparum ferarum susurris suis aures tuas personare, et maledicta in me eructare, nugantes me asserere Christi divinum corpus cœlo delatum, et non de sancta Virgine assumptum; itemque duos filios de sententia Nestorii confiteri : existimavi debere me adversus ipsos pauca in hanc sententiam dicere : O fatui, et núllius rei nisi calumniandi gnari, quomodo in hanc devenistis sententiam, tantumque insaniæ concepistis? Omnino enim oportebat hoc vos perspicue sentire, totam fere nostram de fide disputationem inde ortam, quod nos sanctam Mariam Deiparam esse contendimus. Atqui si, ut illi dicunt, nos corpus Christi divinum cœlitus venisse, non ex ipsa natum dicimus, quomodo Deipara dici poterit? Quem enim peperit, si hoc verum non est, quod secundum carnem pepererit Emmanuelem? Rideantur ergo qui hæc et talia de me blaterant. Non enim mentitur sanctus Isaias cum ita vaticinatur : *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt eum Emmanuel, quod est, nobiscum Deus* (*Isa.* VII). Et haud dubie verum dixit Gabriel archangelus ita Mariam alloquens : *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* (*Luc.* I; *Matth.* I). Cum autem Dominum nostrum Jesum Christum dicimus desuper de cœlo venisse, non eo sensu dicimus, quasi putemus eum sanctam suam carnem de cœlo detulisse; sed sequimur sanctum Paulum, qui ita ait : *Primus homo de terra terrenus; secundus, Dominus e cœlo* (*I Cor.* XV). Imitamur etiam et ipsum Dominum dicentem : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis* (*Joan.* I). At vero quod ad carnem attinet, natus est, sicut diximus, ex beata Virgine. Sed quoniam Verbum Dei de cœlo descendens, *seipsum exinanivit, formam servi assumendo*, filiusque hominis exstitit, cum tamen idem permaneret qui antea fuerat, scilicet Deus (est enim immutabilis, et nulli alterationi obnoxiæ naturæ), cum jam unus intelligatur esse cum propria carne, dicitur de cœlo venisse Et nominatur etiam homo de cœlo, cum sit perfectus in deitate, idemque perfectus in humanitate : intelliguturque una esse persona. Unus enim est Dominus Jesus Christus, tametsi naturarum discrimen non ignoretur, ex quibus ineffabilem illam dicimus factam

υἱόν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονεν· ὅθεν ἕνα Χριστόν, ἕνα υἱόν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. Καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον ἀληθῶς θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς συλλήψεως ἑνῶσαι αὐτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Καὶ, εἰ δοκεῖ, δεξώμεθα εἰς παράδειγμα τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς σύνθεσιν, καθ' ἣν ἐσμεν ἄνθρωποι. Συντεθείμεθα γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ὁρῶμεν φύσεις δύο, ἑτέραν μὲν τοῦ σώματος, ἑτέραν δὲ τῆς ψυχῆς. Ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν καθ' ἕνωσιν ἄνθρωπος, καὶ οὐχὶ τὸ ἐκ δύο φύσεων συντεθεῖσθαι, δύο ἀνθρώπους τὸν ἕνα νοεῖσθαι παρασκευάζει. Ἀλλ' ἕνα τὸν ἄνθρωπον κατὰ σύνθεσιν, ὡς ἔφην, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. Ἐὰν γὰρ ἀνέλωμεν τὸ, ὅτι ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων ὁ εἷς καὶ μόνος ἐστὶ Χριστὸς, ἀδιάσπαστος ὢν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐροῦσιν οἱ δι' ἐναντίας· — Εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, πῶς ἐνηνθρώπησεν, ἢ ποῖον ἴδιαν ἐποιήσατο σάρκα; — Τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι κρᾶσις, ἢ σύγχυσις, ἢ φυρμὸς ἐγένετο τοῦ θείου λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καταξιωσάτω σου ἡ θεοσέβεια προδήλως ἐπιστομίζειν. » Μετὰ δὲ ταῦτα Κυρίλλου τελευτήσαντος, ἐπεφύετο μοναχός τις καὶ ἀρχιμανδρίτης Εὐτυχὴς ὀνομαζόμενος· καὶ ἀποσπᾷ κατόπιν αὐτοῦ μέρος οὐκ ὀλίγον τοῦ λαοῦ, κυρῶν τὰ Νεστορίου καὶ τὸ αὐτοῦ πονηρὸν δόγμα, φάσκων μὴ εἶναι τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἡμῶν ὁμοούσιον. Καὶ δὴ πάλιν μετ' ὀλίγον διαβολικῆς ἰσχυούσης χειρὸς, ἑτέρα σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ ληστρικὴ καὶ οὐχ ὁσία γίνεται, παραπεμφθέντος ἐκεῖσε καὶ Φλαυιανοῦ Κωνσταντινουπόλεως, τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν Διοσκόρου Ἀλεξανδρείας ἔχοντος. Καὶ φονεύεται μὲν Φλαυιανὸς ὁ θεῖος ὑπερμαχῶν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀνατρέπεται δὲ ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη σύνοδος, ὑπογραψάντων φονικῇ βίᾳ τινῶν ἐπισκόπων, ἐξ ὧν ὑπῆρχε Βασίλειος ὁ Σελευκείας. Κἀντεῦθεν τῶν τοῦ Νεστορίου καὶ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς δημοσιευομένων πονηρῶν δογμάτων, καὶ πολλῆς ταραχῆς γενομένης, μάλιστα ἐν τῇ ἀνατολῇ, φονεύεται Προτέριος ὁ μέγας ἱερεύς, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων ἀνίσταται θεόθεν Μαρκιανὸς ὁ Βασιλεύς, καὶ συναγαγὼν ἐν Χαλκηδόνι τὴν τῶν χλ πατέρων σύνοδον, παρόντων Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπορεύθη. Καὶ καταδικάζονται μὲν Διόσκορος καὶ Εὐτυχὴς, καὶ Νεστόριος πάλιν ἀναθεματίζεται. Θεοδώριτον δὲ, καὶ Ἴβαν, καὶ Βασίλειον Σελευκείας ἐδέξαντο καθυπογράψαντας, καὶ τῆς ληστρικῆς συνόδου ἀνατραπείσης· καὶ ἀναθεματισθείσης, εἰς μίαν συμφωνίαν ἦγαγον πάντας οἱ θεῖοι πατέρες. Τούτων δὲ τῶν τεσσάρων συνόδων οὕτω γενομένων καὶ ἐπιβεβαιωθεισῶν, καὶ κρατουσῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, οἱ τὰ Νεστορίου φρονοῦντες ἐσπούδασαν αὖθις τὴν αἵρεσιν αὐτῶν κρατῦναι διὰ τῆς Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀφορμῆς. πολλῷ χείρονα τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Νεστορίου βλασφημήσαντος. Ὅθεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τοῖς ἡμετέροις πατράσι, καὶ βουλόμενοι τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀλώβητον διαφυλάττεσθαι, προτρεπόμεθα καὶ τούτου τὰς βλασφημίας διεξετάσαντας, κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ ἀποφήνασθαι. Πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις ἀναριθμήτοις αὐτοῦ δυσφημίαις εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν γενομέναις, ἄλλον εἶναι τὸν θεῖον λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλουμένον, καὶ

unitionem. Fatemur itaque Verbum, unigenitum Dei Filium, Deum esse perfectum, et perfectum hominem corpore et anima ratione prædita constantem; quod ad deitatem attinet, ex Patre natum ante sæcula, eumdem autem ultimis temporibus propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem : consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum facta est unio. Inde est, quod unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur, atque etiam sanctam Virginem vere fuisse Deiparam, ideo quod Deus Verbum carnem induit et homo factus est, atque in ipsa conceptione sibi univit templum, quod ex ipsa assumebat. Si placet, exempli loco accipiamus nostrum ipsorum compositionem, quatenus homines sumus. Constamus nimirum anima et corpore. Ac videmus duas naturas, aliam corporis, aliam animæ; hominem vero, ex utriusque unitione facta, unum : neque compositio ex duabus naturis efficit, ut pro uno homines duos cogitemus; sed unum (ut dixi) intelligimus hominem ex anima et corpore compositum. Si enim hoc tollamus, ex duabus et differentibus naturis unum et indivulsum Christum ab unitione existere, dicent adversarii : Si una natura totius Christi est, quomodo potuit humanam naturam induere, aut quam carnem sibi propriam asciscere? Eos autem qui dicunt contemperationem, confusionem aut mixtionem naturarum Verbi Dei cum carne factam, palam iis ora obturare tua pietas dignetur. » Post hæc autem Cyrillo mortuo, emersit monachus quidam et archimandrita nomine Eutyches. Hic non exiguam populi partem sibi adjunxit, Nestorii sectam et impium ejus dogma approbans, ac dicens carnem Domini non esse consubstantialem nobis. Et rursum quidem non multo post diabolica manu prævalente, aliud Ephesi concilium latronum, et nequaquam sanctum cogitur: misso ad id etiam Flaviano Constantinopolitano, cum penes Dioscorum Alexandrinæ episcopum summa rerum ibi esset. Divinus autem Flavianus defendens orthodoxam fidem, occiditur : priori vero Ephesinæ synodo auctoritas abrogatur, subscribentibus quibusdam episcopis lethali vi compulsis, inter quos fuit etiam Basilius Seleuciæ episcopus. Hinc cum publice docerentur Nestorii, Dioscori et Eutychis perniciosa dogmata, magnique præsertim in Oriente existerent tumultus, occisi sunt Proterius sacerdos magnus, et alii plurimi. Eo rerum statu Marcianus divinitus creatur imperator : qui coacto Chalcedone sexcentorum triginta Patrum concilio, præsentibus Dioscoro et Eutyche, in eo una cum ipsis interfuit : ibique damnantur quidem Dioscorus et Eutyches, et iterum Nestorius anathematizatur : Theodoretus autem, Ibas et Basilius Seleuciæ episcopus recepti sunt, cum tamen priori [*lege* prius, *ut infra*] concilio subscripsissent. Et ita abolitis prædatoriæ synodi actis et damnatis, concordia a sanctis Patribus inter omnes conciliata est. His quatuor conciliis sic actis et confirmatis, et auctoritatem in Ecclesia Dei obtinentibus, Nestorii sequaces denuo suam hæresim confir-

τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν ἀφιστάμενον πρὸς τὰ κρείττονα τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων ἐλληνθέναι, καὶ τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ γενόμενον ἄμωμον. Καὶ ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθῆναι, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰληφέναι καὶ υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι, καὶ καθ' ὁμοίωσιν βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Χριστὸν προσκυνεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις καὶ ἀναμάρτητον γεγενῆσθαι. Καὶ πρὸς τούτοις εἶπε, τοιαύτην γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν, ὁποίαν ὁ ἀπόστολος ἔφη περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· « Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· » ἔτι δὲ προτρέπομαι ὑμᾶς ἐξετάσαι καὶ τὰ κακῶς γραφέντα παρὰ Θεοδωρίτου καὶ Ἴβα κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἁγίας συνόδου, καὶ ὁμοίως τὰ κατ' αὐτοῦ ἀποφήνασθαι.

A maverunt opera Theodori Mopsuesteni, qui multo pejora quam Nestorius ejus discipulus blasphemavit. Nos igitur sequentes sanctos patres nostros, et volentes rectam fidem sine ulla macula conservare, hortamur vos, ut hujus quoque blasphemias examinantes, de eo et sectatoribus ejus sententiam feratis. Nam præter innumera alia quæ impie in Christum Deum nostrum maledicta evomuit, id quoque protulit, alium esse Deum Verbum, alium Christum, qui animi perturbationibus et carnis cupiditatibus molestiam ipsi exhibentibus, paulatim a deterioribus desistens, factorum profectu in melius evaserit, inculpataque optimæ vitæ ratione usus sit. Qui, ut purus homo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizatus, per baptismum gratiam Spiritus

B sancti consecutus, adoptione sit dignatus; et ad similitudinem regiæ imaginis Christus in persona Verbi Dei adoratus, post resurrectionem animo constanti et peccatorum vacuo fuerit. Præterea pronuntiavit eam fuisse Verbi cum Christo unitionem, quæ est ab Apostolo dicta viri cum muliere : *Et erunt duo in una carne* (*I Cor.* IX). Ad hæc vos hortor, ut ea etiam examinetis quæ a Theodoreto et Iba male scripta sunt contra prius Ephesinum sanctum concilium, contraque eos eodem modo sententiam feratis.

Καὶ ταῦτα πάλιν ὡσαύτως οἱ θεῖοι πατέρες πολυπραγμονήσαντες ἀπεκρίθησαν· ἡ μὲν ἐν Χαλκηδόνι θεία σύνοδος Θεοδωρίτου καὶ Ἴβα πολλὰ καταβοήσασα, οὐκ ἄλλως αὐτοὺς ἐδέξατο, εἰ μὴ πρότερον ἀνεθεμάτισαν τὰ ἴδια πονηρὰ συγγράμματα, καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον. Ἡμεῖς δὲ κατακρίνομεν καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσιν ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ Θεόδωρον γενόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ δυσσεβῆ συγγράμματα αὐτοῦ. Καὶ μέν τοι καὶ τὰ κακῶς

C παρὰ Θεοδωρίτου συγγραφέντα κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἱερᾶς συνόδου, καὶ ὅσα ὑπὲρ συναγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ γέγραπται. Πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, τὴν ἀρνουμένην τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τῆς θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντα ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ τὸν θεσπέσιον Κύριλλον ὡς αἱρετικὸν διαβάλλουσαν, καὶ μεμφομένην μὲν τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην ἁγίαν σύνοδον, ὡς χωρὶς κρίσεως καὶ ζητήσεως τὸν Νεστόριον καθελοῦσαν, καὶ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ μακαρίου Κυρίλλου διαπτύουσαν, ἐκδικοῦσαν δὲ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ θεοστυγῆ αὐτῶν συγγράμματά τε καὶ δόγματα. Διὸ δὴ τοίνυν τὰς μὲν τῶν αἱρετικῶν τούτων, καὶ

D πάντων ἀθυροστόμους γλώσσας, καὶ τὰς τούτων ἀσεβεστάτας συγγραφὰς, αὐτούς τε τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς μέχρι τέλους ἐμμείναντας τῇ οἰκείᾳ κακοδοξίᾳ καὶ πονηρίᾳ, μετὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους εἰκότως διαβόλου συναριθμοῦντες ἐροῦμεν· Πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ, ᾗ ἐξεκαύσατε.

Patres, his rursum accurate consideratis, responderunt : Chalcedonense sacrum concilium Theodoretum et Ibam graviter verbis insectatum, non alia conditione in gratiam recepit, quam ut prius sua damnarent mala scripta, et Theodorum ac Nestorium. Nos autem præter reliquos omnes hæreticos a dictis quatuor sanctis conciliis damnatos, atque Ecclesia exclusos, damnamus etiam atque proscribimus Theodorum, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, ejusque im-

C pios libros : nec non ea quæ Theodoretus male scripsit contra veram fidem, et duodecim sancti Cyrilli capita, ac primam sanctam Ephesinam synodum, et pro defensione Theodori ac Nestorii. Præterea damnamus etiam epistolam quam Ibas fertur scripsisse ad Marim Persam, quæ negat Verbum Dei ex sancta Virgine Deipara Maria incarnatum hominem esse factum, et divum Cyrillum pro hæretico traducit; ac primam quidem Ephesinam sacram synodum reprehendit, ut quæ incognita causa Nestorium damnaverit; duodecim autem capitula sancti Cyrilli conspuit, Nestorio vero et Theodoro eorumque impiis scriptis et opinionibus patrocinatur. Quapropter effrenes hæreticorum istorum linguas, impiissimaque scripta, ipsosque ad extremum in falsis suis opinionibus ac

D malitia perseverantes, optimo jure patri mendaciorum diabolo annumerantes, dicemus : *Vadite in lumine ignis vestri, et in flamma quam concepistis* (*Isai.* L).

JUSTINIANI IMPERATORIS EPISTOLA

ADVERSUS NONNULLOS IMPIUM THEODORUM ATQUE INIQUA EJUS DOGMAT, ET EPISTOLAM IBÆ DICTAM, NEC NON THEODORI LIBROS CONTRA CATHOLICAM FIDEM, SCRIPTIS PROPUGNANTES.

Ἴσον ἐπιστολῆς ἀντιγραφείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ χριστιανικωτάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρός τινας γράψαντας καὶ ἐκδικήσαντας Θεόδωρον τὸν δυσσεβῆ,

Exemplar epistolæ a piissimo atque Christianissimo imperatore Justiniano perscriptæ adversus nonnullos impium Theodorum atque iniqua ejus dogmata,

καὶ τὰ αὐτοῦ πονηρὰ δόγματα, καὶ τὴν λεγομένην A
Ἶβα ἐπιστολήν, καὶ τὰ συγγράμματα Θεοδωρίτου τὰ
κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως γεγραμμένα.

Γράμματα ὑμῶν ἐδεξάμεθα, ἅπερ ἀναγνόντες ἐθαυμάσαμεν, ὑμᾶς μὴ ἐννοήσαντας τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν λέγοντος, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ὑπερηφανείας ἀρθέντας, ὡς πάντας τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐξουδενῶσαι, καὶ μόνους ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκ πάντων δικαιῶσαι, καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς οὐδὲ τὸν τελώνην κατακρίνας ἐδικαιώθη· καὶ ἐν ὅσῳ ἠλπίζομεν ὑμᾶς, ὅμοια τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσι φρονεῖν, ἠθροίμεν παρ' ἐλπίδας ἐκεῖνα ὑμᾶς ἐκδικοῦντας τὰ καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ὀρθῇ πίστει ἐναντιούμενα· καὶ ὅμως τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικοῦντες, ἴσους ὑμᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ἀποστόλοις ὑπελάβετε λέγοντες, μὴ ὀφείλειν τινὰ ὡς ἀγροίκους ὑμᾶς ὀνειδίζειν· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς ἀγροίκοις προσέταξεν κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον· καὶ ἡμεῖς μὲν εἰ καὶ ἀγροίκους, ὡς λέγεται, ὑμᾶς ἐκαλέσαμεν, διὰ τοῦτο οὕτως εἴπομεν, ἐπειδὴ ἀγνοοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν τε καὶ παράδοσιν καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικεῖται [*F.* ἐκδικεῖτε]· τοὺς ἀποστόλους δέ, οὓς ὑμεῖς ἀγροίκους καλεῖται [*F.* καλεῖτε], ὁ Θεὸς ἐπελέξατο ἑαυτῷ, καὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος καὶ χάριτος καὶ σοφίας ἐπλήρωσε, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀπέστειλεν, ἵνα τὰ ἔθνη τὰ τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν ὁδηγήσωσιν· ὅθεν καὶ αὐτοῖς μόνοις τοῖς ἀποστόλοις εἶπεν, « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » φανεροὶ τοίνυν ἐστέ, καθάπερ ὁ ἀπόστολος εἶπεν, « μὴ νοσοῦντες, μήτε ἃ λέγετε, μήτε περί τινων διαβεβαιοῦσθε· » ὅτι ἐτολμήσατε καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἑαυτοὺς ἐξισῶσαι, καὶ τοὺς πατριάρχας καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς ἐνυβρίσαι. Τοσοῦτον δὲ τὴν ἐκκλησιαστικὴν C
κατάστασιν οὐκ ἐφυλάξατε, ὅτι [*F.* ὥστε] τὸ ἐν μηδενὶ χρόνῳ γενόμενον ὑπὸ Χριστιανῶν ἐτολμήσατε ποιῆσαι. Πάντων γὰρ τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἕνωσιν ἐχόντων οὐδεὶς ἑαυτὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐχώρισεν, εἰ μὴ φανερῶς αἱρετικὴ μανία κατεῖχετο· ὅπερ ὑμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος ποιεῖν ἐσπουδάσατε· ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτο γέγονεν παρ' ὑμῶν, ὅμως ἡμεῖς οὐ πανόμεθα πᾶν ὅ τι οὖν πρὸς ἐπανόρθωσιν ὑμετέραν καὶ ποιοῦντες καὶ γράφοντες. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐγράψατε λέγοντες, διὰ τοῦτο ὑμᾶς σπουδὴν ποιήσασθαι τὰ τρία ταῦτα κεφάλαια καταδικασθῆναι, τουτέστι Θεόδωρον μετὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων, καὶ τὴν λεγομένην Ἶβα ἐπιστολήν, καὶ τὰ Θεοδωρίτου συγγράμματα, ἵνα τὸ θέλημα πληρωθῇ τῶν ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἑαυτοὺς χωρισάντων, γινώσκετε ὅτι ἡμεῖς οὐ δι' ἐκείνους D
ἐποιήσαμεν τοῦτο, ἀλλὰ πρῶτον μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν προειρημένων κεφαλαίων, ἔπειτα δέ, ὅτι τινὲς τὸ Νεστορίου ὄνομα σιωπῇ προσποιούμενοι διὰ τῶν προειρημένων, αὐτὸν Νεστόριον καὶ τὴν κακοδοξίαν αὐτοῦ εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρουν τὴν ἀσέβειαν τῶν κεφαλαίων τούτων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσάπτοντες.

et epistolam Ibæ dictam, nec non Theodoriti libros contra catholicam fidem, scriptis propugnantes [a].

Litteras vestras accepimus, quas cum legeremus, vehementer mirati sumus, vos minime ad eam dominicam institutionem advertentes animum, qua dictum est : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* (*Matth.* XI, 29), in id fastigii esse sublatos, ut nihili faciendos universos Ecclesiæ Dei antistites judicetis, vos autem solum præ cæteris justitiam consecutos esse arbitremini ; ejus propterea Pharisæi similes, *qui justificatus non est, quod publicanum condemnasset iniquitatis* (*Luc.* XVIII, 14). Cumque vos haud ab cæteris sacerdotibus dissimilia sapienter sentire speraremus, inopinato invenimus, dogmata a vobis cum Deo rectaque fide ejus pugnantia sustineri, simulque ejusmodi impietatem omni conatu defendentes, id vobis præsidio sumere, quod apostolis pares vos esse jactetis, neque fas esse, ut a quopiam imperitiæ atque ruditatis reprehendamini, propterea quod Deus etiam ipse rudibus atque agrestibus hominibus mandaverit Evangelii sui prædicationem. Ac nos quidem, cum agrestes vos nominaremus, ea usi sumus loquendi ratione, propterea quod ecclesiasticas regulas atque traditiones negligentes, ipsiusque orthodoxæ fidei imperiti, eam impietatem propugnaretis. Apostolos namque, quos vobis agrestes appellare libuit, sibi præelegit Deus, Spirituque suo atque sapientia replevit, eaque ratione præparatos misit, ut gentibus quæ ignorant Deum, duces essent ad semitam veritatis. Itaque Apostolis ipsis unice dictum est : *Vos estis lux mundi* (*Matth.* V, 14), lucidi ergo estote, quemadmodum ipsis iterum subjectum est a Domino : *Nolite cogitare, neque quid loquamini, neque qua de re laturi sitis testimonium* (*Matth.* X, 19). Ausi estis vosmetipsos apostolis comparare, omnesque sacerdotes injuria lacessere non estis veriti, atque adeo a vobis neglectæ sunt ecclesiasticæ sanctiones, ut id moliri per summam audaciam instituerit, quod nulla unquam Christianæ religionis ætate fieri a quopiam tentatum est. Beatissimis videlicet patriarchis mutuam traditionem omni tempore inviolatam vicissim custodientibus, nemo unquam, nisi qui palam hæretica vesania captus esset, Ecclesiam schismate divisit, quod vos impræsentiarum ut fieret curavistis. Cui quidem malo quod patrare aggressi estis, ut ipsi medeamur, vehementi flagramus desiderio, qui nimirum opere ac scriptis id unum contendimus, ut resipiscatis. Jam vero, cum in hanc sententiam scripseritis, a nobis diligenter curatum esse, ut tria hæc capitula, Theodorus scilicet cum scriptis suis, epistola quæ Ibæ dicitur, Theodoritique pariter scripta condemnarentur, hoc animo, ut voluntati nostræ fieret satis, quod incredibili cupiditate incenderemur, ut a catholica separarentur Ecclesia : cognoscite, id minime a nobis eorum causa factum fuisse ; sed primo quidem quod graviter commoti essemus eorum capitulorum impietate, post autem, quia non defuerunt, qui suppresso Nestorii nomine, Nestorii tamen studentes partibus, erroneam ejus fidem inducere niterentur, Ecclesiæque tribuere non vererentur eorum capitum impietatem.

[a] Quæ quidem epistola, cum omnibus adhuc ignota latuerit, plurimumque rei ecclesiasticæ promovendæ conferat, nunc addita Latina versione, quam elegantter confecit Clariss. Dominicanæ familiæ Monachus Jo. Dominicus Stratico, in lucem prodit, ex recensione V. Cl. Angeli Mar. Bandini, I. U. D. et Cæsarei Mediceæ bibliothecæ præfecti.

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς, εἰ καὶ φανερὰ ἦν ἡ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων ἀσέβεια, ὅμως ἠρωτήσαμεν τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τί περὶ τούτων φρονοῦσιν· οἵ τινες δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐδὲ ἔσχε ποτὲ, οὐδὲ ἔχει, κατεδίκασαν καὶ αὐτοὶ τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν, ἐξαρχῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων καταδεδικασμένην· οὐδὲ γὰρ οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κεχωρισμένοι περὶ τούτων τῶν κεφαλαίων λόγον τινὰ ποιοῦνται, εἰδότες ὅτι ταῦτα οὐδεὶς δύναται χριστιανοῦ προσηγορίαν ἔχων ἐνδικεῖν, ἀλλὰ τῷ ὅρῳ ἐναντιοῦνται τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τῷ περὶ τῆς πίστεως προενεχθέντι πρὸς κατάκρισιν Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας. Οἱ γὰρ τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐναντιούμενοι δόγμασιν, ἐπιθυμοῦσιν μᾶλλον τὰ μνημονευθέντα ἀσεβῆ κεφάλαια ἐκδικεῖν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ἵνα διὰ ταύτης τῆς προφάσεως τοὺς ἁπλουστέρους ἀπατήσωσι, καὶ τὸν Χριστιανὸν λαὸν τῆς ἐκκλησίας χωρίσωσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε δύο, εἰ δὴ [*F.* εἰ δεῖ εἴτε εἰ χρὴ] τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην περιέχειν ἐπιστολήν· ἓν μὲν, ὅτι ὀρθῶς, ὡς λέγεται, κατὰ Ἀπολιναρίου ἠγωνίσατο· ἕτερον δὲ, ὅτι κἂν ἔδοξεν ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον διασύρειν, ὅμως τοῦτον τὸν σπίλον τῆς ὕβρεως ἐν τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἀνέτρεψε τέλει, καὶ διὰ τοῦτο λέγεται, ὀφεῖλειν τὴν αὐτὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ὀρθόδοξον κρίνεσθαι· δῆλοι καθεστήκατε, ὅτι οὔτε τὸ ὕφος, οὔτε τὴν δύναμιν ἔγνωτε τῆς αὐτῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς, κατὰ Ἀπολιναρίου γὰρ οὐδὲν περιέχει, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον Ἀπολιναριαστὴν καλεῖ· καὶ οὐδὲ ἐν τῷ τέλει ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἀνέτρεψε τὰ κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν ἁγίοις εἰρημένα Κυρίλλου, μᾶλλον μὲν οὖν τὰ χείρονα κατ' αὐτοῦ ἐν τοῖς τελευταίοις εἶπεν· προϊόντες δὲ ὅμως καὶ πᾶσαν τὴν ἀσέβειαν τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς, καὶ τὴν ματαιότητα τῶν κεφαλαίων, ὧνπερ ἐπέμψατε, ἀποδείξομεν. Πάντων γὰρ ἀναγνωσθέντων τῶν παρ' ὑμῶν γεγραμμένων, σφόδρα ἐλυπήθημεν, ὅτι εἰς τοιαύτην ἐνεπέσατε πλάνην, ἄνθρωποι ἐξ ἐκείνης ὄντες τῆς χώρας, ὅπου ἀεὶ πρὸ ὑμῶν ἡ ὀρθὴ πίστις ἀμώμητος ἐφυλάχθη. Ὅθεν ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν εἶναι καὶ πρὸς τὰ ῥηθέντα ὑμῶν κεφάλαια ἀντιγράψαι, καὶ παραινέσαι ὑμῖν ταύτης τῆς ἀσεβείας, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς ὑμῶν διδασκάλου ἀποστῆναι, τοῦ τὰ προειρημένα κεφάλαια συγγραψαμένου. Ἀπατῆσαι γὰρ θέλων ὑμᾶς ῥήματά τινα προήγαγεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ἃ τινα νοήσας κακῶς προσαρμόσαι ῥήμασί τισι τῆς προειρημένης ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς ἐπεχείρησεν· ὅπερ εἰ αἱρετικοὶ πάντες ποιοῦσι, ῥήματά τινα τῶν θείων γραφῶν παρερμηνεύοντες, καὶ πρὸς τὴν διεστραμμένην ἑαυτῶν μεταφέροντες ἔννοιαν· καὶ δοκεῖ ἡμῖν ὁ ἀσεβὴς ὑμῶν διδάσκαλος, ἢ μὴ ἀνεγνωκέναι τὴν ἀνώνυμον ἐκείνην ἐπιστολὴν, ἢ ἀνεγνωκέναι μὲν κακούργως καὶ ῥήματά τινα ταύτης προαγαγεῖν, τὰ πλείονα δὲ καὶ χείρονα σιωπῆσαι. Λεγούσης γὰρ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς περὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου, ὅτι ἑκάτεροι κατ' ἀλλήλων βλαβεροὺς λόγους ἔγραψαν, καὶ ὅτι Νεστόριος μὲν ἔλεγεν, τὴν μακαρίαν Μαρίαν μὴ εἶναι Θεοτόκον, ὡς νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ἐκ τῆς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως αἱρέσεως εἶναι· Κύριλλος δὲ βουλόμενος τοὺς Νεστορίου ἀνατρέψαι λόγους, ὤλισθεν καὶ ἐνέπεσεν εἰς τὸ Ἀπολιναρίου δόγμα· φανερόν ἐστιν ὅτι ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν τῇ Νεστορίου μανίᾳ κεκρατημένος δείκνυται· ὃς αὐτὸν μὲν Νεστόριον ἀρνούμενον Θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον

Quanquam igitur capitulorum iniquitas manifesto pateret, tamen nihilo secius Ecclesiæ Dei antistites in unum congregatos interrogavimus quid de his decernerent esse sentiendum; qui cum perspicuo testimonio ostendere vellent ejusmodi errores, neque Ecclesiæ probari, neque ullo unquam tempore probatos esse; eam impietatem initio a sanctis Patribus prædamnatam suo omnes suffragio rursus proscripserunt. Qui porro ob trium capitulorum defensionem, ab Ecclesia divisi sunt, ii tacent omnino: plane namque intelligunt, minime posse hæc ab eo qui Christianus nominetur defendi; cæterum aperte sanctæ Chalcedonensi synodo adversantur, quæ fidei doctrinam definivit in Nestorii, Eutychetis errorumque ab ipsis invectorum condemnationem. Qui vero rectis Ecclesiæ dogmatibus adversantur, omni contentione nituntur, ut præfata tria iniqua capita, ceu ab Ecclesia Dei admissa sustineri judicentur, ut hac videlicet ratione simpliciores decipiant, populusque Christianus schismate dividatur. Itaque cum duo potissimum (si omnia quæ impiis illis litteris continentur contrahantur in pauca) scripseritis: alterum nempe, recte inibi contra Apollinarium disputatum esse; alterum vero, epistolæ scriptorem, et si videatur S. Cyrillum principio injuria lacessere, hanc tamen irrogatæ ab se injuriæ labem circa finem depulisse; quapropter operæ pretium esse, ut impia ea epistola catholica esse judicetur: hoc primum pro certo habetote, vos neque verborum contextum, neque sententiarum vim illius impiæ epistolæ percepisse. Non enim adversus Apollinarem concludit, sed sanctum Cyrillum ipsum Apollinaristis annumerat, atque tantum abest ut circa ejus finem quidpiam ex iis quæ adversus sanctum Cyrillum pronuntiata sunt, revocatione castigetur, ut circa extremum potius ejus scriptor in Cyrillum deterius debacchatus esse videatur. Quamobrem id ipsum principio, simulque universam hujus quæ Ibæ nuncupatur epistolæ impietatem, eorumque quæ ad nos misistis capitum insaniam argumentis ostendemus. Cum enim ea omnia quæ scripsistis, legissemus, gravissimo affecti sumus dolore, vos ejus urbis cives, in qua semper ad hæc usque tempora unice servata fuit recta fides, in tantum errorem esse prolapsos. Quapropter necessarium esse existimavimus adversus prædicta capitula ad vos scribere, atque de eorum impietate vos ipsos admonere, ut ab iniquo præceptore vestro, qui ea monumentis mandavit litterarum, recedatis. Etenim cum is sibi proposuisset in animo vos in deceptionem inducere, nonnullas ex divinis litteris sententias hausit, quibus in pravam significationem contortis, impiæ illius epistolæ opiniones nonnullas confirmare aggressus est, quemadmodum hæreticis fuit semper in more positum, quædam divinarum litterarum testimonia pervertere, atque in contrariam intelligentiam detorquere. Itaque vel præceptorem vestrum minime anonymam eam epistolam perlegisse existimamus, vel mala admodum fide, nonnulla legisse quidem ipsum, reliqua vero, quæ multo deteriora essent, silentio præ-

Μαρίαν, μέχρι μόνης τῆς τινων ὑποψίας ἐληλυθέναι φησίν, οὐ μὴν αἱρετικὸν ἐκ τούτου φανῆναι· τὸν ἐν ἁγίοις δὲ Κύριλλον τὸν τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, εἰς τὸ Ἀπολιναρίου δόγμα ὀλισθῆσαι διισχυρίζεται καὶ πεσεῖν. Διότι εἶπεν αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι· καὶ ταῦτα μὲν τὰ ῥήματα παραλέλοιπεν, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, γινώσκων ὅτι ὁ λέγων τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον ὀλισθῆσαι καὶ πεσεῖν, καὶ αἱρετικοὺς καλῶν τοὺς τούτου λόγους, πᾶσαν καταδικάζει τὴν ἐκκλησίαν, τὴν πατέρα καὶ διδάσκαλον εἰκότως Κύριλλον ἔχουσαν. Πῶς δὲ οὐκ ἔφριξε λέγων, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος αἱρετικός ἐστιν, ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὅτι οὕτω λέγων διαφορὰν τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ οὐχ ὁμολογεῖ; Διὰ τούτων γὰρ τῶν λόγων οὐ μόνον τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μέμφεται, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν τὸν λέγοντα, ὅτι « ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, » καὶ πάντας τοὺς προφήτας τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου κηρύξαντας, καὶ μάλιστα Ἱερεμίαν τὸν λέγοντα· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· » καὶ πάλιν Ἡσαΐαν λέγοντα, « Τὸ παιδίον Θεὸν ἰσχυρόν (Ἡσαΐ. IX, 6)· » καὶ πρὸς τούτοις τὸν ἀπόστολον Παῦλον λέγοντα ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῇ, « Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. » Καὶ γάρ, ὡς ἐκεῖνος ὑμῶν ὁ διδάσκαλος παραφρονῶν λέγει, μέμψεώς εἰσιν ἄξιοι καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ εὐαγγελισταί, καὶ οἱ ἀπόστολοι λέγοντες, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐνηνθρώπησεν, ὡς διὰ τούτων τῶν ῥημάτων τροπὴν τῆς θεότητος εἰς τὴν ἀνθρωπότητα λέγοντες γεγενῆσθαι· οἱ δὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἐνανθρωπῆσαι μὴ ὁμολογοῦντες, φανεροί εἰσι τὸν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ χάριν υἱὸν Θεοῦ ὀνομάζεσθαι λέγοντες, ὡς ἡ κακοδοξία Νεστορίου καὶ Θεοδώρου τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ λέγει.

teriisse. Cum enim in ea epistola de beato Cyrillo atque impio Nestorio narretur, proscidisse eos sese invicem conviciis; atque affirmasse Nestorium minime Deiparam esse beatam Virginem, ut ipsam nominari permultis ex Pauli Samosateni hæresi placebat; Cyrillum contra, qui Nestorii errorem refutare niteretur, lapsum pariter esse, inque Apollinarii dogmata descendisse : luce clarius est epistolæ ejusdem scriptorem Nestoriana dementia præoccupatum agnosci, qui Nestorium sanctam Mariam Virginem Deiparam fateri detrectantem, suspicionis tantum adversus se locum quibusdam tribuisse, minime vero exinde hæreticum demonstrari contendat : Cyrillum autem sanctum Ecclesiæ doctorem in Apollinarii hæresim incidisse diserte tradat, propterea quod ipsum Deum Verbum incarnatum esse dixerit, atque assumpsisse humanitatem. Hæc autem verba, ut superius animadvertimus, præteriit præceptor vester, plane perspiciens, eum qui Cyrillum lapsum esse in hæresim tradat, contendatque hæreticas ipsum defendisse sententias, in universam Ecclesiam damnationis ferre judicium, cum universa scilicet Cyrillum ut Patrem colat atque doctorem. Cæterum qui fieri potuit ut non exhorresceret hæreticum dicens Cyrillum, propterea quod Deum Verbum hominem factum esse docuerit : indeque consequi subjungens, ab Cyrillo hæc docente discrimen inter templum in eoque inhabitantem non admitti? Hac quippe aiendi ratione non sanctum Cyrillum criminatur, sed Evangelistam, *Verbum carnem factum esse* (*Joann.* I, 14) diserte pronuntiantem, sed prophetas omnes, qui Verbi Dei adventum per carnem prædixerunt, Jeremiam potissimum dicentem : *Hic Deus noster : alius adversus eum non æstimabitur : post hæc in terris apparuit, et cum hominibus conversatus est* (*Baruch* III), atque Isaiam aientem similiter : *Puer, Deus fortis* (*Isai.* IX, 6) : sed apostolum præ cæteris Paulum, cujus hæc est in Epistola sua ad Ephesios sententia : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia* (*Eph.* IV, 9). Si igitur desipienti doctori vestro assentiri velimus, prophetas, evangelistas, apostolos hæreseos accusabimus, qui Dei Verbum dixerint hominem factum esse, quasi his loquendi modis admiserint conversionem Divinitatis in humanitatem. Verum qui Deum Verbum hominem factum esse non confitentur, iidem manifeste Christum purum hominem faciunt, per gratiam tantum Filii Dei nomine decoratum, quemadmodum erronea Nestorii Theodorique magistri ipsius sententia constituitur.

Αἱ γὰρ θεῖαι γραφαί, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ταύταις ἀκολουθοῦντες, αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἀόρατον, τὸν ἀσώματον, τὸν ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα αὐτὸν κατελθεῖν, καὶ σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι λέγουσιν. Καὶ ὁ μὲν ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὰ Θεοφάνια οὕτω λέγει· « Αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ προαιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου, ἡ μὴ κινουμένη σφραγίς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών, ὁ τοῦ πατρὸς ὅρος καὶ λόγος ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχὴ νοερὰ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων, καὶ πάντα γίνεται πλὴν τῆς ἁμαρτίας ἄνθρωπος, κυηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ πνεύματι· ἔδει γὰρ καὶ γένεσιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι. » Τὰ πα-

Divinæ namque Litteræ, atque his inhærentes sancti Ecclesiæ Patres ipsum Deum Verbum invisibile, corporis expers, lumen de lumine, ante sæcula et tempora ex Patre genitum, hoc idem advenisse, et incarnatum esse, et hominem factum esse disertissime confitentur. Sanctus enim Gregorius in sermone de Theophaniis, seu de Christi Nativitate hæc habet : « Ipsum Dei invisibile Verbum, ille sæculis antiquior, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud lumen ex lumine, ex principio principium, fons vitæ et immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio; ille, inquam, ad imaginem suam se confert, et carnem ob carnem gerit, et animæ intellectuali propter animam meam jungitur, ut simile per simile repurget, atque humana omnia, excepto peccato, suscipit, conceptus quidem ex Vir-

ραπλήσια δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ κατὰ Ἀρειανῶν οὕτω λέγει· « Ὁ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀῤῥήτως, ἀφράστως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως, αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάκωθεν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας. » Καὶ πάλιν ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος πρὸς Ἀμφιλόχιον γράφων ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ οὕτως εἶπεν· « Οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ τὰ μεγίθη τῶν πελαγῶν, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ φυτὰ, καὶ ἀστέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἁπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. » Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος ἐκ τῆς τῶν Ἀφρῶν χώρας ἐν τῇ περὶ τοῦ συμβόλου ἐκθέσει ταῦτα λέγει· « Εἰπέ καὶ σὺ, Ἀμβακοὺμ προφῆτα, μαρτυρίαν περὶ τοῦ Χριστοῦ. Κύριε, φησὶν, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, ὁ Θεὸς, καὶ ἐξέστην. » Ποῖα ἔργα τοῦ Θεοῦ οὗτος θαυμάσας ἐξέστη; μή τι τὴν κτίσιν τοῦ κόσμου; μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἄκουσον πρὸς τί ἐξέστη. « Ἐν μέσῳ, φησὶ, δύο ζώων γνωσθήσονται τὰ ἔργα σου· ὅτι σὺ ὁ Θεὸς λόγος σὰρξ ἐγένου· ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. Τίς ὢν μέχρι τέλους κατέβης! Ἐκστῆναί με πεποίηκας, ὅτι ὁ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ἐν φάτνῃ ἐτέχθης. » Τὰ ὅμοια δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Λέων πάπας Ῥώμης ἐν τῇ πρὸς Φλαυιανὸν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολῇ οὕτως εἶπεν· « Ὁ ἀπαθὴς Θεὸς οὐκ ἀπηξίωσε παθητὸς εἶναι ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀθάνατος νόμοις ὑποκεῖσθαι θανάτου. »

gine, animo et corpore a Spiritu præpurgata; nam et Nativitatem honore affici, et virginitatem præferri oportebat. » Simili prorsus modo Athanasius edisserit in ea oratione quæ adversus Arianos est, de Spiritu sancto. « Ille, inquit, qui sursum in cœlis ex Patre genitus erat ineffabiliter, inexplicabiliter, immutabiliter, æterne : ipse in terris deorsum genitus est in tempore ex Virgine Maria. » Basilius pariter octavo libri ad Amphilochium capite sic scribit : « Neque enim cœlum ac terra, immensaque maria, nec animantia, vel in aquis, vel in terris degentia, nec plantæ, nec astra, nec aer, nec horæ, nec multiplex universi ornatus excellentiam potentiæ illius nobis perinde commendant, atque quod Deus incomprehensibilis sic per carnem conflictatus est, ut ipsa divinitas nihil pateretur, quo nobis sua morte largiretur immortalitatem. » Sanctus etiam Augustinus Africanæ cujusdam civitatis episcopus, in expositione Symboli disserit in hunc modum : « Protulit tibi [*Græc.* profer et tu] Habacuc propheta de Christo testimonium : *Domine*, inquiens, *audivi auditionem tuam, et timui, intellexi opera tua, Deus, et expavi.* Quænam opera Dei hic admiratus expavit? Num mundi creationem? Nequaquam. Cur autem expaverit, accipe. In medio, inquit, duorum animalium cognoscentur opera tua, Deus, quoniam tu Deus Verbum caro factum in medio duorum animalium innotesces. Qualis cum esses, usque quo descendisti! Obstupescere me fecisti, quoniam Verbum, per quem facta sunt omnia, in præsepe natus es. » Horum similia sanctus Leo Romanus pontifex habet in epistola ad Flavianum archiepiscopum Constantinopolitanum. « Impassibilis, inquit, Deus non dedignatus est esse homo passibilis, et immortalis mortis legibus subjacere. »

Καὶ ταῦτα μὲν αἵ τε θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες εἰρήκασιν· ὅσον δὲ πρὸς τοὺς ὑμετέρους λόγους κατηγορίας ἐσὶν ἄξιοι, ὡς σύγχυσιν τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς θεότητος εἰσάγοντες, ἐπειδὴ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι εἰρήκασιν, ὁπότε καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον λέγοντα αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι σύγχυσιν εἰσάγειν διὰ τούτων τῶν ῥημάτων εἰρήκατε. Ὅτι δὲ ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας τῇ Θεοδώρου κατεχόμενος μανίᾳ ἠρνήσατο τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγονέναι, ἐξ αὐτῶν δείξωμεν τῶν κατὰ Ἀπολιναρίου τοῦ ἀσεβοῦς τῷ αὐτῷ αἱρετικῷ Θεοδώρῳ γραφέντων. Ἐν γὰρ τῷ τετάρτῳ λόγῳ γράφει οὕτως· « Δεδωκέναι σοί τινας τῶν ἡμετέρων εἶπας τὰ οὐκ ἄν ποτε δοθέντα παρά τινος τῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀντέχεσθαι δόξης ἐσπουδακότων. Ἐπινθανόμεθα γὰρ εἴ τὸν Θεὸν λόγον ὁμολογοῦσιν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι εἰπὼν ἐπήγαγες* ἐδίδοσαν· Καὶ τίς ἂν ἔχων νοῦν ἄνθρωπον εἶποι τὸν Θεὸν γεγενῆσθαι λόγον, ὡς ὑμεῖς φατε; εἰ μὴ ἄρα τὴν αὐτὴν ὑμῖν πρότερον νοσήσειεν ἄνοιαν. Ἡμεῖς γὰρ εἰληφέναι ἄνθρωπον τὸν Θεὸν λόγον καὶ σφόδρα φαμὲν, γεγενῆσθαι δὲ ἄνθρωπον καθ' ὑμᾶς, οὐκ ὤν ποτε εἰπεῖν ἀνασχοίμεθα. »

In hanc igitur sententiam divinæ Litteræ sanctique Patres loquuntur, vestra scilicet sententia castigandi, tanquam carnis divinitatisque confusionem inducentes, cum ipsi quoque Dei Verbum hominem factum esse diserte pronuntient, eadem prorsus ratione qua Cyrillum aientem, ipsum Dei Verbum hominem factum esse, quasi confusionis hoc aiendi modo invectorem, traduxistis. Cæterum epistolæ illius auctorem Theodori deliramentis captum negasse Deum Verbum hominem factum esse fateri, ex his manifeste conclusimus, quæ ab ipso ad hæreticum Theodorum contra impium Apollinarium scripta sunt. Hæc quippe in quarto sermone scribit : « Dixisti quosdam ex nostris nonnulla sentire quæ nunquam iis probata sunt qui ecclesiasticis dogmatibus adhærere student. Cum enim ab iis sciscitati essemus, num Dei Verbum hominem factum esse fatentur, affirmans protulere responsum. Quis autem meriti [*F.* mentis] compos Deum Verbum factum esse hominem dixerit, ut a vobis proponi solet, nisi primum dementiæ vestræ morbo sit affectus? Nos porro Deum hominem assumpsisse constanter fatemur, cæterum hominem factum esse, quemadmodum exprimere vobis consuetum est, nulla ratione dici toleramus. »

Ἀποδειχθέντος τοίνυν διὰ τῶν εἰρημένων Θεοδώρῳ σύμφωνον εἶναι τὴν ἀσέβειαν τῆς ἐπιστολῆς τῇ αἱρετικῇ ἐκείνου μανίᾳ, πῶς οὐ δικαίως πᾶς τὴν ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον, ὁμοίως

Cum itaque ex iis quæ ad Theodorum scribit, ostendat cum hujusce deliramentis epistolæ impietatem egregie convenire, quomodo non quisque justus, cujus sit in Dei Verbo incarnato homineque facto

* Forte legendum ἀπάντησιν pro εἰπὼν ἐπήγ. Edit.

καὶ Θεόδωρον, καὶ τὴν εἰρημένην ἀσεβῆ ἐπιστολὴν κατα- A
δικάσει; Ἐπειδὴ δὲ ἐπαινεῖτε τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν περιέ-
χουσαν, ὅτι ὁ λέγων αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι
καὶ ἐναν ρωπίσαι τὴν διαφορὰν ἀναιρεῖ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ
ἐνοικοῦντος ἐν τῷ ναῷ, γινώσκετε ὅτι διαφορὰν μὲν τῶν
φύσεων, ἐξ ὧν ὁ εἷς Χριστὸς ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν
συνετέθη, ὀρθῶς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία κηρύττει·
διαφορὰν δὲ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ, οὐδεὶς
τῶν ἁγίων πατέρων ἐδίδαξεν, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἀσεβεῖς Νε-
στόριος καὶ Θεόδωρος εἰρήκασι, δύο ἐντεῦθεν πρόσωπα
εἰσάγειν βουλόμενοι. Κἂν γὰρ αἱ θεῖαι γραφαί, καὶ οἱ ἅγιοι
πατέρες τῇ τοῦ ναοῦ ἐνομασίᾳ κέχρηνται, ἀλλὰ τὸ σῶμα
τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σημαίνοντες τοῦτο λέγουσι,
καθὼς εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής· « Αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ
ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. » Οὐδεὶς γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώ-
που τοῦ Χριστοῦ διαφορὰν πρὸς ἑαυτὸ εἶναί φησιν, ὡς B
ἄλλον ἐν ἄλλῳ εἶναι, ἀλλὰ τῶν φύσεων μόνον, ἐξ ὧν ὁ εἷς
Χριστὸς ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἀπετελέσθη.

locata spes, Theodorum, unaque impiam simul epistolam condemnabit? Cum autem id vehementer probetis, quod in exsecrabili ea epistola traditur, doctrinam nimirum qua Verbum Deus incarnatus homoque factus dicitur, discrimen inter templum atque in templo inhabitantem sustollere, cognoscite, naturarum diversitatem, ex quibus unicus Christus Deus atque Salvator noster constituitur, recte ab sancta Dei Ecclesia prædicari; cæterum templi hoc, atque in ipso inhabitantis discrimen a nemine unquam sanctorum Patrum fuisse propositum, sed ab impiis solum Theodoro atque Nestorio excogitatum, quod duas exinde personas inducere decrevissent. Quod si quandoque divinæ Litteræ sanctique Ecclesiæ Patres hac quoque templi translatitia usi sunt appellatione, id tamen, ut significarent tantum Unigeniti Filii Dei corpus adhibuere, eo prorsus modo quo de ipso inquit Evangelista : *Ipse autem loquebatur de templo corporis suis* (*Joan.* II, 21). Nemo porro hæc in unica Christi persona invexit discrimina, quasi alia in alia sit, verum distinctionem tantum naturarum admiserunt, ex quibus unus Christus perficitur, non commixtionem passus, neque divisionem.

Καὶ ὑμεῖς τοίνυν τὴν τῆς ἐπιστολῆς ἐκδικοῦντες ἀσέ-
βειαν, τῆς ἀρνουμένης αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον
γεγενῆσθαι, πρόδηλοι καθεστήκατε δύο πρόσωπα εἰσ γον-
τες, καὶ ταῦτα νοοῦντες περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς ψιλοῦ ἀν-
θρώπου· ὅπερ ὁ ἀπόστολος εἶπεν διὰ τοὺς πιστοὺς « ὅτι
ὑμεῖς ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν
ὑμ ν. » Ὡς κατὰ τὴν ὑμετέραν πλάνην μηδεμίαν εἶναι
διαφορὰν μεταξὺ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῦ Χριστοῦ,
καθὰ καὶ αὐτὸς Θεόδωρος ὁ αἱρετικὸς, ὁ διδάσκαλος τοῦ
γράψαντος τὴν ἐπιστολὴν, ἐν τῷ τρίτῳ κατὰ Ἀπολιναρίου C
λόγῳ παραφρονῶν ταῦτα ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ
λέγει· « Ἐγὼ μέν, ὃν ὁρᾶτε δ νασμαι μέν ποτε ποιεῖν οὐδὲν κατὰ
τὴν οἰκείαν φύσιν ἅτε ἄνθρωπος ὤν. Ἐργάζομαι δέ,
ἐπειδὴ ἐν ἐμοὶ μένων ὁ πατὴρ ἅπαντα ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ
ἐγώ τε, φησὶν, ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, Θεὸς δὲ
λόγος ἐν ἐμοὶ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς, δῆλον ὅτι καὶ πατὴρ
σὺν αὐτῷ, ἐν ἐμοί τε μένων, καὶ τὰ ἔργα ποιῶν· καὶ θαυ-
A Chalcedonensem synodum disposuisse, ut ea omnia ab Iba fierent, ad impiæ sæpius memoratæ epistolæ eversionem atque condemnationem. Miramur igitur vos adhuc iniquæ ei epistolæ patrocinari, quam neque Ibas ipse, vel Tyri, vel post ea, quæ ibi acta sunt, in sancta Chalcedonensi synodo suam ausus est appellare, neque sustinere, quin potius cleri Edesseni litteris, Photiique, atque Eustathii suffragio usus est, ut institutam adversum se ob impiam illam epistolam declinaret accusationem.

Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς κακῶς παρ' ὑμῶν ἑρμηνευθεῖσι, καὶ τὴν Εὐνομίου διαλαλιὰν τὴν περὶ Ἴβα γενομένην πρὸς ψευδῆ ἔννοιαν μετηγάγετε, διαβεβαιούμενοι τὴν διαλαλιὰν Εὐνομίου ὑπὲρ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς γεγενῆσθαι. Λέγεται γὰρ περιέχειν τὴν αὐτὴν διαλαλιὰν, B ὅτι ἐν τοῖς ἀνωτέροις τῆς ἐπιστολῆς ὑβρίσας Ἴβας τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ἐν τοῖς τελευταίοις ἑαυτὸν ἐπανωρθώσατο· ὁπότε δῆλόν ἐστι τὴν Εὐνομίου διαλαλιὰν, οὐ περὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἐπιστολῆς, ἀλλὰ περὶ τῆς καταθέσεως Ἴβα τῆς ἐν Τύρῳ γενομένης παρὰ Φωτίῳ καὶ Εὐσταθίῳ εἰρῆσθαι. Ἐν γὰρ τοῖς παρ' αὐτοῖς πεπραγμένοις φανερῶς Ἴβας ὡμολόγησεν, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, πρὸ τούτου μὲν μετὰ τῶν ἄλλων ἀνατολικῶν ἐπισκόπων ὑβρίσαι τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ὅτε μεταξὺ αὐτῶν διεχόνοια ἦν· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν τὴν μεταξὺ αὐτῶν γενομένην, μηδὲν ὑβριστικὸν εἰπεῖν κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου· ἐξ ἧς ὁμολογίας εὑρίσκων Εὐνόμιος Ἴβαν πρῶτον μὲν ὑβρίσαντα τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, μετὰ ταῦτα δὲ ἀπολογούμενον, καὶ λέγοντα ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐδὲν ὑβριστικὸν κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις εἶπε Κυρίλλου, τὴν μνημονευθεῖσαν ἐποίησεν C διαλαλιάν. Ὅτι δὲ ἡ προειρημένη ἀσεβὴς ἐπιστολὴ, ἡ λεγομένη Ἴβα, πάσης ἀσεβείας, καὶ τῶν κατὰ Κυρίλλου ὕβρεων ἀπ' ἀρχῆς ἕως τέλους πεπλήρωται, οὐδενὶ ἀμφιβάλλεται· ἀλλ' οὐδὲ ἔχει λόγον τὸ πιστεῦσαι ὅτι Εὐνόμιος τὰ πρῶτα μὲν διέβαλε τῆς ἐπιστολῆς, ὡς κακὰ, τὰ τελευταῖα δὲ χείρονα ὄντα ἐπήνεσεν. Οὐδεὶς γὰρ εὐφρονῶν ἀποδέχεται τὸν ἐπὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, ὁμοῦ τὸν αὐτὸν ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα. Εἴ τις τοίνυν τὴν Εὐνομίου διαλαλιὰν τολμήσει λέγειν μὴ τῇ Ἴβα καταθέσει τῇ ἐν Τύρῳ γενομένῃ, ἀλλὰ τῷ ὕφει συνᾴδειν τῆς μνημονευθείσης ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς, τὴν τῆς ἀληθείας ἀκολουθίαν οὐ φυλάττει, ἀλλ' ὡς αἱρετικὸς ὕβρει τοῖς πατράσιν προσάπτειν σπουδάζει.

Ad cætera porro omnia pessime a vobis exposita adjecistis etiam, ut Eunomii divulgationem de Iba factam mendaci intelligentia perverteretis, affirmantes eam Eunomii divulgationem super impia ea epistola institutam esse. Fertur enim hæc in ipsa contineri : quod cum in priore epistolæ parte Ibas sanctum Cyrillum injuriis proscidisset, circa finem tamen se ipsum corrigendo emendaverit : cum tamen manifestum sit Eunomii eam declamationem minime ad impiam eam epistolam pertinere, sed de subrogatione, quæ Tyri Ibæ facta fuerat per Photium et Eustathium in ea sermonem institui. In actis enim apud ipsos manifeste fassus est Ibas, quemadmodum etiam superius indicavimus, se ante hæc cum reliquis Orientis episcopis sanctum Cyrillum injuriis affecisse, cum scilicet ipsorum ejusque dispar esset sententia : post autem, unione inter ipsos perfecta, nihil omnino ab se injuriosum in sanctum Cyrillum fuisse prolatum; ex qua Ibæ confessione, Eunomius Ibam primum in sanctum Cyrillum injurias congerentem reperiens, post autem resipiscentem, aientemque ab se nihil omnino, post constitutam unionem, adversus sanctum Cyrillum fuisse prolatum, memoratam perfecit declamationem. Nemini porro dubium esse potest, indicatam impiam epistolam Ibæ tributam, ab initio ad extremum omni iniquitate atque in sanctum Cyrillum contumelia scatere, neque causæ quidpiam est, ut credatur, Eunomium priores epistolæ partes, tanquam pravas traduxisse, reliquas vero, quæ pejores sunt, laudibus efferre voluisse. Nemo enim cordatus probat eum qui unius ejusdemque ac similis rei simul laudator sit, idemque vituperator. Quisquis igitur Eunomii declamationem non ad Ibæ subrogationem Tyri factam spectare, verum ad impiæ memoratæ epistolæ.... pertinere, quisquis, inquam, id dicere audet, is minime veritati obsequitur, verum, veluti hæreticus Patribus injuriam afferre nititur.

Καὶ εἰς τοῦτο δὲ ἐθαυμάσαμεν ὅτι γράψαι ὑπεμείνατε, D τὰ κεφάλαια μὲν τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου σκοτεινὰ εἶναι· τὴν δὲ ἀσεβῆ ἐπιστολήν, ὡς τοῦ ἁγίου πνεύματος μεσάζοντος ἀποδεχθεῖσαν ἐπῃνέσατε· καὶ φανερόν ἐστιν ὅτι ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἐξ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ πνεύματος προαγάγετε· ὅτι τοὺς μὲν πατέρας καὶ διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας σκοτεινοὺς ἐκαλέσατε, τὴν δὲ κακοδοξίαν τῆς ἐπιστολῆς μετὰ βλασφημίας ἐπῃνέσατε· ὅθεν καλῶς ἁρμόζει καὶ ὑμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ παραπλήσια ὑμῖν περὶ τῶν ἁγίων πατέρων φρονοῦσι, τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ῥηθὲν περὶ τῶν κακῶς νοούντων τὰς ἐπιστολὰς τοῦ ἁγίου Παύλου « ὅτι ταῦτα οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλώσουσιν [ἢ στρεβλοῦσιν], ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. » Οὕτω τοίνυν καὶ ὑμῖν κακῶς

Atque id etiam mirati sumus, quod scribere veriti minime sitis. Sancti Cyrilli capita obscura esse, eamque impiam epistolam, tanquam Spiritu sancto afflante, clarescentem laudaveritis. Manifestum est siquidem verba hæc non Spiritus sancti virtute, sed maligni spiritus impetu a vobis esse prolata : cum Patres Ecclesiæque magistros obscuritatis redargueritis, epistolæ autem illius malitiam blasphemiasque laudibus extuleritis : quamobrem recte convenit vobis cæterisque omnibus similia de sanctis Ecclesiæ Patribus sentientibus, illud a Petro apostolo de iis dictum, qui Epistolas sancti Pauli perverse intelligebant : *quod has indocti atque instabiles depravant, ut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem* (*II Petr.* III, 16). Sic itaque vobis etiam prave intel-

νοοῦσι σκοτεινὰ εἶναι δοκεῖ τὰ παρὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐκτεθειμένα. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ περὶ Ἴβα, καὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἐπιστολῆς οὕτω παρακολουθήσαντα ἔν τισι βιβλίοις εὑρίσκονται.

Εἰδέναι δὲ ὑμᾶς χρὴ ὅτι τὰ πεπραγμένα, ἐν οἷς ἡ ἀσεβὴς ἐκείνη ἐπιστολὴ περιέχεται, οὐχ ὑποτέτακται τοῖς αὐθεντικοῖς, οἷς οἱ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν, ὧν καὶ τὰ ἰσότυπα αὐθεντικὰ, ἔν τε τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ παραδεδώκασιν. Ἐπεὶ τοίνυν δέδεικνυται πανταχόθεν πάσης ἀσεβείας πεπληρωμένη ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολή, καὶ ἐναντία οὖσα τοῖς ὁρισθεῖσιν ὑπὸ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, οἱ ταύτην λέγοντες δεδέχθαι ὑπὸ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, οὐ μόνον τὴν οἰκείαν κακοδοξίαν σπουδάζουσιν ἐκδικεῖν, ἀλλὰ καὶ ὕβριν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ συνόδῳ προσάπτειν. Τὰ γὰρ δεχθέντα καὶ βεβαιωθέντα παρὰ τῆς μνημονευθείσης ἁγίας συνόδου, ὀνομαστὶ ἐν τῷ παρ' αὐτῆς δεδομένῳ περὶ τῆς πίστεως ὅρῳ περιέχεται

Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βουλόμεθα, ὅτι καὶ Θεοδώριτος, ἐπειδὴ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἔγραψε, Νεστόριον, καὶ τὴν αὐτοῦ κακοδοξίαν ἐκδικῶν, μετὰ τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου συνωθήθη, πρῶτον μὲν ἀναθεματίσαι Νεστόριον καὶ τὴν ἀσέβειαν τὴν αὐτοῦ, καὶ ὁμολογῆσαι θεοτόκον τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν, καὶ οὕτως ἐδέχθη. Ὅθεν καὶ Ἴβας καὶ Θεοδώριτος οὐχ ὡς διδάσκαλοι καὶ πατέρες, ἀλλ' ὡς μετανοοῦντες, καὶ ἀναθεματίζοντες τὴν κακοδοξίαν, ὑπὲρ ἧς κατηγορήθησαν, καὶ δεξάμενοι τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ ὑπογράψαντες ἐν αὐτῷ, ἐδέχθησαν. Ἐπειδὴ ἔθος ἐστὶν ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἅπαντας τοὺς αἱρετικοὺς τῆς οἰκείας πλάνης ἀναχωροῦντας, καὶ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον ἐπανιόντας πίστιν, δεχθῆναι εἰς κοινωνίαν, οὐ μὴν ὡς διδασκάλους τοῖς πατράσι συναριθμεῖσθαι. Ὅθεν καὶ τοὺς ἄλλους ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους, οἵ τινες Νεστόριον ἐκδικοῦντες ἀντεῖπον τῇ πρώτῃ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ, καὶ τῷ ἐν ἁγίοις Κυρίλλῳ, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα Νεστόριον καὶ τὴν κακοδοξίαν ἀνεθεμάτισαν τὴν αὐτοῦ, ἐδέξατο ὁ κατὰ Ῥώμην ἀποστολικὸς θρόνος, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία δέχεται αὐτούς.

Καὶ τοῦτο δὲ ὑμᾶς εἰδέναι βουλόμεθα, ὅτι οὐ μόνον Ἴβας καὶ Θεοδώριτος διὰ τὸ ἀντεῖπεῖν τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἐξεβλήθησαν τῆς ἐπισκοπῆς, ἀλλὰ καὶ Δόμνος ὁ Ἀντιοχείας ἀρχιεπίσκοπος διὰ τοῦτο κατεδικάσθη, ὡς γράψας ὀφείλειν μίνον σιωπηθῆναι τὰ αὐτὰ δώδεκα κεφάλαια· ἣν τινα κατάκρισιν κατὰ Δόμνου γενομένην, καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος ἐδέξατό τε καὶ ἐβεβαίωσεν. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, καὶ αὐτὸς Θεοδώριτος πρὸς Ἰωάννην τὸν Γερμανικίας ἐπίσκοπον μαρτυρεῖ γράφων οὕτως· « Τί δήποτε καὶ προφανῶς ψεύδονται, καὶ φασι μηδεμίαν γεγενῆσθαι περὶ δόγμα καινοτομίαν; διὰ ποίους φόνους καὶ γοητείας ἐξηλάθην ἐγώ; ὁ δεῖνα τίνας μοιχείας ἐτόλμησε; ποίους ὁ δεῖνα διώρυξε τάφους; δῆλόν ἐστι καὶ τοῖς βαρβάροις· παρακαλῶ (sic) ὡς δογμάτων χάριν κἀμὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐξήλασαν. Καὶ γὰρ τὸν κύριον Δόμνον, ὡς τὰ

A ligentibus ea quæ ab Ecclesiæ magistris tradita sunt, atque ex divinis litteris hausta obscura esse videntur. Atque hæc quidem de Iba atque impia illa epistola in aliquibus libris perscrutata reperiuntur.

Namque operæ pretium est ut sciatis acta ea in quibus impia illa continetur epistola, minime complecti in authenticis iis quibus episcopi subscripserunt, quorum authentica exemplaria in sanctissima Romana Ecclesia et in Constantinopolitica, atque etiam in sacro nostro palatio servata sunt. Quoniam igitur undique manifestum est impiam eam epistolam omni iniquitate refertam esse, sanctisque sacræ Chalcedonensis synodi definitionibus adversari, reliquum est ut qui dixerint ipsam in sancta Chalcedonensi synodo contineri, ii non modo propriam tutari

B malitiam omni conatu eniti censeantur; verum insignem quoque sancto concilio faciant injuriam. Quæcumque enim approbata atque confirmata a memorata sancta synodo sunt, ea omnia nominatim in fidei definitione ab ipsa tradita continentur.

Volumus autem vobis simul constare, Theodoritum quoque, postquam adversus duodecim sancti Cyrilli capita calamum perstrinxisset, Nestorium ejusque pravitatem defendentem, post sanctæ synodi definitionem id habuisse in mandatis, primo quidem ut anathematizaret Nestorium, sanctamque et gloriosam semper virginem Mariam Deiparam confiteretur, et idipsum exsecutus est. Quare Ibas pariter atque Theodoritus, non veluti magistri aut Patres, sed ut pœnitentes, et perniciosas sententias detestantes de

C quibus fuerant accusati, atque definitionem Chalcedonensis synodi amplexi, ipsique subscribentes, in ea recepti sunt; cum in Ecclesia catholica sit in more positum hæreticos qui proprium exsecrentur errorem ad orthodoxamque fidem revertantur, suscipi in communionem, non autem veluti magistros Patribus connumerari. Itaque alios etiam Orientales episcopos, quorum quidam a Nestorii partibus stantes, priori Ephesinæ synodo sanctoque Cyrillo contradixerant, cum postea anathema dixissent Nestorio, perversæque ipsius sententiæ, apostolica Romana sedes sanctusque Cyrillus in communionem receperunt, atque propterea ab sancta Dei Ecclesia suscepti intelliguntur.

Id autem a vobis etiam animadverti cupimus, non

D Ibam tantum et Theodoritum ob oppugnata duodecim ea sancti Cyrilli capita fuisse ab episcopatu dejectos, verum Domnum quoque Antiochensem archiepiscopum condemnationis subiisse judicium, propterea quod scripsisset, expedire ut duodecim ea capita silentio premerentur; quod judicium in Domnum institutum, synodus Chalcedonensis, eo quoque e vivis sublato, probavit atque confirmavit. Hæc porro verissima esse, atque ita quemadmodum a nobis exposita sunt, se habere ipsemet Theodoritus testatur in epistola ad Joannem Germaniciæ episcopum hæc scribens: « Quid enim profani mentiuntur ac dicunt, nullam circa dogmata novam factam esse sectionem? propter quas cædes igitur, sive prælugia expulsus ego sum? quasnam mœchias perpetravit

κεφάλαια μὴ δεξάμενον καθεῖλον οἱ βέλτιστοι πανεύφημα ταῦτα καλέσαντες, καὶ ἐμμένειν τούτοις ὁμολογήσαντες. Ἐγὼ γὰρ αὐτῶν τὰς καταθέσεις ἀνέγνων, ἐμὲ δὲ ὡς τῆς αἱρέσεως ἔξαρχον ἀπεκήρυξαν. Ἐκ τούτων τοίνυν δείκνυται, ὅτι διὰ τὰ κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου τὰ κατὰ Νεστορίου προτεθέντα, καὶ Δόμνος, καὶ αὐτὸς Θεοδώριτος, καὶ Ἴβας, καὶ ἄλλοι τινὲς ἐξεβλήθησαν· καὶ Θεοδώριτον μέν, καὶ Ἴβαν μεταμεληθέντας, καὶ δεξαμένους τὰ μνημονευθέντα κεφάλαια, καὶ τὰ ἄλλα, δι' ἃ ἐξεβλήθησαν, ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἐδέξατο. Οἱ ἄλλοι δὲ οἱ μὴ μεταμεληθέντες οὐκ ἐδέχθησαν· ἡ δὲ Δόμνου κατάκρισις καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ ἐβεβαιώθη.

A quispiam? quænam quis sepulcra pervertit? sed notum ipsis quoque Barbaris est atque perspicuum, me cæterosque dogmatum causa fuisse dejectos. Enim vero dominum etiam Domnum, tanquam capitula non admittentem expulerunt, ea omni laude digna, optimi illi vocantes, seque in his permansuros profitentes. Me autem qui ipsorum constitutiones legerem, ut hæreseos principem abdicarunt. » Ex quibus aperte colligitur ob sancti Cyrilli capita adversus Nestorium proposita, et Domnum, et Theodoretum ipsum, et Ibam, et nonnullos præterea deturbatos sedibus suis fuisse, ac Theodoretum quidem et Ibam resipiscentes, atque memorata capitula probantes, ac reliqua omnia quorum causa suis pulsi sedibus fuerant, a sancta Chalcedonensi synodo fuisse receptos : minime vero eos qui non resipuerant : Domni vero condemnationem etiam post mortem ejus fuisse confirmatam.

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε, ὅτι τὰς Θεοδώρου βλασφημίας τὰς παρ' ἡμῶν πεμφθείσας ὑμῖν ἀναθεματίζετε, εἴ τινος ὄν ὦσιν, αὐτὸν δὲ Θεόδωρον ἀφεβάλετε ἀναθεματίσαι διὰ τὸ ἤδη προτελευτῆσαι αὐτὸν ἐν τῇ κοινωνίᾳ, ὡς λέγεται, τῶν ἐκκλησιῶν, γινώσκετε [*F. supp.* ὅτι] οἱ λέγοντες μὴ ἐξὸν εἶναι Θεόδωρον ἀναθεματίζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐπισκόποις συναριθμεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐν τῇ κοινωνίᾳ, καθὼς εἰρήκατε, τῆς ἐκκλησίας ἐτελεύτησεν, ὀφείλουσιν καὶ Ἰούδαν τοῖς ἀποστόλοις συναριθμεῖν τὸν ὡς ἐνόμισεν λαθόντα τὸν γινώσκοντα τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων Θεὸν, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων μαθητῶν κοινωνίαν δεξάμενον ἀπ' αὐτοῦ· ὅσον γὰρ ἦκεν εἰς τοὺς ταῦτα λέγοντας, μέμψεώς εἰσιν ἄξιοι καὶ οἱ ἀπόστολοι οἱ μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον ψῆφον κατ' αὐτοῦ προαγαγόντες, κατακρίναντες αὐτὸν, καὶ εἰς τόπον αὐτοῦ ἄλλον ἀντεισαγαγόντες. Καὶ πάλιν ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεταξὺ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἀναγινώσκεται, μὴ ἄρα ἐκ τούτου ἢ ὡς ἀπόστολος δέχεται, ἢ τῆς κατακρίσεως τοῦ ἀναθέματος ὤφειλεν ἐλευθερωθῆναι. Κατανοεῖτε τοίνυν ὅτι ἐκεῖνος τελευτᾷ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, ὁ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μέχρι πέρατος τῆς οἰκείας ζωῆς φυλάξας.

B Cum autem scripseritis pariter exsecrari a vobis eas Theodori blasphemias, quas ad vos ipsi transmisimus, cujuscunque illæ sint : Theodoro porro anathema dicere dubitetis, quod jam ipse sit in Ecclesiarum, ut dicitur, communione præmortuus : scitote eum qui dixerit minime Theodorum anathematizari licere, sed episcopis esse adnumerandum, ob eam causam, quod, ut asseruistis, in Ecclesiæ communione decesserit, eum pariter et Judam posse in apostolorum numerum asciscere, qui latens, et notus solum perscrutanti humana secreta Deo, fuit ab ipso cum cæteris discipulis ad communionem admissus ; nam juxta id quod sentire hæc aientes videntur, digni reprehensione sunt apostoli quoque, qui post mortem ejus, suffragio adversus ipsum lato, eum C condemnaverunt aliumque in locum ejus substituerunt. Præterea, cum nomen ipsius in sanctis Evangeliis legatur inter cæteros apostolos, non tamen idcirco, vel ut apostolus recipitur, vel exinde anathematis judicio potuit liberari. Sic igitur habete, eum in Ecclesiarum communione decedere, qui fidem catholicam ad mortem usque illibatam custodierit.

Καὶ γὰρ εἰ καὶ Μανιχαῖος, ἢ Ἀρειανὸς, ἢ Νεστοριανὸς, ἢ Εὐτυχιανιστὴς, ἢ ἄλλος οἷος οὖν αἱρετικὸς, ἢ Ἑλληνικῇ μανίᾳ κρατούμενος λάθῃ κοινωνῶν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ οὕτω τελευτήσῃ, καὶ μετὰ θάνατον ἢ ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον αἱρετικὸς εἶναι φανῇ, ὅμως οὐκ ἐκ τούτου ἡ ὀρθόδοξος βλάπτεται πίστις, ἢ ἐκεῖνος ἐλευθεροῦται τῆς κατακρίσεως, εἰ [In ed. ᾗ] ἐν τῇ εἰρήνῃ τῶν ἐκκλησιῶν λέγεται τελευτῆσαι· καὶ γενικῶς οὐδένα τῶν αἱρετικῶν θάνατος ἐκ τῆς περὶ τῆς κακοδοξίας D αὐτοῦ κατακρίσεως ἐλευθεροῖ· μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τοῦτο καταδικάζει, ὅτι ζῶν οὐ μετεμελήθη.

Enimvero, si Manichæus quispiam, vel Arianus, sive Nestorianus, vel Eutychianus, aut alius cujuscunque generis hæreticus vel Græcorum insania captus, Ecclesiæ communicans vixerit, atque hoc modo decesserit, post mortem autem vel ex scriptis ejus, vel alia quavis ratione hæreticus fuisse deprehendatur, nihil tamen catholica fides detrimenti capit, neque ipse propterea a condemnatione liberatur, quod in Ecclesiarum pace dicatur decessisse ; ac revera nequaquam interitus hæreticos a condemnationis judicio, quod perversa eorum commerita est opinatio, liberat, quinimo potius vel ob hoc ipsum, quod viventes non resipuerint, justius condemnantur.

Ὅτι δὲ οἱ αἱρετικοὶ οἱ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν μὴ μεταμεληθέντες, καὶ μετὰ θάνατον κατεκρίθησαν, ἐκ πολλῶν δείκνυται· καὶ Εὐνόμιος γὰρ, καὶ Ἀπολινάριος, καὶ Βόνωσος, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαιοτέροις χρόνοις Οὐαλεντῖνος, Βασιλείδης, Μαρκίων, καὶ Κήρινθος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ ζωῇ μὴ ἀναθεματισθέντες, μετὰ θάνατον κατεκρίθησαν, καὶ ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματίζονται, ἐπειδὴ ἐν τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ ἐτελεύτησαν ὥσπερ οἱ ἐν τῇ ἰδίᾳ ζωῇ ἀδίκως κατακριθέντες, μετὰ θάνατον ὑπὸ τῆς

Multis autem id ipsum confirmari potest exemplis, hæreticos videlicet, qui dum viverent, ad sanitatem reversi non sunt, post mortem fuisse condemnatos. Eunomius enim, et Apollinarius, et Bonosus, ac superioribus temporibus Valentinus, Basilides, Marcion, et Cerinthus, aliique permulti, qui anathematibus dum viverent, subjecti non fuerant, post mortem damnati sunt, atque ab Ecclesia catholica anathematizantur, propterea quod in suis erroribus vita functi

καθολικῆς ἐκκλησίας ἀνεκλήθησαν, τουτέστιν Ἰωάννης καὶ Φλαυιανὸς, οἱ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοποι Κωνσταντινουπόλεως· κατὰ γὰρ τὴν ὑμετέραν ἔννοιαν χρὴ τοὺς αἱρετικοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ τελευτήσαντας ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ ὀρθοδόξους τοὺς ἀδίκως κατακριθέντας, μὴ ἀνακαλεῖσθαι μετὰ τὸν θάνατον· ὅπερ πάσης ἀσεβείας πεπλήρωται.

Ὅτι δὲ ἐκκλησιαστικὴ ἐστι παράδοσις τοὺς αἱρετικοὺς καὶ μετὰ θάνατον καταδικάζεσθαι, καὶ ἀναθεματίζεσθαι, φανερὸν μὲν ἐκ τούτων ἐποιήσαμεν· πλὴν ὅμως καὶ ἐκ τῶν διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων τοῦτο δείκνυται· λέγοντες γὰρ προσήκειν ὑπὲρ ἀναπαύσεως τῶν τελευτώντων ἐλεημοσύνας παρέχεσθαι, οὕτως ἐπάγουσι· « Ταῦτα δὲ περὶ τῶν εὐσεβῶν λέγομεν· περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν, ἐὰν τὰ τοῦ κόσμου ὅλα πένησιν, οὐδὲν ὀνήσει αὐτόν· ᾧ γὰρ περιέντι ἐναντίον ἦν τὸ θεῖον, δῆλον ὅτι καὶ μεταστάντι. » Ὅποτε τοίνυν οἱ ἀπόστολοι περὶ τῶν εὐσεβῶν οὕτω διετύπωσαν, τίς εἶπει χρῆναι μετὰ θάνατον τοὺς αἱρετικοὺς, ἢ αὐτὸν μάλιστα Θεόδωρον τῆς κατακρίσεως τοῦ ἀναθέματος ἐλευθεροῦσθαι, ὃν τινα οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς χείρονα Ἰουδαίων, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Σοδομιτῶν, καὶ πάντων τῶν αἱρετικῶν βλασφημήσαντα, τούτοις συνηρίθμησαν, καὶ μετὰ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας κατέκριναν;

Ὅτι δὲ καὶ μετὰ θάνατον τοὺς αἱρετικοὺς, ὡς προείπομεν ἀναθεματίζεσθαι δεῖ, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος ἐκ τῆς τῶν Ἀφρῶν χώρας οὕτω λέγει ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Βονιφάτιον γεγραμμένῃ· « Ὁπότε κἂν ἀληθῆ ᾖ δυνατὸν δειχθῆναι τὰ παρ' αὐτῶν ἀντιτιθέντα Κεκιλιανῷ, καὶ ὑμῖν, καὶ ἀποθανόντα ἂν αὐτὸν ἀναθεματίζομεν· ἀλλ' ὅμως τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν, ἣ τις οὐ ταῖς ἀμφιλογίαις ὃ ξαις μεταβάλλεται, ἀλλὰ ταῖς θείαις μαρτυρίαις βεβαιοῦται, δι' οἷον δήποτε ἄνθρωπον καταλείπειν οὐκ ὀφείλομεν. »

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουστῖνος. Ὅμως οὐ μόνον τοὺς εἰς πίστιν ἁμαρτάνοντας μετὰ θάνατον οἱ ἅγιοι πατέρες ἀναθεματίζουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπισκόπους, τοὺς ἐν τῇ τελευταίᾳ αὐτῶν βουλήσει, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου αἱρετικοῖς συγγενέσιν, ἢ ἐξωτικοῖς καταλιμπάνοντας. Τῆς γὰρ ἐν Ἀφρικῇ συνόδου ὀγδοηκοστὸς πρῶτος κανὼν οὕτω λέγει· « Πάλιν ὡρίσθη, εἴ τις ἐπίσκοπος κληρονόμους ἐξωτικοὺς τῆς ἰδίας συγγενείας, ἢ αἱρετικούς, κἂν ἰδίους συγγενεῖς, ἢ Ἕλληνας προτιμήσει τῆς ἐκκλησίας, καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματιζέσθω, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεταξὺ τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων μὴ ἀναγινωσκέσθω, καὶ οὐδὲ ἐξαιρεῖται τῆς κατανύξεως, εἰ ἀδιάθετος τελευτήσει· ἐπειδὴ ἐχρῆν αὐτὸν ἐπίσκοπον γενόμενον μηδαμῶς ἀναβαλέσθαι τὴν τῆς ἰδίας οὐσίας διοίκησιν, ἁρμοδίαν τῷ οἰκείῳ ἐπαγγέλματι. » Εἰ τοίνυν, καθὼς ὁ ἐκκλησιαστικὸς ὥρισε κανὼν, ὑπὲρ ἰδίας οἱ ἐπίσκοποι περιουσίας μὴ ὀρθῶς διοικηθείσης, καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζονται, πόσῳ μᾶλλον ἀναθεματίζεσθαι ὤφειλον οἱ εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἁμαρτάνοντες, τῆς ἁγίας γραφῆς λεγούσης, « Ἐὰν ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον ἁμάρτῃ, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· εἰ δὲ εἰς Θεόν τις ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ;

A sunt, quemadmodum econtra ii qui injuste damnationis passi fuerant judicium, Flavianus videlicet atque Joannes, sancti Constantinopoleos archiepiscopi, post mortem sunt ab ipsa catholica Ecclesia restituti. Vestro porro judicio hæreticos qui propriis inhærentes erroribus decesserint, damnatione liberari opus est : catholicos autem injuste judicatos minime post mortem revocari ad Ecclesiæ pacem, quod quanta plenum sit iniquitate, vix dici potest.

Quibus exemplis perspicue ostendimus, Ecclesiæ esse traditione sancitum hæreticos post mortem quoque judicari posse, atque anathematibus condemnari. Cæterum ulterius adhuc idipsum ex sanctorum apostolorum Constitutionibus demonstratur validius : quo namque loci constituunt utiles esse B pro mortuorum requie eleemosynarum oblationes, sic prosequuntur: « Id autem de piis hominibus dicimus : de impiis enim etiamsi universa mundi substantia pro ipsis pauperibus distribueretur, non eis quidquam proderit : cui enim superstiti divina adversabantur, certum est etiam amoto non esse profutura. » Apostolis igitur hoc modo circa pios, qui decesserint homines, definientibus, quis statuere audeat, hæreticos post mortem, potissimum vero Theodorum ipsum, a condemnatione liberos esse oportere, quem sancti Patres, veluti Judæis, Græcis atque Sodomitis deterius blasphemantem, ipsis connumerarunt, atque una cum impietate sua condemnaverunt?

Cæterum hæreticos post mortem quoque, ut superius constituimus, esse damnandos, sanctus etiam Augustinus Africanæ cujusdam urbis episcopus in C epistola ad Bonifacium diserte tradit : « Quamvis, inquit, et si vera essent quæ ab eis objecta sunt Cæciliano et nobis possent aliquando monstrari, ipsum jam mortuum anathematizaremus ; sed tamen Ecclesiam Christi, quæ non litigiosis opinionibus fingitur, sed divinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere minime debemus. »

Hæc Augustinus. Similiter autem non modo permultos, qui adversus fidem erraverant, mortuos anathematizavit Ecclesia et sancti Patres, sed episcopos etiam qui vel in ultima sua voluntate, vel ab intestato hæreticis consanguineis, vel etiam extraneis sua bona reliquissent. Octuagesimus enim primus Africanæ synodi canon hæc habet : « Item constitutum est, ut si quis episcopus hæredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos Ecclesiæ prætulerit, etiam post D mortem ei dicatur anathema, et nomen ejus inter sacerdotes Dei non computetur ; nec excusationis illi locus sit, quod intestatus decesserit : quia utique debuit factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam in aliud tempus differre. » Si itaque, quemadmodum ecclesiastico eo canone delinitum est, post mortem quoque anathemate feriuntur episcopi ob divitias ipsas haud recte distributas, quanto justius excommunicationi subjiciendi erunt qui in Deum ipsum peccaverunt, dicente Scriptura : *Si homo in hominem peccaverit, erit qui pro ipso oret ; si autem in Deum deliquerit, quis orabit pro eo?*

Ἀκηδείξαντες δὲ ὅτι ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις ὥρισθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων χρῆναι καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι τοὺς εἴτε εἰς πίστιν, εἴτε εἰς κανόνας ἁμαρτήσαντας, ἀναγκαῖον εἶναι συνείδομεν καὶ τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις γενόμενα πᾶσι δῆλα καταστῆσαι πρὸς ἀναίρεσιν πάσης ἀφορμῆς τῶν τοὺς προφανεῖς αἱρετικοὺς, καὶ τὴν τούτων ἀσέβειαν ἐκδικούντων. Λαυρέντ ον γὰρ, καὶ Διόσκορον, τοὺς ἐν δικαίοις χρόνοις τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἱερωσύνην ὑφαρπάσαντας, εἰ καὶ μὴ εἰς πίστιν ἥμαρτον, ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ κατὰ περιδρομὴν ἐσπούδασαν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπιλαβέσθαι, μετὰ θάνατον ὁ ἀποστολικὸς θρόνος κατέκρινε, καὶ ἀνεθεμάτισεν.

A Cum autem ostenderimus fuisse præteritis temporibus a sanctis Ecclesiæ Patribus lege sancitum, post mortem etiam, eos qui vel contra fidem, vel adversus Ecclesiæ canones erraverint, anathematizari oportere : necessarium pariter esse prospicimus ea quoque quæ nostra hac ætate facta sunt omnibus manifesta constituere, ut omnis tollatur contradictio, quæ a profanorum hæreticorum, ipsorumque impietatis patrocinatoribus possit excitari. Laurentium namque et Dioscorum, qui diversis temporibus apostolici throni sanctitatem subripuerant, quanquam nihil in fide peccassent, ob idipsum tamen, quod per ambages episcopatum suscipere conati fuerant, vita jam functos apostolica judicavit sedes, atque condemnavit

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ὑμετέροις προσεθήκατε γράμμασιν, ὅτι ἐάν τις τὸν αἱρεσιάρχην ἀναθεματίσῃ, καὶ εἴπῃ κατακρίνων, καὶ τοὺς τὰ ὁμοια φρονοῦντας αὐτῷ, συμπεριλαμβάνει πάντας τοὺς ὅτε δήποτε ταῦτα φρονήσαντας· καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὴ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Φώτιον, καὶ Βόνωσον, καὶ Νεστόριον ἀναθεματίζετε, οὐκ ὀφείλετε καὶ Θεόδωρον τὸν τὰ ὅμοια ἐκείνοις φρονήσαντα ὀνομαστὶ ἀναθεματίσαι. Γενώσκετε ὅτι πρῶτον μὲν ἐκεῖνοι δίχα ὀνόματος ἀναθεματίζονται οἱ κατὰ πλάνην ἀκολουθήσαντες τοῖς αἱρεσιάρχαις, οὐ μὴν οἱ ἄλλους ἀπατήσαντες. Τοὺς γὰρ ἀρχηγοὺς τῶν αἱρέσεων καὶ ὀνομαστὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἀναθεματίζει· Θεόδωρος δὲ οὐ μόνον διδάσκαλος ἦν τῆς Νεστορίου δυσσεβείας, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς διὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἠπάτησεν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ὀρθοὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι διὰ τῶν οἰκείων ἐκθέσεων γνωρίζονται, καὶ ἐπαινοῦνται, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου πάντες οἱ τῆς κακοδοξίας ἀρχηγοὶ διὰ τῶν ἰδίων ἀσεβῶν συγγραμμάτων ἐλέγχονται, καὶ ἀναθεματίζονται. Ὁπότε τοίνυν Θεόδωρος καὶ αἱρεσιάρχης γέγονε, καὶ ἀναρίθμητους βλασφημίας ἐν τοῖς οἰκείοις βιβλίοις ἐξήμεσεν, οὐδεμίαν ἔχετε δικαίαν ἀφορμὴν πρὸς τὸ παραιτήσασθαι τὸν κατ' αὐτοῦ ἀναθεματισμόν.

B Verum cum in vestris litteris id etiam adjeceritis : si quis hæreticum anathematizaverit, et in ipsum sententiam ferens, *omnes quoque cum ipso sentientes*, adjunxerit, eum illos omnes complecti, qui quavis ratione id ipsum quod damnatur probaverint : itaque cum Paulum Samosatensem, et Photium, et Nestorium, et Bonosum condemnaveritis, minime opus esse ut Theodorum quoque eadem cum ipsis sentientem nominatim condemnetis : scitote primo quidem illos suppresso nomine anathematizari, qui hæresum auctores sunt in errore secuti, cæteros autem minime deceperunt. At vero hæresum duces et magistros Ecclesia nominatim anathematizat. Theodorus porro non modo Nestorii magister exstitit, verum etiam impiis scriptis suis permultos induxit in C errorem. Etenim quemadmodum recti Ecclesiæ doctores ex propriis doctrinis agnoscuntur atque propter ipsas commendantur, ita econtra, perversarum sententiarum auctores ex propriis ipsorum litteris redarguuntur atque anathematizantur. Cum igitur Theodorus et hæresiarches exstiterit et innumeras prope blasphemias in suis libris protulerit, nihil vobis superest causæ cur anathema in ipsum dicere detrectetis.

Περὶ δὲ τῆς ἐκθέσεως τῆς πίστεως, ἣν τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐνεθήκατε, εἰ καὶ πολλὰ εἴχομεν μέμψασθαι, ἀλλ' οὖν ὅπως διὰ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν καὶ ἁπλότητα τοῦτο παραλείπειν τέως δεῖν ἐνομίσαμεν, ἔν τισι γὰρ ἀνσφαλῶς ἐγράψατε. Ἔν τισι ῥήματα τεθείκατε, μηδὲ ταῖς θείαις γραφαῖς, μηδὲ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐγνωσμένα· ἐν ἄλλοις δὲ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας τόγε εἰς ὑμᾶς ἦκον κατεδικάσατε. Πρὸς τούτοις δὲ καί τινα εἰς D τὴν ὀρθόδοξον συντείνοντα πίστιν παρελείψατε. Ὅθεν χρὴ ὑμᾶς κατὰ τὴν παραίνεσιν τῶν ἁγίων πατέρων ἢ γινώσκοντας λαλεῖν, ἢ ἀγνοοῦντας σιωπᾷν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπισταμένων διδάσκεσθαι.

Circa fidei vero expositionem, quam vestris litteris inseruistis, etsi multa sint de quibus nobis vobiscum esset conquerendum, nihilo tamen minus id totum ignorantiæ simplicitatique condonari oportere existimavimus. Alicubi namque versate scripsistis, alicubi verbis usi estis, neque in sacris litteris, neque a sanctis Ecclesiæ Patribus unquam adhibitis; alibi Ecclesiæ doctores ipsos, juxta quod vobis visum est, condemnastis, atque adhuc quemdam ad orthodoxam fidem omnino pertinentem silentio præteristis. Quapropter oportet vos, juxta sanctorum Patrum admonitionem, vel scientes loqui, vel si ignari estis, tacere, atque ab doctis et scientibus erudiri.

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε ἡμῖν, πῶς ὀφείλομεν τοῖς Αἰγυπτίοις ἀποκρίνασθαι, θαυμάζομεν ὑμᾶς, ὅτι τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ἐκείνην καὶ Θεόδωρον, καὶ Νεστόριον, καὶ τὴν κακοδοξίαν τὴν αὐτῶν ἐκδικοῦντες, ἡμῖν παραινεῖν ἐπιχειρεῖτε, τί ὀφείλομεν ἄλλοις ἐναντίοις τῆς ἐκκλησίας ἀποκρίνασθαι. Εἰ γάρ τις τοῖς παρ' ὑμῶν γραφεῖσι συνιέσει (sic), οὐδὲν ἕτερον παραινέσει τοῖς Αἰγυπτίοις, ἢ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον τοὺς αἱρετικοὺς δέξασθαι, καὶ

Jam vero cum scripseritis, quemadmodum Ægyptiis respondere debeamus, miramur quidem, vos scilicet qui impiam eam epistolam, Theodorum, Nestorium, perversasque eorum sententias defenderitis, nunc commonere nos instituisse, quid sit a nobis aliis Ecclesiæ hostibus respondendum. Siquidem si ea quæ scripta a vobis sunt quis consideraverit, nihil aliud Ægyptios hortabitur, quam ut Nestorium

πάντας τοὺς ἁγίους πατέρας καταδικάσαι, τοὺς κατακρίναντας ἐκείνους τε καὶ τὴν αὐτῶν ἀπιστίαν, καὶ πρὸς τούτοις ἐξ ἑτέρας πλάνης εἰς ἄλλην ἐμπεσεῖν, ὁπότε ἡμῖν ἐγράψατε ἀποκρίνασθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς ἐκκλησίας, καλὴν καὶ ὀρθόδοξον εἶναι τὴν μυσαρὰν ἐκείνην ἐπιστολήν.

Σπουδάσατε τοίνυν πρῶτον μὲν ὑμᾶς αὐτοὺς διορθώσασθαι, καὶ οὕτως ἄλλους διδάξαι. Εἴ τις γὰρ ἢ Θεόδωρον, ἢ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολήν, ἢ τὰ Θεοδωρίτου συγγράμματα τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐκτεθέντα ἐκδικεῖ, τοῖς αἱρετικοῖς ἑαυτὸν συναριθμῶν, ἀλλότριον ἑαυτὸν ποιεῖ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἧς κεφαλή ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὗ τινος ὑμᾶς αὐτοὺς χωρίζετε, τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν καὶ Θεόδωρον ἐκδικοῦντες· καὶ διὰ τοῦτο προσῆκόν ἐστιν ὑμᾶς τῆς ἀσεβείας τῆς ἐπιστολῆς, καὶ τοῦ ἐκδικεῖν Θεόδωρον τὸν οὕτω προφανῶς αἱρετικὸν ἀποσχέσθαι. Εἰ γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Παῦλος κωλύει, τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος, τοῦτο δὲ ἐκ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων καλεῖσθαί τινα, καὶ ἐπιτιμᾷ τοῖς λέγουσιν, ἐγὼ μὲν.....

Οὐκ ὀλίγα ἐλλείπουσι.

A Theodorumque hæreticos suscipiant, universosque sanctos Patres rejiciant, qui ipsos eorumque infidelitatem condemnaverunt : atque adeo ex uno in alium incidant errorem ; cum ad nos scribentes ut hostibus Ecclesiæ responderemus abominabilem eam epistolam orthodoxam appellare non dubitaveritis.

Nitimini itaque primum vosmetipsos corrigere, post autem cæteros docere : si quis enim vel Theodorum, vel dictam Ibæ epistolam, vel Theodoreti scripta adversus rectam fidem proposita defendit, hæreticis is annumeratur, et ab Ecclesia catholica alienus efficitur, cujus caput est Unigenitus Dei Filius, Deus et Dominus noster Jesus Christus, ab cujus Ecclesia impia ea epistola separatur, et Theodori patrocinatores. Itaque expedit vobis ab impiæ illius B epistolæ, Theodorique defensione cessare. Si enim Paulus apostolus prohibet aliquid suo, aliquid cæterorum apostolorum nomine vocari, eosque objurgat, qui dicebant : « Ego sum Pauli, ego autem Cephæ, etc. »

Non pauca desiderantur.

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΜΟΥ, ΣΕΥΗΡΟΥ, ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΖΩΑΡΑ.

—

CONSTITUTIO SACRA

JUSTINIANI IMPERATORIS

CONTRA

ANTHIMUM, SEVERUM, PETRUM ET ZOARAM.

(Mansi *Concil.*, tom. VIII.)

—

Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Φλάβιος Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Οὐανδαλικὸς, Ἀφρικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος Αὔγουστος, Μηνᾷ πατριάρχῃ.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, imperator Cæsar Flavius Justinianus, Alemanicus-Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africus, Pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper Augustus, Mennæ patriarchæ.

Πρᾶγμα οὐκ ἄηθες βασιλεία καὶ ἡμεῖς πράττοντες, ἐπὶ τὸν παρόντα ἐληλύθαμεν νόμον. Ὁσάκις γὰρ ἡ τῶν ἱερέων ψῆφός τινας τῶν οὐκ ἀξίων τῆς ἱερωσύνης τῶν ἱερατικῶν κατεβίβασε θρόνων, ὁποῖον δὴ Νεστόριόν τε, καὶ Εὐτυχῆ, Ἄρειόν τε, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Εὐνόμιον, καὶ ἄλλους δή τινας εἰς κακίαν οὐκ ἐλάττους ἐκείνων, τοσαυτάκις ἡ βασιλεία σύμψηφος γέγονε τῇ τῶν ἱερέων αὐθεντίᾳ, ὥστε τὰ θειότερά τε, καὶ ἀνθρώπινα συνδραμόντα μίαν συμφωνίαν ταῖς ὀρθαῖς ποιήσασθαι ψήφοις. Ὁποῖον δή τι καὶ ἔγκλημα γενόμενον περὶ Ἄνθιμον ἴσμεν, ἀπελαθέντα μὲν τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως θρόνου παρὰ Ἀγαπητοῦ τοῦ τῆς ὁσίας καὶ ἀοιδίμου μνήμης προέδρου γεγονότος τῆς κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, οἷά τε κατὰ μηδένα τρόπον αὐτῷ προσήκοντι παρὰ πάντας τοὺς εὐκύκλους κανόνας ἐπεισπηδήσαντα θρόνῳ, κοινῇ δὲ ψήφῳ τοῦ τε αὐτοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἀνδρὸς πρότερον, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐνταῦθα γενομένης ἱερᾶς συνόδου καταδεδικασμένον τε, καὶ καθῃρημένον, διότι τῶν ὀρθῶν ἀπεφοίτα δογμάτων, καὶ οἷς πρότερον πολλαχόθεν ἐφαίνετο στέργων, ταῦτα ὕστερον διαφόροις ἀπέφευγε περινοίαις, προσποιούμενος μὲν ταῖς τέσσαρσιν ἁγίαις συνόδοις ἀκολουθεῖν, τῇ τε τῶν τν' Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, τῇ τε τῶν ρ' καὶ ν' τῶν ἐν ταύτῃ τῇ εὐδαίμονι πόλει, τῇ τε τῶν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρῶτον συναχθέντων σ', τῇ τε τῶν θεοφιλῶν Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι χλ'. Οὐ μὴν τοῖς τούτων δόγμασι κατακολουθῶν, οὔτε τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν συγκατάβασιν, ἣν διὰ τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν ἔχομεν, προσδέξασθαι βουληθείς, οὐδὲ ἀποκηρύξαι καὶ αὐτὸς τοὺς τῶν ἀσεβῶν δογμάτων ἀρχηγοὺς τοὺς ὑπὸ τῶν προτέρων ἁγίων ἐκβεβλημένους συνόδων· ἀλλ' οἰόμενος χρῆναι καὶ τῶν κατὰ ταυτὸν καὶ ἐν ἴσῳ τοὺς καταδεδικασμένους, τούς τε κατοδικάσαντας ἄγειν. Ἅπαξ γὰρ ταῖς ἀλλοτρίαις τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐννοίαις κατανδραποδισθείς, καὶ τῶν ὀρθῶν ἀλλοτριωμένος δογμάτων, εἰκότως εἰς τὴν αὐτῶν οὐκ ἴσχυσεν ἐπανελθεῖν ὀρθότητα, καὶ ταῦτα παρ' ἡμῶν καὶ προτραπείς καὶ ὁδηγηθείς, πᾶσι χρησαμένων σπουδῇ, πρὸς τὴν σωτηρίαν τὴν αὐτοῦ.

Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα, τὴν γενομένην ἐπ' αὐτῷ τῆς καθαιρέσεως ψῆφον παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, προφάσει τῆς τε οὐ θεμιτῆς, οὐδὲ ὑπὸ τῶν ἁγίων κανόνων μαρτυρουμένης τῶν τῆς βασιλίδος ταύτης ἱερατικῶν θρόνων ἁρπαγῆς, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ὀρθῶν τε καὶ ἀληθῶν δογμάτων ἐκτροπῆς, κυρίαν ἡ ἡμετέρα τίθεται βασιλεία, καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν παρόντα γράφει νόμον. Ἀπαγορεύομεν δὲ αὐτῷ καὶ τῆς κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς διατριβῆς, καὶ πάσης ἑτέρας τῶν ἐπισήμων πόλεων, θεσπίζοντες ἐφ' ἡσυχίας εἶναι, καὶ τούτοις στέργειν, οἷς ἑαυτὸν ἀξίως ὑπέθηκε, καὶ μήτε τισὶν ἐπικοινωνεῖν, μήτε ἐκδιδάζειν αὐτοὺς τὴν τῶν ἀπηγορευμένων δογμάτων ἀπώλειαν. Οὐ μὴν οὐδὲ τὴν δικαίως ἐξενεχθεῖσαν κατὰ Σευήρου ψῆφον, τὴν ἐκ πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν ἀρχιερατικῶν τε, καὶ πατριαρχικῶν, μετὰ τῆς μοναχικῆς συναινέσεως προελθοῦσαν θρόνων, τὴν τὸν ἀναθεματισμὸν ἐπάγουσαν αὐτῷ, βασιλικῆς ἔξω καταλιμπάνομεν ἐπικυρώσεως, ὃς πρότερον παρὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς καταλαβὼν τὸν θρόνον τῆς Θεουπολιτῶν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, οὕτω συνετάραξεν ἅπαντα, οὕτω μεταπεποίηκε ταραχῆς, ὡς κοινόν τινα καὶ ἀκήρυκτον

A CAPUT PRIMUM. — Rem non insolitam imperio et nos facientes, ad præsentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit (quemadmodum Nestorium, Eutychem, Arium, Macedonium, et Eunomium, ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis), toties imperium ejusdem sententiæ et ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit. Sicque divina et humana pariter concurrentia unam consonantiam rectis sententiis fecere : quemadmodum et nuper factum esse circa Anthimum scimus, qui quidem dejectus est de sede hujus regiæ urbis a sanctæ et gloriosæ memoriæ Agapito sanctissimæ ecclesiæ antiquæ Romæ pontifice ; eo quod nullo modo sibi ipsi convenienti (contra omnes sacros canones) se B intruserat sedi, sed et communi sententia ipsius sanctæ memoriæ viri primum, atque etiam sacræ synodi hic celebratæ condemnatus et depositus fuit, eo quod a rectis dogmatibus recessit ; et quæ prius multoties diligere videbatur, hæc demum diversis lustrationibus [fraudibus] fugit ; simulans sequi sanctas quatuor synodos (trecentorum videlicet decem et octo Patrum in Nicæa, et centum quinquaginta in hac felici civitate ; et in Epheso primo congregatorum ducentorum, et sexcentorum triginta venerabilium Patrum in Chalcedone). At quidem nec istorum dogmata sequi, nec nostram clementiam et condescensum, quem propter ipsius salutem habebamus, suscipere voluit ; neque ipse abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius a sanctis synodis C expulsi fuerant ; sed putavit oportere secundum ipsum et in æquali ducere et condemnatos, et condemnatores. Nam semel alienis a sanctissima Ecclesia intellectibus mancipatus, et a rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipsorum rectitudinem reverti non valuit, etiam ad hæc invitatus a nobis et directus, qui omni studio usi sumus ad ipsius salutem.

Propter hæc igitur omnia, sententiam depositionis in ipsum a sancta synodo factam occasione non liciti, neque a sanctis canonibus approbati raptus sacrarum sedium hujus regiæ urbis, et aversionis a rectis et veris dogmatibus, firmam nostrum reddit imperium, et contra istum præsentem scribit legem. Interdicimus autem et ei commorari in hac felici D civitate et ejus districtu, ac in quacunque alia insigni civitate, sancientes in quiete esse, et iis contentum esse, quibus seipsum merito obnoxium reddidit ; et non aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum. Nec utique extra imperialem confirmationem relinquimus sententiam juste contra Severum latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) pontificalibus et patriarchalibus (una cum monachicis consensibus) provenientem sedibus, et anathematismum ipsi inferentem : qui prius contra sacras sanctiones accipiendo sedem sanctissimæ ecclesiæ Theopolitanorum, sic universa conturbavit, sicque accumulatas turbationes fecit, ut commune quoddam ac abominabile bellum sanctis-

simis Ecclesiis ad invicem immitteret. Et hoc etiam a sceptris quæ ante nos fuerunt contra ipsum scriptum erat, variis dogmatum et a rectitudine alienatis fraudibus et commentis ac blasphemiis usum fuisse, ac universa conturbasse, et illum quemcunque errorem abominabilium hæresiarcharum et in quorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus, et Eutychis; et cum uterque horum præceptorum contrarii quodammodo invicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem tendant, etiam illorum divulgatos sermones, eum in unum formavisse. Duobus enim existentibus dogmatibus ad invicem repugnantibus, quorum utrumque similiter ad animæ perditionem adducit, Nestorii videlicet et Eutychis (quemadmodum dicendo narravimus) qui ex Arianorum et Apollinarii contagione consistunt; ipse paradoxum quid perpessus in utrumque similiter incidit: et ibi quidem illud mittendo, seipsum et sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum. Sit itaque et ipse sub prædicto anathematismo, quem universus patriarchalis, pontificalis, ac monachicus nostræ, ut ita dicamus, reipublicæ cœtus juste in ipsum induxit: de Theopolitana quidem Ecclesia ejectus, idcirco quod thronus illius ipsum removit, eo quod ipsius principatum recte non acceperat, sed adhuc vivente eo, et in sanctissimis Ecclesiis commemorato, qui ante ipsum sacerdotium habebat, et propter eum qui post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat. Nec vero progressus huc usque substitit, sed et sub communi orthodoxæ ac catholicæ Ecclesiæ anathematismo positus, multis libris, blasphemiisque et abominationibus nobis rempublicam implevit. Quare universis interdicimus aliquid de libris ipsius possidere. Et sicut non licet Nestorii libros scribere, vel possidere (quia prædecessoribus nostris imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his quæ dicta et scripta sunt a Porphyrio in Christianos), sic nec dicta et scripta Severi maneant penes aliquem Christianum, sed sint profana et aliena ab Ecclesia catholica, igneque comburantur a possidentibus, nisi qui ipsa habent, velint periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem scribentium, sciendo quia amputatio manus his qui scripta ejus scripserint, pœna erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. Similiter autem et huic interdicimus omnino regiam civitatem ingredi, aut districtum ejus, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine et in silentio sedere, et non corrumpere cæteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, et non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis conturbare sanctissimas Ecclesias festinet.

Cap. II. — Sed nec Petrum episcopum Apamiæ, et simul ab ipsis, a quibus Severus, sub prædicto anathemate positum, imperium admittit, sed sint valida quæ contra ipsum fuere statuta. Et qui sub communi anathematismo positus est, sub ipso esto;

A ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐμβαλεῖν πρὸς ἀλλήλας πόλεμον, καὶ τοῦτο καὶ τοῖς πρὸ ὑμῶν σκήπτροις πρὸς αὐτὸν γεγράφθαι, ποικίλαις μὲν δογμάτων καὶ ἀπηλλοτριωμέναις τῆς ὀρθότητος περινοίαις τε, καὶ βλασφημίαις χρησάμενον, ἅπαντα δὲ συνταράξαντα, καὶ μόνον τῶν τῆς ἑκατέρου τῶν αἱρεσιαρχῶν πλάνης βδελυρῶν τε, καὶ ἀνοσίων δογμάτων ἀντεχόμενον, Νεστορίου τε, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ τῶν ἑκατέρου τούτων καθηγεμόνων ἐξ ἐναντίας μέν πως εἶναι δοκούντων ἀλλήλοις, πρὸς ἓν δὲ τέλος τῆς ἀσεβείας ἐπειγομένων, καὶ τοὺς ἐκείνων χαρακτηριστικοὺς ἐντυπωσάμενον λόγους. Δυοῖν γὰρ ὄντων ἐναντίων ἀλλήλοις δογμάτων, ὧν ἑκάτερον ὁμοίως εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν ἄγει, τοῦ Νεστορίου, τοῦ τε Εὐτυχοῦς, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ἅπερ ἐκ τῶν Ἀρειανῶν, καὶ τῶν Ἀπολιναρίου συνίστη μιασμάτων, αὐτός τι παράδοξον παθών, ὁμοίως εἰς ἑκάτερον ἐμπέπτωκε. Καὶ πῇ μὲν τοῦτο, πῇ δὲ ἐκεῖνο πρεσβεύων, κοινὸν ἑδοξε δοχεῖον ἑαυτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους τῶν τηλικούτων πλημμελημάτων καταστῆσαι. Ἔστω τοίνυν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τὸν εἰρημένον ἀναθεματισμὸν, ὃν ἅπαν τὸ πατριαρχικόν τε, καὶ ἱερατικὸν, καὶ μοναχικὸν τῆς ἡμετέρας, ὡς εἰπεῖν, πολιτείας σχῆμα δικαίως ἐπήγαγεν αὐτῷ, τῆς μὲν Θεουπολιτῶν ἐκβεβλημένος, διότι περ αὐτὸν ὁ κατ' ἐκείνην ἀπεσείσατο θρόνος, οἷα μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς αὐτῆς ἐπειλημμένον, ἀλλ' ἔτι ζῶντός τε καὶ ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἀνακηρυττομένου, τοῦ πρὸ αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην ἐσχηκότος, παρὰ δὲ τοῦ μετ' αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης ἐκπεπτωκότος· οὐ στάντα δὲ μέχρι τούτου μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑπὸ κοινὸν ἀναθεματισμὸν τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας γενόμενον, καὶ πολλῶν ἡμῖν βιβλίων, B βλασφήμων τε, καὶ ἀπηγορευμένων ἐμπλήσαντα τὸ πολίτευμα. Ὥστε καὶ ἀπαγορεύομεν ἅπασι τῶν αὐτοῦ τι κεκτῆσθαι βιβλίων. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἔξεστι τὰ Νεστορίου γράφειν, ἢ κεκτῆσθαι βιβλία, διότι τοῖς πρὸ ἡμῶν αὐτοκράτορσιν, ἐν ταῖς ἑαυτῶν διατάξεσιν, ἔδοξε τοῖς παρὰ Πορφυρίου κατὰ Χριστιανῶν εἰρημένοις ὅμοια καθιστάναι, οὕτω μήτε τὰ Σευήρῳ ῥηθέντα τε. καὶ γραφέντα μενέτω παρά τινι Χριστιανῷ, ἀλλ' ἔστω βέβηλα, καὶ ἀλλότρια τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, πυρί τε φλεγέσθω παρὰ τῶν κεκτημένων, εἰ μὴ βούλονται κινδυνεύειν οἱ ταῦτα ἔχοντες. Γραφέσθω τε παρὰ μηδενὸς τὸ λοιπὸν, μηδὲ τῶν εἰς κάλλος, μηδὲ τῶν εἰς τάχος γραφόντων, μηδὲ ἄλλου τινὸς τῶν πάντων, εἰδότος ὡς ἀποκοπὴ χειρὸς ἔσται τοῖς τὰ ἐκείνου γράφουσιν ἡ ποινή. Οὐδὲ γὰρ βουλόμεθα καὶ τῷ λειπομένῳ χρόνῳ τὴν ἐξ ἐκείνων ἐπισύ- D ρεσθαι βλασφημίαν. Ὁμοίως δὲ δὴ καὶ τοῦτον παντοίως ἀπαγορεύομεν τῆς βασιλίδος ἐπιβαίνειν πόλεως ἢ περιοικίδος αὐτῆς, ὅλης τε τῶν ἐπισημοτέρων τινὸς, ἀλλ' ἐν ἐρημίᾳ τινὶ, καὶ ἡσυχίᾳ καθῆσθαι, καὶ μὴ διαῤῥεῖν ἑτέρους, μηδὲ εἰς βλασφημίαν αὐτοὺς προάγειν, μηδὲ ἀεί τι καινὸν ἐξευρίσκειν κατὰ τῶν ἀληθῶν δογμάτων, δι' οὗ πάλιν ἡμῖν συνταράξαι τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας σπεύσειεν.

Οὐ μὴν οὐδὲ Πέτρον τὸν Ἀπαμείας γενόμενον ἐπίσκοπον, καὶ ἅμα μὲν καθηρημένον, ἅμα δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐφ' οἷς Σευῆρος ὑπὸ τὸ εἰρημένον ἀνάθεμα γενόμενον, ἡ βασιλεία προσίεται, ἀλλ' ἔστω κυρία καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ ψηφισθέντα. Καὶ ὑπὸ τὸν κοινὸν ταχθεὶς ἀναθεματισμὸν,

ὑπ' αὐτὸν ἔστω, τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἀρχιερέων προελθούσης ἐπ' αὐτοῖς ψήφου κυρίας διαμενούσης. Οὐκ ἐφιέμεν δὲ οὐδὲ ἐκείνῳ ταύτην οἰκεῖν τὴν βασιλίδα πόλεν, ἢ τὴν αὐτῆς περιοικίδα, ἢ τινα τῶν σεμνοτέρων, ἀλλ' ὧν ἠκολούθησε τῇ πλάνῃ, τούτων μιμείσθω καὶ τὴν δίαιταν, ἀπωκισμένος ὅτι ποῤῥωτάτω, καὶ κρύπτων ἑαυτὸν, ὡς τοῖς γε τοιούτοις τὸ κρύπτεσθαι μᾶλλον τοῦ φαίνεσθαι λυσιτελέστερον. Ἀφανεῖς μὲν γὰρ ὄντες ἑαυτοὺς καταβλάψουσι μόνους· δημοσιεύοντες δὲ τὰ ἑαυτῶν δόγματα πολλοῖς τῶν ἀφελεστέρων ἀφορμὴν ἀπωλείας παρέχουσιν, ὅπερ κατ' οὐδένα γίνεσθαι τρόπον ἐν τῇ Χριστιανικῇ τοῦ Θεοῦ ποίμνῃ, καὶ τῷ ὀρθοδόξῳ λαῷ δίκαιόν ἐστιν, οὐδὲ παρὰ τῆς βασιλείας συγχωρούμενον.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Ζωόραν ἠξίωσαν ὅλως ὑπὸ ἀναθεματισμὸν οἱ σεβασμιώτατοι, καὶ τὰ δίκαια κρίναντες ἐπίσκοποι ποιήσασθαι, μικράν τινα παρενθήκην τῶν τοιούτων ὄντα κακῶν, ἐν οἷς ἠτίμωσται, τὸ γοῦν ὅλως τυχεῖν τινὸς εὐπορήσαντα μνήμης, ἔστω καὶ Ζωόρας τῆς πονηρᾶς ταύτης μερίδος, Ἀνθίμου τε, καὶ Σευήρου, καὶ Πέτρου φαμὲν παρενθήκη τις εὐτελὴς, καὶ ἐν τοῖς ἀνατεθεματισμένοις καὶ αὐτὸς τετάχθω τῆς ἱερατικῆς αὐτὸν κατενεγκούσης ψήφου, ἣν κυρίαν καὶ αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὖσαν. κυριωτέραν ἔτι μᾶλλον ἡ βασιλεία ποιεῖ, καὶ τοῦτον ἐξελαύνουσα τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως, καὶ τῆς αὐτῆς περιοικίδος, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν πόλεων οἴκησιν αὐτῷ παντοίως ἀπαγορεύουσα. ὥστε μετ' ἐκείνων μόνων οἰκεῖν τε, καὶ βουλεύεσθαι τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων, ὁμοια μὲν βλασφημούντων, ὁμοια δὲ καὶ παθόντων, ὁμοίως δὲ καὶ περιωρισμένων. Εἰ δέ τι καὶ ἕτερον τῇ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων περιέχεται ψήφῳ τῇ τοὺς προειρημένους καθαιρούσῃ τε, καὶ ἀναθεματιζούσῃ, κύριον δὲ καὶ τοῦτο τεθέμεθα, καὶ τοῖς θείοις, καὶ βασιλικοῖς ἡμῶν αὐτὸ νόμοις ἐπικυροῦμεν, ὡς ἂν εἰ παρὰ τῆς βασιλείας αὐτῆς προελθὸν ἐτύγχανεν. Εἰ δέ καὶ τις αὐτῶν ἁλοὶη τὸ λοιπὸν πράττων τι παρὰ τὰ διατετυπωμένα, ἴστω καὶ τοῖς βασιλικοῖς ὑποπεσούμενος νόμοις, οἳ τὰς ἐλάττους τῶν ποινῶν ἐκκλίνοντες, εἰς μείζους ἐμβάλλουσι τὰς ἀγανακτήσεις. Ἀπαγορεύομεν δὲ καὶ παντὶ τῷ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ διασπᾶν ἐπιχειροῦντι, εἴτε κατὰ τὴν Νεστορίου τοῦ φρενοβλαβοῦς ὑφήγησιν, εἴτε κατὰ τὴν ἀνόητον Εὐτυχοῦς παράδοσιν, εἴτε κατὰ τὴν Σευήρου βλασφημίαν ταυτὰ κἀκείνοις νοήσαντος, εἴτε τῶν ἐκείνοις ἀκολουθούντων ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις ταραχὰς ἐμβάλλειν, καὶ φλέγγεσθαί τι περὶ πίστεως· ἀλλὰ θεσπίζομεν ἕκαστον τῶν τοιούτων τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ μηδὲ συγκαλεῖν εἰς ἑαυτόν τινας, μήτε προσιόντας δέχεσθαι, ἢ παραβαπτίζειν θαῤῥεῖν· ἢ τὴν ἱερὰν κοινωνίαν ῥυπαίνειν, καὶ ταύτης μεταδιδόναι τισὶν, ἢ τὰς ἀπηγορευμένας διδασκαλίας ὑφηγεῖσθαι, ἢ ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλίδος ἡμῶν πόλεως, ἢ ἐφ' ἑτέρας, ἀλλ' ὑφορᾶσθαι πάντα κίνδυνον, εἴ τι τοιοῦτον πράξαιεν. Ἀπαγορεύομεν δὲ καὶ πᾶσι τούτους ὑποδέχεσθαι. Ἀπελαύνειν μὲν οὖν θεσπίζομεν αὐτοὺς τῶν ὑπ' αὐτῶν ταραττομένων πόλεων, εἰδότας τὰς ποινὰς, τὰς ταῖς θείαις ἡμῶν ἤδη περιεχομένας διατάξεσιν, αἵπερ καὶ τὰς οἰκίας αὐτὰς, ἐν αἷς τοιοῦτόν τι πράττεται, καὶ τὰ χωρία ἐξ ὧν τὰς ἀποτροφὰς χορηγοῦνται, ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις προσκυροῦσι, τῶν μὲν κεκτημένων ἀφαιρούμεναι, δύτι βλάβης αἰτία τοῖς ἁπλουστέροις γίνεται, ὑπὸ δὲ τὰς ἁγιωτάτας καὶ ὀρθοδόξους Ἐκκλησίας

A et sententia sanctissimorum pontificum, quæ ipsum prævenit, firma permaneto. Neque vero permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipsius districtum, vel aliquam de insignibus; sed quorum secutus est errorem, horum imitetur victus rationem, quam longissime absredens et occultans seipsum; nam talibus occultari, quam videri utilius est. Ignoti etenim existentes, se ipsos lædunt solos: publicantes vero sua dogmata, multis ex simplicioribus occasionem perditionis præbent; quod nullo modo fieri in Christiano ovili Dei et orthodoxo populo æquum est, neque ab imperio permissum est.

Cap. III. — Quoniam vero et Zoaram dignum penitus judicarunt sub anathematismo esse reverendissimi, et qui justa judicant episcopi (cum parva B quædam talium malorum interpositio sit), et in quibus dehonestatus est, omnia videlicet comprehendo ex memoria quadam abundanti; sit et Zoaras interpositio quædam parva hujus malæ partis (Anthimi dicimus et Severi ac Petri), et numeretur ipse quoque inter anathematizatos, sacra sententia ipsum dejiciente: quam firmam et ipsam ex seipsa existentem, adhuc firmiorem imperium reddit: et hunc de hac regia urbe et ejus districtu abjicit, et habitationem in aliis civitatibus ipsi omnino interdicit; itaque cum illis solis habitet et consultet qui a nobis ante memorati sunt: qui similia quidem blasphemant, similia vero patiuntur, et similiter in exilium mittuntur. Si quid vero aliud in sententia C sanctissimorum episcoporum continetur, quæ prædictos deponit, et anathematizat, hoc firmius reddimus et divinis, ac imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio ipso provenisset. Si vero aliquis ipsorum deprehendatur de cætero facere aliquid præter constituta, sciat se incidisse in leges imperiales, quæ minores pœnas declinantes, ad majores immittunt indignationes. Interdicimus autem et omnibus conantibus catholicam Dei Ecclesiam divellere (sive secundum Nestorii hæretici doctrinam, sive secundum insensati Eutychis traditionem, sive secundum blasphemiam Severi, qui et similia illis intellexit, aut eorum qui illos sequuntur), seditionem immittere sanctissimis Ecclesiis, et loqui aliquid de fide; sed sancimus quemlibet talium quietum esse, D et non convocare aliquos ad se, neque accedentes recipere, aut perperam baptizare audere, aut sacram communionem sordidare, et ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere sive in hac nostra regia, sive in alia civitate; sed omne periculum reformidare, si quid tale faciat. Interdicimus etiam omnibus, ne istos suscipiant. Abjici ergo ipsos sancimus de civitatibus ab ipsis concitatis, scientes pœnas jam contentas in nostris divinis constitutionibus, quæ et domos ipsas, in quibus tale quid fit, et campos ex quibus nutrimenta præbentur, sanctissimis Ecclesiis assignant, et a possidentibus auferunt, quia detrimenti causa fit simplicioribus; sanctissimis vero et orthodoxis Ecclesiis hæc juste subjiciunt

Hæc pro communi pace sanctissimarum Ecclesiarum statuimus, hæc decernimus, sequentes sanctorum Patrum dogmata, ut omne sacerdotium imperturbatum de cætero nobis permaneat. Quo in pace servato, reliqua nobis exuberabit respublica desuper pacem habens : quam omnibus magnus Deus et Salvator noster Jesus Christus Trinitatis unus, unigenitus Dei Filius prædicat , ac donat [*Al.*, præbeat ac donet] his qui sincere ipsum et vere glorificare ac adorare digni habiti sunt.

Fastuosus et superciliosus homo, ne ut taurus alticornis elevetur, sed animadvertens carnis subsistentiam, sedare debet cordis tumorem. Nam B etsi factus est princeps in terra, nec tamen ignoret sese ortum ex terra, cum ex pulvere ad solium conscendere, atque in pulvere tandem descendere possit.

CAP. LXXII.

Studeto semper, invictissime imperator : et sicuti scalas qui scandunt, non prius desistunt, aut ad superiora ferri desinunt, quam ad supremum perveniant gradum, ita tu quoque assidue incumbe, ut ad honesta ascendas : sic fiet ut cœlesti quoque regno aliquando perfruaris. Quod utinam et tibi tribuat et conjugi, Christus rex omnium et qui regnant, et qui regnantur, in sæcula. Amen.

ANNO DOMINI DCX.

LEONTIUS

BYZANTINUS SEU HIEROSOLYMITANUS

—

NOTITIA.

(GALLAND. *Vet. Patrum Bibliotheca*, t. XII, p. XXX.)

—

I. Leontius Byzantinus, professione primum scholasticus, qui scilicet, ut videtur, advocati munere functus causas civiles in foro Byzantino agitaret : postmodum vero, curis forensibus abdicatis, monasticum institutum in Palæstina professus existimatur. Hinc fortasse nonnullis in codicibus mss. Hierosolymitanus dicitur, quod Novæ Lauræ cœnobium ab Hierosolymis haud procul abesset. Neutiquam tamen confundendus, ut Canisio (1) et Caveo (2) placuit, cum altero Leontio qui Origenistarum et Nestorianorum unus e primipilis fuit, de quo plura Cyrillus Scythopolitanus (3). Fuit quidem aliquando ex Nestorianorum cœtu et noster Leontius, in eam impietatem hæreticorum insidiis abreptus, cum esset adhuc adolescens; sed adfuit illi superna gratia, quæ ex eo barathro eum eripuit, ut ipsemet profitetur (4); at vero alter qui sub Justiniano vixit, ad mortem usque impiæ sectæ adhæsisse comperitur, a comitatu propterea beati Sabæ jam diu abscissus, ut auctor est laudatus Cyrillus (5). Porro Leontius de quo hic sermo, ex iis quæ ipse litteris tradidit, sæculo VI

(1) Canis. *Thes. Canis.* tom. I, pag. 529.
(2) Cav. *Hist. litter.* tom I, pag. 543.
(3) Cyrill. *Vit. S. Sabæ*, cap. 78, apud Coteler. *Eccl. Gr. Monum.* tom. III, pagg. 344 seqq.
(4) Leont. lib. III *Contr. Nestorian.* infra.
(5) Cyrill. l. c. pag. 345.

desinente vel VII ineunte claruisse dignoscitur. Primum namque præsulum Alexandrinorum, non autem Constantinopolitanorum, ut memoriæ lapsu ait Vossius (6), seriem contexens (7), desinit in Eulogium, qui, postquam annos 27 in episcopatu transegisset, anno demum Christi 607, Phocæ imperatoris 6, e vivis excessit, ut superius docuimus (8). Deinde vero Philoponi mentionem injicit velut fato functi (9); quod quidem non ante annum 510 contigisse duxit Fabricius (10), licet postea sententiam mutavit, testimonio ex ipsius Philoponi scriptis desumpto (11); quod et nobis post eum paulo ante animadversum (12). Quo autem tempore obierit noster auctor, viris eruditis discutiendum relinquimus.

II. Complura scripsit Leontius, quorum alia jam edita prostant, alia necdum in lucem emissa. Prodiit primum Basileæ anno 1578, G. L. liber *De sectis*, in decem πράξεις sive *Actiones* distributus, interprete Joanne Leunclavio : deinceps excusus tum in tom. I *Auctarii Bibliothecæ Patrum*, Parisiis anno 1624 evulgati, tum in tomo XI editionis Morellianæ anno 1644. Et hanc quidem posteriorem ἔκδοσιν secuti sumus; ubique tamen recensitam, atque alicubi præterea nonnullis notis sive restitutam, sive illustratam. Hic vero haud prætereundum videtur, quod Combefisius ad *Historiæ Byzantinæ scriptores post Theophanem*, testatum reliquit de præstanti codice Regio, quem Leo Cinnamus ex antiquiore descripsit (13). « Habet, inquit, hic codex *Leontium De sectis*, longe editis emendatiorem, et auctoritatibus quæ illic desiderantur, auctiorem. » De hujus autem præclari codicis Regii, num. 2951, notati ætate consulendus cl. Montfauconius (14). Alium item Leontii codicem *De sectis* manu exaratum, vulgatisque multo auctiorem olim exstitisse apud Isaacum Vossium, scribit Caveus (15): ejusque antea meminerat Colomesius in catalogo mss. ejusdem Vossii; ubi tamen in editione Colomesianorum quam adornavit Fabricius (16), perperam legitur: *Leonis Byzantii scholia*, etc.

III. Librum *De sectis* excipiunt opuscula, quæ primum ex Schedis Francisci Turriani publici juris fecit Henricus Canisius (17). Sunt autem ejusmodi : I. *Libri tres contra Eutychianos et Nestorianos*. II. *Liber adversus eos qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine sanctorum Patrum*. III. *Solutiones argumentorum Severi*. IV. *Dubitationes hypotheticæ et definientes, contra eos qui negant in Christo post unionem duas veras naturas*. De quorum opusculorum pretio hæc eorum editor : « Leontius eruditissimus est, et semper in illis argumentis occupatur, quæ etiam acutissimos scholasticæ theologiæ professores exercerent : videturque Leontius eo omnem suam operam et industriam convertisse, ut Eutychis et Nestorii sectatores exscinderet funditusque exstirparet. Indicio sunt tot in illos scripta volumina, tanto doctrinæ et ingenii apparatu. » Porro Canisianum studium æmulatus Antonius Bonjovanni Veronensis in lucem extulit ejusdem Leontii *Apologiam concilii Chalcedonensis* ex vetusto codice ms. bibliothecæ Græcæ D. Marci, cum ejus interpretatione ac scholiis, prodiitque primum Lucæ anno 1752, in Supplemento ad Concilia Veneto-Labbeana, cura et studio Joannis Dominici Mansi V. C. contexto, Quam quidem Apologiam a reliquis Leontianis scriptis abesse noluimus. Cæterum de Leontio præter Caveum et Fabricium dabit plura Labbeus (18).

(6) Voss. *De Histor. Gr.* lib. IV, cap. 18.
(7) Leont. *De sect.*, act. 5, § 5, infra, pag. 641.
(8) Prolegom. cap. 14, pag. XXI c.
(9) Leont. l. c. § 6 d.
(10) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VII, pag. 451.
(11) Id. *ibid.* tom. IX, pag. 359.
(12) Prolegom. cap. 19, § 1.
(13) Combef. ad Scriptor. post Theoph. p. 302, edit. Paris.
(14) Montf. *Paleogr. Gr.* pag. 65 seqq.
(15) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 546.
(16) Colom. Opp. edit. Fabric. pag. 850.
(17) Canis. *Antiquar. lect.* tom. IV, pagg. 1 seqq.
(18) Labb. *Dissert de Script. eccl.* tom. II, pagg. 24 seqq.

NOTITIA ALTERA.

(Jos. Fessler, *Institutiones Patrologiæ*, tom. II, p. 934.)

Leontius, patria Byzantinus (1), professione scholasticus seu advocatus, adolescens Nestorianorum laqueis implicitus est. Postmodum divina opitulante gratia ex isto barathro ereptus, curis forensibus abdicatis, in monasterium Palæstinæ apud Hierosolymam se recepit, unde et monachus *Hierosolymitanus* appellatur (2). Is ingenio fecundo, perspicaci, ac multiplici

(1) De hoc Leontio cf. H. Canisii *Lect. antiq.* (ed. Basnage Amstelodami 1725), vol. I, p. 529-31, et Basnagii *Observat. in Leontium*, ibid. p. 531-36; Labb. *De Scriptor. eccles.* edit. cit. p. 204-5; Cas.Oudin. t. I, col. 1462-64; G. Cav., vol. I, p. 545; J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 309-320; Ceillier, t. XVII, cap. 22 (554-65); Galland., t. XII, Prolegom. c. 20; et A. Maii *Scriptorum Veterum Nova Collect.* t. IX (Romæ 1837), præfat. n. 7-8 (p. XIII-XIV).

(2) Utrumque cognomen, *Scholastici Byzantini* et *monachi Hierosolymitani*, ex inscriptione codicum eruitur; quod vero in retia Nestorianorum aliquando inciderit, ipse dolens refert initio libri III *Contra Nestor. et Eutych.* (Galland., t XII, p. 685. — Cæterum non una est omnium sententia, eumdem esse Leontium Byzantinum et Hierosolymitanum, quandoquidem alii duos Leontios distinguendos putant, unum scholasticum Byzantinum, alterum monachum Hierosolymitanum, ut Mansi, t. II, col.

doctrina perpolito desinente sæculo VI, vel VII ineunte, oppositas Nestorianorum et Eutychianorum hæreses debellavit (3).

Scripta ejus hæc sunt :

I. *Scholia* seu *Liber de sectis*, in decem actiones (πράξεις) sive lectiones distributus, refert excepta ex ore Theodori abbatis et philosophi eruditissimi (4). Ibi præmittit fidei professionem (act. 1), et canonem S. Scripturæ (act. 2), adjungens conspectum præcipuarum de Trinitate et Incarnatione hæreseon (act. 1, n. 4), nec non expositionem doctrinæ Judæorum et Samaritanorum (act. 2, n. 5-8). Tempora Christiana in duas periodos dividit, nempe a Christo nato usque ad imperium Constantini et ab imperio Constantini usque ad suam ætatem. Periodi prioris recenset Patres atque doctores (act. 3, n. 1), deinde hæreses Manichæorum (n. 2), et Pauli Samosateni (n. 3). Alterius item periodi enumerat Patres atque doctores (act. 3, n. 4), dein hæreses Arii (n. 4), Macedonii, Apollinaris, Nestorii et Eutychis (act. 4), atque sectæ Eutychianæ turbas et factiones (act. 5. Cf. act. 10, n. 1-3). Hinc ad Eutychianorum objectiones conversus destruit, quæ contra concilium Chalcedonense proferre solebant (act. 6 et 9), tum eorum ratiocinationes dissolvit (act. 7) ; denique auctoritates SS. Patrum ab adversariis allatas explanat (act. 8). In fine quæ-lam subjungit de Origene ejusque erroribus detestandis (act. 10, n. 4-6).

2. *Libri III contra Nestorianos et Eutychianos* (5) ita disputant, ut in I libro refutatis argutis objectionibus Nestorianæ et Eutychianæ hæresis utrinque veritatem impugnantis genuina ratio unionis hypostaticæ exponatur. In libro II, per formam dialogi certamen instituit contra eam quorumdam Monophysitarum sententiam, quæ defendebat, corpus Christi ante resurrectionem fuisse incorruptibile. In libro denique tertio Nestorianorum laqueos ostendit, ac fontes detegit in Diodoro Tarsensi, Theodoro Mopsuesteno et Paulo Samosateno latentes (6). Singulis horum librorum multa testimonia SS. Patrum in confirmationem doctrinæ catholicæ a Leontio subjecta fuere (7).

3. *Libri VII contra Nestorianos*, seu adversus eos, qui duas affirmant Christi personas nullamque in ipso conjunctionem confitentur (8). Agitur in hoc præclaro opere non tam auctoritate, quam subtili ratione de conjunctione divinæ Verbi naturæ cum humana (lib. I) ac de unica Christi persona (lib. II), de unico Filio Christo (lib. III) et de B. Virgine Deipara (lib. IV), de Christo Deo et homine (lib. V), de Christo non homine deifero, sed humanato Deo (lib. VI), postremo de illa formula : *Unus de S. Trinitate passus est in carne* (lib. VII).

4. *Liber contra Monophysitas* seu *Quæstiones* (ἀπορίαι) *adversus eos, qui unam dicunt naturam compositam D. N. Jesu Christi* (9), modo scholastico et philosophico errorem de una

1251-52; et t. VII, col. 797-98. Omnino tamen errant, qui Leontium hunc cum Leontio illo famoso monacho Palæstinensi, qui Justiniano regnante Origenistarum et Nestorianorum occultum caput erat (de quo vid. Cyrilli Scythopolit. *Vita S. Sabæ*, n. 72, in Cotelerii *Monum. Ecclesiæ Græcæ*, t. III, p. 344-45), confundendum putant. Cf. Basnagii *Observat. in Leont.*, n. 1-2 (l. c. p. 531-32), Cas. Oudin. t. I, col. 1463; et Ceillier, l. c. n. 1 (p. 554-55). Neque idem est Leontius noster cum Leontio episcopo Neapoleos in Cypro, ejusdem fere temporis scriptore (de quo vid. concil. Nicæn. II, act. 4, ap. Mansi, t. XIII, col. 43-54), quandoquidem diversa utriusque sunt scripta, nec unquam Leontius Byzantinus seu Hierosolymitanus appellatur episcopus.

(3) Tempus, quo scripsit Leontius, inde potissimum cognoscitur, quod in lib. *De sectis*, act. 5, n. 5, enumerans Alexandrinos patriarchas desinat in Eulogio, qui cathedram episcopalem a. 481 ascendit et 27 annos tenuit. Ex quo inferre licet, durante Eulogii episcopatu, librum istum a Leontio scriptum fuisse. Alia temporis nota, quo vixit Leontius, eruitur ex Nicephori Callisti *Histor. eccles.* lib. XVIII, c. 48 (t. II, p. 874), qui nempe refert Leontium errores Philoponi impugnasse (cf. Leontii *De sectis*, act. 5, n. 6), idque eodem tempore fecisse, quo Georgius Pisides et ipse Philoponi adversarius vixit, paulo tamen serius (τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος) Georgium scripsisse. Is autem, ut aliunde constat, c. a. 630 floruit. Cf. de Leontii ætate Ceillier l. c. n. 2 (p. 555-56), et Basnagii *Observat. in Leontium*, n. 6 (l. c. p. 533).

(4) Prodiit liber iste Gr. et Lat. ex interpretatione J. Leunclavii Basileæ 1578 in-8°, item in *Magna Biblioth. Patrum*, Paris. 1644, t. XI, p. 493-533; et in Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 625-57. Cf. Ceillier, l. c. n. 3-6 (p. 556-59), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, 310-14.

(5) Libri hi prodierunt Latine in H. Canisii *Lect. antiq.*. (ed. Basnage, Antverpiæ 1725), t. I, p. 535-96, et in Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 658-99; Græce vero nuper demum in A. Maii *Spicileg. Roman.* t. X, p. II, p. 1-39, p. 95-127, et p. 66-94. In Græca A. Maii editione nescio quo errore factum est, ut liber II *Contra Nestor. et Eutych.* alieno loco (scilicet p. 95-127) exhibeatur, libri autem II locum proprium (p. 40-65) alius quidam Leontii fetus . *Solutio argumentorum a Severo objectorum* occupet. Quod diligenter omnino attendendum est, ne transpositio isthæc offendiculum lectori creet.

(6) Hujus libri III argumentum enucleatius proponit J. Garnerius in Opp. Marii Mercatoris, p. II, p. 319-22. De argumento totius Operis vid. Ceillier, l. c. n. 7 (559-61).

(7) Dolendum sane, pleraque ex illis testimoniis in Græca editione A. Maii studio brevitatis omissa esse, paucis admodum retentis, fere talibus, quæ alibi non leguntur.

(8) Opus hoc, cujus olim exstitere libri octo (ut patet ex ipsa ejusdem Præfatione), octavus modo deperditus est, Græce excusum legitur in A. Maii *Collect. Nova veterum scriptorum*, t. IX (Romæ, 1837), p. 410-610. Cf. ibid. Præfat. n. 7; item H. Canisius l. c. (p. 530-31), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 318-19, ubi in quibusdam codicibus mss. octo quidem libri hujus operis exstare dicuntur, ast liber primus, contra Monophysitas pugnans, huc non pertinet, sed potius est Leontii liber *Contra Monophysitas*, de quo mox sermo erit. Ita etiam codex ms. in Laurentii Theupoli Græca D. Marci Bibliotheca. Venetiis, 1740, fol. p. 46-47.

(9) Liber hic Græce primum editus est in A. Maii *Collect. Nova veterum scriptorum*, t. VII (Romæ, 1833, p. I, p. 110-155. Ejusdem libri partes nonnullæ jam antehac Gr. et Lat. in lumen prodierant, nempe quod legitur apud A. Maium l. c. p. 136-55,

Christi natura valide et argute impugnant. Hanc argumentationem sequitur disceptatio ex SS. Patribus diligentissime instituta, in qua proferuntur et explicantur effata SS. Patrum, a Monophysitis in patrocinium sui erroris vulgo jactata, tum et plurimæ Patrum auctoritates in gratiam veritatis catholicæ adhibentur; tandem quæ iidem hæretici contra synodum Chalcedonensem afferre consueverant, solide refutat.

5. *Capitula* 30 *contra Severum* Monophysitam totidem continent argumenta ex ratione petita contra falsam unius in Christo naturæ assertionem (10).

6. *Liber solutionis argumentorum* (συλλογίσμων) *a Severo objectorum* (11) in forma dialogi inter orthodoxum et Monophysitam (Acephalum) habiti iterum ex ratione admodum subtiliter hæresin Eutychianam refellit, objectiones adversarii sigillatim confutans.

7. *Liber contra fraudes Apollinaristarum* seu *adversus eos, qui nobis proferunt quædam Apollinaris, falso inscripta nomine SS. Patrum* (12), itidem Eutychianos impugnat, qui ut traditionem sibi favere ostenderent, scripta et effata SS. Patrum, a versutissimis falsariis Apollinaristis olim aut conficta aut depravata, proferre amabant. Hæc igitur, non exiguo critices commodo, sigillatim percenset atque dijudicat (13).

Hæc omnia Leontii opera simul juncta egregium quoddam theologiæ corpus efficiunt, in Ecclesiæ thesauro cum reverentia locandum. In iis et singulare ingenii acumen et mirabilis sanctorum Patrum cognitio et indefessum studium contra versutas hæreticorum artes et accuratum in genuinis ac spuriis sanctorum Patrum operibus discernendis judicium elucet (14).

Editio, quæ Leontii opera omnia Gr. et Lat. exhibet, nulla reperitur. Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 623-750, collecta quidem dedit Leontii opera, sed magnam partem Latine tantum, quoniam textus Græcus tunc lucem nondum aspexerat. Pleraque demum A. Maius partim in *Nova Collect. veterum scriptorum*, t. VII et IX, partim in *Spicileg. Roman.* t. X, Græce edidit. Idcirco satius putavi, singulis Leontii operibus subjicere, ubi tam Græce, quam Latine inveniantur.

reperitur etiam apud Mansi, t. VII, col. 831-46, 857-68, 845-58, 799-824, et in Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 733-39; 745-50, 739-45, et p. 719-29. Aliquot etiam SS. Patrum testimonia ex eodem opere (A. Maii l. c. p. 130-35) collecta exhibet t. VII, col. 823-30, et Galland. t. XII, p. 730-32.

(10) Capitula hæc Græce exhibentur in A. Maii *Collect. nova veterum scriptor.* t. VII, p. I, p. 40-45. Eadem sub titulo : *Dubitationes hypotheticæ et definientes contra eos, qui negant esse in Christo post unionem duas veras naturas*, Latine tantum reperiuntur ap. H. Canis. l. c. p. 624-30, et in Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 715-18. Nicephorus Callistus in sua *Histor. eccles.* lib. XVIII, c. 48 (t. II, p. 874), refert Leontium monachum egregium librum triginta capitum contra Philoponum scripsisse; quem facile crediderim hunc eumdem esse librum contra Severum, quandoquidem idem Nicephorus l. c. cap. 49, Philoponum Severi successorem fuisse testatur, ac proinde liber unum ex istis hæreticis aggressus alterum quoque petit, sicque titulus facile immutari potuit. Cf. Ceillier l. c. n. 10 et 11 (p. 562-63).

(11) Liber hic Græce legitur in A. Maii *Spicileg. Roman.* t. X (Romæ, 1844), p. II, p. 40-65, ubi tamen liber iste per errorem inter librum I et III *Contra Nestor. et Eutych.* insertus ac liber II inscriptus est, ut supra jam monui. Idem Latine tantum reperitur ap. H. Canis. l. c. p. 609-623, et in Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 708-15. Cf. Ceillier l. c. n. 9 (p. 562).

(12) Exstat Græce in A. Maii *Spicileg. Roman.* t. X, p. II, p. 128-51, item Latine tantum ap. Canis. l. c. p. 597-610, et in Galland. *Biblioth.* t. XII, p. 701-7. Cf. Ceillier l. c. n. 8 (p. 561-62).

(13) His Leontii operibus integris conferri possunt Fragmenta quædam in A. Maii *Collect. nova veterum scriptor.* obvia, scilicet t. VII, p. I, p. 52-54, 57; 62-65, 64-65. Homiliæ et alia nonnulla, quæ sub Leontii presbyteri nomine veniunt, non ad hunc Leontium pertinere videntur, cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 320-23. Ceillier l. c. n. 13 (p. 564-65).

(14) A. Maius in *Spicileg. Roman.* t. X, p. I, p. 151, et Præfat. n. 5 (p. V, VI), item *Collect. nova veterum scriptor.* t. IX, Præfat. n. 7 (p. XIII-IV), A. Touttée in opp. S. Cyrilli Hierosolymit. Monit. in Fragmenta operum deperditorum (Paris. 1720, p. 357), Ceillier l. c. n. 12 (p. 563-64) et Dupin, t. V, p. 37.

MONITUM

IN EDITIONEM GRÆCAM LEONTII BYZANTINI OPERUM.

(Ang. Mai *Spicileg. Roman.* t. X, p. V.)

Leontii monachi, in theologica scientia ævo suo facile principis, tractatus quinque contra Nestorianos, Eutychianos, Severum, Incorrupticolas et Apollinaristas, insertis priscorum Patrum testimoniis, Latine exstabant apud Canisium, Fr. Turriano interprete. Etsi autem Canisianos tomos compluribus Græcis textibus Basnagius ornavit, hos tamen Leontii libros, defectu Græci exemplaris, in sua jacere Latinitate permisit. Ego vero, qui jamdiu Leontium diligere cœperam, propter ejus novas quas alio tempore edidi lucubrationes, nactus demum horum quoque tractatuum Græcum codicem, priscum, integrum, atque

perrarum, qui fuit olim cardinalis Salviati, deinde gentis Columnensis, et me postremo ante hos annos præside ad bibliothecam Vaticanam pretio translatus est; cepi consilium Græci textus elegantis oppido et puri typis imprimendi : qua in re tum aliis commodis (legesis col. 1976), tum securitati præsertim servire me arbitror : nam si forte casu aliquo Vaticanus codex periret, non facile alibi id jacturæ genus repararetur.

LEONTII BYZANTINI MONACHI
OPERA
QUÆ HACTENUS PRODIERUNT
SIMUL COLLECTA, RECENSITA NOTISQUE ILLUSTRATA.

ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ
ΣΧΟΛΙΑ
ΑΠΟ ΦΩΝΗΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ, ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ ΑΒΒΑ ΚΑΙ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ, ΤΗΝ ΤΕ ΘΕΙΑΝ ΚΑΙ ΕΞΩΤΙΚΗΝ ΦΙΛΟΣΟΦΗΣΑΝΤΟΣ ΓΡΑΦΗΝ.

LEONTII ADVOCATI BYZANTINI
SCHOLIA
EX ORE THEODORI RELIGIOSISSIMI ABBATIS, DOCTISSIMIQUE PHILOSOPHI, DIVINIS PARITER EXTERNISQUE LITTERIS ERUDITI, EXCEPTA.

Interprete JOANNE LEUNCLAVIO. — (GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XII, p. 625.)

ΠΡΑΞΙΣ ΠΡΩΤΗ.

Ἀναγκαῖόν ἐστι, μέλλοντας ἡμᾶς αἱρέσεων ἐπιμνησθῆναι, πρῶτον περὶ τεσσάρων τινῶν ἐν ταῖς τῶν Πατέρων χρήσεσι διαλαβεῖν. Εἰσὶ δὲ αὗται. οὐσία, φύσις, ὑπόστασις, πρόσωπον. Ἰστέον οὖν ὅτι οὐσία καὶ φύσις ταυτόν ἐστι παρ' αὐτοῖς · καὶ πάλιν, ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ταυτόν. Οὐσία δέ ἐστιν, ἤτοι φύσις, παρ' αὐτοῖς, ὅπερ οἱ φιλόσοφοι λέγουσιν εἶδος. Εἶδος δὲ, τὸ κατὰ πολλῶν καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ λεγόμενον. Ὑπόστασιν δὲ, ἤτοι πρόσωπον καλοῦσιν, ὅπερ οἱ φιλόσοφοι ἄτομον οὐσίαν λέγουσι · καλῶς δὲ προστεθείκαμεν ἄτομον οὐσίαν. Οἱ γὰρ ἐκκλησιαστικοὶ τὰ ἄτομα τῶν συμβεβηκότων, οὔτε πρόσωπον καλοῦσιν, οὔτε ὑπόστασιν. Τούτων οὕτως προεγνωσμένων, ἡ ἡμετέρα πίστις ἐστὶν, ὅτι μία ἐστὶ θεότης ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι νοουμένη. Ἔστι δὲ μία ὑπόστασις ἡ τοῦ Πατρὸς, καὶ μία ἡ τοῦ Υἱοῦ,

A

ACTIO PRIMA.

I. Cum ex antiquitatis memoria sectarum historiam repetituri simus, necessarium est, de quatuor ut vocabulis quæ in Patrum dictis reperiuntur, paucis disseramus. Ea vocabula sunt substantia, natura, hypostasis, persona. Sciendum ergo substantiam et naturam apud ipsos idem esse: ac rursus idem, hypostasim et personam. Substantia sive natura est apud eos, quod philosophi speciem vocant. Et species est, quæ de pluribus ac numero diversis dicitur. Hypostasin vero sive personam vocant, quod philosophi individuam substantiam dicunt: ac recte quidem adjecimus, individuam substantiam : nam ecclesiastici scriptores accidentium individua nec personam vocant, nec hypostasin. His ita prænotis, fidem hanc profitemur, unam scilicet esse divinitatem, quæ tribus in hypostasibus

intelligatur. Una Patris est hypostasis, altera Filii, tertia Spiritus sancti: atque hæc tria nihil inter se differunt, nisi solo proprietatum respectu; quatenus hic Pater est, alter Filius, tertius Spiritus sanctus. Nam horum trium una est substantia, et una potestas, una voluntas. In hoc tantum differunt, quod Filius ex Patre gignitur, Spiritus ex eo procedit. Quo autem modo vel Filius ex eo gignatur, vel Spiritus sanctus procedat, curiosius investigandum non est. Sciendum vero, non humano more Patris, et Filii, et sancti Spiritus voces accipiendas. Quippe sacræ Litteræ sic istis simpliciter appellationibus usæ sunt, prout de rebus iis docere ac loqui licuit, nosque auditu percipere potuimus. Hæc ergo sancta Trinitas, unaque divinitas, prorsus ex nihilo condidit universa, tam aspectabilia quam inaspectabilia. Num vero inaspectabilia prius facta fuerint, ex sequentibus intelligemus.

A καὶ μία ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ταῦτα δὲ τὰ τρία, οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα· κατὰ τὸ, τὸν μὲν, εἶναι Πατέρα· τὸν δὲ, Υἱόν· τὸν δὲ, Πνεῦμα ἅγιον. Ἐπεὶ μία οὐσία ἡ τῶν τριῶν, καὶ μία δύναμις, καὶ μία βούλησις. Τοῦτο μόνον διαφέρουσιν, ὅτι ὁ μὲν Υἱὸς γεννᾶται ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ. Πῶς δὲ γεννᾶται ὁ Υἱὸς ἐξ αὐτοῦ, ἢ πῶς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι. Ἰστέον δὲ, ὅτι οὐχ ὡς ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου δεῖ νοεῖν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἡ γὰρ ἁγία Γραφὴ οὕτως ἁπλῶς ταῦτα ὠνόμασεν, ὡς ἂν ηὐπόρησε περὶ αὐτῶν διδάξαι καὶ εἰπεῖν, καὶ ἡμεῖς δυνηθείημεν ἀκοῦσαι. Αὕτη τοίνυν ἡ ἁγία Τριὰς, μία θεότης, ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντος, ἐποίησε τὰ B πάντα, τά τε ὁρατὰ, καὶ ἀόρατα. Εἰ δὲ τὰ ἀόρατα πρότερον ἐγένοντο, ἐν τοῖς ἑφεξῆς μαθησόμεθα.

II. Hoc quidem sciendum, Deum sex diebus universa condidisse, hominem ultimo die creasse, creatum in paradiso collocasse. Quid autem paradisus sit, deinceps cognoscemus. Hinc Deus carne de hominis costa quadam sumpta, feminam condidit, cui quidem ab Adamo Evæ nomen est inditum. Præscripsit autem ipsis mandatum Deus, cui si obtemperarent, salvos fore, sin autem, morituros aiebat: quod cum illi non præstitissent, ejecti de paradiso fuerunt: simul Deus humanum genus est exsecratus. Ejectis autem ipsis, Adamus cum Eva rem habuit, eisque nati sunt tres filii, Cainus, Abelus, Sethus. His procreatis, augeri genus humanum cœpit, ac C Dominum offendere: qui quidem ira commotus, eis diluvium immisit, e quo solus Noa cum uxore, tribus filiis et eorum uxoribus, octo scilicet homines, salvi evaserunt. His servatis, iterum gens humana excrevit, cœperequerursus adorare simulacra. Tunc Deus in Abrahamum conjecit oculos, hominem Chaldæum, habitantem in Mesopotamia. *Discede*, inquit eum appellans, *a cognatis tuis et patria tua, in eam regionem quam ego tibi monstrabo* [1]. Quo inde digresso, Deus ei terram Chananæam sive Palæstinam ostendit, inquiens: *Hujus ego te possessorem constituam* [2]. In hac igitur regione Abrahamus Isaacum genuit, Isaacus Jacobum, Jacobus 12 filios, quorum unus erat Judas. Hi sunt illi 12 patriarchæ, quibus D hoc nomen ex eo datum, quod 12 tribubus appellationes dederint. Vocabantur autem Israelitæ, et Hebræi, et Judæi; quorum nominum primum a Jacobo nacti sunt; cui Deus aliquando dixit: *Non Jacobus appellabere, sed Israelus* [3], id est, mens Deum aspiciens. Itaque a Jacobo cui cognomentum Israeli datum, Israelitæ dicti; Hebræi vero, ab uno de Abrahami proavis Hebero. Judæi denique dicebantur, non proprie universi, sed quotquot ex Judæ tribu originem ducebant: nihilominus et aliis hoc nomen abusive tribuebatur ex ea causa, quod ex illa tribu reges creabantur.

Τοῦτο δὲ δεῖ γνῶναι, ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα· ἐν τῇ ὑστέρᾳ δὲ, ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· καὶ ποιήσας αὐτὸν, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. Τί δέ ἐστιν ὁ παράδεισος, ἐν τοῖς ἑφεξῆς γνωσόμεθα. Λαβὼν δὲ ὁ Θεὸς ἐκ τῆς μιᾶς τῶν πλευρῶν αὐτοῦ σάρκα, ἐποίησε γυναῖκα, ἥτις ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ Εὔα. Ἐνετείλατο δὲ αὐτοῖς ἐντολὴν, εἰπὼν, ὅτι Εἰ μὲν φυλάξητε αὐτὴν, σωθήσεσθε· εἰ δὲ μήγε, ἀποθανεῖσθε. Καὶ μὴ φυλάξαντες, ἐξεβλήθησαν ἐκ τοῦ παραδείσου· καὶ ἐκατηράσατο ὁ Θεὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος. Ἐκβληθέντων δὲ αὐτῶν ἔγνω Ἀδὰμ τὴν Εὔαν, καὶ ἐγένοντο αὐτοῖς τρεῖς υἱοὶ, Κάϊν, καὶ Ἄβελ, καὶ Ζήθ. Τούτων γεννηθέντων, ἐπλεόνασε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἤρξαντο παραπικραίνειν τὸν Κύριον· ὁ δὲ ὀργισθεὶς, ἔπεμψεν αὐτοῖς τὸν κατακλυσμὸν, ἐξ οὗ μόνος ἐσώθη ὁ Νῶε, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, οἱ πάντες ὀκτώ. Τούτων σωθέντων, πάλιν ἐπλεόνασεν ἡ ἀνθρωπίνη γενεὰ, καὶ ἤρξαντο πάλιν εἰδώλοις προσκυνεῖν. Καὶ τότε ἐπέβλεψεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν Ἀβραὰμ, ἄνδρα Χαλδαῖον, τῆς Μεσοποταμίας χώρας, καὶ εἶπεν αὐτῷ· *Ἔξελθε ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ τῆς γῆς σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἐγώ σοι δείξω.* Καὶ ἐξῆλθε, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς τὴν γῆν τῆς Χαναναίας, ἥτοι Παλαιστίνης, εἰπὼν αὐτῷ· *Ταύτης σε καταστήσω κληρονόμον.* Ἐγέννησεν οὖν ἐν τῇ γῇ ὁ Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, ὁ δὲ Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακώβ· ὁ δὲ Ἰακὼβ ἐγέννησε ιβ' τέκνα, ὧν εἷς ἦν ὁ Ἰούδας. Οὗτοι ἦσαν οἱ ιβ' πατριάρχαι· πατριάρχαι δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ αἱ δώδεκα φυλαὶ ἐξ αὐτῶν ὠνομάσθησαν. Ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι Ἰσραηλῖται, καὶ Ἑβραῖοι, καὶ Ἰουδαῖοι· καὶ Ἰσραηλῖται μὲν ἐκαλοῦντο, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ· τούτῳ γὰρ εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι *Οὐ κληθήσῃ Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ*, τοῦτ' ἔστι, Νοῦς ὁρῶν Θεόν. Ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ οὖν, τοῦ ὀνομασθέντος Ἰσραὴλ, ἐλέγοντο Ἰσραηλῖται· Ἑβραῖοι δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἔβερ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ. Ἰουδαῖοι δὲ ἐλέγοντο, οὐ κυρίως πάντες, ἀλλ' οἱ καταγόμενοι ἀπὸ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα·

[1] Gen. xii, 1. [2] ibid. 7. [3] Gen. xxxv, 10.

καταχρηστικῶς δὲ ἐλέγοντο Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ ἐκ τῆς φυλῆς ταύτης γίνεσθαι τοὺς βασιλεῖς· καὶ ἐκ τούτου ἐπεκράτησε τὸ ὄνομα ἐπὶ πάντων.

Τούτων τῶν ιβ' ἦν ὁ Ἰωσὴφ, ὃν παρεζήλουν οἱ ἄλλοι ἀδελφοὶ, ἕως οὗ ἐπώλησαν αὐτὸν ἀνθρώποις ἀπιοῦσιν εἰς Αἴγυπτον. Οὗτος ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον, ἔσχε χάριν ἐνώπιον Φαραὼ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἐκεῖσε· λιμοῦ δὲ γενομένου ἐν Παλαιστίνῃ, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν παίδων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, πάντων οε', ἦλθεν ὁ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, ἀκούσας εἶναι σῖτον πολύν· καὶ γνωρισθέντες ὑπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἐμειναν ἐκεῖσε. Τελευτήσαντος δὲ ἐκεῖσε τοῦ Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ἰωσὴφ, κατεπονοῦντο ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων οἱ Ἰσραηλῖται. Καὶ τότε ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τῆς ἐντολῆς, ἧς ἐνετείλατο τῷ Ἀβραάμ. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἀπὸ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως τοῦ προφήτου, ὄντας χ' χιλιάδας, χωρὶς παίδων καὶ γυναικῶν. Ἔμειναν δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη μ', ὅτε καὶ τὸν νόμον δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως· ἦσαν δὲ πάντα ποιοῦντες κατέναντι τοῦ νόμου, ὡς φησιν ἡ Γραφή. Καὶ μετὰ μ' ἔτη ἐξῆλθον ἐκ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τοῦ Μωσέως ἀποθανόντος. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν γῆν ταύτην, οὐδὲ οὕτως ἐπεστράφησαν, προφητῶν πολλῶν ἀναφαινομένων, καὶ πολλὰ αὐτοῖς παραινούντων· ἀλλ' ἔμειναν οἱ αὐτοί. Καὶ τότε ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ἐνοικήσας δι' ἡμᾶς ἐν τῇ Θεοτόκῳ, σῶμα ἐνδυσάμενος ἔμψυχον, νοερὸν, λογικὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀνθρώπινον, ἡνώθη τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι, ἀσυγχύτως, ἀληθινῶς, ἀδιαιρέτως· ἀληθινῶς μὲν, ὅτι μία ὑπόστασις, ἐκ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἀπετελέσθη· ἀσυγχύτως δὲ, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐφυλάχθη τὰ ἑνωθέντα, μηδὲν τῶν κατ' οὐσίαν μεταλλαξάντων· ἀδιαιρέτως δὲ, ὅτι μία ἐστὶν ἡ αὐτῶν ὑπόστασις. Ταῦτα δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ἁγίας Γραφῆς πιστούμεθα. Ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ ὡς ἀπὸ διαφόρων φύσεων λέγει ἔργα γινόμενα, ποτὲ μὲν Θεοῦ, ποτὲ δὲ ἀνθρώπου. Πάντα γὰρ, ὅσα δεῖ ἄνθρωπον ὑπομεῖναι, ὑπέμεινεν· ἐτέχθη γὰρ, καὶ ἐγαλακτοτροφήθη, καὶ ἐτράφη, καὶ ηὔξησε, καὶ γενόμενος ἐτῶν λ' ἐβαπτίσθη, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἤρξατο σημεῖα ποιεῖν, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἰουδαίους· καὶ τῷ λγ' ἔτει ἐσταυρώθη, καὶ σταυρωθεὶς ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ τοῦ σώματος, καὶ νῦν καθέζεται μετ' αὐτοῦ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων εἰς τὴν ἀνάστασιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν.

Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ἐν τῇ παρούσῃ θεωρίᾳ τεσσάρων αἱρέσεων ἡμεῖς ἐπιμνησθῶμεν· ὧν αἱ μὲν δύο, περὶ θεολογίας εἰσὶν, ἐκ διαμέτρου μαχόμεναι ἀλλήλαις. Σαβέλλιος γὰρ μίαν φύσιν ἔλεγε τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ μίαν ὑπόστασιν πολυώνυμον. Ὁ δὲ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ τρεῖς φύσεις ἐκφύλους. Πρῶτον γὰρ ἔλεγεν εἶναι τὸν Πατέρα, ποιήματα δὲ αὐτοῦ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, γενόμενα ἐξ αὐτοῦ πρὸς ὑπουργίαν τῶν ἐξ αὐτοῦ κτισθησομένων. Τούτων οὕτως ἀλλήλοις μα-

A III. In horum 12 numero Josephus erat, quem cæteri fratres æmulatione quadam persequebantur, donec eum tandem viris quibusdam in Ægyptum proficiscentibus venderent. In Ægyptum delatus, apud Pharaonem regem et alios ibidem gratiosus esse cœpit : cumque annonæ caritas exstitisset in Palæstina, Jacobus cum filiis nepotibusque suis, capitibus omnino 75, in Ægyptum venit, ubi copiam esse magnam annonæ inaudisset : atque hic a Josepho agniti, manserunt. Ibidem exstinctis Jacobo et Josepho, ab Ægyptiis Israelitæ affligebantur. Itaque recordatus est Deus, quid Abrahamum facere jussisset: eosque per Mosem vatem eduxit ex Ægypto, sexcenta scilicet hominum millia, absque pueris et mulierculis. Manserunt autem in solitudine annis 40, quo tempore legem quoque Deus eis per Mosem dedit : cui quidem legi omnia, ceu sacræ Litteræ loquuntur, adversa faciebant. Post annum 40 egressi sunt de solitudine in terram promissam, Mose rebus humanis exempto. In hanc traducti, ne sic quidem conversi sunt, licet multi vates exsisterent, eosque plurimum cohortarentur ac instruerent; sed iidem manserunt. Tandem Filius et Sermo Dei, constituto propter nos in Deipara Virgine domicilio, cum corpus animatum, mente præditum, rationis particeps, et simpliciter ut loquar, humanum induisset, eidem humano corpori unitus est citra confusionem, et vere, citraque divisionem : vere, quoniam ex Deo Sermone humanoque corpore, hypostasis absoluta est una: citra confusionem, quoniam post unionem nihilominus unitæ res salvæ atque integræ manent, non mutatis substantialibus proprietatibus: citra divisionem, quoniam una est earum hypostasis. Horum omnium fidem sacræ nobis Litteræ faciunt. Sic enim loquuntur de uno et eodem, ac si diversis a naturis actiones ipsæ provenirent; nunc quidem a Deo, nunc autem ab homine. Nam omnia, quæcunque sustinere hominem oportet, sustinuit: in lucem est editus, lacte nutritus, educatus, auctus statura corporis, et annos natus 30 baptizatus fuit, ac post baptismum prodigia facere cœpit, et Judæos docere: annoque 33 in crucem actus: quo facto, tertio die resurrexit et in cœlos assumptus cum corpore : cum quo jam Patris ad dexteram sedet, estque is, qui vivos et mortuos in resurrectione judicabit. Hæc Christianorum fides est.

IV. Atque his ita declaratis, in hac consideratione nostra de quatuor sectis commemorandum erit: quarum duæ quidem, ad doctrinam de Deo spectant, ex diametro secum invicem pugnantes. Quippe Sabellius unam sanctæ Trinitatis naturam dicebat, et unam hypostasim, habentem plura nomina. Arius autem esse tres aiebat hypostases, ac tres diversi generis naturas. Nam primum dicebat esse Patrem, ejusque creata Filium et Spiritum sanctum, ab ipso facta ad serviendum ei in crea-

tione rerum condendarum. His in hunc modum a se invicem dissidentibus, Ecclesia medio incedens itinere, nec more Sabellii sic unam naturam tradens, ut una quoque statuatur hypostasis, nec ita tres hypostases, de Arii sententia, ut tres itidem naturæ statuantur (quippe Sabellius, propter unitatem naturæ in errorem actus, unam quoque tradebat hypostasin : Arius vero, propter hypostases tres, tres quoque naturas esse dicebat) : medio igitur inter hos Ecclesia incedens itinere, unam esse Dei naturam dicit in tribus hypostasibus. Atque hæc est in Trinitate unitas, et in unitate Trinitas. Deinde similiter ex diametro quasi pugnabant inter se, de incarnatione Dei Sermonis, Nestorius et Eutyches. Quippe Nestorius duas ille quidem naturas fatebatur ; sed non dicebat earum factam unionem. Magnam volebat esse hujus hominis ad Filium affectionem ; adeo quidem, ut per eum quæcunque velit efficiat ; eamque ob causam aiebat hunc hominem Filium quoque appellari. Quod si quis objiceret : Cur unum Filium dicis esse, non duos ? respondisset Nestorius, tantum esse amorem et affectionem Dei Sermonis erga hunc hominem, ut duo, Filius unus appellati fuerint. Eutyches vero perhibebat unam esse hypostasin, et tam arctam aiebat unionem Dei Sermonis cum homine factam, ut etiam de duabus una fuerit effecta natura. Rursus autem Ecclesia medio pergens inter hos itinere, nec duas naturas ita cum Nestorio fatetur, ut non et unionem factam dicat : nec vicissim talem dicit unionem factam, qualem Eutyches, ut unam quoque naturam asserat. Nestorius enim propterea quod duæ naturæ sint, unionem factam negabat : Eutyches propter unionem, naturam dicebat unam. Verum Ecclesia tradit unam esse hypostasin, duabus in naturis. Atque hæc doctrina de incarnatione Filii, doctrinæ de Trinitate vice versa respondet, sicut divus ille Gregorius ait: Nam istic unitatem naturæ tribuimus, discrimen hypostasibus : hic autem e contrario, unitatem hypostasi, discrimen naturis. Ac de his quidem hic agere modo libuit.

A χομένων, ἡ Ἐκκλησία μέσον χορεύουσα, οὔτε ὡς ὁ Σαβέλλιος μίαν φύσιν δοξάζουσα, ὥστε καὶ μίαν ὑπόστασιν δοξάζειν · οὔτε ὡς ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις, ἵνα καὶ τρεῖς δοξάσῃ φύσεις (ὁ μὲν γὰρ Σαβέλλιος ἀπὸ τῆς μιᾶς φύσεως πλανώμενος, καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐδόξασεν · ὁ δὲ Ἄρειος διὰ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ τρεῖς φύσεις ἔλεγε)· χορεύουσα οὖν μέσον τούτων ἡ Ἐκκλησία, μίαν φύσιν λέγει τοῦ Θεοῦ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Τριάδι μονὰς, καὶ ἡ ἐν μονάδι Τριάς. Εἶτα καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους, ὅ τε Νεστόριος καὶ Εὐτυχής. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος ἔλεγε δύο φύσεις, οὐκ ἔλεγε δὲ αὐτὰς δέξασθαι ἕνωσιν. Ἀλλὰ σχέσιν πολλὴν ἔχειν τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον πρὸς τὸν Υἱὸν, B ὥστε καὶ δι' αὐτοῦ ἐνεργεῖν, ὅσα βούλεται · καὶ δι' αὐτὸ ἔλεγε καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, Υἱὸν λέγεσθαι. Εἴτις δὲ εἴποι πρὸς αὐτὸν, Καὶ διατί ἕνα λέγεις Υἱὸν καὶ μὴ δύο ; ἀνταπεκρίνατο ἂν ὁ Νεστόριος· Τοσαύτη ἦν ἡ φιλία καὶ ἡ σχέσις τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οἱ δύο εἷς Υἱὸς ἐλέγοντο. Ὁ δὲ Εὐτυχὴς μίαν ὑπόστασιν ἔλεγεν, καὶ τοσαύτην ἔλεγε γενέσθαι ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ὥστε καὶ μίαν φύσιν ἀποτελεσθῆναι ἐκ τῶν δύο. Πάλιν δὲ Ἐκκλησία μέσον χορεύουσα τούτων, οὔτε δύο φύσεις ἔλεγεν ὡς ὁ Νεστόριος, ὥστε μηδὲ ἕνωσιν εἰπεῖν γεγενῆσθαι · ἀλλ' οὔτε τοιαύτην ἕνωσίν φησιν, ὡς ὁ Εὐτυχὴς, γεγενῆσθαι, ὥστε καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος διὰ τὰς δύο C φύσεις, οὐκ ἔλεγε γεγενῆσθαι ἕνωσιν · ὁ δὲ Εὐτυχὴς διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ μίαν φύσιν ἔλεγεν. Ἀλλὰ δοξάζει ἡ Ἐκκλησία μίαν ὑπόστασιν ἐν δύο φύσεσι. Καὶ ἔστι τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως δόγμα ἀντίστροφον τῷ περὶ τῆς θεολογίας, ὥς φησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος · Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ἓν παρέχομεν τῇ φύσει, τὸ δὲ διάφορον ταῖς ὑποστάσεσιν · ἐνταῦθα δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὸ μὲν ἓν, τῇ ὑποστάσει · τὸ δὲ διάφορον, ταῖς φύσεσιν. Ἐν τούτοις ἡ πρᾶξις.

Hac secunda Actione quid sacri libri utriusque Testamenti complectantur, paucis, dilucide tamen declaratur. Hebræorum et Samaritanorum hæreses explicantur et refelluntur.

ACTIO II.

Sequitur, ut post illa jam præmissa, de sectis quibusdam breviter agamus. Universæ quidem numero 84 sunt, quas Epiphanius Cypri antistes enumerat. Prius tamen quam eas attingamus, libros ab Ecclesia receptos recenseamus. Igitur ex libris ecclesiasticis, alii Scripturæ Veteris sunt, alii Novæ. Veterem Scripturam vocamus eam, quæ ante Christi adventum litteris prodita fuit : Novam, quæ post ipsius adventum. Veteris libri sunt 22, partim historici, partim prophetici, partim præcepta continentes, partim ad concinendum facti. Quod si alterum in altero alicubi reperitur, a potiore tamen parte singulis appellationes datæ. Historici libri sunt 12. Primus est Genesis, resque gestas a condito

D

ΠΡΑΞΙΣ Β'.

Ἀκόλουθόν ἐστι μετὰ τὰ προλαβόντα, περὶ αἱρέσεών τινων διαλαβεῖν. Εἰσὶ δὲ αἱ πᾶσαι πδ', ἃς ἀπαριθμεῖται Ἐπιφάνιος ὁ Κύπρου ἐπίσκοπος. Ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἅψασθαι ἡμᾶς αὐτῶν, τέως ἀπαριθμησώμεθα τὰ ἐκκλησιαστικὰ βιβλία. Τῶν τοίνυν ἐκκλησιαστικῶν βιβλίων, τὰ μὲν τῆς Παλαιᾶς εἰσι Γραφῆς· τὰ δὲ, τῆς Νέας. Παλαιὰν δὲ λέγομεν Γραφὴν, τὴν πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ · Νέαν δὲ, τὴν μετὰ τὴν παρουσίαν. Τῆς μὲν οὖν Παλαιᾶς βιβλία εἰσὶν κβ', ὧν τὰ μέν εἰσιν ἱστορικά · τὰ δὲ, προφητικά · τὰ δὲ, παραινετικά · τὰ δὲ, πρὸς τὸ ψάλλειν γενόμενα. Εἰ δὲ καὶ ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ εὑρίσκεται, ἀλλ' οὖν ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος ἕκαστον κέκληται. Τὰ τοίνυν ἱστορικὰ βιβλία εἰσὶ ιβ', ὧν πρῶτόν ἐστιν ἡ Γένεσις,

περιέχει δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον τὰ ἀπὸ τῆς ποιήσεως τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσήφ. Δεύτερόν ἐστιν ἡ Ἔξοδος· περιέχει δὲ καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ τῆς ἐξόδου τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἕως τῶν γενομένων ἄχρι τοῦ φθάσαι αὐτοὺς τὸ ὄρος τοῦ Σινᾶ. Ταῦτα δέ ἐστι· πῶς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διεπέρασαν, καὶ τί ἐν τῷ μεταξὺ γέγονε, καὶ πῶς τὸν νόμον διὰ Μωσέως ἔλαβον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Τρίτον ἐστὶ βιβλίον, οἱ λεγόμενοι Ἀριθμοὶ, ἐν οἷς ἀπαριθμεῖται τὰς φυλὰς τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν. Τέταρτόν ἐστι τὸ Λευϊτικὸν, ἐν ᾧ προστάττει, πῶς δεῖ λατρεύειν τοὺς ἱερεῖς· ὅθεν καὶ ἐκλήθη Λευϊτικόν· ἀπὸ γὰρ τῆς φυλῆς τῶν Λευϊτῶν ἐγίνοντο οἱ ἱερεῖς. Πέμπτον ἐστὶ, τὸ Δευτερονόμιον, ἐν ᾧ ὡς ἐν συνόψει διηγεῖται τὰ ἀπὸ τῆς Ἐξόδου γενόμενα, μέχρι τοῦ ὄρους τοῦ Σινᾶ, καὶ ὅτι, τὸν νόμον πλατέως ἐκτίθεται, ὅθεν καὶ Δευτερονόμιον ἐκλήθη. Ἃ γὰρ ἐν τῇ Ἐξόδῳ ὡς ἐν συντόμῳ γέγραπται περὶ τοῦ νόμου, ταῦτα πλατύτερον ἐν τῷ Δευτερονομίῳ παραδίδοται μετὰ καὶ ἑτέρων ἄλλων.

A cœlo ac terra, usque ad Josephi mortem continet. Alter, Exodus; et a morte Josephi et exitu Israelitarum gesta complectitur ad illud usque tempus, quo ad montem Sinam pervenerunt. Ea vero sunt: quomodo mare Rubrum transierint, quid interea factum, quomodo legem a Deo per Mosem acceperint. Tertius liber est, quem Numeros vocant; quo tribus Israelitarum eorumque principes recensentur. Quartus, Leviticus est; quo præcipitur, quo ritu Deo servire sacerdotes debeant: unde et Levitici nomen invenit. Nam de Levitarum tribu sacerdotes creabantur. Quintus est, Deuteronomium; in quo velut in synopsi, ab exitu facta narrat, usque ad montem Sinam. Item, latius exponit legem. Unde Deuteronomium vocarunt, quasi legem iteratam. Nam quæ de lege breviter in Exodo præscripta sunt, ea latius in Deuteronomio cum pluribus aliis traduntur.

Ταῦτα δὲ τὰ πέντε βιβλία, πάντες τοῦ Μωσέως μαρτυροῦσιν εἶναι· τὰ γὰρ ἐφεξῆς, οὐδεὶς οἶδε τίνος εἰσί. Λέγονται δὲ ταῦτα, ἡ Πεντάτευχος. Ἕκτον μετὰ τὸ Δευτερονόμιόν ἐστιν, Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ, ἐν ᾧ λέγεται, πῶς ἐξήγαγε τοὺς Ἰσραηλίτας ἀπὸ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὁ Ἰησοῦς, μαθητὴς γενόμενος τοῦ Μωσέως, καὶ ἰσοδύναμος αὐτῷ. Ἕβδομόν ἐστιν, οἱ λεγόμενοι Κριταί. Ἐλθόντες γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἐποίησαν ἑαυτοῖς κριτὰς, ἵνα κρίνωσι τὸν λαόν. Βασιλεῖς γὰρ οὐκ εἶχον, μόνον τὸν Θεὸν βασιλέα ὀνομάζοντες. Ἐπειδὴ οὖν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ διηγεῖται, ὅσα ἐποίησαν οἱ κριταὶ μέχρι τῶν βασιλέων. Διὰ τοῦτο ἐκλήθη, οἱ Κριταί. Ὄγδοόν ἐστι βιβλίον ἡ Ῥούθ. Ῥοὺθ δὲ λέγεται, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ διηγεῖται, πῶς ἡ Ῥοὺθ γυνὴ οὖσα Μωαβῖτις, εἰς τοὺς Ἰσραηλίτας μετέστη. Ἦν δὲ αὕτη γυνὴ τοῦ προπάτορος Δαβίδ. Μετὰ ταῦτά ἐστι δύο βιβλία, καὶ περιέχει τὰς βασιλείας. Τέσσαρες γάρ εἰσι λόγοι τῶν βασιλειῶν, ἐν δύο βιβλίοις φερόμενοι.

II. Atque hos quinque libros, universi Mosis esse testantur: qui enim sequuntur proximi, cujus sint, nemo novit. Isti quidem *Pentateuchus* vocantur. Sextus Deuteronomium sequitur liber, Jesus Nave filius; eoque narratur, quo pacto Jesus qui Mosis discipulus fuerat, et potestate post ipsum pari præerat, Israelitas e solitudine promissam in terram deduxerit. Septimus est, qui Judicum nomen habet: nam cum in terram promissam Isralitæ venissent, judices sibi constituerunt, qui populo jus dicerent. Regibus enim carebant, solumque Deum regem suum appellabant. Itaque liber hic Judicum nomen accepit, quod in eo commemorentur res ab judicibus ad reges usque gestæ. Octavus Ruthæ liber est, propterea sic dictus, quod in eo narretur quo pacto Rutha, mulier natione Moabitis, ad Israelitas accesserit. Erat autem hæc avi Davidis uxor. Secundum hos libri duo sunt, qui regnorum historiam continent: quippe libri sunt de regnis omnino quatuor, libris duobus comprehensi.

Ἐβασίλευσαν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Ὁ Σαμουὴλ, ὃς ἐγένετο ὕστερος τῶν κριτῶν, ἀνὴρ ἐγένετο προφήτης καὶ μέγας, ὅστις μετὰ πάσης δικαιοσύνης ἔκρινε τὸν λαὸν Ἰσραήλ. Οὗτος ἔσχε δύο παῖδας, οἵτινες γηράσαντος τοῦ Σαμουὴλ γενόμενοι κριταὶ, οὐκ ἔκριναν τὸν λαὸν κατὰ τὰ δικαιώματα τοῦ Πατρός· ἀλλὰ δῶρα λαμβάνοντες, προεδίδουν τὰς κρίσεις. Γέροντος οὖν ὄντος τοῦ Πατρὸς αὐτῶν, συνήχθησαν οἱ Ἰσραηλῖται, αἰτοῦντες αὐτὸν μεταστεῖλαι αὐτοῖς βασιλέα. Ὁ δὲ εὐχόμενος τῷ Θεῷ περὶ τούτου, ἤκουσεν, ὅτι *Ποίησον αὐτοῖς βασιλέα. Οὐ γὰρ σὲ ἐξουδένωσαν, ἀλλ' ἐμὲ, αἰτήσαντες ἑαυτοῖς βασιλέα.* Ὁ δὲ ἀκούσας τοῦ Θεοῦ, ἐποίησεν αὐτοῖς βασιλέα τὸν Σαοὺλ, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· ὅστις ἄρξας ἔτη μ', οὐκ ἐφύλαξε τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Καὶ τότε ὁ Θεὸς ἀντ' αὐτοῦ τὸν Δαβὶδ ἐποίησε βασιλέα τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα. Καὶ ἀπ' ἐκείνου ἔμεινεν ἡ φυλὴ τοῦ Ἰούδα βασιλεύουσα,

III. Regnum Judæorum hanc originem habuit. Samuelus, judicum postremus, et vates et magnus vir exstitit; qui justissime populo Israelitico cum potestate judicis præfuit. Erant huic duo filii, qui Samuelo jam senio confecto judices declarati, patris in jure dicundo justitiam et æquitatem non imitabantur: sed munera capientes judiciarias causas prodebant. Quapropter in ista Samueli senecta collectus Israelitarum populus, ab eo petebat, regem sibi designaret. Ille votis ob hanc causam ad Deum conceptis, responsum tulit, quo regem eis constituere jubebatur. *Non enim*, inquit Deus, *te nihili fecerunt rege postulato; sed me ipsum*[b]. Samuelus accepto Dei responso, Saulum eis regem dedit, virum Benjamineæ tribus: qui regno annis 40 potitus, mandatis Dei non est obsecutus. Quare Deus ipsius loco Davidem e tribu Juda regem fecit: a quo tempore Juda tribus in possessione regni mansit, filiis

[b] I Reg. VIII, 7.

parentum in potestatem succedentibus; donec Nabuchodonosor eo cum copiis profectus, in servitutem Hierosolyma capta redegit. Nonus ergo decimusque liber Regna continent. Undecimus est, Paralipomena; quod nomen invenit ex eo, quod commemorando persequatur, quæ librorum de regnis auctores omiserant. Duodecimus inter historicos libros Esdras est, quo facta post Judæorum captivitatem exponuntur, usque ad eorum ex Assyria terra reditum, qui regnante Cyro accidit. Et hi quidem sunt historici libri.

IV. Prophetici quinque sunt: primus, Isaias; alter, Jeremias; tertius, Iezechielus; quartus, Danielus; quintus a prophetis duodecim dicitur, quo scilicet oracula duodecim vatum continentur. Qui præcepta continent, quatuor libri sunt: primus Jobi, quem nonnulli conscriptum ab Josepho putarunt; alter, Proverbia Salomonis; tertius, Ecclesiastes sive Concionator; quartus, Canticum canticorum. Et post libros qui præcepta continent, hoc Canticum canticorum ordine proximum collocatum esse dico, propterea quod ipsarum rerum consideratio sublimior sit. Hi vero tres libri, Salomonis sunt. Sequitur Psalterium. Habes Scripturæ Veteris libros 22. Novæ, sex libri sunt; quorum duo, quatuor evangelistas continent: primus Mattheum et Marcum, alter Lucam et Joannem; tertius est Acta apostolorum; quartus, Epistolæ catholicæ, numero septem: prima, Jacobi; secunda et tertia, Petri; quarta, quinta, sexta, Joannis; septima, Judæ. Catholicæ sive generales dictæ sunt, quod non ad unam scriptæ sint gentem, uti Paulinæ, sed generaliter ad omnes. Quintus liber, 14 sancti Pauli Epistolæ. Sextus sancti Joannis Revelatio. Hi sunt libri, tam prisci quam recentes, qui in Ecclesia pro canonicis habentur; ac priscos quidem omnes Hebræi recipiunt.

V. Quæ cum ita sint, operæ pretium fuerit, Hebræorum dogmata primo loco exponi; et primum, quæ ad doctrinam de Deo pertinent. Igitur Hebræi unam dicunt hypostasin (sive personam) unamque naturam Dei; nullam plane Trinitatem admittentes, ac neque Patrem, neque Filium, neque Spiritum sanctum dicentes: nisi forte sic Deum, inquiunt, appellemus Patrem, ut qui omnium sit hominum pater. Unam ex eo probant esse hypostasin Dei, quia Moses dixerit: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [5]. Nos autem respondemus eis, hoc a Mose dictum, respiciente substantiam, non hypostases: quippe nos etiam Deum unum dicimus, in tribus hypostasibus. Et esse Trinitatem, pluribus ostendi argumentis potest. Primum ex Dei verbis, in Genesi dicentis: *Faciamus hominem* [6]. Non enim plurium numero dixisset,

παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν βασιλείαν· ἕως οὗ Ναβουχοδονόσορ ἐλθὼν ἠνδραποδίσατο τὰ Ἱεροσόλυμα. Τὸ οὖν ἔνατον καὶ δέκατον βιβλίον περιέχει τὰς Βασιλείας. Ἐνδέκατόν ἐστιν, αἱ Παραλειπόμεναι. Παραλειπόμεναι δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ ἐν αὐταῖς διεξέρχεται, ἃ παρέλιπον οἱ συγγραψάμενοι τὰς Βασιλείας. Δωδέκατόν ἐστι τῶν ἱστορικῶν βιβλίων ὁ Ἔσδρας, ἐν ᾧ ἐστι τὰ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Ἰουδαίων γενόμενα, ἕως τῆς ἐπανόδου αὐτῶν, τῆς ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, ἐπὶ Κύρου γενομένης. Καὶ ταῦτα μὲν ἱστορικά.

Προφητικὰ δέ εἰσι πέντε. Ὧν πρῶτόν ἐστιν ὁ Ἡσαΐας· δεύτερον ὁ Ἱερεμίας· τρίτον ὁ Ἰεζεκιήλ· τέταρτον, ὁ Δανιήλ· πέμπτον, τὸ Δωδεκαπρόφητον λεγόμενον, ἐν ᾧ δώδεκα προφητῶν κεῖται προφητεία. Παραινετικὰ εἰσι βιβλία δ'. Ὧν πρῶτον ὁ Ἰώβ· τοῦτο δέ τινες ἐνόμισαν Ἰωσήπου εἶναι σύγγραμμα. Δεύτερόν ἐστιν, αἱ Παροιμίαι Σολομῶντος· τρίτον, ὁ Ἐκκλησιαστής· τέταρτον, τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων. Τετάχθαι δὲ νῦν μετὰ τὰ παραινετικὰ (*a*) τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων λέγω, ἐπειδὴ ἡ τούτων θεωρία ὑψηλοτέρα ἐστίν. Εἰσὶ δὲ ταῦτα τὰ τρία βιβλία τοῦ Σολομῶντος. Μετὰ ταῦτά ἐστι τὸ Ψαλτήριον. Καὶ ταῦτα μέν εἰσι τὰ κβ' βιβλία τῆς Παλαιᾶς· τῆς δὲ Νέας, ἓξ εἰσι βιβλία, ὧν δύο περιέχει τοὺς τέσσαρας εὐαγγελιστάς· τὸ μὲν γὰρ ἔχει Ματθαῖον καὶ Μάρκον, τὸ δὲ ἕτερον, Λουκᾶν καὶ Ἰωάννην· τρίτον ἐστὶν, αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· τέταρτον, αἱ καθολικαὶ Ἐπιστολαί, οὖσαι ἑπτά· ὧν πρώτη τοῦ Ἰακώβου ἐστί· ἡ β' καὶ ἡ γ', Πέτρου· ἡ δ', καὶ ε', καὶ ς', τοῦ Ἰωάννου· ἡ δὲ ζ', τοῦ Ἰούδα. Καθολικαὶ δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ οὐ πρὸς ἓν ἔθνος ἐγράφησαν, ὡς αἱ τοῦ Παύλου, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντα. Πέμπτον βιβλίον, αἱ ιδ' τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαί. Ἕκτον ἐστὶν, ἡ Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου. Ταῦτά ἐστι τὰ κανονιζόμενα βιβλία ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ παλαιὰ, καὶ νέα· ὧν τὰ παλαιὰ πάντα δέχονται οἱ Ἑβραῖοι.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἄξιον ἐκθέσθαι πρῶτον τὰ τῶν Ἑβραίων δόγματα, καὶ πρῶτον τὰ περὶ θεολογίας. Οἱ τοίνυν Ἑβραῖοι μίαν ὑπόστασιν λέγουσι τοῦ Θεοῦ, καὶ μίαν φύσιν. Τριάδα δὲ οὐδαμοῦ δοξάζουσιν, οὐδὲ λέγουσιν, οὔτε Πατέρα, οὔτε Υἱὸν, οὔτε ἅγιον Πνεῦμα· εἰ μὴ ἄρα Πατέρα εἴποιμεν, φασὶ, τὸν Θεὸν, ὡς πατέρα πάντων ἀνθρώπων ὄντα. Ἰσχυρίζονται δὲ μίαν ὑπόστασιν εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν Μωσέα· *Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν.* Ἡμεῖς δὲ λέγομεν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι τοῦτο εἶπεν ὁ Μωσῆς, ἀποβλέπων πρὸς τὴν οὐσίαν, οὐ πρὸς τὰς ὑποστάσεις. Καὶ ἡμεῖς γὰρ ἕνα Θεὸν λέγομεν, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Ἐπεὶ ὅτι Τριάς ἐστιν, ἀπὸ πολλῶν ἔστι δεῖξαι. Πρῶτον ἀφ' ὧν λέγει Θεὸς ἐν τῇ Γενέσει, ὅτι *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*· οὐκ ἂν γὰρ ἔλεγε πληθυντικῶς, *Ποιήσωμεν*, εἰ μὴ καὶ ἄλλοι αὐτῷ τῆς δυνάμεως ἐκοινώνουν. Δεύτερον,

[5] Deut. VI, 4. [6] Gen. I, 26.

(*a*) *Μετὰ τὰ παραιν.* Sensus exigit, μετὰ τῶν παραινετικῶν, *cum*, non *post*; uti postea nactus sum in ms. Regiæ bibliothecæ. COTELER. ad *Constit. apost.* lib I, cap. 6, not. 5.

ἀφ' ὧν πάλιν ἐν τῇ Γενέσει λέγει, ὅτι *Ἰδοὺ ἐγένετο Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*. Ὅτι μὲν οὖν ἁγία Τριὰς, ἀπὸ πολλῶν ἔστι δεῖξαι. Μετέλθωμεν δὲ νῦν, καὶ δείξωμεν, πῶς δοξάζουσι περὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ. Τριῶν τοίνυν ζητουμένων περὶ τοῦ Χριστοῦ, εἰ ἔρχεται, εἰ ἦδη ἦλθε, καὶ τρίτον, εἰ Θεὸς ὁ ἐλθών· περὶ μὲν τοῦ πρώτου, εἰ ἔρχεται, οὐδὲν δεῖ λέγειν. Καὶ αὐτοὶ γὰρ ὁμολογοῦσιν, ὅτι ἥξει. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δύο, δέον ἐστὶ δεῖξαι αὐτοὺς κακῶς λέγοντας. Ἡμῶν τοίνυν λεγόντων, ὅτι ἦλθε, καὶ τοῦτο δεικνύντων ἀπὸ πολλῶν, πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν σημείων, ὧν ἐποίησε, δεύτερον δὲ, ἀπὸ τοῦ ἐξ αὐτοῦ καταλυθῆναι τὰ εἴδωλα (ὁ γὰρ Ἡσαΐας λέγει· *Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ*) · τρίτον, ἀφ' ὧν λέγει ὁ Δανιὴλ· αἱ γὰρ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες τῶν ἐτῶν, ἃς λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ἐφ' οὗ χρόνου δεῖ καὶ ἐκβάλλειν αὐτὰς, εἰς τοὺς χρόνους τοῦ Χριστοῦ καταλήγουσιν. Ἔστι δὲ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκβολῆς, ἀπὸ τοῦ κδ' ἔτους Ἀρταξέρξου τοῦ Μακρόχειρος.

Ἡμῶν οὖν ταῦτα δεικνύντων αὐτοῖς, διισχυρίζονται λέγοντες, ὅτι οὐκ ἦλθε. Λέγει γὰρ, φασὶν, ὁ ψαλμὸς, ὅτι *Ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνατελεῖ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης* · καὶ ἕτερα τοιαῦτα παραφέρουσιν ἀπὸ τῆς ἁγίας Γραφῆς. Νῦν δὲ, φασὶν, οὐδὲν τούτων ὁρῶμεν· ἀλλὰ τοὐναντίον, πλεονάσασαν ἀδικίαν καὶ ἁμαρτίας πολλὰς γινομένας. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι διττή ἐστιν ἡ παρουσία τοῦ Χριστοῦ· ἡ μὲν μετὰ δόξης, ἣν ὁ Δανιὴλ διεξέρχεται λέγων· *Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ἦν, καὶ ἄχρι τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἐξουσία· πάντα τὰ ἔθνη αὐτῷ δουλεύσουσι*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡ δὲ, μετὰ ταπεινώσεως, περὶ ἧς λέγει ὁ Ἡσαΐας· *Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους*. Ὅταν οὖν εἶπεν ὁ ψαλμὸς, ὅτι ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, τοῦτο λέγει ὡς πρὸς τὴν ἔνδοξον μέλλουσαν παρουσίαν. Ἐπεὶ ὅτι πάντως ἀνάγκη ἁμαρτίας γενέσθαι ἐπὶ τῆς πρώτης παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, εὔδηλον ἐντεῦθεν. Ἐρωτῶ γὰρ αὐτούς· Ἰδίῳ θανάτῳ ἀποθανεῖται ὁ ἐρχόμενος Χριστὸς, ἢ ἄλλοι αὐτὸν ἀποκτενοῦσιν; Ἀποκρίνονται δηλονότι, ὡς ἄλλοι αὐτὸν φονεύσουσι. Τί δέ; ὁ τὸν τοιοῦτον μέγαν ἄνθρωπον ἀποκτείνων, οὐ μεγάλως ἁμαρτάνει; Πάντως φήσουσιν, ὅτι Ναί. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀνάγκη πάντως ἁμαρτίαν γενέσθαι ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ πρώτης παρουσίας· ὥστε ὁ ψαλμὸς λέγει, ἐπὶ τῆς δευτέρας. Ἄλλως τε καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ ψαλμός· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου*. Δηλοῖ γὰρ ὅτι ἔσχεν ἐχθρούς. Ὅπου δὲ ἔχθρα,

A *Faciamus*, si non et alios potestatis consortes haberet. Secundo ex iis quæ rursus in Genesi profert : *Ecce factus est Adamus, velut unus ex nobis* [7]. Pluribus itaque probari potest, esse sanctam Trinitatem. Sed progrediamur, et quid de incarnatione Christi sentiant, ostendamus. Cum ergo tria de Christo in quæstionem venire soleant, an veniat, an venerit ; et tertio loco, sitne qui venit, Deus : de primo, an scilicet veniat, nihil opus est dici ; nam ipsimet venturum fatentur. De duobus cæteris probandum, eos male loqui. Quippe dicentibus nobis, eum venisse, atque hoc ipsum multis argumentis ostendentibus : primum ex signis quæ fecit ; deinde ex eo quod ab ipso sublata sint e medio simulacra (nam Isaias inquit : *Ecce Dominus in levi nube considet, ac in Ægyptum veniet, et Ægypti simulacra manu facta quatientur ab ipsius conspectu* [8]) ; tertio, de verbis Danieli vatis : etenim illæ annorum septuaginta septimanæ de quibus ad eum angelus loquitur, ab illo tempore quo inchoandæ sunt, in annos Christi desinunt. Estque principium computationis ab Artaxerxis Longimani anno 24.

VI. Nobis igitur hæc eis ostendentibus, ipsi non venisse Christum affirmant. In Psalmo dicitur, inquiunt : *Ipsius tempore justitiam et pacis copiam exorituram* [9] ; aliaque talia de sacris Litteris male proferunt. Nunc autem, inquiunt, nihil horum cernimus, sed e contrario, crevisse injurias, multaque peccata designari. Ad hoc nos respondemus, adventum Christi duplicem esse : unum cum majestate, de quo Danielus commemorat, inquiens : *Offerebat se mihi visum nocturnum : et ecce quidam quasi Filius hominis in nubibus cœli veniebat, et usque ad Antiquum dierum accessit, eique datum est imperium, et honor et potestas ; et omnes gentes ei servient* [10], et cætera. Alterum cum humilitate, de quo loquitur Isaias : *Et vidimus eum, nec speciem habebat ullam, nec pulchritudinem : imo species ejus erat turpis, et infra omnes homines* [11]. Cum ergo Psalmus ait, exorituram ipsius temporibus justitiam, hoc ipsum dicit respectu futuri aliquando gloriosi adventus. Nam in primo Christi adventu necessario futurum, ut peccata fiant, vel hinc plane manifestum est. Hebræos enim interrogo : Morieturne Christus ille qui veniet, a seipso, an eum occident alii ? Respondent scilicet, ab aliis occidendum. Quid autem ? qui talem tantumque necabit hominem, annon peccabit graviter ? Omnino peccaturum dicent. Ergo si hoc conceditur, omnino necesse est, in primo Christi adventu peccata fieri ; adeoque dictum illud Psalmi de adventu secundo erit accipiendum ; præsertim cum et alibi Psalmus dicat : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec posuero inimicos tuos, scabellum pedum tuorum* [12]. Indicat enim, Christum habuisse inimicos. Ubi vero inimicitia est, ibi non est pax. Christum denique non esse Deum, de quo tertio loco quæritur, ex iis

[7] Gen. III, 22. [8] Isa. XIX, 1. [9] Psal. LXXI, 7. [10] Dan. VII, 13, 14. [11] Isa. LIII, 2, 3. [12] Psal. CIX, 1.

quæ Moses dixit, affirmant : *Vatem vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus nostris, mei similem* [13]. Ecce, inquiunt, non Deum appellavit, sed vatem. Nos autem ad hoc respondemus, Christum omnia fuisse: nam et homo erat, et vates, et Deus : itaque quovis appellari nomine poterat. Etenim quod Deus erat, demonstrata quæstione, an venerit, ex novi fœderis Scriptura probari facile posset. Verum et illud ostendemus e Scriptura veteri. Nam manifesto Jeremias id alicubi dicit his verbis: *Hic Deus noster est, alius cum eo non comparabitur. Omnem scientiæ viam invenit, eamque Jacobo puero suo dedit, et dilecto ab se Israelo. Secundum hæc in terra conspectus est, et inter homines versatus* [14]. Hæc igitur Hebræorum dogmata sunt, et eorumdem refutationes.

A οὐκ ἔστιν εἰρήνη. Περὶ δὲ τοῦ μὴ εἶναι Θεὸν τὸν Χριστὸν, ὅπερ ἦν τρίτον ζητούμενον, ἰσχυρίζονται ἀφ' ὧν εἶπεν ὁ Μωσῆς· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ.* Ἰδοὺ γὰρ, φασὶν, οὐ Θεὸν αὐτὸν εἶπεν, ἀλλὰ προφήτην. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πάντα ἦν ὁ Χριστός· καὶ ἄνθρωπος γὰρ ἦν, καὶ προφήτης, καὶ Θεός· ὁθενουνδήποτε ἐξῆν αὐτὸν ὀνομάσαι. Ὅτι γὰρ Θεὸς ἦν, δειχθέντος τοῦ, εἰ ἦλθε, ῥᾴδιον ἦν ἀπὸ τῆς Νέας Γραφῆς ἀποδεῖξαι. Πλὴν καὶ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς δείξομεν τοῦτο. Φησὶ γάρ που λέγων τοῦτο Ἱερεμίας ἀναφανδόν· *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη.* Ταῦτα μὲν οὖν εἰσι τὰ τῶν Ἑβραίων, καὶ αἱ πρὸς αὐτὰ ἀντιλογίαι.

VII. Nunc ad Samaritanorum quoque dogmata transeamus. Sed cognoscenda prius historia quædam, unde scilicet hæc Samaritanorum orta sit hæresis. Postquam ergo Saulus annis 40 regnasset, Davidem Deus e Juda tribu prognatum, ejus loco regem Israelitarum constituit : ac Davidis posteritas in possessione regni mansit, filiis parentum imperium excipientibus, usque ad Sedeciam. Cæterum mortuo Davide rege, Solomon filius ejus regnum suscepit. Hic juste agebat omnia : quapropter ei Deus magnam sapientiam potestatemque largitus est. Verum ubi consenuisset, adoravit simulacra, uxoribus suis obtemperans. Quam ob causam iratus Deus, Hieroboamo Solomonis servo dixit, se decem domini sui sceptris eum præfecturum regem, si voluntati divinæ pariturus esset : reliqua quidem duo sceptra Solomoni se relicturum, propter patrem ipsius Davidem : atque hæc post mortem Solomonis primum eventura. Cum autem mortuus fuisset Solomon, filius ipsius Roboamus in regni possessione successurus erat. Itaque collecti ad ipsum Israelitæ, sic eum compellavere : *Nimis gravi nos jugo pater tuus oppressit : tu fac tolerabilius leviusque sit, et serviemus tibi* [15]. Ad ea Roboamus : *Triduum mihi concedite, meumque consilium vobis exponam* [16]. Ac digressus ab eis, primo rem cum natu majoribus amicis paternis communicabat : qui deliniendos Israelitarum animos aiebant, quo facto lubenter illos ipsi servituros. Hinc etiam ad adolescentulos retulit. Illi respondendum dixere, gracilitatem Roboami solidiorem esse lumbo paterno. Patrem flagris eos castigasse, se castigaturum scorpionibus. His assensus Roboamus, in eam sententiam Israelitis respondit. Illi vero vicissim dixere : Tu Davidis patris tui familiam administrato : et Israelitæ quisque suas ad domos ac tabernacula revertuntor [17]. Quibus prolatis, ab eo diverterunt universi, duabus exceptis tribubus, Benjaminea scilicet et Judæa, quarum erant in ditione tam Hierosolyma quam loca continentia : decem vero

B Μετέλθωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δόγματα τῶν Σαμαρειτῶν. Ἀλλὰ πρῶτον ἱστορίαν τινὰ μάθωμεν, πόθεν κατάγεται ἡ αἵρεσις τῶν Σαμαρειτῶν. Μετὰ οὖν τὸ βασιλεῦσαι τὸν Σαοὺλ ἔτη μ', κατέστησεν ἀντ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τὸν Δαβὶδ βασιλέα τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἄνδρα τῆς φυλῆς Ἰούδα· καὶ ἔμεινεν ἡ γενεὰ τοῦ Δαβὶδ βασιλεύουσα, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Σεδεκίου. Ἀποθανόντος δὲ τοῦ βασιλέως Δαβὶδ, ὁ Σολομὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐδέξατο τὴν βασιλείαν. Οὗτος μὲν οὖν πάντα μετὰ δικαιοσύνης ἔπραττεν, ὅθεν ὁ Θεὸς πολλὴν αὐτῷ σοφίαν καὶ δυναστείαν ἐχαρίσατο. Γηράσας δὲ, προσεκύνησεν εἰδώλοις, πειθόμενος ταῖς ἑαυτοῦ γυναιξίν. Ὅθεν ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς, εἶπεν Ἱεροβοὰμ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ, ὅτι Ἐὰν ποιήσῃς τὸ θέλημά μου, ἐπὶ δέκα σκήπτρων τοῦ C δεσπότου σου καταστήσω σε βασιλέα· τὰ γὰρ ἄλλα δύο ἐάσω, διὰ τὸν Δαβὶδ, τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἔσται δὲ ταῦτα μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτόν. Ἀποθανόντος δὲ Σολομῶντος, ἤμελλε τῆς βασιλείας κληρονομεῖν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ῥοβοάμ. Καὶ συλλεγέντες οἱ Ἰσραηλῖται, εἶπον πρὸς αὐτόν· *Ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν ζυγὸν ἡμῶν, ἀλλ' ἐλάφρυνον σὺ αὐτὸν ἀφ' ἡμῶν, καὶ δουλεύσομέν σοι.* Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο· *Ἐνδοτέ μοι τρεῖς ἡμέρας, καὶ λέξω ὑμῖν τὴν βουλήν μου.* Ἀπελθὼν δὲ, πρῶτον τοῖς πρεσβυτέροις τῶν πατρῴων αὐτοῦ φίλων ἀνεκοινώσατο· οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον· Θεράπευσον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ δουλεύσει σοι. Ἀνέθετο δὲ καὶ παιδαρίοις. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ὅτι Εἰπὲ πρὸς αὐτοὺς, ὅτι Ἡ σμικρότης μου, στερεωτέρα ἐστὶ τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου. D Ἐκεῖνος ὑμᾶς μάστιξιν ἐπαίδευσεν, ἐγὼ σκορπίοις παιδεύσω. Τούτοις πεισθεὶς Ῥοβοὰμ, ταῦτα τοῖς Ἰσραηλίταις ἀπεκρίνατο. Οἱ δὲ Ἰσραηλῖται ἀπεκρίναντο· Βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαβὶδ, ὁ δὲ Ἰσραὴλ ἕκαστος ἀποχωρείτω εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ. Καὶ ταῦτα εἰπόντες, ἀπεχωρίσθησαν αὐτοῦ πάντες, πλὴν δύο φυλῶν, τῆς τε Βενιαμὶν, καὶ τῆς τοῦ Ἰούδα. Αὗται μὲν αἱ δύο τὰ Ἱεροσόλυμα εἶχον, καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς· αἱ δὲ ἀποχωρισθεῖσαι δέκα, τὰ περὶ Νεάπολιν εἶχον. Ἐκαλοῦντο δὲ αἱ μὲν δέκα φυλαὶ,

[13] Deut. xviii, 15, 18. [14] Baruch. iii, 36-38. [15] III Reg. xii, 4, 5. [16] ibid. [17] ibid. 16.

Ἰσραηλῖται, ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος λαμβάνοντες τὸ A
ὄνομα· αἱ δὲ δύο, Ἰουδαῖοι. Αἱ οὖν δέκα προστησάμεναι αὐτῶν Ἱεροβοὰμ τὸν δοῦλον τοῦ Σολομῶντος, συνεχῶς ἐπολέμουν πρὸς Ἰουδαίους· ἐπειδὴ δὲ νόμος ἦν ἑκάστῳ ἔτει προσκυνεῖν τοὺς Ἑβραίους ἐν Ἱεροσολύμοις τῇ κιβωτῷ, φοβηθεὶς ὁ Ἱεροβοὰμ, μὴ αὐτομολήσωσι, συνεχῶς ἀπιόντες ἐκεῖ· ἐποίησε δύο δαμάλεις χρυσᾶς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι Οὗτοί εἰσιν οἱ θεοὶ, οἱ ἐξαγαγόντες ὑμᾶς ἐξ Αἰγύπτου· τούτοις προσκυνεῖτε. Καὶ οἱ Ἰσραηλῖται οὖν, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ εἰδωλολάτρουν, ἐπὶ πολλοὺς βασιλέας· ἕως οὗ ὁ Θεὸς ὀργισθεὶς ἤγαγεν ἐπ' αὐτοὺς τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων τὸν Σαλμανασάρ· καὶ ἠχμαλώτισε τὰς δέκα φυλὰς τῶν Ἰσραηλιτικῶν· τοὺς γὰρ Ἰουδαίους οὐδὲ ἐπολέμησεν. Αἰχμαλωτίσας δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας, ἀντ' αὐτῶν ἄλλους ἐκεῖσε κατ- B
έστησε, πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας, οἵτινες ἐκλήθησαν Σαμαρεῖται· ἐπειδὴ Σαμαρείτης λέγεται ὁ φύλαξ παρ' Ἑβραίοις. Τούτους δὲ ἀντὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν οἰκοῦντας, λέοντες ἀπέκτεινον πυκνῶς· ἕως οὗ ἔπεμψαν, λέγοντες τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων, ὅτι Λέοντες ἡμᾶς ἀπόλλουσιν, ἐπειδὴ οὐκ ἴσμεν λατρεῦσαι τῷ Θεῷ τῆς γῆς ταύτης. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἔπεμψεν αὐτοῖς ἕνα τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἱερέων, ἐπὶ τὸ διδάξαι [αὐτοὺς, πῶς δεῖ προσκυνεῖν τῷ Θεῷ τῆς γῆς ἐκείνης. Ὁ δὲ ἐλθὼν, οὐδὲν ἄλλο ἐδίδαξεν αὐτοὺς, ὡς φασιν οἱ ἔξωθεν ἱστοροῦντες, εἰ μὴ μόνον τὴν Πεντάτευχον, ὅθεν καὶ μόνην αὐτὴν δέχονται οἱ Σαμαρεῖται. Μέχρις οὖν τῶν ἐνταῦθα λέγει ἡ Γραφή. C

Καὶ ἀπὸ τούτων λέγουσι γεγενῆσθαι τοὺς Σαμαρείτας· ἡ δὲ αἵρεσις αὐτῶν τοιαύτη ἐστί. Περὶ μὲν τὴν θεολογίαν, τὰ αὐτὰ δοξάζουσι τοῖς Ἑβραίοις· μίαν γὰρ ὑπόστασιν, καὶ μίαν φύσιν δοξάζουσι. Περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ, οὕτως ἔχουσιν. Οὐ πιστεύουσιν, ὅτι ἦλθεν, ἀλλ' ὅτι μέλλει ἐλθεῖν, οὐδὲ ὅτι Θεὸς, ὁ ἐρχόμενος, ἀλλὰ προφήτης. Οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν. Οὐ συγκατατίθενται γὰρ τοῖς Ἑβραίοις, ὅτι Χριστὸς μέλλει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ ὅτι μέν εἰσιν ἄγγελοι, ἐλέγχονται ἀπὸ τῆς Πεντατεύχου· ἐκεῖ γάρ φησιν· *Ἰδοὺ ὁ ἄγγελός μου προπορεύεται πρὸ προσώπου σου.* Καὶ, ὅτι D
Ἄγγελος Κυρίου ἐκάλεσε τὴν Ἄγαρ. Καὶ, ὅτι *Ἐκάλεσεν ἄγγελος Κυρίου τὸν Ἀβραάμ.* Καὶ ὅτι *Εἰσῆλθον οἱ ἄγγελοι εἰς Σόδομα*, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ θνητή ἐστι, φασὶ, καὶ οὐκ ἀθάνατος, μαρτυρεῖ ὁ Μωϋσῆς, εἰπὼν, Μὴ φάγεσθε αἷμα, ἀλλ' ἐκχεῖτε αὐτὸ κατὰ τῆς γῆς. Παντὸς γὰρ ζώου τὸ αἷμα, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πρῶτον μὲν οὐκ ἔστι τὸ αἷμα ἡ ψυχὴ τῶν ζώων, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ αἵματος ἐκχεομένου καὶ ἡ ψυχὴ ἀπόλλυται· ἐκ τούτου περὶ τοῦ αἵματος κτηνῶν ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, ἃ καὶ ἡμεῖς θνητὰ ὁμολογοῦμεν εἶναι· οὐ περὶ ἀνθρώπων. Καὶ ἀπὸ ἱστορίας

tribus illæ quæ secessionem fecerant, vicinam Neapoli regionem occupabant. Et appellabantur hæ decem tribus, Israelitæ, nomen a majori parte consecuti : reliquæ vero duæ, Judæi. Tribus igitur decem Jeroboamo, Solomonis servo, sibi præfecto, continua cum Judæis bella gerebant : et quia lex erat, ut Hebræi quotannis arcam Hierosolymis adorarent, veritus Jeroboamus, ne frequenter eo commeantes, transfugium facerent : duas juvencas aureas fecit, suisque dixit, hos illos esse deos, qui ex Ægypto Israelitas eduxissent : eos adorarent. Quo factum est, ut pariter et Israelitæ, et Judæi, ab Jeroboami temporibus simulacra sub multorum regum imperio colerent, donec iratus Deus, Salmanasarum Assyriorum regem in eos duxit. Is decem Israelitarum tribus in servitutem redegit : Judæis ne bellum quidem intulit. Cumque captivos Israelitas abduxisset, alios ibidem eorum loco, regionis custodiendæ causa, constituit ; qui Samaritani sunt vocati, quippe Samarita, custos Hebræis dicitur. Eos autem incolentes Israelitarum terras, sæpenumero leones interficiebant ; donec missis legatis, Assyriorum regi significarent, ab leonibus ad internecionem se deleri, propterea quod ritum colendi Deum illius regionis ignorarent. Quibus rex auditis, unum ex abductis in captivitatem sacerdotibus ad eos misit, qui doceret, quo pacto regionis illius Deus esset adorandus. Is ubi advenisset, nihil aliud eos docuit, ut extranei scriptores aiunt, nisi Pentateuchum : quamobrem illam solam Samaritani recipiunt. Hactenus Scriptura sacra.

VIII. Perhibent autem, ab his ortos Samaritanos : quorum est hujusmodi secta : In doctrina de Deo cum Hebræis eadem statuunt : unam hypostasin, et unam esse naturam tradentes. Quod ad incarnationem Christi attinet, hoc modo sentiunt : Christum venisse non credunt, venturum existimant : nec Deum esse qui veniat, sed vatem. Præterea nec angelum opinantur esse, nec animam immortalem, nec resurrectionem. Non enim Hebræis assentiuntur, credentibus Christum vivos atque mortuos judicaturum. Cæterum angelos esse, de Pentateucho convincuntur, ex hisce verbis : *Ecce angelus meus ante faciem tuam præit* [18]. Item : *Angelus Domini compellavit Agarem* [19]. Item : *Angelus Domini compellavit Abrahamum* [20]. Item : *Ingressi sunt angeli Sodomorum oppidum* [21]. Aliaque talia. Mortalem vero animam esse, non immortalem, testatur, inquiunt ipsi, verbis hisce Moses : Sanguinem ne comedetis, sed eum in terram effundite. Nam cujusvis animalis sanguis, ipsius est anima [22]. Sed nos ad hoc respondemus, primum non esse sanguinem animalium animam ; sed quoniam effuso sanguine, anima quoque interit, idcirco de sanguine jumentorum sic loquitur, quæ nos quoque morti obnoxia fatemur esse ; non de homi-

[18] Exod. xxiii. 20. [19] Gen. xxi, 17. [20] Gen. xxii, 11. [21] Gen. xix, 1. [22] Levit. iii, 17 ; xvii, 13, 14.

nibus. Quin et animam esse immortalem, et judicium fore mortuorum, ex historia probamus. Cainus et Abelus duo fratres erant, unus agricola, pastor alter : quibus ambobus rem Deo sacram factitantibus, Abelum Deus ut justum acceptavit, neglecto Caino. Is hanc ob causam adversus Abelum æmulatione concepta, tandem eum occidit. Cum ergo Samaritani dicant, in hac vita compensari facta cujusvis, quid de Abelo dicere possumus, cujus justitiæ Deus ipse testimonium perhibuit? Nimirum, quod ad hanc vitam attinet, mala pro bonis recepit. Unde manifesto patet, et immortalem esse animam, et resurrectionem esse, statui debere : nam nisi vita restaret, in qua suarum actionum ille fructum capiet, nequaquam vir talis immerito fuisset interemptus. Et hæc quidem Samaritanorum est secta. Sciendum vero, regem Assyriorum Nabuchodonosorum, cum, regnante Sedecia, cum copiis Hierosolyma venisset, Judæos in captivitatem abduxisse, atque in Persidem transtulisse : quorum in numero Ananias, Azarias, Misaelus, Iezechielus et Esdras. Post annos septuaginta, regnante Cyro, rursus Hierosolyma profecti sunt, cum Cyrus eis reditum propterea concessisset, quod ei pleraque per ipsum gerenda prædixissent. Hunc reditum descripsit Esdras; qui cum Hierosolyma venisset, omnesque libros id temporis, quo in captivitatem abducti fuerant, reperisset exustos : ex memoria depromptos illos 22 libros quos supra recensuimus, in litteras retulisse perhibetur. Hæc considerare libuit.

A δὲ δεικνύομεν, ὅτι καὶ ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ κρίσις ἐστὶ νεκρῶν. Ὁ Κάϊν καὶ Ἄβελ, δύο ἦσαν ἀδελφοί· καὶ ὁ μὲν ἦν γεωργὸς, ὁ δὲ ποιμήν· καὶ ἔθυσαν ἀμφότεροι τῷ Θεῷ· καὶ τὸν Ἄβελ, ὡς δίκαιον, προσεδέξατο, τὸν δὲ Κάϊν, οὐκέτι. Ἐκεῖθεν οὖν παρεζήλου τὸν Ἄβελ, ἕως αὐτὸν ἀπέκτεινε. Τῶν οὖν Σαμαρειτῶν λεγόντων, ἐν τῷ νῦν βίῳ ἀπολαμβάνειν πρὸς τὰς ἑαυτοῦ πράξεις ἕκαστον· τί ἔχομεν εἰπεῖν περὶ τοῦ Ἄβελ, ᾧ δικαιοσύνην ἐμαρτύρησεν ὁ Θεός; Ὅσον γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν βίου, κακὰ ἀντὶ καλῶν ἀπέλαβεν. Ἐκ τούτου οὖν δῆλον, ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, καὶ ἀνάστασιν δεῖ δοξάζειν· εἰ μὴ γὰρ ἦν, ἐν ᾗ τῶν οἰκείων ἔμελλεν ἀπολαῦσαι πράξεων, οὐκ ἂν ὁ τοιοῦτος ἀδίκως ἀπέθανεν. Αὕτη ἐστὶν ἡ αἵρεσις τῶν Σαμαρειτῶν. Ἰστέον δὲ, ὅτι B Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων, ἐλθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπὶ Σεδεκίου τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ᾐχμαλώτευσε, καὶ ἔλαβεν εἰς Περσίδα· ἐν οἷς ἦν Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ, καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Ἔσδρας. Μετὰ οὖν ο' ἔτη, ἐπὶ Κύρου τοῦ βασιλέως, ἐπανέλυσαν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τοῦ Κύρου αὐτοῖς συγχωρήσαντος τὴν ἐπάνοδον, διὰ τὸ πολλὰ αὐτῷ προλέγειν, ὧν ἤμελλε ποιεῖν. Ὁ δὲ Ἔσδρας συνεγράψατο τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν· καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ εὑρὼν, ὅτι πάντα τὰ βιβλία ἦσαν καυθέντα, ἡνίκα ᾐχμαλωτίσθησαν, ἀπὸ μνήμης λέγεται συγγράψασθαι τὰ κβ' βιβλία· ἅπερ ἐν τοῖς ἄνω ἀπηριθμησάμεθα. Ἐν τούτοις ἡ θεωρία.

Hac tertia Actione dividuntur tempora quæ a nativitate Christi ad imperium Constantini effluxerunt : enumerantur patres ecclesiastici, qui toto illo interstitio temporis floruerunt.

ACTIO III.

Quoniam de Christianis dogmatibus habenda erit oratio, necessarium est, temporum partitionem quamdam institui, ut hinc cognoscamus, qui doctores, quæ sectæ fuerint; quarum quælibet Patres se priores admittit, posteriores rejicit. Temporum igitur alia Christi nativitatem præcedunt, quorum supra mentionem fecimus : alia Christum sequuntur. Horum post Christum temporum hæc est divisio : partim a nativitate Christi ad imperium Constantini pertinent, partim ab imperii Constantini principio ad nostram memoriam. Rursus anni a nativitate Christi usque ad imperium Constantini triplices sunt. Nam ex eis alii numerantur a nativitate Christi usque ad ipsius assumptionem; alii ab assumptione, de quibus apostolorum Acta pertractant; alii a periodo et obitu apostolorum, usque ad principium imperii Constantini : de quibus historici quidam ecclesiastici memoriæ prodiderunt, Eusebius Pamphili, et Theodoritus; quorum scripta necessario non recipimus. Nam extra apostolorum Acta nihil horum ut admittamus, Patrum regulis sancitum est. Anni vero ab initio Constantiniani regni ad nostram ætatem usque, sic dividuntur : alii a Constantini imperio numerantur, usque ad initium coactæ synodi Chalcedonensis : alii a coacta Chalcedonensi synodo, ad nostra usque tempora

C

ΠΡΑΞΙΣ Γ'.

Ἐπειδὴ περὶ Χριστιανῶν δογμάτων ὁ λόγος, ἀναγκαῖόν ἐστι τῶν χρόνων διαίρεσίν τινα ποιήσασθαι· ἵνα ἐκ τούτων γνῶμεν, τίνες διδάσκαλοι, καὶ ποῖαι αἱρέσεις, ὧν ἑκάστη τοὺς μὲν πρὸ αὐτῆς δέχεται Πατέρας, τοὺς δὲ μετ' αὐτὴν οὐκέτι. Τῶν τοίνυν χρόνων, οἱ μέν εἰσι πρὸ Χριστοῦ, ὧν ἤδη ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἐμνήσθημεν· οἱ δὲ, μετὰ τὸν Χριστόν. Καὶ ἔστι τῶν μετὰ τὸν Χριστὸν ἡ διαίρεσις τοιαύτη. Οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, ἄχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἄχρι τοῦ νῦν. Ὑποδιαιροῦνται δὲ πάλιν οἱ ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ Κωνσταντίνου, εἰς τρεῖς. Οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ D Χριστοῦ ἄχρι τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀναλήψεως, περὶ ὧν διαλαμβάνουσιν αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περιόδου καὶ τελευτῆς τῶν ἀποστόλων, ἄχρι τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου. Περὶ ὧν διαλαμβάνουσί τινες ἐκκλησιαστικοὶ, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ Θεοδώριτος, οὓς ἐξ ἀνάγκης οὐ δεχόμεθα. Μέχρι γὰρ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων κεκανόνισται δέχεσθαι ἡμᾶς. Οἱ δὲ ἀπ' ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἄχρι τοῦ νῦν, διαιροῦνται οὕτως· οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἄχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· οἱ δὲ, ἀπὸ

τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, μέχρι τοῦ νῦν. Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε· Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος φιλόσοφος καὶ μάρτυς, Κλήμης καὶ Ἱππόλυτος ἐπίσκοποι Ῥώμης, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. Τούτους ἅπαντας αἱ μετ' αὐτοὺς γενόμεναι αἱρέσεις δέχονται.

A Cæterum temporibus illis quæ a Christi nativitate usque ad imperium Constantini numerantur, hi doctores et patres exstiterunt: Ignatius ille Theophorus, Irenæus, Justinus philosophus et martyr, Clemens et Hippolytus episcopi Romani, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis episcopus, Gregorius miraculorum effector, Petrus Alexandrinus episcopus et martyr. Hos omnes sectæ deinceps hæreses recipiunt.

Αἱρέσεις δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἐγένοντο μὲν πολλαὶ, πλὴν μόνων τῶν ἐπισήμων δέον μνησθῆναι. Ἐγένετο τοίνυν πρῶτον, ἡ τῶν Μοντανῶν, περὶ ἧς ἐν ἄλλοις διαληψόμεθα· εἶτα τῶν Μανιχαίων, ἥτις ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἐκλεξαμένη τὰ χείριστα, οὐδὲν ἀγαθὸν ἔχει. Περὶ ἧς οὐ δύναταί τις εἰπεῖν ἀκριβῶς, εἰ μὴ τῆς αὐτῶν γένηται πολιτείας. Οὐ φείδεται δὲ οὐδὲ εἰδωλολατρείας, οὐ παντὸς εἴδους κακοῦ. Ἃ δὲ περὶ τὴν θεότητα ἀφειδῶς ἁμαρτάνουσι, καὶ περὶ τὴν ἀνθρωπότητα (*b*), ταῦτά ἐστι. Περὶ μὲν γὰρ τὴν θεότητα, οὕτως ὑπειλήφασι· δύο ἀρχὰς, καὶ δύο θεοὺς λέγουσιν, ἕνα ἀγαθὸν καὶ ἕνα κακόν. Καὶ τὰ μὲν κρείττονα τῶν πραγμάτων ἀνατιθέασι τῷ ἀγαθῷ· τὰ δὲ χείρονα, τῷ κακῷ. Οἷον, τὸ μὲν φῶς ἀνατιθέασι τῷ ἀγαθῷ Θεῷ· τὸ δὲ σκότος, τῷ κακῷ. Καὶ πάλιν, ἐπὶ τῶν συνθέτων ζώων, τὴν ὕλην τῷ κακῷ Θεῷ· τὸ δὲ εἶδος, τῷ ἀγαθῷ Θεῷ. Οὗτοι καί τινα βιβλία τῆς Παλαιᾶς Γραφῆς τῷ κακῷ Θεῷ ἀνατιθέασιν· ὥσπερ τὴν ἀπὸ Αἰγύπτου ἔξοδον τῶν Ἰσραηλιτῶν. Οὐκ ἔστι γὰρ, φασὶ, τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, τὸ ἐκβαλεῖν αὐτοὺς ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτοῖς ὕστερον ποιῆσαι. Οὗτοι καὶ βιβλία τινὰ ἑαυτοῖς καινοτομοῦσι. Λέγουσι γὰρ Εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν καὶ Φίλιππον, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν. Δι' οὓς καὶ ἐκάλεσαν οἱ ἅγιοι Πατέρες, ποῖα βιβλία δεῖ δέχεσθαι ἡμᾶς. Περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν οὕτως δοξάζουσιν· οὐχ ὁμολογοῦσιν ἀληθῆ γενέσθαι τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν· καὶ ἐν τοῖς πάθεσιν ὅτι ἄλλον ἄνθρωπον ὑπέβαλεν ἀντ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἔφυγεν. Ἐπιστοῦντο δὲ τὸ τῆς φαντασίας, ἀπό τινων ῥημάτων ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις κειμένων, ἐξ ὧν λέγουσιν, ὅτι ἐν τῷ ὄρει ὢν μετεμορφώθη καὶ ἄφαντος γέγονε. Καὶ πάλιν, ὄχλου πολλοῦ περιεστηκότος, ἐξένευσεν ὁ Ἰησοῦς. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἱκανὸν παραστῆσαι, ὅτι κατὰ φαντασίαν γέγονεν ἡ ἐνανθρώπησις. Καὶ ἄνθρωποι γὰρ μετεμορφώθησαν, καὶ γεγόνασιν ἄφαντοι. Μετεμορφώθη γὰρ Μωϋσῆς εἰς ἔνδοξον πρόσωπον, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς Ἰουδαίους ἀτενίσαι εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ κεκαλυμμένος τὴν ὄψιν ἐλάλει αὐτοῖς. Ἡφαντώθη δὲ καὶ ὁ Φίλιππος, καὶ ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐξαίφνης ἐγένετο εἰς Ἄζωτον.

II. Et exstiterunt iisdem temporibus sectæ complures; sed claræ duntaxat commemorandæ. Primum ergo secta Montanorum est orta, de qua tractabimus alibi; deinde Manichæorum, quæ quia de sectis singulis pessima quæque selegit, nihil omnino boni continet. Nec potest quisquam accurate de hac loqui, nisi eorum se conversationi adjungat. Non de astrorum cultu, non mali specie quavis abstinet. Quæ circa doctrinam de Deo, deque incarnatione Christi magna cum licentia delinquunt, hæc sunt. De divinitate sic opinantur, ut esse duo principia, duosque Deos dicant, unum bonum, et unum malum. Si qua meliora sunt in rebus, ea Deo bono assignant; tenebras, malo. Rursus in compositis animalibus, materiem ad malum Deum; formam ad bonum Deum referunt. Iidem et Veteris Scripturæ libros quosdam Deo malo attribuerunt: ut eum, qui de Israelitarum ex Ægypto discessu narrat. Aiunt enim, non esse Dei boni, eos Ægypto ejicere, multaque mala deinceps irrogare. Præterea novos quosdam sibi libros excogitant. Quippe commemorant Evangelium scriptum a Thoma, et alterum a Philippo; quæ nos ignoramus. Atque horum gratia sancti Patres expressere nominatim, quos libros recipere debeamus. De incarnatione sic sentiunt: Non vere factam incarnationem Christi fatentur, sed specie tenus: et in ipsis cruciatibus Christum pro se hominem alium subjecisse, ac fuga evasisse. Huic de specie opinioni ex quibusdam dictis quæ in Evangeliis reperiuntur fidem astruebant: unde perhibent, Christum in monte transformatum fuisse, ac inaspectabilem factum. Rursus, cum magna eum multitudo circumstetisset, Jesus deflexit. Hoc vero non satis est ad probandum incarnationem specie tenus esse factam. Nam et homines transformati fuerunt, et inaspectabiles facti. Quippe Moses transformatus est, vultu adeo majestate referto, ut oculos in eum Judæi dirigere nequirent, sed obvelato vultu ad eos loqueretur. Itidem et Philippus inaspectabilis factus est, et ex regione montana subito pervenit Azotum.

Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλη αἵρεσις κατὰ τοὺς χρόνους τούτους, ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως· ὅστις καὶ περὶ τὴν θεότητα ἐσφάλλετο, καὶ περὶ τὴν ἐνανθρώπησιν. Περὶ μὲν γὰρ τὴν θεότητα, ὅτι Πατέρα μόνον ἔλεγε· περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, ὅτι ψιλὸν ἄνθρωπον ἔλεγε

III. Alia quoque secta, nimirum Pauli Samosatensis, his temporibus exstitit: qui et circa divinitatem et incarnationem errabat. Circa divinitatem, quia Patrem solum fatebatur: circa incarnationem, quia purum solumque hominem esse Chri-

(*b*) Ἀνθρ. Ἐνανθρώπησιν, paulo post infra.

stum dicebat: in quo fuisse Dei Sermonem non arbitrabatur; nec ea sentiens, quæ Nestorius. Quippe Nestorius, licet Christum diceret purum hominem esse, tamen subsistentem per se Dei Sermonem, ac Filium, in homine illo fuisse fatebatur. Non enim circa Trinitatem aliquod Nestorii fuit erratum. Paulus autem Samosatensis subsistentem per se Dei Sermonem in Christo fuisse non dicebat, sed volebat Sermonem esse jussum quemdam ac mandatum, hoc est, jussit Deus (ut ipse loquebatur) fieri per illum hominem, quod volebat; idemque per illum condebat. Nec erat eadem Pauli de divinitate sententia, quæ Sabellii. Nam Sabellius eumdem dicebat esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Deumque rem trini nominis appellabat, nullam prorsus esse Trinitatem statuens. Paulus vero, non eumdem dicebat esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum: sed Patrem aiebat illum esse Deum qui omnia creasset; Filium, purum illum hominem; Spiritum, illam gratiam quæ super apostolos venerit. His temporibus exstitit et Sabellii secta, de qua paulo ante locuti sumus.

IV. Cæterum temporibus illis quæ numerantur ab imperii Constantini principio, usque ad collectionem synodi Chalcedonensis, hi doctores et Patres vixerunt: Silvester episcopus Romanus, Alexander episcopus Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, Athanasius Alexandrinus, Julius Romanus, Alexander Constantinopolitanus, Hilarius Pictavorum Galliæ civitatis, Ambrosius Mediolanensis, Basilius Cæsareæ Cappadociæ, Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius Iconiensis, Antiochus Ptolemaidis oppidi Phœniciæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Nectarius, Atticus, Joannes, Proclus, et Flavianus, Constantinopolitani: Severianus Gabalorum, Epiphanius Cypri, Augustinus Hipponis civitatis Africæ, Theophilus et Cyrillus, Alexandrini. Hos igitur omnes episcopos sectæ posteriores ipsis recipiunt, at non itidem priores. Exstitit autem statim ipso Constantino imperante Arii hæresis, qui quidem et circa divinitatem, et circa naturam humanam errabat. Circa divinitatem, quia Filium dicebat esse Dei creatum, itidemque Spiritum sanctum; circa incarnationem, quia Christi corpus aiebat inanimum esse, in quo animæ loco Sermo principatum obtinuerit. Hoc autem propterea dicebat, quoniam conduceret ad stabiliendum ipsius de Trinitate dogma, sicut ostendere possumus. Probabat autem, Filium Spiritumque sanctum esse Dei creata, sive opificia, de sacrarum Litterarum quibusdam auctoritatibus. Ait enim, Petrum in Actis apostolorum dicere: *Certo sciat universa Israelitarum familia, quod Deus hunc Jesum quem vos in crucem egistis, Dominum Christumque fecerit* [11]. Et rursus, Apostolum in Epistola ad Hebræos scripsisse: *Quapropter, sancti fratres, con-*

A τὸν Χριστὸν, γενέσθαι δὲ ἐν αὐτῷ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, μὴ νομιζόμενος· καὶ μὴ δοξάζων τὰ αὐτὰ τῷ Νεστορίῳ. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος, εἰ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον ἔλεγε τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὖν τὸν αὐθυπόστατον Λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ Υἱὸν ἔλεγε γενέσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ. Περὶ γὰρ τὴν Τριάδα οὐχ ἡμάρτανεν ὁ Νεστόριος. Ὁ δὲ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς οὐκ ἔλεγε τὸν αὐθυπόστατον Λόγον γεγενῆσθαι ἐν τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ Λόγον ἔλεγε τὴν κέλευσιν καὶ τὸ πρόσταγμα· τοῦτ' ἔστιν, ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς δι' ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου, ὃ ἐβούλετο, καὶ ἐποίει. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τὴν θεότητα τὰ αὐτὰ ἐδόξαζε τῷ Σαβελλίῳ· ὁ μὲν γὰρ Σαβέλλιος, τὸν αὐτὸν ἔλεγε Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τριώνυμον πρᾶγμα ἔλεγε τὸν Θεόν· οὐκέτι Τριάδα δοξάζων. Ὁ δὲ Παῦ-
B λος, οὐ τὸν αὐτὸν ἔλεγε Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἀλλὰ Πατέρα μὲν ἔλεγε τὸν Θεὸν, τὸν πάντα δημιουργήσαντα· Υἱὸν δὲ, τὸν ἄνθρωπον τὸν ψιλόν· Πνεῦμα δὲ, τὴν ἐπιφοιτήσασαν χάριν τοῖς ἀποστόλοις. Ἐν τοῖς χρόνοις δὲ τούτοις καὶ ἡ Σαβελλίου αἵρεσις ἐγένετο, περὶ ἧς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἄχρι τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐγένοντο διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε· Σίλβεστρος Ῥώμης ἐπίσκοπος, Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας, Ἰούλιος Ῥώμης, Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως, Ἱλάριος Πικτάβων,
C πόλεως τῆς Γαλατίας, Ἀμβρόσιος Μεδιολάνων, Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, Γρηγόριος Νύσσης, Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ, Ἀμφιλόχιος Ἰκονίων, Ἀντίοχος Πτολεμαΐδος, τῆς κατὰ Φοινίκην, Γελάσιος Καισαρείας Παλαιστίνης, Νεκτάριος, Ἀττικὸς, Ἰωάννης (*c*), Πρόκλος, καὶ Φλαβιανὸς, Κωνσταντινουπόλεως· Σεβηριανὸς Γαβάλων, Ἐπιφάνιος Κύπρου, Αὐγουστῖνος Ἱππόνης (*d*) πόλεως τῆς Ἀφρικῆς, Θεόφιλος καὶ Κύριλλος, Ἀλεξανδρείας. Τούτους οὖν πάντας τοὺς ἐπισκόπους αἱ μετ' αὐτοὺς αἱρέσεις δέχονται, αἱ δὲ πρὸ αὐτῶν οὐκέτι. Ἐγένετο δὲ εὐθέως ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ Κωνσταντίνου, ἡ τοῦ Ἀρείου αἵρεσις· ὅστις καὶ περὶ τὴν θεότητα, καὶ περὶ τὴν ἀνθρωπότητα ἐσφάλλετο. Περὶ μὲν τὴν θεότητα, ὅτι ἔλεγε κτίσμα εἶναι τοῦ Θεοῦ, τὸν Υἱὸν,
D καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν ἄψυχον εἶναι· ἄρχειν γὰρ ἔλεγεν ἐν αὐτῷ ἀντὶ ψυχῆς τὸν Λόγον. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ἐπειδὴ συνεβάλλετο αὐτῷ εἰς δόγμα τῆς Τριάδος, ὡς ἔχομεν δεῖξαι. Ἐπιστοῦτο δὲ, ὅτι κτίσματά εἰσι Θεοῦ, ἤτοι ποιήματα, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀπὸ χρήσεών τινων τῆς ἁγίας Γραφῆς. Λέγει γὰρ, ὥς φησιν, ὁ Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων· *Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.* Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς

[11] Act. II, 36.

(*c*) *Ἰωάν.* Chrysostomum intellige

(*d*) *Ἱππόνης.* Ἱππῶνος.

Ἑβραίους Ἐπιστολῇ· *Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν Ἀπόστολον καὶ Ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν.* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησίν· *Ὁ ἀποστείλας με Πατὴρ, μείζων μού ἐστι.* Τοῦτον δὲ ἀνατρέπουσιν οἱ ἅγιοι Πατέρες, καὶ πρῶτον μὲν, ἐναντίας τούτων τῶν χρήσεων παραφέρουσιν· ἔπειτα δὲ καὶ ταύτας τὰς παρενεχθείσας ἐξ αὐτῶν θεραπεύοντες. Ἐναντίας μὲν, ὅ τι φησὶν Ἰωάννης· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγει, ὁ Ἀπόστολος· *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.* Εἰ δὲ ἦν κτίσμα, ἀλλὰ μὴ γέννημα τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν εἶχεν εἶναι χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριός φησιν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Καὶ οὕτω μὲν ἀπὸ τῶν ἐναντίων χρήσεων ἀνατρέπουσι τὸν Ἄρειον, θεραπεύουσι δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν παρενεχθείσας, τοιούτῳ λόγῳ, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πάντα ὑπομεῖναι ἀξιώσας, ὡς ἄνθρωπος, οὐκ ἀπηξίωσε καὶ μείζονα αὐτοῦ εἰπεῖν τὸν Πατέρα. Ὅταν μὲν οὖν ποίημα αὐτὸν καλῇ ὁ Ἀπόστολος, οὐ πρὸς τὴν θεότητα ἀποβλέπων, οὕτως αὐτὸν καλεῖ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα· καθὸ μὲν γὰρ Θεὸς, γέννημά ἐστι Θεοῦ, οὐ ποίημα· καθὸ δὲ ἄνθρωπος, ποίημα, καὶ ἀπόστολος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ ἰστέον, ὅτι τὸ δόγμα τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας ἐστὶ, τὸ ἀνατρέπον τὸν Ἄρειον. Εἰ μὴ γὰρ δύο φύσεις εἴπωμεν περὶ (*e*) Χριστοῦ, καὶ τῇ μὲν ἀνθρωπίνῃ τὰς ταπεινὰς ταύτας φωνὰς ἀναθήσωμεν, τῇ δὲ θεότητι τὰς ἄλλας, οὐκ ἀνατρέπεται. Διὰ τοῦτο τὸ δόγμα τοῦ Ἀρείου, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν ἄψυχον εἶναι· ἵνα τὰς τοιαύτας ταπεινὰς φωνὰς μηκέτι ὡς ἀνθρώπῳ ἀναθῶμεν τῷ Χριστῷ, ἀλλ' ὡς Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ εὑρεθῇ, κατὰ τὸ δόγμα αὐτοῦ, ὁ Υἱὸς ἐλάττων τοῦ Πατρός. Ὅτι δὲ καὶ ψυχὴν ἔσχε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, μαρτυρεῖ αὐτὸς ὁ Χριστὸς λέγων, ὅτι *Ἡ ψυχή μου τετάραχται*· καὶ ἀπὸ ἄλλων πολλῶν. Κατὰ τούτου δὲ τοῦ Ἀρείου, πρεσβυτέρου ὄντος Ἀλεξανδρείας, ἐκρατήθη σύνοδος ἐν Νικαίᾳ, ἐπισκόπων ἐκκρίτων τιή', βασιλεύοντος Κωνσταντίνου. Καὶ καθεῖλον αὐτὸν, καὶ σύμβολον, ἤτοι μάθημα κατ' αὐτοῦ ἐξέθεντο, ὅπερ φέρεται, καὶ τοῖς βουλομένοις ἔξεστιν αὐτῷ ἐντυχεῖν. Ἐν τούτοις ἡ πρᾶξις.

sortes vocationis cœlestis, considerate Apostolum illum Pontificemque confessionis nostræ Jesum, fidelem ei qui fecit eum [33]. Præterea, Dominum ipsum in Evangeliis dicere: *Qui me misit Pater, major me est* [34]. Sed refutant eum sancti Patres; ac primo quidem, auctoritates hisce contrarias proferunt: deinde has ipsas quoque productas ab Arianis sanant. Contrarias quidem, quod Joannes dixerit: *In principio erat Sermo, et Sermo erat apud Deum, et Sermo ille Deus erat* [35]. Ac rursus in Epistola ad Hebræos de Filio dicit Apostolus: *Qui radius est majestatis, et effigies substantiæ Patris* [36]. Quod si creatum, non soboles Dei Christus esset; non caderet in eum, esse Dei tum effigiem, tum radium. Quin et ipse Dominus ait: *Ego et Pater unum sumus* [37]. Et hoc quidem modo per auctoritates contrarias Arium refutant. Productis autem per Arianos, opem hac ratione ferunt; quod Filius Dei scilicet, omnia sustinere dignatus, ut homo, non etiam dedignatus sit, Patrem se majorem dicere. Cum Apostolus *factum* dicit, non ad divinitatem respiciens, ita loquitur, sed ad naturam humanam. Quatenus enim Deus est, soboles Dei, non creatum est: quatenus autem homo, tam creatum, quam Apostolus, et quæcunque nomina sunt hujus generis alia. Et quidem sciendum, hoc ipsum esse dogma Ecclesiæ nostræ, quod Arium evertat. Nam nisi duas in Christo naturas esse dixerimus, et humanæ quidem humiles hasce voces attribuerimus, divinitati vero, diversas: nequaquam confutatus evertitur. Idcirco Arianum dogma, Christi corpus inanimum esse, tradebat: ut humiles ejusmodi voces Christo, non ut homini, attribueremus, sed ut Dei Filio: deque ipsius sententia, Filius Patre minor deprehenderetur. Quod autem Christi corpus anima præditum fuerit, Christus ipse verbis hisce testatur: *Turbata est anima mea* [38]: deque pluribus aliis probatur. Adversus hunc Arium presbyterum Alexandrinum, eximiorum 318 episcoporum synodus Nicææ, Constantino imperante, coacta fuit: qui et officio removerunt eum, et Symbolum sive doctrinæ formulam adversus ipsum exposuerunt, quæ vulgo habetur; et possunt eam qui cupiunt, consequi. Hæc tractare voluimus.

Hac quarta Actione Macedonii, Apollinaris, Nestorii, Eutychis hæreses deteguntur et examinantur; Dioscorus quod Eutychi hæretico favisset, in insulam relegatur.

ΠΡΑΞΙΣ Δ'.

Μετὰ τὴν αἵρεσιν Ἀρείου, μᾶλλον δὲ αὐτῆς ἔτι συνισταμένης (ἐκράτησε γὰρ πολὺν χρόνον), ἀνεφύησαν καὶ ἄλλαι δύο αἱρέσεις, ἥ τε Μακεδονίου ἐπισκόπου ὄντος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἡ τοῦ Ἀπολιναρίου πρεσβυτέρου ὄντος. Ἦν δὲ ἡ μὲν τοῦ Μακεδονίου αἵρεσις τοιαύτη· Ἡμάρτανε περὶ τὴν θεότητα, ἐξ

ACTIO IV.

I. Post Arii sectam, vel ea potius adhuc vigente (nam longo tempore duravit), exortæ sunt aliæ duæ sectæ, Macedonii Constantinopolitani episcopi, et Apollinaris presbyteri. Macedonii quidem hæresis hujusmodi fuit: Circa divinitatem delinquebat, et ex semisse particeps erat impietatis Arianæ: nam

[33] Heb. III, 1, 2. [34] Joan. XIV, 28. [35] Joan. I, 1. [36] Hebr. I, 3. [37] Joan. X, 30. [38] Joan. XII, 27.

(*e*) *Περὶ*. Ἐπὶ

Filium ex Deo genitum tradens, Spiritum creaturam esse dicebat. Atque hoc dogma suum ex eo confirmabat, quod apertus sacris in Litteris, ut ipse quidem aiebat, textus non exstet, qui Spiritum sanctum esse Deum tradat. Sed multis auctoritatibus convincitur. Nam et Spiritus sancti, tanquam Dei, mentionem sacra Scriptura fecit. Primum in Actis apostolorum ad Ananiam sanctus Petrus ait : *Cur Satanas, Anania, cor tuum implevit, ut Spiritui sancto imponeres, partemque de pretio fundi defraudares? Nonne tuum manebat, et in potestate tua distractum erat? Non hominibus, sed Deo mentitus es*[29]. En aperte Spiritum sanctum appellavit Deum. Deinde rursus in Actis apostolorum dicitur : *Ipsis jejunantibus, et ministrantibus Domino, dixisse Spiritum sanctum : Segregate mihi Paulum atque Barnabam ad illud opus, ad quod eos vocavi*[30]. Nam dum inquit : *Segregate*, potestatem suam ostendit, quod ita scilicet loquatur, quasi Deus sit. Quippe si Dei creatum esset, et ab eo missus, sic loqui debuerat : Dixit Dominus, Segregate mihi Paulum et Barnabam. Sic enim Litteræ sacræ loqui solent, quoties per aliquem minorem Dominus verba facit. Ipse quoque Dominus in Evangeliis ait : *Spiritus ille veritatis, qui de Patre procedit*[31] : hoc est, qui ortus est de substantia Dei. Nusquam enim de creato verbum hoc usurpasse Litteras sacras, constat. Rursus alibi Dominus ait : *Profecti docete gentes universas, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*[32]. Quod si Spiritus sanctus creatum esset, non cum increatis connumeratus fuisset, uti cum eis adoretur, et eadem gloria afficiatur. *τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Εἰ γὰρ ἦν κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἂν συνηριθμήθη αὐτὸ τοῖς ἀκτίστοις, ἵνα σὺν αὐτοῖς προσκυνῆται καὶ συνδοξάζηται.

ἡμισείας συναπεβῶν τῷ Ἀρείῳ· τὸν μὲν [δὲ] γὰρ Υἱὸν λέγων γέννημα τοῦ Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα ποίημα ἔλεγε. Καὶ ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ μὴ φανερῶς, φησὶ, κεῖσθαι ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, ὅτι Θεὸς ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐλέγχεται δὲ ἀπὸ πολλῶν χρήσεων. Καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος γὰρ τοῦ ἁγίου ὡς Θεοῦ ἐμνήσθη ἡ ἁγία Γραφή. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων πρὸς Ἀνανίαν φησὶν ὁ ἅγιος Πέτρος· *Ἀνανία, ἵνα τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαί σε ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; Οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν; Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ.* Ἰδοὺ γὰρ φανερῶς Θεὸν ἐκάλεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἶτα πάλιν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων λέγεται, ὅτι *Νηστευόντων αὐτῶν, καὶ λειτουργούντων τῷ Κυρίῳ, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατέ μοι τόν τε Παῦλον, καὶ τὸν Βαρνάβαν, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς.* Ἔδειξε γὰρ διὰ τοῦ, *Ἀφορίσατε*, τὴν οἰκείαν ἐξουσίαν, ὅτι ὡς αὐτὸς ὢν Θεὸς διαλέγεται. Εἰ γὰρ κτίσμα ἦν Θεοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένον, εἶχεν ἂν εἰπεῖν, ὅτι Εἶπεν ὁ Κύριος, Ἀφορίσατέ μοι τόν τε Παῦλον καὶ Βαρνάβαν. Οὕτω γὰρ ἡ ἁγία Γραφὴ εἴωθε λέγειν, ὅτε διά τινος ἐλάττονος ποιεῖται ὁ Κύριος τὸν λόγον. Καὶ ὁ Κύριος δέ φησιν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται·* ὃ γέννημά ἐστι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐπὶ κτίσματος φαίνεται τοῦτο ῥῆμα λέγουσα ἡ ἁγία Γραφή. Πάλιν ἐν ἑτέροις λέγει ὁ Κύριος, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ*

II. Apollinarem vero circa divinitatem deliquisse non apparet, quanquam et hunc duo Gregorii eo se errore convincunt obstrinxisse. Nam creati quidem ille mentionem non facit, inquiunt; inferiorem tamen gradum Filii tradit, et Spiritus sancti, respectu Patris. In dispensatione vero Christi manifesto errabat. Corpus enim quod Deus ille Sermo induit, animam quidem habere, sed mente prorsus carere tradebat : quippe qui non aliter anima præditus esset, atque brutum aliquod animal. Hoc dogma suum, non aliquo Scripturæ dicto, sed ratiocinando probabat. Quippe mentem aiebat esse quiddam peccato pollutum : absurdum vero prorsus, de Dei Sermone cogitare, copulatum fuisse cum re peccato contaminata. Nos autem respondemus, e contrario potius existimandum, obnoxiæ peccato rei propterea fuisse copulatum, quod ea salutis indigeret. Nam illi salutem acquisivit, cui conjunctus fuit. Cum hæc essent moveri cœpta dogmata, Constantinopolitana synodus, hominum 150, coivit; in qua viri magni fuerunt, Gregorii duo, et Amphilochius. Hi collecti, Macedonium et Apollinarem ab officio removerunt, et decretum sive doctrinæ fidei formulam, ut loqui solemus, exposuerunt.

Ὁ δὲ Ἀπολινάριος περὶ μὲν τὴν θεολογίαν οὐ φαίνεται ἁμαρτάνων, πλὴν διελέγχουσι καὶ τοῦτον οἱ Γρηγόριοι περὶ ταύτην ἁμαρτάνοντα. Κτίσμα μὲν γὰρ, φασὶν, οὐ λέγει· ὑπόδασιν δὲ μικρὰν λέγει τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, πρὸς τὸν Πατέρα. Περὶ δὲ τὴν οἰκονομίαν φανερῶς διεσφάλλετο. Ἔλεγε γὰρ, τὸ σῶμα ὃ ἐνεδύσατο ὁ Θεὸς Λόγος, ψυχὴν μὲν ἔχειν, νοῦν δὲ οὐδαμῶς· ἀλλ' ὥσπερ ἄλογον ψυχὴν οὕτως ἔλεγεν ἔχειν. Διισχυρίζετο δὲ τὸ δόγμα αὐτοῦ, οὐχ ὑπὸ ῥητοῦ τινος, ἀλλ' ἀπὸ περινοίας. Ἔλεγε γὰρ, ὅτι ὁ νοῦς ἁμαρτητικόν τί ἐστιν. Ἄτοπον δέ ἐστιν ὅλως, ὑπονοῆσαι περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ, ὅτι συνήφθη τινὶ ἁμαρτητικῷ. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι τοὐναντίον τῷ ἁμαρτητικῷ δεῖ μᾶλλον αὐτὸν ὑπονοῆσαι συναφθῆναι, τῷ καὶ σωτηρίας δεομένῳ. Ἐκεῖνον γὰρ ἔσωσεν, ᾧ καὶ συνήφθη. Τούτων τῶν δογμάτων κινουμένων, συνέρχεται ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος ἀνδρῶν ρν' ἤτις ἄνδρας ἔσχε μεγάλους, τοὺς Γρηγορίους, καὶ Ἀμφιλόχιον. Καὶ συναχθέντες, καθαιροῦσι τὸν Μακεδόνιον καὶ Ἀπολινάριον· καὶ ἐκτίθενται ὅρον, ἤτοι μάθημα πίστεως, ὅπερ λέγομεν.

[29] Act. v, 3, 4. [30] Act. xiii, 2. [31] Joan. xv, 26. [32] Matth. xxviii, 19.

Περὶ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἐγένοντο δύο ἄνδρες A μεγάλοι, Διόδωρος ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, καὶ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας· οἵτινες ἀντηγωνίσαντο πρὸς Ἀρειανούς, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Ἀπολινάριον, καὶ τὴν ἄλλην Γραφὴν ὑπεμνημάτισαν, καὶ ἐν τιμῇ ὄντες μεγάλῃ, ἀπέθανον· καὶ οὐδεὶς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν ἐπελάβετό τινος αὐτῶν· ἀλλ' ἐγκώμια ἔγραψαν εἰς αὐτοὺς πολλοί. Καὶ Βασίλειος γὰρ αὐτοὺς ἐγκωμιάζει, καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος. Ὕστερον δὲ κινουμένου τοῦ Νεστοριανοῦ δόγματος, ἠναγκάσθη Κύριλλος, ὁ πρώην αὐτοὺς ἐπαινῶν, κατὰ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν γράψαι· ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος. Ὑπομνηματίσαντες γὰρ οὗτοι τὴν ἁγίαν Γραφὴν, οὐκ ἔστησαν ἄχρι τοῦ δέοντος, ἀλλὰ βουληθέντες μερίσαι τὰς ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ B φωνὰς, τὰς μὲν τῇ θεότητι, τὰς δὲ τῇ ἀνθρωπότητι· εὑρέθησαν δύο ὑποστάσεις του Χριστοῦ καὶ διαίρεσιν εἰσάγοντες. Καὶ δι' αὐτὸ ἠναγκάσθη ὁ Κύριλλος κατ' αὐτῶν γράψαι, ἐπεὶ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος. Διὰ τοῦτο δὲ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεῖπεν, ἐπειδὴ τὸ μάχεσθαι πρὸς τὰς μείζους αἱρέσεις, ἔσκεπε τὰ τοιαῦτα δόγματα. Μετὰ δὲ χρόνον ὀλίγον τοῦ ἀποθανεῖν Θεόδωρον καὶ Διόδωρον, ἀνέστη ἡ αἵρεσις Νεστορίου· ἦν δὲ Κωνσταντινουπόλεως αὐτὸς ὁ Νεστόριος ἐπίσκοπος, Ἀλεξανδρείας δὲ Κύριλλος, Ἀντιοχείας δὲ Ἰωάννης.

III. Exstiterunt iis temporibus magni quidam duo viri, Diodorus episcopus Tarsi, et Theodorus Mopsuestiæ : qui et adversus Arianos, et Macedonium, et Apollinarem pugnabant, universasque Litteras sacras commentariis illustrabant, et in pretio habiti, mortem oppetierunt; nec ipsis vivis quisquam dictum aliquod eorum reprehendebat; imo complures scriptis encomiis eos celebrarunt. Nam et Basilius et Joannes Chrysostomus eos prædicant. Verum postea moto dogmate Nestoriano, coactus est Cyrillus, qui et ipse pridem eos laudasset, adversus eorum opera scribere; quod dogma suum Nestorius ex eis confirmaret. Nam editis illi sacras in Litteras commentariis, intra fines non constiterunt; sed cum distribuere vellent sacrarum Litterarum voces, alias ad divinitatem, alias ad naturam humanam relatas, deprehensum est, eos duas Christi hypostases, et divisionem quamdam introducere. Quam ob causam Cyrillus adversus ipsos scribere coactus fuit, confirmante dogma suum ex eis Nestorio. Vivis quidem ipsis cur nemo contradixerit, factum ideo quod pugnandi contra sectas majores necessitas ejusmodi dogmata tegeret. At paulo post quam diem Theodorus ac Diodorus obiissent, suscitata Nestorii fuit hæresis : eratque Constantinopolitanus episcopus hic ipse Nestorius, Cyrillus Alexandrinus, Joannes Antiochenus.

Τί δὲ ἦν τὸ δόγμα τοῦ Νεστορίου, ἤδη μὲν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν· καὶ νῦν δὲ μικρὰ διεξέλθωμεν. Οὐκ ἔλεγε γὰρ ἕνωσιν τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ C πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ δύο ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ διαίρεσιν· ὅθεν οὐδὲ τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἐκάλει Θεοτόκον, ἀλλὰ Χριστοτόκον. Εἰ δὲ καὶ ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν ἀπεκάλει τὸν Χριστόν· ἀλλ' οὐκέτι ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ τῇ οἰκειώσει. Ὥσπερ λέγομεν περὶ δύο τινῶν φίλων, πάνυ ἀλλήλους ἀγαπώντων· ὅτι οἱ δύο οὗτοι μίαν ψυχὴν ἔχουσι, κατὰ τὸ ταυτὰ ἀλλήλοις ἀρέσκειν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλίας. Τούτῳ δὲ τῷ Νεστορίῳ ἐναντίος ἦν ὁ Κύριλλος, καὶ ἔγραφεν αὐτῷ συνεχέστερον, ἀποστραφῆναι ἀπὸ τοῦ δόγματος τούτου. Ἔγραψεν οὖν πρώτην αὐτῷ καὶ δευτέραν ἐπιστολὴν, καὶ οὐκ ἔπεισεν αὐτόν. Ὕστερον δὲ γράφει αὐτῷ τρίτην ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ ἔγραψε δώδεκα κεφάλαια περὶ πίστεως· καὶ ὕστερον ἔγραψεν, ὅτι Εἰ μὲν καταδέχῃ ταῦτα, συλλειτουργὸς ἡμῶν εἶ, καὶ φίλος· εἰ δὲ μή, ἀνάθεμα ἔσῃ. Οὐδ' οὕτως δὲ ἔπεισε. Κινουμένης δὲ τῆς μάχης ταύτης, κελεύει ὁ βασιλεὺς (ἦν δὲ Θεοδόσιος ὁ Μικρὸς) γενέσθαι σύνοδον ἐν Ἐφέσῳ, καὶ κριτὴν γενέσθαι Κυρίλλου καὶ Νεστορίου Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον. Ἦλθεν οὖν ὁ Κύριλλος εἰς τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν μετὰ πάσης τῆς συνόδου αὐτοῦ εἰς τὴν Ἔφεσον. Ὁμοίως καὶ Νεστόριος μετὰ τῆς αὐτοῦ συνόδου. Ἐμβραδύναντος δὲ Ἰωάννου ἐλθεῖν, καὶ παραπροθεσμήσαντος ἡμέρας ις', νομίσας ὁ Κύριλλος, ὅτι οὐκέτι ἔρχεται, συναγαγὼν τοὺς εὑρεθέντας ἐπισκόπους, καὶ ἀναγνωκὼς ἐπὶ αὐτῶν τὰ Νεστορίου συγγράμματα, καὶ ὕστερον ἀπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων χρήσεις ἐναντιουμένας αὐτοῖς, Νεστορίου μὴ συνελ-

IV. Quodnam dogma Nestorii fuerit, expositum id quidem est in iis quæ modo diximus : sed nihilo C minus paucis explanemus. Non esse factam aiebat unionem Dei Sermonis cum homine, sed duas tradebat hypostases, ac divisionem : quamobrem nec sanctam illam Mariam vocabat Deiparam, sed Christiparam. Quod si maxime Christum et hominem, et Deum appellabat, non tamen hoc eo faciebat sensu, quo nos, sed affectionis conjunctionisque respectu : quemadmodum de duobus quibusdam amicis dicimus, invicem valde se diligentibus, unam eos habere animam : quod amoris nimii causa, eadem ipsis placeant. Huic autem Nestorio Cyrillus adversabatur, litterasque frequentes exarabat, ut hominem ab illo dogmate diverteret. Hoc studio impulsus, et primam ad ipsum et alteram scripsit epistolam, nec tamen persuasit. Tandem litteras ad eum tertias dedit, in iisque duodecim de fide capitula perscripsit, et adjecit in extremis : Si quidem hæc recipis, et ministerii consors, et amicus noster es : sin autem, anathema eris. Verum ne sic quidem persuasit. Hac autem rixa mota, jubet imperator (is erat Theodosius minor) Ephesi synodum haberi, judicemque constitui tam Cyrillo quam Nestorio, Joannem Antiochenum episcopum. Itaque Cyrillus universo cum cœtu suo, Ephesum ad diem præstitutum venit : itidemque suo cum concilio, Nestorius. Cum autem Joannes adventum suum longius extraheret, et ultra diem dictum moram 16 dierum interponeret : Cyrillus eum non venturum amplius arbitratus, coactis episcopis, quotquot inventi sunt, et lectis

in eorum præsentia Nestorii scriptis, itidemque Patrum auctoritatibus quæ his adversarentur, absente Nestorio qui judicem exspectare se diceret, cum ab officio removendum statuit. Post 16 vero dies, ubi Joannes jam adventasset, factamque Nestorii depositionem absque se comperisset : ira partim, partim dolore impulsus, quod ipsius ad infamiam Nestorii depositio, nulla interveniente scilicet ejus auctoritate facta fuisset; in ecclesiam quam Cyrillus adierat, minime se contulit; sed in aliam digressus, Cyrillum quidem oppugnabat, invicemque se anathemati subjiciebant; non tamen Nestorium admittebat.

A θόντος, ἀλλὰ λέγοντος προσμένειν τὸν κριτὴν, ποιεῖ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ις' ἡμέρας ἐλθὼν ὁ Ἰωάννης, καὶ εὑρὼν τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου γενομένην χωρὶς αὐτοῦ, ἀγανακτήσας καὶ λυπηθεὶς, ὅτι πρὸς ἀτιμίαν αὐτοῦ γέγονε χωρὶς αὐτοῦ ἡ καθαίρεσις Νεστορίου· εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰς ἣν ἀνῆλθεν ὁ Κύριλλος, οὐ συνῆλθεν· εἰς ἄλλην δὲ ἀνελθὼν, ἐμάχετο μὲν πρὸς Κύριλλον, καὶ ἀνεθεμάτιζον ἀλλήλους· οὐκ ἀπεδέχετο δὲ Νεστόριον.

A exsistit; ut tragelaphus et hippocentaurus. Rursus expers hypostasis dicitur, non id quidem quod non exsistit, sed quod hypostasin habet in alio, ac non per se subsistit: qualia sunt accidentia. His ita constitutis, quoties nos interrogaverint, si duas Christi naturas dicitis, num eas dicitis hypostaticas, an expertes hypostasis? nos vicissim ex eis quæramus, quomodo hypostatici vocem accipiant. Si dixerint, accipere se de eo, quod significet rem simpliciter exsistentem, fatebimur duas nos Christi naturas hoc significato dicere, nec absurdi quidquam a nobis colligi, duas uti scilicet personas introducamus. Non enim isto significato vocem hypostasis cepimus. Ut autem perspicuum sit, quod a nobis dicitur, permutatis nominibus, syl-
B logistice rem proferamus, hoc modo: Si duæ sunt naturæ Christi, sequitur eas hypostaticas esse. Hypostatici vero vox significat id quod exsistit. Ergo duæ Christi naturæ sunt earum in rerum numero, quæ exsistunt. Sin dixerint, hypostaticum accipere se de eo quod per se subsistit, inferemus nos, ea ratione duas Christi naturas non hypostaticas esse, sed expertes hypostasis. Nec absurdi quidquam a nobis colligitur: nam expertes hypostasis eas dicimus, non ideo quod non sint: sed quod eorum e numero sint, quæ seorsum ac per se non exsistunt. Rursus uti perspicuum sit quod dicimus, permutatis nominibus, syllogistice rem proferamus. Si duæ sunt Christi naturæ, sequitur
C eas expertes hypostasis esse. Quod autem hypostasis expers est, non id significat quod non exsistit, sed quod seorsum ac per se non exsistit. Ergo duæ Christi naturæ seorsum ac per se non exsistunt. Quo pacto si loquamur, non duas personas introducimus, nec Christi naturas ad ea referimus quæ non exsistunt: nam expers hypostasis ita cepimus, ut significet id quod seorsum per se non exsistit; non autem, quod non exsistit. Agnoscere vero Ecclesiæ scriptores hæc duo hypostasis significata, tum de eo quod simpliciter exsistit, tum de persona reque seorsum ac per se exsistente, sanctus etiam Cyrillus indicat. Et rursus si quis in uno Christo dividit hypostases, partim dicens de eo quod simpliciter exsistit, partim de eo quod seorsum exsistit; inconfusas mansisse scilicet hypostases, hinc cognoscemus. Quisquis autem duabus personis sive hypostasibus exstantes in Evangeliis voces attribuit, anathema sit. Probatum igitur, quod ex æquivocatione nobis imponere velint.

Ἄλλην δὲ ἡμῖν ἀπορίαν ἀποροῦσι, καί ἐστι τοιαύτη· ὅτι Εἰ δύο φύσεις λέγετε, διαίρεσιν εἰσάγετε· ἀριθμὸν γὰρ εἰσάγετε· ὁ δὲ ἀριθμὸς τοῦ διωρισμένου ἐστὶ ποσοῦ. Πρὸς τοῦτο πάλιν τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι Καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ἄτοπον συνάγεται. Εἰ γὰρ ἐκ δύο φύσεων λέγετε εἶναι τὸν Χριστὸν, ἐπειδὴ τὸ *δύο* ἀριθμὸν εἰσάγει, ὁ δὲ ἀριθμὸς ὑπὸ τὸ διωρισμένον ἀνάγεται· εὑρεθήσεσθε διαίρεσιν εἰσάγοντες. Ἵνα δὲ ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ἐμφιλοσόφως ἐπιχειρήσωμεν, δεῖ γνῶναι, ὡς οὐδὲ παντὸς τοῦ διωρισμένου ποσοῦ ἐστιν ὁ ἀριθμὸς, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν συνεχῶν ἔστιν εὑρεῖν αὐτὸν

D III. Aliam nobis objectionem hujusmodi proferunt. Si duas naturas dicitis, divisionem introducitis; quippe numerum introducitis: numerus autem discretæ quantitatis est. Ad hoc respondere licet, quod et superius dictum fuit: Vobis eamdem absurditatem colligi. Quippe si Christum duabus ex naturis esse dicitis, cum vox *duarum*, numerum introducat, et numerus ad quantitatem discretam referatur, reprehendemini divisionem introducere. Ut autem philosophice, quemadmodum et ipsi faciunt, argumentemur, sciendum ne qui-

(*j*) *Αὐτά.* Αὐτάς.

dem omnis discretæ quantitatis duntaxat esse numerum, sed eum reperiri de continuis quoque dictum : quemadmodum lignum quinque cubitorum dicimus, et, ut Aristoteles tradit, tempus esse numerum motus. Quippe tempus appellat numerum, quod citra controversiam est continuum. Duplex igitur numerus est, tum discretæ, tum continuæ, ceu loqui solemus, quantitatis. Quod si subtilitatibus utendum erit, non necesse est, nos binarium de quantitate continua dicere, cum de Christo loquimur : quippe continuum est, cujus partes communis terminus conjungit. At vero in divinitate cogitare partes, ut communis terminus eas cum corpore conjungat ; ne fingendo quidem facile : nam continuum de solis magnitudinibus dicitur. Nimirum de quantitate discreta numerus hic accipi debet. Etenim discretum non omnino dicitur id quod prorsus est separatum ; sed etiam conjunctum et unitum, quod tamen suam quamdam rationem qua secernitur, retinet : veluti corpus continuum dicimus, et discretum ; continuum quidem, quatenus dimensiones simpliciter habet ; discretum vero, quatenus tres sunt dimensiones : atqui non invicem a se divulsæ sunt dimensiones, sed idcirco discretas dicimus, quoniam quælibet earum suam rationem habet.

A λεγόμενον· ὥσπερ λέγομεν πεντάπηχυ ξύλον, καὶ, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης, ὅτι χρόνος ἐστὶν ἀριθμὸς κινήσεως. Ἀριθμὸν γὰρ ἐκάλεσε τὸν χρόνον συνεχῆ ὄντα ὡμολογημένον. Διττὸς οὖν ὁ ἀριθμὸς, καὶ ἐπὶ τοῦ διωρισμένου, καὶ ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς λεγομένου ποσοῦ. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀκριβείας γενέσθαι, οὐ δέον ἐστὶν ἡμᾶς τὴν δυάδα ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς ἀριθμοῦ λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· συνεχὲς γάρ ἐστιν, οὗ τὰ μόρια κοινὸς ὅρος συνάπτει. Μόρια δὲ ἐννοῆσαι ἐπὶ θεότητος, ἵνα καὶ κρινὸς ὅρος αὐτὰ πρὸς τὸ σῶμα συνάψῃ, οὐδὲ πλάσαι ῥᾴδιον· τὸ γὰρ συνεχὲς ἐπὶ μόνων μεγεθῶν λέγεται. Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ διωρισμένου ποσοῦ δέον παραλαμβάνειν ἐνταῦθα τὸν ἀριθμόν. Διωρισμένον γάρ ἐστιν οὐ πάντως τὸ καθάπαξ διῃρημένον, ἀλλὰ καὶ ἡνωμένον, πλὴν τὸν οἰκεῖον λόγον διακρι-
B νόμενον ἀποσώζοντα· ὥσπερ τὸ σῶμα συνεχὲς λέγομεν, καὶ διωρισμένον· συνεχὲς μὲν, καθὸ διαστάσεις ἁπλῶς ἔχει· διωρισμένον δὲ, καθὸ τρεῖς εἰσι διαστάσεις· καίτοι οὐκ εἰσὶ διεσπαρμέναι ἀπ' ἀλλήλων αἱ διαστάσεις, ἀλλὰ διὰ τοῦτο διωρισμένας αὐτὰς λέγομεν, ἐπειδὴ ἑκάστη αὐτῶν ἴδιον λόγον ἔχει.

IV. At quia nonnullis omnino discreti nomen audire molestum est, age, omissa solutione hac, cæteroqui bona, subjiciamus aliam. Sciendum ergo, pluribus modis unum dici : quippe dicitur unum numero, ut Socrates : et unum specie, ut homo : et unum genere, ut animal. Similiter et
C duo pluribus modis efferuntur ; nam dicuntur duo numero, ut Socrates, et Plato : et specie duo, ut homo et equus ; et genere duo, ut substantia et album. His ita constitutis, cum duo de Christo dicimus, non eum duo dicimus esse numero, sed unum numero, specie duo. Quod autem ita loqui possimus, etiam ipse ostendit Aristoteles, aperte de materie ac forma dicens, esse illa unum quidem numero, sed specie duo. Itemque sanctus ille Gregorius, de Christo dicens : Utraque natura copulata, unum quid est ; non tamen natura, sed coitione. Verum hic rursum nobis objiciunt : Si unum et duo de eodem dicitis, contradictionem introducitis, adeoque deprehendetur, vel id quod
D dicitis, esse falsum, vel contradictionem pariter esse veram. Ad hoc respondemus, non eodem respectu veram esse, sed diverso ; quod minime absurdum est.

Ἐπειδὴ δέ τινες δυσχεραίνουσιν ὅλως τοῦ διωρισμένου ἀκούοντες, φέρε αὐτὴν τὴν λύσιν εὖ ἔχουσαν ἐάσαντες, ἄλλην ἐπαγάγωμεν. Ἰστέον οὖν, ὅτι ὥσπερ τὸ ἓν πολλαχῶς λεγόμενόν ἐστι· λέγεται γὰρ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ὡς ὁ Σωκράτης· καὶ ἓν τῷ εἴδει, ὡς ἄνθρωπος· καὶ ἓν τῷ γένει, ὡς τὸ ζῶον. Ἀλλὰ καὶ τὰ δύο ὁμοίως· λέγονται γὰρ δύο τῷ ἀριθμῷ, ὡς ὁ Σωκράτης, καὶ Πλάτων· καὶ δύο τῷ εἴδει, ὡς ἄνθρωπος καὶ ἵππος· καὶ δύο τῷ γένει, ὡς οὐσία καὶ λευκόν.] Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὅταν εἴπωμεν τὰ δύο ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ τῷ ἀριθμῷ λέγομεν αὐτὸν δύο, ἀλλ' ἕνα μὲν τῷ ἀριθμῷ, δύο δὲ τῷ εἴδει. Ὅτι δὲ δυνάμεθα οὕτως εἰπεῖν, δηλοῖ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης, περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους φανερῶς εἰπών, ὅτι ταῦτα ἓν μέν εἰσι τῷ ἀριθμῷ, δύο δὲ τῷ εἴδει. Ὁ δὲ ἅγιος Γρηγόριος, περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων, ὥστε Τὸ συναμφότερον ἕν, οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. Πρὸς τοῦτο πάλιν ἐπαποροῦσιν ἡμῖν, ὅτι Ἐπὶ ταῦ αὐτοῦ τὸ ἓν λέγοντες, καὶ τὰ δύο ἀντίφασιν εἰσάγετε· καὶ εὑρεθήσεται ἢ ὃ λέγετε, ψευδὲς, ἢ ἀντίφασις συναληθεύουσα. Πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀληθεύει· ἀλλὰ κατ' ἄλλο, ὅπερ οὐκ ἄτοπον.

V. Sciendum autem universas objectiones hasce non esse proprias Hæsitantium, sed quod eas Nestorianis suffurati, nobis proponant. Nam illi duas personas et duos Christos dicentes, communiter hæc omnibus, duas naturas vel unitas, vel post unionem, confitentibus objiciebant : Si duas esse naturas dicitis, etiam duas personas introducitis. Nempe idcirco et absurdum illud tam nobis quam Hæsitantibus per has objectiones colligitur : cum nihil tale Nestorianis accidat, sed e diverso ipsorum sententia, quod hæc attinet, confirme-

Ἰστέον δὲ, ὅτι πᾶσαι αἱ ἀπορίαι αὗται οὐκ εἰσὶ τῶν διακρινομένων ἴδιαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Νεστοριανῶν κλέψαντες, ἀποροῦσιν ἡμῖν αὐτάς. Ἐκεῖνοι γὰρ δύο πρόσωπα καὶ δύο Χριστοὺς δοξάζοντες, κοινῶς πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας δύο φύσεις, εἴτε ἑνωθείσας, εἴτε μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἠπόρουν αὐτὰς, ὅτι Εἰ δύο φύσεις λέγετε, καὶ δύο πρόσωπα εἰσάγετε. Ἀμέλει δι' αὐτὸ καὶ τὸ ἄτοπον συνήχθη ἡμῖν τε καὶ τοῖς διακρινομένοις ἐκ τούτων τῶν ἀποριῶν. Τοῖς Νεστοριανοῖς δὲ οὐκέτι τὸ ὅμοιον συνάγετε· ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἰσχυρίζεται τὰ αὐτῶν ὅσον ἀπὸ τούτων.

Ἀποροῦσι δὲ ἡμῖν καὶ ἄλλην τινὰ ἀπορίαν, ἥτις ἰδία μὲν αὐτῶν ἐστιν, εἰς Νεστοριανῶν δὲ δόγμα καταλήγει. Ἐπειδὴ γὰρ λέγει πρὸς αὐτοὺς ἡ Ἐκκλησία, ὅτι Εἰ λέγετε ἀσύγχυτα τὰ ἑνωθέντα, καὶ τὸ μὲν παθητὸν, τὸ δὲ ἀπαθὲς, καὶ ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον, καὶ περίγραπτον, καὶ ἀπερίγραπτον, καὶ θνητὸν, καὶ ἀθάνατον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐξ ἀνάγκης δύο φύσεις εἰσάγετε· ἀντιλέγουσι πρὸς ταῦτα, ὅτι οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἀσύγχυτα ὁμολογῆσαι τὰ ἑνωθέντα· καὶ τὸ μὲν παθητὸν, τὸ δὲ ἀπαθὲς, καὶ μίαν φύσιν ἐπὶ αὐτῶν· καὶ λοιπὸν παραφέρουσι πρὸς πίστιν τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου. Ἰδοὺ γὰρ, φασὶν, ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀσυγχύτως ἡνώθη ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ τὸ μὲν ὁρατὸν, τὸ δὲ ἀόρατον· καὶ θνητὸν, καὶ ἀθάνατον, καὶ τὰ ἄλλα· καὶ ὅμως οὐ λέγομεν δύο φύσεις, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου. Πρὸς ταῦτα πάλιν λέγουσιν οἱ ἀπὸ τῆς συνόδου, ὅτι Ὃν τρόπον λέγετε σώζεσθαι ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἑνωθέντα μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸ μὲν θνητὸν, τὸ δὲ καὶ ἀθάνατον, καὶ τἄλλα πάντα· οὕτω λέγομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ταῦτα δὲ πάντα δύο φύσεώς εἰσι γνωριστικά.

Πρὸς ταῦτα οἱ μὲν ἀπὸ Γαϊανοῦ οὐδὲν εὑρίσκουσιν εἰπεῖν. Ὁμολογοῦντες γὰρ ἀσύγχυτα εἶναι τὰ ἑνωθέντα, οὐκ ἀνέχονται ὅλως οὐδὲ διαφορὰν εἰπεῖν, οὐδ' ὅλως τὸ δύο ὀνομάσαι, ἀλλ' ἕν τι τὰ ἑνωθέντα μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγουσιν. Οἱ δὲ Θεοδοσιανοὶ, ἤτοι ἀπὸ Σεβήρου, εὑρήκασιν ἑαυτοῖς ἀπολογίαν, καὶ λέγουσιν, ὅτι Ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν διάφορα εἶναι τὰ μέρη, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα ἕν. Ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου διάφορά εἰσι τὰ μέρη, ἥ τε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα ἕν. Βούλονται γὰρ κατὰ πάντα μεθαρμόζειν τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· εἶτα ἐπειδὴ συνῆσθοντο ἑαυτοὺς εἰς τὸ δόγμα τῆς συνόδου ἐμπεσόντας, ἐπὶ ἕτερόν τι μεταβιβάζουσι τὸν λόγον, καί φασιν, ὅτι Διαφόρους φύσεις φαμὲν ἡμεῖς τῶν μερῶν· τοῦ δὲ ἀποτελέσματος, μίαν. Τῇ μέντοι συνόδῳ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος ἦν ὁ λόγος. Πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι Ψεύδεσθε. Ἦν γὰρ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος οὐχ ὁ λόγος τῇ συνόδῳ, ἀλλὰ περὶ τῶν μερῶν· καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ πολλῶν ἐστι. Πρῶτον ἀπὸ τῶν Γαϊανιτῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἀρχαῖον δόγμα φυλάττοντες, οὕτω μάχονται νῦν τῇ συνόδῳ, ὡς δύο λεγούσῃ τὰ μέρη· αὐτοὶ γὰρ καὶ τὰ μέρη ἕν τι βούλονται εἶναι μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ἀλλ' ἴσως λέγουσι πρὸς τοῦτο οἱ Θεοδοσιανοὶ, ὅτι οὐχί· οὐ γὰρ οἱ Γαϊανῖται εἰσιν οἱ φυλάττοντες τὸ ἀρχαῖον δόγμα, ἀλλὰ μᾶλλον ἡμεῖς. Ἀλλὰ πάλιν πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι Εἰ καὶ μὴ ἀπὸ τῶν Γαϊανιτῶν πιστοῦσθε τοῦτο, ἀλλ' οὖν ἀπὸ τῶν Ἀκεφάλων ἀνάγκη ὑμᾶς τοῦτο πιστώσασθαι. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀρχαιότεροι ὑμῶν καὶ τῶν Γαϊανιτῶν φανερῶς ὄντες, οὕτω μάχονται τῇ συνόδῳ, ὡς δύο λεγούσῃ τὰ μέρη. Ἔπειτα καὶ ἀπὸ Εὐτυχοῦς πιστούμεθα τοῦτο. Πρὸς γὰρ τὸν Εὐτυχῆ ἐποιεῖτο τὸν λόγον ἡ σύνοδος, ὅστις περὶ τῶν μερῶν ἠμφισβήτει, μὴ λέγων ὑμῖν ὁμοούσιον εἶναι τὸ σῶμα· Ὡς οὖν πρὸς ἐκεῖνον ποιουμένη τὸν

A tur. Objiciunt nobis et aliam difficultatem, quæ peculiariter ipsorum quidem est; sed in Nestorianorum dogma desinit. Cum enim ad ipsos ait Ecclesia, si unita dicant inconfusa, et unum passibile, alterum passionis expers; unum aspectabile, alterum inaspectabile; unum circumscriptum, alterum non circumscriptum; unum mortale, alterum immortale; quæque alia sunt hujusmodi; duas necessario naturas eos introducere: respondent illi vicissim nullam absurditatem esse inconfusa confiteri unita, nihiloque minus unum passibile, alterum passionis expers; et unam in eis naturam: quod uti probent, hominis exemplum proferunt. En, inquiunt, corpus et anima citra confusionem in homine unita sunt, unum aspectabile, alterum inaspectabile; unum mortale, B alterum immortale; aliaque talia: non tamen naturas duas dicimus, sed unam hominis naturam. Ad ea synodi sectatores vicissim respondent, quemadmodum ipsi salvas esse res in homine unitas, post unionem factam, dicant, nihiloque minus unum esse mortale, alterum immortale, aliaque omnia, sic de Christo se quoque loqui; at hæc omnia duarum naturarum esse indicia.

VI. Nihil ad hæc Gaianitæ quod dicant, habent. Cum enim unita fateantur inconfusa, omnino ne discrimen quidem aliquod dicere sustinent, nullove modo duum vocem admittere: sed unum quiddam unita, post unionem, facta dicunt. At C Theodosiani, vel qui a Severo sunt, satisfactionem sibi quamdam invenerunt, seque dicunt fateri partes esse diversas, at unum effectum: quemadmodum et in homine partes diversæ sint, anima et corpus, at unum effectum. Nam per omnia hominis exemplum ad Christum accommodare volunt: deinde semet animadvertentes in synodi dogma prolapsos, ad aliud orationem transferunt, seque diversas dicere partium naturas aiunt, effecti unam: cum synodus de effecto locuta sit. Nos autem respondemus eos mentiri. Non enim synodus de effecto loquebatur, sed de partibus: quod quidem ex pluribus constat. Primum indicant hoc ipsi Gaianitæ. Nam antiquum illi dogma retinentes, ita nunc synodum oppugnant, quasi quæ partes duas dicat: cum ipsi D post unionem partes quoque velint unum quiddam esse. Fortassis ad hoc Theodosiani respondebunt, nequaquam Gaianitas, sed se potius illos esse, qui antiquum dogma retineant. Nos vero rursum respondemus, si maxime non a Gaianitis ipsi fidem illam sumpserint, tamen esse necesse, ut ab Acephalis acceperint. Nam illi manifesto Theodosianis et Gaianitis antiquiores, ita synodum oppugnant, quasi quæ partes duas tradat. Idem et per Eutychem docere possumus. Etenim adversus Eutychem synodus illa verba proferebat, cujus erat de partibus controversia, dicentis, corpus non esse nobiscum unius substantiæ, ideoque verbis ad illum directis, et ipsa scilicet de partibus loquebatur, non de effecto. Præterea nisi hoc admiseritis,

omnes expositas hactenus objectiones vestras evertetis. Sic enim nobis eas opponebatis, quasi duorum vox nullo modo post unionem proferri possit, nisi ab iis qui divisionem introducant. Verum nobis ipsi fortasse respondent, dare se, de partibus locutam synodum. Vos autem, cur modo non dicitis unam effecti naturam? Primum dicimus, nusquam hoc dictum a Patribus constare. Deinde ne quidem effecti, si quis subtiliter rem consideret, una natura est; sed duæ. Fortasse dixerit aliquis: Et quonam fieri pacto potest ut hominis exemplum nobis non adversetur, qui ex anima corporeque constans, unam naturam habet, non duas, quas Christum habere diximus? Ad hoc respondemus, id ipsum in causa esse, quod unam hominis naturam, Christi duas dicamus. Quam enim rationem habet una natura in hominis hypostasi, eamdem et duæ in hypostasi Christi habent.

VII. Atque ut perspicuum sit quod a nobis dicitur, objectiones prius expositas repetamus. Cum dicebat Ecclesia, si vos inconfusa dicitis ea quæ unita sunt, et salvas eorum naturas esse post unionem; unumque mortale, alterum immortale; quæque sunt hujusmodi alia; duas necessario naturas introducitis: illi vicissim respondebant, nihil esse absurdi, et inconfusa dicere, quæ unita sint; et post unionem, salvas esse naturas eorum, et unam profiteri naturam. Nam ecce, inquiunt, unam hominis naturam dicimus, et in eo tamen inconfusæ sunt partes unitæ. Hoc exemplo in angustum quasi coacti defensores synodi, se in homine quoque naturas fateri duas aiebant. Mox Theodosiani: Si duas hominis naturas dicitis, necesse est Christi tres esse fateamini. Vicissim synoditæ: Si nos cogitis dicere Christum tribus in naturis, etiam vos eum ex tribus naturis dicetis. Nam dicitis eum ex humanitate divinitateque constare. Divinitatis autem una natura est, humanitatis duæ. Sciendum tamen, ex assertione synodi quidem colligi, tres naturas dici: sed non a Theodosianis illud, ex tribus. Etenim hi tradentes, Christum ex humanitate divinitateque constare, naturam hominis unam dicunt: nos autem, duas; quo fit ut ex doctrina nostra, non illorum, colligatur, tres naturas dici. Nos enim duas hominis naturas dicimus, et unam Sermonis. Non tamen hoc simpliciter dicimus, sed unam esse naturam hominis, duas Christi; et hoc quidem unde, cognoscendum. Principia quædam sacris in Litteris esse dicimus, quæ apud omnes in confesso sint, quæque pariter a nobis et ipsis recipiantur. Ad hæc utrumque dogma examinemus, quodque principiis convenire deprehenderimus, id recte comparatum scilicet erit: quod iisdem adversabitur, ceu male comparatum rejici debere, manifesto patet. Est igitur in confesso, Christum fuisse Deum

A λόγον, δηλονότι· καὶ αὐτὴ περὶ τῶν μερῶν ἐποιεῖτο τὸν λόγον, οὐκέτι δὲ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος. Ἔτι δὲ εἰ μὴ τοῦτο δέξησθε, πάσας τὰς προειρημένας ἀπορίας ἐξ ὑμῶν ἀνατρέψετε. Οὕτω γὰρ αὐτὰς ἡμῖν ἠπορεῖτε, ὡς τὸ δύο οὐκ ἂν οἰωσδήποτε λεχθῇ μετὰ τὴν ἕνωσιν, εἰ μὴ διαίρεσιν εἰσάγουσιν. Ἀλλ' ἴσως λέγουσιν ἡμῖν καὶ αὐτοὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι Θῶμεν τῇ συνόδῳ τὸν λόγον εἶναι περὶ τῶν μερῶν. Ὑμεῖς διατί οὐ λέγετε νῦν τοῦ ἀποτελέσματος μίαν φύσιν; Λέγομεν πρὸς αὐτούς, ὅτι πρῶτον μὲν οὐδαμοῦ φαίνονται τοῦτο λέγοντες οἱ Πατέρες. Ἔπειτα δὲ, οὐδὲ τοῦ ἀποστελέσματος, εἴ τις ἀκριβῶς σκοπήσοι, μία ἐστὶν ἡ φύσις, ἀλλὰ δύο. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν, Καὶ πῶς οὐκ ἀντίκειται ἡμῖν τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου, ὅστις ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὢν, μίαν ἔχει τὴν φύσιν, οὐχ ὅτι δὲ δύο, ὡς λέγομεν ἔχειν τὸν Χριστόν; Πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι Αὐτὸ γὰρ τοῦτο, ἐπειδὴ μίαν φύσιν λέγομεν τοῦ ἀνθρώπου, δύο δὲ τοῦ Χριστοῦ. Ὃν γὰρ λόγον ἔχει ἡ μία φύσις ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ ἀνθρώπου, τὸν αὐτὸν ἔχουσιν αἱ δύο ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

Καὶ ἵνα σαφὲς εἴη λεγόμενον, ἐπαναληπτέον τὰς προλεχθείσας ἀπορίας. Τῆς Ἐκκλησίας λεγούσης, ὅτι Εἰ ἀσύγχυτα λέγετε τὰ ἑνωθέντα, καὶ σώζεσθαι τὰς φύσεις αὐτῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸ μὲν θνητὸν, τὸ δὲ ἀθάνατον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐξ ἀνάγκης δύο φύσεις εἰσάγετε· ἀντέλεγον ἐκεῖνοι, ὅτι οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἀσύγχυτα λέγειν τὰ ἑνωθέντα, καὶ σώζεσθαι τὰς φύσεις αὐτῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν. Ἰδοὺ γὰρ λέγομεν, φασὶ, μίαν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ὅμως ἀσύγχυτά εἰσιν ἐπὶ αὐτοῦ τὰ ἑνωθέντα. Πρὸς τοῦτο τὸ παράδειγμα στενοχωρούμενοι οἱ ἀπὸ τῆς συνόδου, εἶπον, ὅτι Καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου δύο φύσεις λέγομεν. Εἶτα οἱ Θεοδοσιανοί· Οὐκοῦν εἰ δύο φύσεις τοῦ ἀνθρώπου λέγετε, ἀναγκαῖον ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ τρεῖς εἰπεῖν. Εἶτα πρὸς αὐτοὺς πάλιν οἱ συνοδῖται· Εἰ ἀναγκάζετε ἡμᾶς εἰπεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τρισὶ φύσεσιν, οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς ἐκ τριῶν αὐτὸν λέγετε. Λέγετε γὰρ αὐτὸν ἐξ ἀνθρωπότητος, καὶ θεότητος. Καί ἐστι μὲν τῆς ἀνθρωπότητος δύο φύσεις, καὶ τῆς θεότητος μία. Ἐπιστῆσαι δέον, ὅτι τῇ μὲν συνόδῳ συνάγεται, τὸ λέγειν τρεῖς φύσεις, οὐκέτι δὲ τοῖς Θεοδοσιανοῖς, ἐκ τριῶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐξ ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος Χριστὸν λέγοντες, μίαν φύσιν λέγουσι τοῦ ἀνθρώπου, ἡμεῖς δὲ δύο. Ὥστε ὑμῖν συνάγεται τὸ λέγειν τρεῖς φύσεις, οὐκ ἐκείνοις. Δύο γὰρ λέγομεν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μίαν τοῦ Λόγου. Ἁπλῶς δὲ οὐ λέγομεν, ἀλλ' ὅτι μία φύσις ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου, δύο δὲ αἱ τοῦ Χριστοῦ· καὶ πόθεν τοῦτο, γνωστέον. Λέγομεν, ὅτι εἰσὶν ἀρχαί τινες παρὰ τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, παρὰ πᾶσιν ὁμολογούμεναι, ἃς καὶ ἡμεῖς καὶ αὐτοὶ δεχόμεθα. Ἐξετάσωμεν οὖν ἐπὶ ταύταις ἑκάτερον δόγμα, καὶ ὃ δ' ἂν εὕρωμεν συμφωνοῦν ταῖς ἀρχαῖς, ἐκεῖνο δηλονότι καλῶς ἔχει. Τὸ δὲ ἐναντιούμενον, ἐκεῖνο ὡς κακῶς ἔχον πρόδηλον ὡς δεῖ ἀποβάλλεσθαι. Ὁμολόγηται τοίνυν, ὅτι αὐτὸς ἦν Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι αὐτὸς κυρίως Θεὸς, καὶ κυρίως ἄνθρωπος· καὶ ὅτι αὐτὸς φύσει Θεὸς, καὶ φύσει ἄνθρωπος· καὶ ὅτι αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ

Πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν· καὶ ὅτι αὐτὸς εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ εἷς ἐξ ἡμῶν· καὶ ὅτι Θεὸς Λόγος ἠξίωσεν ἄνθρωπος γενέσθαι· καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα εὑρήσομεν ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ.

A et hominem; proprie Deum eumdem, et proprie hominem; natura Deum eumdem, et natura hominem: unius eumdem cum Patre naturæ, et ejusdem naturæ nobiscum: unum de sancta Trinitate, ac unum de nobis: quodque Deus Sermo dignatus sit homo fieri: alia denique plura talia sacris in Litteris reperiemus.

Ἐξετάσωμεν οὖν ἐπὶ ταύταις ἑκάτερον δόγμα, καὶ πρῶτον ἐπὶ τῆς μιᾶς φύσεως, καὶ εἰ μὲν καλῶς ἔχῃ, δεξώμεθα· εἰ δὲ κακῶς, ἀποβαλώμεθα. Ὑποκείσθωσαν οὖν τρία τινὰ, ψυχαὶ ἁπλῶς, καὶ σώματα ἁπλῶς, καὶ ἄνθρωποι ἀποτελεσθέντες· λαβόντες οὖν ἡμεῖς ἐκ τούτων μίαν ψυχὴν, καὶ ἓν σῶμα, ἀποτελέσωμεν τόν τινα ἄνθρωπον, τυχὸν τὸν Πέτρον. Καὶ οὐδ' ἂν εὑρεθείη ἔχων τὴν φύσιν ἐκείνων, δηλονότι ὁμοούσιόν ἐστιν ἀνθρώποις. Ὁ τοίνυν Πέτρος ἀποτελεσθεὶς, οὐδὲ ταῖς ψυχαῖς ἐστιν ὁμοούσιος, οὐδὲ τοῖς σώμασιν· οὐδὲ κυρίως ψυχὴ, οὐδὲ κυρίως σῶμα. Οὐδὲ γὰρ ὃν ἂν λόγον ἀποδῷ τις τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος, τὸν αὐτὸν ἀποδίδωσι Πέτρου· ἀλλά τίνι ἐστὶν ὁμοούσιος τοῖς ἀνθρώποις (ἐκείνων γὰρ τὸν ὅρον ἐπιδέχεται), καὶ ἄλλο τί ἐστι παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. Ἐλθωμεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἀναλογεῖ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ μὲν θεότης τῇ ψυχῇ, ἡ δὲ ἀνθρωπότης τῷ σώματι. Οὐκοῦν ὁ Χριστὸς οὐδὲ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, οὐδὲ ὁμοούσιος ἡμῖν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Πέτρος οὐδὲ ὁμοούσιός ἐστι τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ὁμοούσιος τῷ σώματι. Οὐκοῦν καὶ ὁ Χριστὸς οὐδὲ κυρίως Θεὸς, οὐδὲ κυρίως ἄνθρωπος· οὐδὲ φύσει Θεὸς, οὐδὲ φύσει ἄνθρωπος· οὔτε εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, οὔτε εἷς ἐξ ἡμῶν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Πέτρος οὐδὲ εἷς ἐστι τῶν ψυχῶν, οὐδὲ εἷς τῶν σωμάτων. Τὰ δὲ τοιαῦτα λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀνελεῖν ἐστιν ἃς ἔχομεν ὡμολογημένας ἀρχὰς, ὅπερ ἄτοπον. Εἰ δὲ δύο φύσεις ὑποθώμεθα ἔχειν τὸν Χριστὸν, οὐδὲν τούτων ἀναιροῦμεν τῶν ἀρχῶν, ἀλλὰ πάντα συμφωνοῦντα εὑρίσκομεν. Ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος· καὶ ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν· καὶ κυρίως Θεὸς, καὶ κυρίως ἄνθρωπος, καὶ φύσει Θεὸς, καὶ φύσει ἄνθρωπος· καὶ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ εἷς ἐξ ἡμῶν. Ἡ αὐτὴ γὰρ ὑπόστασις τοὺς ὅρους τῶν δύο φύσεων ἐπιδέχεται· καὶ ὃν δ' ἂν λόγον ἀποδῷ τις τῆς θεότητος, τὸν αὐτὸν εὑρίσκει καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ὃν δ' ἂν ἀποδῷ τῆς ἀνθρωπότητος, τὸν αὐτὸν εὑρίσκει καὶ ἐπὶ τῆς οὐσίας τοῦ Χριστοῦ κατ' οὐσίαν ἁρμόζοντα· ὥστε ἐξ ἀνάγκης δύο φύσεις εἶναι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

VIII. Examinemus igitur ad ista principia utrumque dogma, et primum adeo de una natura; quod si belle habebit, acceptabimus: sin autem, rejiciemus. Sint igitur tria quædam posita, simpliciter animæ, et corpora simpliciter, et homines absoluti: nosque sumpta de his anima una et uno corpore, quemdam hominem efficiamus, puta Petrum. Is vero, tametsi naturam eorum habere deprehendatur, ejusdem tamen substantiæ cum hominibus B non erit. Petrus enim absolutus, nec ejusdem est cum animis naturæ, nec ejusdem cum corporibus: nec anima proprie, nec proprie corpus. Non enim quæ corporis aut animæ tradi definitio potest; eadem et Petri traditur: sed aliquo tenus ejusdem est substantiæ cum hominibus (nam illorum definitionem quoque recipit), et diversum quiddam est tam ab anima quam corpore. Nunc ad Christum veniamus: quippe respondet apud ipsos divinitas animæ, humanitas corpori. Christus ergo nec ejusdem cum Patre, nec ejusdem nobiscum est substantiæ: quemadmodum et Petrus nec ejusdem est cum anima, nec ejusdem cum corpore substantiæ. Quamobrem et Christus nec proprie Deus est, nec proprie homo; C nec Deus natura, nec natura homo; nec unus sanctæ Trinitatis, nec unus ex nobis: sicut et Petrus nec unus ex animis est, nec unus ex corporibus. At hujusmodi de Christo dicere, nihil est aliud quam indubitata principia quæ habemus, subvertere; quod absurdum fuerit. At vero si Christum duas habere naturas dabimus, nullum ex hisce principiis evertimus, sed omnia consonantia reperimus. Idem enim et Deus est, et homo: idem ejusdem cum Patre substantiæ, et ejusdem substantiæ nobiscum: proprie Deus, et proprie homo: natura Deus, et natura homo: unus sanctæ Trinitatis, et unus ex nobis. Nam eadem hypostasis duarum naturarum definitiones recipit: et quodcunque de divinitate quis protulerit, idem et in Christo invenit: ac vicissim quidquid de humani- D tate dixerit, idem et in substantia Christi invenit, eidem substantialiter competens: quo fit ut necessario duæ sint unius hypostasis Christi naturæ.

Ἀποροῦσι δὲ, λέγοντες· Καὶ πῶς ἐπὶ ἑνὸς ἀτόμου δύο ἔστιν εὑρεῖν; Πῶς, ἐπιλυόμεθα τῷ παραδόξῳ. Ὅτι οὐ τὸ γεγονέναι τι παράδοξον ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἄτοπον· ἀλλὰ τὸ ψεύδεσθαι καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐναντιοῦσθαι, τοῦτο ἀτοπόν ἐστιν. Ἰστέον δὲ, ὅτι τοῖς μίαν φύσιν δοξάζουσιν ἐπὶ Χριστοῦ, ἐξ ἀνάγκης συνάγεται, ἢ δύο ὑποστάσεις εἰπεῖν τῆς θεότητος, ἢ τέσσαρας, οὐκέτι δὲ τρεῖς, ὡς παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται. Εἰ γὰρ μίαν φύσιν λέγουσιν ἡμῖν ἐπὶ Χριστοῦ, ποῦ παρέχουσιν ἡμῖν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς Θεότητος; Ἔχομεν γὰρ μίαν τοῦ Πατρὸς, καὶ μίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· τὴν δὲ ἄλλην

IX. Verum hic isti Hæsitantes: Quo pacto, inquiunt, in uno individuo reperiri duo possunt? Hoc ipsum *quo pacto*, per rem abhorrentem ab opinione solvimus. Quippe non absurdum est, accidisse quid in Christo præter opinionem hominum: sed absurdum est mentiri, ac principiis adversari. Sciendum autem, ab iis qui unam in Christo naturam statuunt, necessario colligi, vel duas ut hypostases divinitatis dicant, vel quatuor, non tres, quod omnes confitentur. Nam si unam nobis in Christo naturam tradunt, unde tres nobis hypostases divinitatis deprom ent? Habemus enim Patris

unam, et unam sancti Spiritus : reliquam dicere nullam poterunt, unam in Christo naturam statuentes : quippe si una natura est, non jam natura Deus erit, uti modo probavimus. Si non est natura Deus, quomodo divinitatis hypostasin habere dici poterit? quo fit ut ipsos duas hypostases dicere colligatur. Sin dixerint, tertiam hypostasin esse Dei Sermonis, ut una sit Patris, altera Spiritus sancti, tertia Dei Sermonis, necessario quatuor hypostases introducunt, unam Patris, unam Spiritus sancti, unam Dei Sermonis, et unam Christi. Modis omnibus probatum est, duas naturas statuendas, non unam.

A οὐκέτι δύνανται εἰπεῖν, ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μίαν φύσιν λέγοντες. Εἰ γὰρ μία φύσις ἐστὶν, οὐκέτι φύσει Θεὸς, ὡς ἤδη δέδεικται ἡμῖν. Μὴ ὢν δὲ φύσει Θεὸς, πῶς λεχθείη ὑπόστασιν ἔχειν θεότητος; ὥστε δύο ὑποστάσεις αὐτοῖς συνάγεται λέγειν. Ἐὰν δ' οὕτως εἴπωσιν, ὅτι ἡ τρίτη ὑπόστασίς ἐστι τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἵνα ἡ μία μὲν τοῦ Πατρὸς, δευτέρα δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τρίτη δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου· τέσσαρας ἐξ ἀνάγκης εἰσάγουσι, μίαν τοῦ Πατρὸς, καὶ μίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ μίαν τοῦ Χριστοῦ. Πανταχόθεν δέδεικται, ὅτι δύο φύσεις δεῖ δοξάζειν, οὐ μίαν.

Sincere explicantur loci quos Hæsitantes hæretici assumebant ad confirmationem suæ hæreseos contra duas Christi naturas.

ACTIO VIII.

I. Restat ut de iis argumentis quæ de sanctorum Patrum dictis nobis proferunt, agamus. Ea vero partim petita sunt ex iis quæ synodus non dixerit, partim ad conciliandam ipsorum dogmati fidem proferuntur, partim denique struuntur ex ipsis synodi verbis. Ob ea quæ non dixerit, tribus modis synodum reprehendunt : quod nimirum non unionem hypostaticam, nec unam Dei Sermonis naturam incarnatam, nec istud loquendi genus usurpaverit, *Ex duabus naturis*. At isthæc, inquiunt, omnia sanctus ille Cyrillus protulit. Est autem par indicari, quamobrem hypostaticam unionem ille dixerit. Duplex scilicet hujus est intellectus. Nam quia Nestorius diceret, unionem Dei Sermonis cum carne per affectionem quamdam esse factam, adeoque personam Dei Sermonis et carnis unam ratione mutui affectus esse traderet : idcirco sanctus vir Cyrillus ei contradicens, unionem hypostaticam esse factam ait, hoc est, ratione subsistentiæ, ipsarumque adeo rerum unionem ; non affectionis respectu. Ac notandum hic rursus hypostasin dici de iis quæ simpliciter exsistunt. Alter intellectus est, quod hypostaticam unionem factam dixerit, hoc est, in unam hypostasin. Ac sententia quidem utraque refragatur Nestorio, prima tamen verior est. Objiciunt igitur synodum hæc a sancto Cyrillo tradita rejecisse, nec eorum mentionem ullam fecisse. Verum uno verbo isthæc omnia subvertimus, synodum illa, quasi communia et in confesso essent, omisisse : nam adversus Eutychem disserebat, qui ex diametro cum Nestorio pugnans, et ista citra controversiam fatebatur. Non est autem necessarium, ut quæ confessa sunt, omnino ponantur : sed licet ea nonnunquam omittere. Satis hoc synodi priores ostendunt, quæ pleraque confessa in pluribus omiserunt. Deinde synodum multis in locis unam hypostasin, et unam personam dixisse deprehendimus : quod nihil est aliud dicere, quam unionem hypostaticam.

II. Et hæc quidem sunt de iis quæ synodus omiserit. Ad faciendum vero fidem dogmati suo plures auctoritates producunt, quarum est prima, quod

ΠΡΑΞΙΣ Η'.

B Ὑπόλοιπόν ἐστι περὶ τῶν ἐπιχειρημάτων ὧν ἀπὸ χρήσεων τῶν ἁγίων Πατέρων παραφέρουσιν ἡμῖν, διεξελθεῖν. Τούτων δὲ, τὰ μέν εἰσιν, ἀφ' ὧν οὐκ εἶπεν ἡ σύνοδος· τὰ δὲ παραφέρουσι πρὸς πίστιν τοῦ οἰκείου δόγματος· τὰ δὲ, ἀφ' ὧν εἶπεν. Ἀφ' ὧν μὲν οὐκ εἶπεν, ἐπιλαμβάνονται αὐτῆς ἐκ τριῶν· ὅτι οὐκ εἶπεν ἡ συνόδος τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, οὐδὲ μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, οὐδὲ τὸ, *ἐκ δύο φύσεων*. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ ἅγιος Κύριλλος εἶπεν. Ἄξιον δὲ εἰπεῖν, διατί λέγει τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. Διττὴ τοίνυν ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἔννοια. Τοῦ γὰρ Νεστορίου λέγοντος, ὅτι κατὰ σχέσιν γέγονεν ἡ ἕνωσις τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καὶ σχετικῶς λέγοντος ἐν πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τῆς C σαρκὸς, ὁ ἅγιος Κύριλλος ἀντιλέγων πρὸς αὐτόν φησιν, ὅτι καθ' ὑπόστασιν γέγονεν ἡ ἕνωσις, τοῦτ' ἔστι καθ' ὕπαρξιν, καὶ αὐτῶν πραγμάτων· καὶ οὐκέτι λέγει κατὰ σχέσιν. Καὶ σημειωτέον πάλιν ἐνταῦθα τὴν ὑπόστασιν καὶ ἐπὶ τῶν ὄντων ἁπλῶς. Δευτέρα δὲ ἔννοιά ἐστιν, ὅτι καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν εἶπε γενέσθαι, τοῦτ' ἔστιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει. Καὶ ἑκατέρα μὲν ἔννοια ἀντίκειται Νεστορίῳ, πλὴν ἀληθινωτέρα ἡ πρώτη. Λέγουσιν οὖν, Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ταῦτα εἰπόντος, ἡ σύνοδος ἀπεβάλετο αὐτὰ, καὶ οὐδὲν περὶ αὐτῶν εἶπεν. Ἐνὶ δὲ λόγῳ ταῦτα πάντα ἀνατρέπομεν, ὅτι ὡς κοινὰ ὄντα καὶ ὁμολογούμενα παρεῖσεν αὐτὰ ἡ σύνοδος· πρὸς Εὐτυχῆ γὰρ τὸν λόγον ἐποιεῖτο, ὅστις ἐκ διαμέτρου τῷ Νεστορίῳ μα- D χόμενος, δηλονότι καὶ ταῦτα ὡμολόγει. Καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης δεῖ τὰ ὁμολογούμενα πάντως τιθέναι· ἀλλ' ἔστιν ἐνίοτε παραλιμπάνειν. Καὶ δηλοῦσιν αἱ πρότεραι σύνοδοι, πολλὰ τῶν ὁμολογουμένων ἐν πολλοῖς παραλείψασαι. Ἔπειτα εὑρίσκομεν ἐν πολλοῖς τόποις τὴν σύνοδον εἰποῦσαν, μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἓν πρόσωπον· ὅπερ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν εἰπεῖν, εἰ μὴ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν.

Καὶ ταῦτα μέν εἰσιν, ἀφ' ὧν οὐκ εἶπε. Πρὸς πίστιν δὲ τοῦ οἰκείου δόγματος παραφέρουσι χρήσεις πολλάς· καὶ πρώτη μὲν ὅτι ὁ ἅγιος Κύριλλος φανε-

ρῶς εἶπε μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι ὁμολογοῦμεν τὸν ἅγιον Κύριλλον τοῦτο εἰρηκέναι· ἀλλ' οὐδὲν ἐναντιοῦται τοῦτο τῷ δόγματι. Οὐ γὰρ εἶπε τοῦ Χριστοῦ μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, τὴν ἄλλην φύσιν δηλῶν. Καὶ ὅτι τὴν ἄλλην βούλεται δηλῶσαι φύσιν, τῷ εἰπεῖν σεσαρκωμένην· δῆλον ἀφ' ὧν ἑαυτὸν ἐπεξηγεῖται ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ λέγων· Εἰ μὲν γὰρ μίαν φύσιν εἰπόντες τοῦ Θεοῦ Λόγου, σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ, *σεσαρκωμένην*· ἀλλ' οἷς ἔξω θέντες τὴν οἰκονομίαν, ἣν αὐτοῖς τάχα που καὶ οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος προσποιουμένοις ἐρωτᾷν, ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία; Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δήλωσις εἰσκεκόμισται διὰ τὸ λέγειν σεσαρκωμένην· παυσάσθωσαν καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες. Τοὺς γὰρ ἐκβάλλοντας τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἀρνουμένους τὴν σάρκωσιν, ἣν τὸ ἐγκαλεῖσθαι δικαίως, ἀφαιρουμένους τὸν Υἱὸν τῆς τελείας ἀνθρωπότητος. Εἰ δὲ ἔφην, ἐν τῷ σεσαρκῶσθαι λέγειν αὐτὸν, σαφής ἐστι καὶ ἀναμφίλογος ἡ ὁμολογία τοῦ, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος· οὐδὲν ἔτι κωλύει νοεῖν, ὡς εἷς ὑπάρχων καὶ μόνος ὁ Χριστὸς, αὐτὸς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος· ὥσπερ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. Ὀρθότατα δὲ, καὶ πάνυ συνετῶς ἡ σὴ τελειότης τὸν περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐκτίθεται λόγον, οὐκ αὐτὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καθὸ νοεῖται καὶ ἔστι Θεὸς, παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν τὰ τοῦ σώματος διισχυριζομένη· παθεῖν δὲ αὐτὸν μᾶλλον τῇ κοινῇ φύσει. Ἔδει γὰρ, ἔδει σαφῶς ἀμφότερα σώζεσθαι τῷ ἑνὶ κατ' ἀλήθειαν Υἱῷ, καὶ τὸ μὴ πάσχειν θεϊκῶς, καὶ τὸ λέγεσθαι παθεῖν ἀνθρωπίνως· ἡ αὐτοῦ γὰρ πέπονθε σάρξ.

A sanctus ille Cyrillus unam naturam Dei Sermonis incarnatam aperte dixerit. Ad hoc respondemus, fateri nos id a sancto Cyrillo dictum : sed idem nihil omnino sententiæ nostræ refragari. Non enim Christi naturam unam incarnatam dixit, sed unam naturam Dei Sermonis incarnatam; videlicet alteram illam naturam denotans. Et quod alteram illam significare voluerit, dum incarnatam ait, ex iis manifestum est quibus seipsum in secunda ad Successum epistola declarat, inquiens : Quod si unam Dei Sermonis naturam dicentes obticuissemus, nec verbum illud, *incarnatam*, subjecissemus, adeoque dispensationem ipsam velut omisissemus : fortasse probabilis esset ipsorum oratio, quærere de nobis præ se ferentium, ubi sit illa perfectio in humanitate, vel quomodo substantia quam nos tradimus, subsistat? Sed quoniam et ipsa in humanitate perfectio, et substantiæ quam nos tradimus, significatio per verbum istud, *incarnatam*, comprehensa est, inniti arundineo baculo desinant. Nam dispensationem rejicientes, et incarnationem negantes, merito accusaremur; ceu Filium perfecta humanitate spoliantes. At vero si dicam, in eo quod ipsum incarnatum dixi, perspicuam minimeque ambiguam esse confessionem, quod homo factus sit, nihil est amplius, quod cogitare vetet, Christum unum et unicum, pariter et Deum et hominem esse : ut perfectum in divinitate, sic etiam perfectum in humanitate. Rectissime vero, et admodum erudite perfectio tua doctrinam de passione salutari exponit, cum non ipsum unigenam Dei Filium, quatenus intelligitur et est Deus, passum in natura sua, quæ cadunt in corpus, affirmas : sed potius eum natura terrena passum. Oportebat enim, oportebat utraque manifesto salva esse uni reapse Filio; tum ut divinitatis respectu non quippe caro ipsius passa fuit. pateretur, tum ut humanitus esse passus diceretur :

Ἰστέον δὲ, ὅτι πρῶτος ἐν ὀρθοδόξοις τὸ, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, εἶπεν ὁ ἅγιος Κύριλλος. Ἐν ὀρθοδόξοις δὲ εἴπομεν, ἐπειδὴ ὁ Ἀπολινάριος πολλάκις ἔλεγε τοῦτο· ὅθεν καὶ ἐνομίσθη ὁ ἅγιος Κύριλλος παρὰ τῶν Ἀνατολικῶν Ἀπολιναριστὴς εἶναι, οὐκ ἦν δέ. Οὐδὲ γὰρ δέον ἐστὶ πάντα, ὅσα λέγουσιν οἱ αἱρετικοὶ, πάντως μὴ δέχεσθαι· τὰ δὲ κακὰ ἀποβάλλεσθαι. Παραφέρουσι δὲ καὶ ἑτέραν χρῆσιν ὡς ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου, κειμένην ἐν τῇ πρὸς Διονύσιον τὸν Κορίνθου ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θαυμάζω πυνθανόμενος περί τινων*. Καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις τοιαύτη· Ἀνάγκη γὰρ, δύο λέγοντας αὐτοὺς φύσεις, τὴν μὲν προσκυνεῖν, τὴν δὲ μὴ προσκυνεῖν· καὶ εἰς μὲν θείαν βαπτίζεσθαι, εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μὴ βαπτίζεσθαι· καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ κεῖται ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ. Ἡμεῖς δὲ ἀπὸ πολλῶν διελέγχομεν, μὴ εἶναι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην τοῦ μακαρίου Ἰουλίου, ἀλλὰ τοῦ Ἀπολιναρίου. Πρῶτον μὲν, ὅτι εἴ τις ἀκριβῶς σκοπήσοι, οὐδὲν φέρεται τοῦ μακαρίου Ἰουλίου. Ἀλλὰ καὶ αἱ ἑπτὰ ἐπιστολαὶ, ἃς λέγουσιν εἶναι αὐτοῦ, τοῦ Ἀπολιναρίου εἰσίν. Ἔπειτα, ὅτι μνησθεὶς ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ σώ-

III. Sciendum autem primum inter orthodoxos Cyrillum protulisse verbum illud : unam naturam Dei Sermonis incarnatam. Inter orthodoxos dicimus quoniam sæpius hoc Apolinaris repetebat; unde factum, ut sanctus Cyrillus pro Apolinarista sit habitus ab Orientalibus, cum talis non esset. Nec enim necesse est omnia, quæcunque dicunt hæretici, omnino non admitti; mala quidem rejici debent. Afferunt aliud quoque dictum, velut a beato Julio profectum, quod exsistat in epistola scripta ad Dionysium Corinthi episcopum, cujus initium est : *Miror de quibusdam audiens*. Estque dictum hujuscemodi : Necesse est eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare; ac in divinam quidem baptizari, at in humanam non baptizari : aliaque plura isthæc epistola continet. Sed nos argumentis pluribus convincimus, non illam epistolam esse beati illius Julii, sed Apolinaris. Primum ex eo quod si quis eam subtiliter consideret, nihil Juliano dignum nomine habeat : quin et septem illæ epistolæ quas ejus esse dicunt, Apolinaris sunt. Deinde, quod in eadem epistola cor-

poris mentione facta, nusquam id mente præditum vel animatum dixerit. Erat autem in more Patribus illius sæculi, ut sicubi corporis mentionem facerent, id ipsum mente præditum animatumque dicerent : quod quidem usque adeo verum est, ut reformidantibus eis hoc crimen, ideoque deinceps illas voces : *mente præditum et animatum*, adjicientibus, nulli posteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum appendicem non habeant. Præterea de hoc quoque non beati Julii, sed Apolinaris esse redarguitur : quod Nyssenus ille Gregorius in opere contra Apolinarim aperte multa recitet, quæ hac epistola continentur, eaque ceu prava, refutet. Potest et aliunde convinci, quod beati Julii non sit. Aiunt enim actis synodi Ephesinæ sub beato Cyrillo insertam : quod quidem aperte mentiuntur. Nam ibi nihil in textu tale reperitur, sed alia quædam inserta est epistola, velut a Julio scripta ; nec ipsa Julii, sed Timothei : quemadmodum de multis exemplaribus intelligi potest. Enimvero cum nihil nobis adversetur, quod eam Julii dicant, flocci scilicet faciendum.

IV. Proferunt nobis et aliam quamdam auctoritatem sancti Gregorii, quem prodigiorum effectorem nominamus, ex illius confessione fidei, seorsum exposita. Non duas personas, inquit, non duas naturas ; quia non adoranda sunt quatuor : et alia quæ sequuntur. Ad hoc quoque respondemus, primum de hac itidem dubitatum apud antiquiores, an sit Gregorii. Deinde Gregorius Nyssenus orationem de illo prodigiorum effectore funebrem scribens, nullum ait opus ipsius in manibus esse, præter solam fidem quam in visione conspexerit. Aliam quoque proferunt auctoritatem sancti Athanasii ex Oratione de incarnatione, quæ quidem hujusmodi est : Eumdem esse Dei Filium, ratione spiritus, et hominis Filium, ratione carnis : non duas naturas unum illum Filium, quarum una sit adoranda, non adoranda sit altera : sed unam naturam Dei Sermonis incarnatam. Respondemus primo, dictum hoc nobis non adversari. Non enim duas naturas ita tradimus, ut adoretur una, non adoretur altera : sed unam statuimus esse naturam Dei Sermonis incarnatam. Deinde ne quidem est Athanasii : nam cum a nobis interrogantur, ubi dictum hoc exstet, nec ejus ostendendi copiam habent : in arctum coacti, pusillam quamdam orationem proferunt, quasi duorum foliorum, in qua dictum hoc legitur. At notum est universis, omnia sancti Athanasii opera valde magna esse.

V. Quid autem ad hoc respondebimus, quod beatum Cyrillum producunt, citantem hoc dictum libro adversus Theodorum, quasi profectum ab Athanasio ? Nimirum dicimus, reapse quidem illud in beati Cyrilli contra Theodorum invectivis legi ; sed mendum esse priscum. Dioscorus enim successor beati Cyrilli factus, cum ejus opera reperisset, forte non veritus est inserere nonnulla, quæ ipsi lubitum fuit. Neque vero conjecturis nos modo niti,

ματος, οὐδαμοῦ νοερὸν εἶπεν, ἢ ἔμψυχον. Ἔθος δὲ εἶχον οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Πατέρες, ἔνθα ἂν μνησθῶσι τοῦ σώματος, τὸ νοερὸν λέγειν καὶ ἔμψυχον· καὶ τοσοῦτόν ἐστι τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι ὑφορώμενοι τοῦτο τὸ ἔγκλημα, προσέθηκαν ὕστερον, τὸ *νοερὸν* καὶ τὸ *ἔμψυχον*· καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τινα τῶν μεταγενεστέρων βιβλία, μὴ ἔχοντα τὴν προσθήκην τῶν παλαιῶν. Ὅτι δὲ καὶ ἐκ τούτου ἐλέγχεται τοῦ Ἀπολιναρίου οὖσα, καὶ οὐκ αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου· Γρηγόριος γὰρ ὁ Νύσσης ἐν τῇ πρὸς Ἀπολινάριον πραγματείᾳ φαίνεται μεμνημένος πολλῶν τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, καὶ ἀνατρέπων αὐτὰ ὡς κακῶς ἔχοντα. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ ἄλλου αὐτὴν διελέγξαι μὴ οὖσαν τοῦ μακαρίου Ἰουλίου. Φασὶ γὰρ κεῖσθαι αὐτὴν ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου· καὶ ψεύδονται φανερῶς. Οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον κεῖται ἐκεῖ, ἀλλὰ ἄλλη ἐστὶν ἡ κειμένη ἐκεῖ, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰουλίου, ἥτις οὐδὲ Ἰουλίου ἐστὶν, ἀλλὰ Τιμοθέου, ὡς ἔστιν ἀπὸ πολλῶν ἀντιγράφων καταμαθεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ μηδὲν ἡμῖν ἐναντιοῦται, εἰ καὶ Ἰουλίου ταύτην εἴπωσιν, οὐ φροντιστέον.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλην ἡμῖν χρῆσιν παραφέρουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ, ἐκ τῆς κατὰ μέρος πίστεως. Οὐ δύο πρόσωπα, οὐ δύο φύσεις· οὐ δεῖ γὰρ τέσσαρα προσκυνεῖν, καὶ τὰ ἑφεξῆς. Λέγομεν δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὕτη ἀμφεβλήθη παρὰ τοῖς παλαιοτέροις, μὴ εἶναι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου· ἔπειτα Γρηγόριος ὁ Νυσσαεὺς γράφων ἐπιτάφιον εἰς τὸν Θαυματουργὸν λέγει, μηδὲν σύγγραμμα φέρεσθαι αὐτοῦ, εἰ μὴ μόνην τὴν πίστιν, ἣν κατὰ ὀπτασίαν εἶδεν. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλην παραφέρουσι χρῆσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως λόγου. Ἔστι δὲ τοιαύτη· Καὶ εἶναι τὸν αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ κατὰ πνεῦμα, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα· οὐ δύο φύσεις τὸν ἕνα Υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πρῶτον μὲν οὐδὲν ἡμῖν ἐναντιοῦται. Οὐδὲ γὰρ δοξάζομεν δύο φύσεις, τὴν μὲν προσκυνητὴν, τὴν δὲ ἀπροσκύνητην· ἀλλὰ δοξάζομεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Ἔπειτα δὲ οὐδ ἔστι τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου· ἐρωτώμενοι γὰρ παρ' ἡμῶν, ποῦ κεῖται· καὶ μὴ εὐποροῦντες δεῖξαι, στενοχωρούμενοι παραφέρουσι μικρόν τινα λόγον, ὡς δύο φύλλων, ἐν ᾧ κεῖται αὕτη ἡ χρῆσις. Δῆλον δὲ πᾶσιν, ὅτι πάντα τὰ συγγράμματα τοῦ ἁ ίου Ἀθανασίου πάνυ μεγάλα εἰσίν.

Ἀλλὰ τί ἔχομεν εἰπεῖν, ὅτι παραφέρουσι τὸν μακάριον Κύριλλον, παράγοντα αὐτὴν παρὰ τοῦ Θεοδώρου, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ; Λέγομεν πρὸς τοῦτο, ὅτι τῷ ὄντι μὲν κεῖται ἐν τοῖς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου κατὰ Θεοδώρου ῥηθεῖσιν, ἀλλὰ σφάλμα ἐστὶν ἀρχαῖον. Ὁ γὰρ Διόσκορος διάδοχος γενόμενος τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ εὑρὼν τὰ αὐτοῦ συγγράμματα, ἴσως οὐκ ἂν ὤκνει τινὰ θεῖναι ὧν ἐβούλετο. Μήποτε δὲ καὶ ἐπιστοχάσασθαι, ὅτι οὐ παρ-

ἤγαγεν αὐτὴν ὁ μακάριος Κύριλλος κατὰ Θεοδώρου, καὶ ἐντεῦθεν δῆλον. Θεοδώρητος γὰρ ὑπὲρ Θεοδώρου λέγων, ἀνατρέπων πάσας τὰς χρήσεις, ὅσας παρήγαγε κατ' αὐτοῦ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἀπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων, οὐδαμοῦ ταύτης τῆς χρήσεως μέμνηται. Ἀλλὰ λέγουσι πρὸς τοῦτο, ὅτι κακούργως αὐτὴν παρείασεν ὁ Θεοδώρητος· μὴ δυνάμενος γὰρ πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέψαι, ὡς πάνυ φανερὰν, ἑκὼν παρέλειπεν αὐτήν. Πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι τοσοῦτον οὐ παρέδραμεν αὐτὴν κειμένην ἐκεῖ, ὅτι τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν ἄλλοις εἰρηκότος, Ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, εἰ ᾔδει τὴν χρῆσιν ταύτην κειμένην παρὰ τῷ μακαρίῳ Κυρίλλῳ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου προενεχθεῖσαν, οὐκ ἂν οὕτως ἀμαθῶς ἔμελλεν εἰπεῖν· Τίς σοι τῶν Πατέρων εἶπε μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην; Ἀλλὰ λέγουσι πάλιν, ὅτι τοσοῦτον ᾔδει αὐτὴν εἰρημένην τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ, ὅτι εἶπεν· Ὡς οἱ Πατέρες εἰρήκασι. Πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι ἕκαστος σπεύδει ἃ λέγει δεῖξαι τοὺς Πατέρας εἰρηκότας, εἰ καὶ μὴ αὐτολεξεὶ, ἀλλὰ δυνάμει. Παραφέρουσι δὲ καὶ ἄλλην χρῆσιν ἀπὸ Ἐρεχθίου, ὅστις οὐδέποτε ἠκούσθη εἰς Πατέρας, καὶ τοσοῦτον, ὅτι Τιμοθέου γράψαντος κατὰ τῆς συνόδου, καὶ παραγαγόντος χρῆσιν ἀπὸ Ἐρεχθίου, Κύρος ὁ οἰκεῖος πρεσβύτερος ἔγραψε πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ἤθελόν σε διορθώσασθαι τοῦτο. Ὁ γὰρ Ἐρέχθιος οὐδέποτε ἠκούσθη εἰς Πατέρας. Ἐν τούτοις ἡ θεωρία.

A quod beatus Cyrillus illud contra Theodorum non produxerit, ex eo quoque manifestum est. Nam Theodoretus qui Theodorum defendebat, universas auctoritates refutans, quascunque sanctus Cyrillus contra Theodorum de sanctis Patribus protulerat, nusquam hujus dicti meminit. At enim isti referunt, a Theodoreto callide omissum. Quod enim adversis eam auctoritatem oculis aspicere non posset, ut admodum planam et apertam, idcirco sponte ab ipso prætermissam. Respondemus, tantum abesse ut eam Theodoretus ibi positam præterire voluerit, ut cum beatus ille Cyrillus alibi dixisset, Unam naturam Dei Sermonis incarnatam, si quidem scivisset Theodoretus id verbum quod apud Cyrillum exstat, ex sancto Athanasio citatum, nequaquam B adeo temere dicturus fuerit: Quis tibi Patrum dixit unam naturam Dei Sermonis incarnatam? Vicissim ingerunt, tam esse certum, scivisse sic locutum Athanasium, ut etiam dixerit: Quemadmodum Patres locuti sunt. Nos contra quemque dicimus eniti, ut ostendat a Patribus ea prolata quæ ipse tradat, si non iisdem verbis, saltem vi verborum eadem. Producunt et aliam auctoritatem ex Erechthio, cujus inter Patres nec auditum est unquam nomen: adeo quidem, ut cum Timotheus contra synodum scripsisset, et auctoritatem Erechthii citasset, Cyrus qui apud ipsum presbyteri loco esset, his ad eum verbis perscripserit: Mallem hoc te corrigere. Nam Erechthii nomen inter Patres auditum nunquam fuit. Hæc consideranda veniebant.

Recitantur quædam verba synodi Chalcedonensis, quæ putabant Hæsitantes suæ hæresi favere.

ΠΡΑΞΙΣ Θ'. C ACTIO IX.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ λέξεών τινων πραττόμενοι ἐκ τοῦ ὅρου τῆς συνόδου, ἐπιλαμβάνονται αὐτῆς· φέρε καὶ ταύτας ἐκθέμενοι, καὶ πῶς ἐπιλαμβάνονται αὐτῶν εἰπόντες, ὕστερον τὰς πρὸς ταύτας ἀνατροπὰς ἐπαγάγωμεν. Τῆς συνόδου τοίνυν εἰπούσης· Ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσιν τὸ σοφὸν τοῦτο καὶ σωτήριον τῆς θείας χάριτος σύμβολον· περί τε γὰρ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. Ἔστι δὲ λίαν ὑπόψυχρος ἡ ἐπιλαβή. Πρῶτον μὲν γὰρ τοσοῦτον οὐ φρονεῖ τὰ Νεστορίου, ὅτι Ἰωάννης τις Αἰγεώτης πρεσβύτερος Νεστοριανὸς, ἐπιλαμβανόμενος τῆς συνόδου φησὶν, ὅτι αὕτη σύνοδος Κυριλλιανή ἐστι, καὶ τὰ ἐκείνου φρονεῖ. Εἰ δὲ ἦν Νεστοριανὴ, οὐκ ἂν τοῦτο εἶχεν ὁ Ἰωάννης εἰπεῖν. Ἔπειτα εἰ ἀπὸ τῶν τοιούτων λέξεων ἐπιλαμβάνονται τῆς συνόδου, διατί μὴ καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐπιλαμβάνονται; Καὶ αὐτοὶ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα εἰρήκασι. Φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῷ εἰς Ζαχαρίαν τὸν προφήτην ὑπομνήματι, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Προφητεύει μὲν ὁ ἅγιος Ζαχαρίας*, οὕτως· Δεῖ δὴ ἄρα οὖν τοιούτων ἀποφοιτᾷν, καὶ ὡς ἐκ γῆς ἀλλοτρίας τῆς ἀπεψυγμένης καὶ νεκρᾶς τοῦ νοῦ διαθέσεως μεταφοιτᾷν εἰς Σιὼν, τοῦτ' ἔστιν εἰς τὸ ἀλη-

Quia vero voces etiam nonnullas carpendo de synodi definitione, synodum ipsam reprehendunt: age, et illis expositis, ubi quemadmodum eas reprehendant, indicaverimus; ita deinde refutationes nostras subjiciamus. Synodi verba sunt: Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem et confirmationem, hoc eruditum ac salubre divinæ gratiæ symbolum, quod et perfectam de Patre, et Filio, et Spiritu sancto doctrinam tradit, et incarnationem Domini fideliter excipientibus exhibet. Est autem sane quam frigida reprehensio. Primo tantum abest ut cum Nestorio sentiat, ut Joannes quidam Ægeota presbyter Nestorianus, synodum reprehendens, diceret eam synodum esse Cyrillianam, et a Cyrilli D sententia stare. Quod si Nestoriana, nunquam hoc Joannes ille dixisset. Deinde si propter hujusmodi voces synodum reprehendunt, cur itidem sanctos quoque Patres non reprehendunt? Nam et illi plura talia protulerunt. Etenim beatus ille Cyrillus in commentario Zachariam vatem declarante, cujus initium: *Vaticinatur quidem sanctus ille Zacharias*; sic ait: Discedendum igitur a talibus, et a mentis affectione rigida mortuaque, velut e terra peregrina, transeundum ad Sionem, hoc est, ad veritatem, ut Ecclesiam Christi consideremus, in qua constituti,

perspiciemus id quod Deo placet, et ad illas in sancta uniusque substantiæ Trinitate rationes oculos circumferemus, ipsumque Christum deprehendemus ex omni loco nos colligentem, ac spiritualiter in unanimem consensum colligantem. Nam ecce, postquam dixit, Quod Deo placet, subjicit : Et ad illas in sancta uniusque substantiæ Trinitate rationes oculos circumferemus, ipsumque Christum deprehendemus ex omni loco nos colligentem. Quantum ergo colligitur ex iis quæ ipsi dicunt, etiam beatus ille Cyrillus quaternionem statuit. Alia quoque consimilia multa reperimus apud sanctos Patres, quæ nunc vitandæ prolixitatis causa, non sunt hic adjicienda. Rursus eam reprehendunt, quasi quæ formulam illam verborum : In duabus naturis, usurpaverit. Verum et illa Patres usos, de pluribus ostensu facile.

Θές· ἵνα νοωμεν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ γεγονότες, κατοψόμεθα τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ τε καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι περιαθρήσομεν λόγους, καὶ αὐτὸν εὑρήσομεν ἐκ παντὸς ἡμᾶς τρόπου συναγείροντα τὸν Χριστὸν, καὶ συνδέοντα πνευματικῶς εἰς ὁμοψυχίαν. Ἰδοὺ γὰρ εἰπὼν τὸ, Τῷ Θεῷ δοκοῦν, ἐπήγαγε, Καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ τε καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι περιαθρήσομεν λόγους, καὶ αὐτὸν εὑρήσομεν ἡμᾶς συναγείροντα τὸν Χριστόν. Καὶ ὅσον ἐξ ὧν λέγουσι, καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος τετράδα δοξάζει. Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πολλὰ παρὰ τοῖς ἁγίοις Πατράσιν εὑρίσκομεν, ἃ διὰ πολυλογίαν νῦν οὐ δεῖ παραθέσθαι. Ἐπιλαμβάνονται δὲ αὐτῆς πάλιν, ὡς εἰπούσης τὸ, Ἐν δύο φύσεσιν. Ὅτι δὲ καὶ τοῦτο εἴρηται παρὰ τοῖς Πατράσι, ῥᾴδιον δεῖξαι ἀπὸ πολλῶν.

Actione decima error Gaianitarum detegitur, contra quos probatur Christi corpus fuisse corruptibile, et iisdem passionibus, excepto peccato, subjectum. Deinde Agnoetæ reprehenduntur : postremo deliria Origenis refutantur.

ACTIO X.

Post omnia quæ hactenus exposita sunt, operæ fuerit pretium de Gaianitarum quoque ac aliorum quorumdam opinione narrationem institui. Confitentur ergo Gaianitæ, Deum Sermonem e Virgine naturam humanam assumpsisse perfecte ac vere : sed post unionem esse corpus incorruptibile dicunt. Omnes enim malorum species Christum perpessum aiunt, qui et esuriverit, et sitiverit, et defatigatus fuerit : at non eodem ista quo nos, modo passum. Aiunt enim nos quidem naturali quadam necessitate tum esurire, tum sitire : sed Christum hæc omnia sponte sustinuisse. Non enim, inquiunt, naturæ legibus serviebat : alioqui passiones istas fatebimur ei præter voluntatem accidisse; quod absurdum fuerit. Hæc Gaianitarum est opinio. Nos ad ea respondemus, etiam nos fateri passiones et affectiones illas fuisse voluntarias : nec tamen idcirco dicere, Christum eas perpessum eodem modo quo nos. Nam sponte dicimus ipsum serviisse naturæ legibus, volentemque concessisse corpori ut sua perpeteretur eodem modo quo et nos patimur. Atque hæc testimoniis suis Patres ipsi comprobant, ut sanctus ille Gregorius inquiens : Naturæ permittebat, cum vellet, ut ageret sua. Beatus autem Cyrillus dixit : Per immissionem ciborum et excretionem, conservabat substantiam, corporis scilicet. Rursus ex Dialogo, quo unum esse Christum probat, permisisse ipsum carni suæ, ut naturæ suæ legibus obsequeretur. Et rursus : Sic permittit id quod corporeum erat, ea perpeti quæ ipsi naturaliter adsunt, ut ostenderet se reapse vereque gestare carnem, et secundum Litteras sacras hominem esse factum. Sanctus autem Athanasius libro *Adversus Apollinarem :* Propterea dicebat Dominus, animam suam nunc perturbari. Et hoc *nunc* significat, quando ipse voluit. Id tamen, quod erat, in-

ΠΡΑΞΙΣ ι'.

Ἄξιόν ἐστι μετὰ τὰ προρηθέντα ἅπαντα, καὶ περὶ τῆς δόξης τῶν Γαϊανιτῶν, καὶ ἄλλων τινῶν, διεξελθεῖν. Οἱ τοίνυν Γαϊανῖται ὁμολογοῦσι τὸν Θεὸν Λόγον ἐνανθρωπῆσαι ἐκ τῆς Παρθένου τελείως καὶ ἀληθινῶς· ἀπὸ δὲ τῆς ἑνώσεως ἄφθαρτον ὁμολογοῦσιν εἶναι τὸ σῶμα. Πάντα μὲν γὰρ τὰ εἴδη τῶν κακῶν λέγουσιν αὐτὸν ὑπομεῖναι· καὶ ἐπείνησε γὰρ, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἐκοπίασεν· οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ταῦτα ἡμῖν παθεῖν. Φασὶ γὰρ, ὅτι ἡμεῖς μὲν ἐξ ἀνάγκης φυσικῆς καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν· ὁ δὲ Χριστὸς ἑκουσίως πάντα ὑπέμεινεν. Οὐ γὰρ ἐδούλευε τοῖς τῆς φύσεως νόμοις, ἐπεὶ καὶ ἀκούσια ὁμολογοῦμεν τὰ πάθη, ὅπερ ἄτοπον. Αὕτη μὲν ἡ τῶν Γαϊανιτῶν δόξα. Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα λέγομεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς ἑκούσια ὁμολογοῦμεν τὰ πάθη· οὐ διὰ τοῦτο δὲ λέγομεν, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης ἔπασχεν· ἀλλὰ λέγομεν, ὅτι ἑκουσίως ἐδούλευε τοῖς τῆς φύσεως νόμοις, καὶ ἐκὼν ἐδίδου τῷ σώματι παθεῖν τὰ ἴδια τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν. Καὶ μαρτυροῦσι τούτοις οἱ Πατέρες· ὁ μὲν ἅγιος Γρηγόριος εἰπών· Τῇ φύσει ἐδίδου, ὅτε ἐβούλετο, ἐνεργεῖν τὰ ἴδια· ὁ δὲ μακάριος Κύριλλος, εἰρηκὼς, ὅτι Διὰ τῆς εἰσπορεύσεως τῶν βρωμάτων, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, διεκράτει τὴν ὑπόστασιν, τοῦτ' ἔστι τοῦ σώματος. Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ διαλόγου, ὅτι εἷς ὁ Χριστὸς, ἐφιέναι αὐτὸν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, διὰ τῶν τῆς ἰδίας φύσεως ἐναι νόμων. Καὶ αὖθις· Ὡς ἐπιτρέπει τὸ σωματικὸν κατὰ τὴν φύσιν προσόντα παθεῖν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὄντως καὶ κατ' ἀλήθειαν φορέσαι σάρκα, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι κατὰ τὰς Γραφάς. Ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος, ἐκ τοῦ *Κατὰ Ἀπολιναρίου* λόγου, ὅτι Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Κύριος, Νῦν ἡ ψυχή μου τετάραχται. Τὸ δὲ *νῦν* τοῦτό ἐστιν, ὅτε ἠθέλησεν. Ὅμως μέντοι τὸ ὂν ἐπιδείκνυται· οὐ γὰρ τὸ μὴ ὂν ὡς παρὸν ὠνόμαζεν, ὡς ἐοικήσει γινομένων τῶν λεγομένων· φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ τὰ

πάντα ἐγίνετο. Πάλιν ἐν ἑτέρῳ · ὅτι Κἂν μὴ ἠττήματι φύσεως συνέβαινε τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἐπιδείξει ὑπάρξεως ἐγίνετο τὰ γινόμενα.

A dicatur: non enim quod non erat, quasi si præsens esset, protulit: ac si specie tenus fierent, quæ fieri dicebantur; quippe natura et vere omnia fiebant.

Rursus alibi: Non defectu naturæ tamen accidebant, causa substantiæ fiebant.

quæ dicebantur; sed quæ fiebant demonstrandæ

Ὥστε εἰ τὸν αὐτὸν ἡμῖν τρόπον ἔπασχεν, οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν αὐτὸ ἄφθαρτον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἡμέτερον. Καὶ ἀποροῦμεν τοιαύτην ἀπορίαν, ὅτι Εἰ ἄφθαρτον λέγετε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἔστιν ἡμῖν ὁμοούσιον, εἰ τὸ μὲν τοῦ Χριστοῦ ἄφθαρτόν ἐστι, τὸ δὲ ἡμέτερον φθαρτόν. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτο ἀντείποιεν ἂν καὶ αὐτοί, ὅτι Ὃν τρόπον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄφθαρτον λέγοντες τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ὁμοούσιον λέγετε αὐτὸ εἶναι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἄφθαρτον λέγοντες, ὁμοούσιον ἡμῖν ὁμολογοῦμεν εἶναι. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι Εἰ καὶ ἄφθαρτον αὐτὸ ὁμολογοῦμεν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐ τῇ φύσει λέγομεν αὐτὸ ἄφθαρτον, τῇ δὲ χάριτι. Εἰ δὲ εἴπωσιν, Ἔστω καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τῇ χάριτι ἄφθαρτον · λέγομεν, ὅτι Οὐ συγχωρεῖ τοῦτο τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ λεγόμενα · πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἀναστάσεως λέγεται καὶ πεινῆσαι, καὶ διψῆσαι. Καὶ πῶς ἂν εἴη τὸ ταῦτα πεπονθὸς, ἄφθαρτον ; Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν οὐδὲν τῶν τοιούτων ἔπαθεν · ὡς δῆλον, πρὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως, φθαρτὸν εἶναι τὸ σῶμα, μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, ἄφθαρτον. Εἰ γὰρ καὶ λέγεται φαγεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τοῦτο δι' οἰκονομίαν ἐποίησεν · οὐχ ὡς τῷ ὄντι πεινῶν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν · ὃν τρόπον καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων λέγεται ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς. Καίτοι ἡμεῖς οὐδὲν τῶν πρὸ τῆς ἀναστάσεως παθῶν ἀνιστάμεθα ἔχοντες. Ἀπαρχὴ δὲ τῆς ἐκ νεκρῶν ἡμῶν ἀναστάσεως ὁ Χριστός. Καὶ ὅμως αὐτὸς εὑρέθη ἔχων · ὡς δῆλον, ὅτι δι' οἰκονομίαν τοῦτο γέγονεν. Ἀμέλει οὐδὲ λέγει ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐπείνησεν, ἀλλ' ὅτι ἔφαγεν. Ἐπιστῆσαι δὲ δέον, ὅτι παραφέρουσι χρήσεις τινὰς ἀπὸ τῶν Πατέρων ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ λεγούσας · ὥσπερ καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον εἰπόντα, ὅτι Οὐχ ὑπεξέξατο φθαρτὸν ἡ τοῦ Λόγου σάρξ · ὅταν δὲ τὰς τοιαύτας παραγάγωσι χρήσεις, ἐπισκέψαι, ὅτι ὁμώνυμόν ἐστι τὸ τῆς φθορᾶς ὄνομα. Λέγεται γὰρ φθορὰ, ἡ παντελὴς διάλυσι; τοῦ σώματος εἰς τὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνετέθη · καὶ λέγεται φθορὰ, τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα πάθη, τοῦτ' ἔστι τὸ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅταν οὖν εἴπῃ τις τῶν Πατέρων, ὅτι οὐχ ὑπέμεινε φθορὰν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ διαμπὰς ἐλύθη · ὅπερ ἀληθὲς δῆλον ἐξ ὧν ἀντιλέγουσιν. Ἐν πολλοῖς γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως φθαρτὸν αὐτὸ λέγουσι, μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, ἄφθαρτον. Καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ Γαϊανιτῶν.

II. Quapropter, si eodem nobiscum modo patiebatur, non possumus ei corpus incorruptibile tribuere, sicuti ne nobis quidem. Adeoque tale quiddam eis objicimus: Si Christi corpus incorruptibile dicitis, non ejusdem est nobiscum substantiæ: quando corpus illius incorruptibile, nostrum est corruptibile. Sed fortassis ad hoc ipsi vicissim inferent, quo modo nos a resurrectione Christi corpus incorruptibile dicentes, nihilominus ejusdem esse nobiscum substantiæ tradamus: eodem se quoque modo dicentes idem ante resurrectionem incorruptibile nihilominus ejusdem esse nobiscum substantiæ fateri. Verum nos respondemus: Etiamsi post resurrectionem incorruptibile fateamur, non tamen a nobis incorruptibile natura dici, sed gratia. Si subjecerint: Etiam ante resurrectionem incorruptibile per gratiam esto: dicimus non hoc ea permittere quæ de Christo traduntur: etenim ante resurrectionem et esuriisse dicitur, et sitiisse. Quo autem modo incorruptibile fuerit, quod talia passum est? At post resurrectionem nihil tale accidit: unde potest ante resurrectionem corpus fuisse corruptibile, post resurrectionem incorruptibile. Nam quod edisse post resurrectionem dicitur, id vero per dispensationem fecit: non quia revera esuriret, sed uti discipulis suis ostenderet, seipsum esse qui de mortuis resurrexisset: quo quidem modo clavorum quoque cicatrices eis monstrasse dicitur. Atqui nos ita resurgemus ut earum nulli passionum obnoxii simus, quas ante resurrectionem experimur. Interim primitiæ resurrectionis nostræ de mortuis Christus est, et tamen hæc ille repertus est habere: de quo manifestum est id esse per dispensationem factum. Et quidem Scriptura non dicit eum esuriisse, sed comedisse. Sciendum vero proferri ab eis quasdam Patrum auctoritates, quæ incorruptibile Christi corpus dicunt; sicut et Cyrillum allegant, his verbis: Nihil corruptibile suscepit caro Sermonis. Sed quoties hujusmodi auctoritates proferunt, considerandum venit, æquivocum esse corruptionis vocabulum. Nam corruptio dicitur plena dissolutio corporis in elementa, de quibus compositum fuit: itidemque corruptionem vocamus affectiones sive passiones illas humanas, ut esurire, sitire, quæque sunt ejus generis alia. Cum ergo Patrum aliquis dixerit Christi corpus non sustinuisse corruptionem, hoc nimirum dicit, non prorsus fuisse dissolutum: quod sane verum esse, de contrariis eorum dictis patet. Pluribus enim in locis ante resurrectionem ipsum esse corruptibile tradunt, post resurrectionem incorruptibile. Tantum de Gaianitis.

Οἱ δὲ Ἀγνοηταὶ πάντα ὁμολογοῦντες ὡς οἱ Θεοδοσιανοὶ, εἰς τοῦτο διαφωνοῦσιν, ὅτι οἱ μὲν Θεοδοσιανοὶ οὐ λέγουσιν ἀγνοεῖν τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Χριστοῦ· οἱ δὲ, ἀγνοεῖν. Κατὰ πάντα γὰρ, φασὶν, ἔοικεν ἡμῖν. Εἰ δὲ ἀγνοοῦμεν ἡμεῖς, δηλονότι καὶ αὐτὸς ἠγνόει.

III. Agnoetæ vero confitentes omnia quæ Theodosiani, discrepant in hoc, quod Christi humanitatem ignorare Theodosiani negant, illis ignorare affirmantibus. Aiunt enim per omnia Christum nobis assimilari. Quod si nos ignoremus, et ipsum

ignorasse. Quin et in Evangeliis ipsummet ita loqui [34], ut neminem dicat illum diem et horam nosse ; ne Filium quidem, extra solum Patrem. Et rursus : « Ubi Lazarum posuistis [35] ? » Hæc enim omnia verba, inquiunt, ignorationem significant. Verum alii respondent ea Christum consilio quodam sic pronuntiasse, ut ab se discipulos averteret, qui horam consummationis avebant ex ipso cognoscere. Nempe, dicunt, a resurrectione rursus ab eis interrogatus, non amplius respondebat : Ne Filius quidem ; sed, Nemo vestrum. Nos autem dicimus non adeo de his subtiliter inquirendum : nec synodus ipsa curiosius de hoc dogmate sollicita fuit. Sciendum tamen complures ex Patribus, ac propemodum universos videri dicere, quod ignoret. Nam cum per omnia nobiscum unius esse substantiæ dicatur, et nos ignoremus : nimirum ignorabat et ipse. Quin et ipsa Scriptura dicit [36] eum profecisse tam statura quam sapientia : discentem id scilicet quod ignorabat.

IV. Par est etiam de Origene, deque dogmatis ipsius ut aliquid dicamus. Origenes ergo, priscus homo, de illorum numero qui ante Constantinum exstiterunt, et magnus habebatur, et sacris erat in Litteris eruditus et grammaticus. Ejus pater martyr factus est, et ipsemet quoque deductus, ut martyrium obiret. Verum sacrificare coactus ex hujusmodi causa fuit. Dum martyrium obiret, quemdam ad eum producebant Æthiopem, ac, vel cum Æthiope fœda committeret, vel diis sacrificaret, urgebant. Origenes diis sacrificare maluit : acceptumque thus abjecit in sacrificium : sed ejus facti magnopere postea pœnituit, idque commissum deploravit. Opiniones habebat hujusmodi : Gradum inferiorem Filio tribuebat, sicut eum et Ariani postea defendunt, dicentes priscos illos Patres non fuisse de subtilitatibus sollicitos. Cum enim sectæ nondum emersissent, simplicius eos vocabulis usos : at posteaquam emerserint, cœpisse quemque Patrum sibi cavere. Nos autem dicimus eum non, ut simplicius vocabulis usum, Filio gradum inferiorem tribuisse, sed istud dogma reapse totis viribus oppugnasse. Nam patet eum in epistola quadam sua de hoc alacriter certare, cum ait : Filius aut Patre major est, aut minor, aut æqualis. Si probavero, nec majorem esse, nec parem, patebit esse minorem. Quamvis igitur inferiorem Filio gradum tradit, tamen eum purgare nituntur. At vero manifeste hanc opinionem fovet, et excusationem nullam habet.

V. Alterum est de præexsistentia, deque restitutione in integrum. De præexsistentia tradebat, ante sæcula mentes fuisse, ac puras quidem omnes, tum

A Καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶν, ὅτι Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ μόνος ὁ Πατήρ. Καὶ πάλιν, « Ποῦ τεθείκατε Λάζαρον ; » Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ προσρήματα, φασὶ, ἀγνοίας εἰσίν. Ἀλλ' ἀντιλέγουσι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ταῦτα εἶπεν ὁ Χριστὸς κατ' οἰκονομίαν, ἵνα ἀποτρέψῃ τοὺς μαθητὰς μαθεῖν ἐξ αὐτοῦ τὴν ὥραν τῆς συντελείας. Ἀμέλει, φασὶ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐρωτώμενος πάλιν ἐξ αὐτῶν, οὐκέτι εἶπεν, ὅτι Οὐδὲ ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὅτι Οὐδεὶς ὑμῶν. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι οὐ δεῖ πάνυ ἀκριβολογεῖν περὶ τούτων · τοιγαροῦν οὐδὲ ἡ σύνοδος τοιοῦτο ἐπολυπραγμόνησε δόγμα. Πλὴν ἰστέον, ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν Πατέρων, σχεδὸν δὲ πάντες, φαίνονται λέγοντες αὐτὸν ἀγνοεῖν. Εἰ γὰρ κατὰ πάντα B λέγεται ἡμῖν ὁμοούσιος, ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς · δηλονότι δὲ καὶ αὐτὸς ἠγνόει. Καὶ ἡ Γραφὴ δὲ λέγει περὶ αὐτοῦ, ὅτι « Προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ · » δηλονότι ἐκεῖνο μανθάνων, ὅπερ ἠγνόει (*h*).

Ἄξιον δὲ καὶ περὶ Ὠριγένους, καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων εἰπεῖν. Ὁ τοίνυν Ὠριγένης ἀρχαῖος ἄνθρωπος ὢν τῶν πρὸ Κωνσταντίνου γενομένων, μέγας τε ἦν, καὶ πεπαιδευμένος εἰς τὴν ἁγίαν Γραφὴν, γραμματικός τε ἦν. Τούτου ὁ πατὴρ ἐμαρτύρησε, καὶ αὐτὸς δὲ ἦχθη ἐπὶ τὸ μαρτυρῆσαι. Ἠναγκάσθη δὲ ἐπιθῦσαι ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας · Ἐν τῷ αὐτὸν μαρτυρεῖν, παρήγαγον αὐτῷ Αἰθίοπά τινα, καὶ ἠνάγκαζον ἢ μετὰ τοῦ Αἰθίοπος ἀσχημονῆσαι, ἢ C τοῖς θεοῖς ἐπιθῦσαι. Ὁ δὲ μᾶλλον εἵλετο ἐπιθῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ λαβὼν, ἔῤῥιψε τῇ θυσίᾳ· ὕστερον δὲ μεγάλως μετενόησε καὶ ἐθρήνησεν ἐπὶ τοῦτο. Περὶ δὲ τὰ δόγματα τοιοῦτος ἦν · Ὑπόβασιν ἔλεγε τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ μετὰ ταῦτα οἱ Ἀρειανοὶ ἀπολογοῦνται ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντες, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι τῶν Πατέρων οὐκ ἐφρόντιζον ἀκριβολογίας. Μήπω γὰρ ἀναφανεισῶν τῶν αἱρέσεων, ἁπλούστερον ἐκέχρηντο ταῖς λέξεσιν. Ὅτε δὲ ἀνεφάνησαν, τότε ἤρξατο ἕκαστος τῶν Πατέρων ἑαυτὸν ἀσφαλίζεσθαι. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι οὐχ ὡς ἁπλούστερον κεχρημένος ταῖς λέξεσιν ὑπόβασιν ἐδόξαζεν, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἰσχυρῶς ἀντελαμβάνετο τούτου τοῦ δόγματος. Φαίνεται γὰρ ἐν ἐπιστολῇ αὐτοῦ περὶ τούτου ἀγωνιζόμενος γενναίως, καὶ λέγων, ὅτι Ὁ Υἱὸς ἢ μείζων ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, ἢ D ἐλάττων, ἢ ἴσος. Εἰ οὖν δείξω, ὅτι οὐδὲ μείζων ἐστὶν, οὐδὲ ἴσος, δῆλον ὅτι ἐλάττων ἐστίν. Εἰ καὶ δοξάζει ὑπόβασιν, ἀλλ' οὖν σπεύδουσιν ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὁ δὲ φανερῶς δοξάζει, καὶ ἀπολογίαν οὐκ ἔχει.

Τὸ δὲ, περὶ τῆς προϋπάρξεώς ἐστι, καὶ ἀποκαταστάσεως. Καὶ τέως (*i*) περὶ τῆς προϋπάρξεως ἐδόξαζεν οὕτως, ὅτι πρὸ τῶν αἰώνων νόες ἦσαν πάντες

[34] Marc. XIII, 32. [35] Joan. XI, 34. [36] Luc. II, 52.

(*h*) Ἐκεῖνο μανθάνων, ὅπερ ἀγνόει. Mirari subit, Leontium Agnoetis concessisse Christum, qua homo erat, multa nescivisse, quæ proficiendo sapientia et ætate didicerit. Vide Lequienum ad Opp. Damasceni tom. I, pag. 245, not. 3 ; et pag. 246, not. 2.

(*i*) Καὶ τέως, κ. τ. λ. Hunc locum illustrat Huetius *Origenian.* lib. II, quæst. 5, § 2, p. 68.

καθαροὶ, καὶ οἱ δαίμονες, καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ οἱ ἄγγελοι, λειτουργοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιοῦντες. Ὁ δὲ διάβολος εἷς ὢν, ἐπειδὴ τὸ αὐτεξούσιον εἶχεν, ἠβουλήθη ἀντιστῆναι τῷ Θεῷ, καὶ ἀπώσατο αὐτὸν ὁ Θεός· συναπέστησαν δὲ αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἄλλαι δυνάμεις. Καὶ οἱ μὲν πάνυ ἁμαρτήσαντες, δαίμονες ἐγένοντο· οἱ δὲ ἔτι ἔλαττον, ἄγγελοι· οἱ δὲ ἔτι ἔλαττον, ἀρχάγγελοι· καὶ οὕτως ἐφεξῆς ἕκαστος πρὸς τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν ἀπέλαβεν. Ὑπελείποντο δὲ αἱ ψυχαὶ, αἵτινες οὐδὲ τοσαῦτα ἦσαν ἁμαρτήσασαι, ἵνα δαίμονες γένωνται· οὐδὲ πάλιν οὕτω κουφοτέρως, ἵνα ἄγγελοι γένωνται. Ἐποίησεν οὖν τὸν παρόντα κόσμον, καὶ τὴν ψυχὴν συνέδησε τῷ σώματι πρὸς κόλασιν. Οὐδὲ γὰρ, φησὶ, προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἵνα πάντα ταῦτα μιᾶς φύσεως ὄντα (πάντα γὰρ λογικά εἰσι τὰ ἀθάνατα) τοὺς μὲν ποιήσοι δαίμονας, τοὺς δὲ, ψυχὰς, τοὺς δὲ, ἀγγέλους· ἀλλὰ δῆλον, ὅτι ἕκαστον πρὸς ὃ ἥμαρτε τιμωρούμενος, τὸν μὲν ἐποίησε δαίμονα· τὸν δὲ, ψυχήν· τὸν δὲ, ἄγγελον. Εἰ μὴ γὰρ ἦν τοῦτο, καὶ προϋπῆρχον αἱ ψυχαὶ, διατί τινὰς μὲν τῶν νεωστὶ τεχθέντων εὑρίσκομεν τυφλοὺς μηδὲν ἁμαρτήσαντας· ἄλλους δὲ μηδὲν ἔχοντας κακὸν, τικτομένους; ἀλλὰ δῆλον ὅτι προϋπῆρχόν τινες ἁμαρτίαι ταῖς ψυχαῖς, ἀφ' ὧν ἑκάστη πρὸς τὴν ἀξίαν ἀπολαμβάνει.

Περὶ δὲ τῆς ἀποκαταστάσεως οὕτω δοξάζει· ὅτι γίνεται νεκρῶν ἀνάστασις, καὶ γίνεται κόλασις, ἀλλ' οὐκ ἀπέραντος. Κολαζομένου γὰρ τοῦ σώματος κατὰ μικρὸν καθαίρεται ἡ ψυχὴ, καὶ οὕτως ἀποκαθίσταται εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν. Καὶ τοὺς δαίμονας δὲ καὶ ἀγγέλους λέγει ἀποκαθίστασθαι. Ἀνατρέπωμεν δὲ ταῦτα πάντα, καὶ πρῶτον τὸ τῆς προϋπάρξεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, συνάγει τὰς ψυχὰς λογικὰς οὔσας καὶ ἀθανάτους, ὥσπερ καὶ οἱ ἄγγελοι, τὰς μὲν συνδῆσαι Θεὸν τῷ σώματι, τοὺς δὲ ἐᾶσαι ἐν οὐρανῷ αὐτῷ συμπολιτεύεσθαι· ἰστέον, ὅτι τὸ τοῦ *λογικοῦ* καὶ *ἀθανάτου*, ὁμώνυμόν ἐστιν. Ἄλλο γάρ ἐστι τὸ λογικὸν καὶ ἀθάνατον τῶν ἀγγέλων, καὶ ὑπερβαῖνον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ ἄλλο τὸ ἡμέτερον· ἐπεὶ καὶ τὸν Θεὸν λογικὸν καὶ ἀθάνατον λέγομεν· καίτοι οὐ λέγομεν αὐτὸν εἶναι τῆς ἡμῶν φύσεως. Πρὸς δὲ τὸ λέγειν, ὅτι Καὶ πῶς οἱ μὲν τίκτονται τυφλοὶ, οἱ δὲ μηδὲν κακὸν ἔχοντες; λέγομεν, ὅτι ταῦτα κρίματά εἰσι Κυρίου, καὶ δεῖ ἡμᾶς ταῦτα μὴ ζητεῖν. Ἐπεὶ ἀνταποροῦμεν αὐτοὺς, Διατί οἱ ἵπποι μιᾶς ὄντες φύσεως, οἱ μὲν μοχθοῦσιν ἐν ἀρτοκοπείοις, οἱ δὲ ἐν τρυφῇ ζῶσι παρὰ μεγάλοις ἀνθρώποις; καί τοι τὰς ψυχὰς τούτων οὐχ ὁμολογοῦσι προϋπάρχειν. Οἱ δὲ Πλατωνικοὶ ἐκ ταύτης στενοχωρούμενοι τῆς ἀπορίας, καὶ τῶν ἀλόγων εἶπον προϋπάρχειν τὰς ψυχάς. Περὶ δὲ τοῦ λέγειν αὐτοὺς, μὴ εἶναι ἀπέραντον τὴν κόλασιν (λέγουσιν γὰρ, ὅτι τὸ τοῦ αἰῶνος ὄνομα ἐπὶ ὡρισμένου χρόνου λαμβάνεται, καὶ ὅταν εἴπῃ ἡ Γραφὴ, ὅτι αἰωνία ἐστὶν ἡ κόλασις, οὐ λέγει, εἰ μὴ ἐπὶ ὡρισμένου χρόνου), ἰστέον, ὅτι τῷ ὄντι τὸ τοῦ αἰῶνος ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς ἔξω, καὶ παρὰ τῇ Γραφῇ

A dæmonas, tum animas, tum angelos, ministeria divina obeuntes, ac Dei mandatis obtemperantes. Diabolum vero, de his unum, quod arbitrii libertate præditus esset, Deo voluisse resistere, ideoque rejectum a Deo: simul universas alias copias cum eo defecisse. Qui graviter deliquissent, dæmonas factos; qui minus, angelos; qui adhuc minus, archangelos: eodemque deinceps modo quemlibet pro delicto suo pœnas tulisse. Reliquas fuisse animas, quæ neque tam gravi scelere semet obstrinxissent, ut dæmones evaderent: nec rursus adeo levi, ut angeli fierent. Itaque mundum hunc condidisse Deum, et animam supplicii causa corpori alligasse. Nec enim, ait, personarum acceptator est Deus, qui hæc omnia, naturæ unius exsistentia B (sunt enim omnia ratione prædita et immortalia), sic ab initio conderet, ut alios, dæmonas; alios, animas; alios, angelos faceret: sed manifestum potius est Deum pro ratione delicti quemque sic punivisse, ut alium faceret dæmonem; alium, animam; alium, angelum. Absque quo esset, ac nisi præexsisterent animæ, qui fieri possit ut alios recens in lucem editos, nullo admisso crimine, cæcos; alios contra, sine vitio nasci, deprehendamus? Nimirum patet, inquit, exstitisse prius in ipsis animis delicta quædam, quorum causa quælibet ex merito pœnam refert.

VI. De restitutione vero in integrum, hæc ejus opinio: futuram mortuorum resurrectionem, atque C supplicium; sed minime finis expers. Nam dum corpus, ait, punitur, anima paulatim purgatur, atque hoc modo pristinum in locum restituitur. Quin et dæmonas et angelos in integrum restitui tradit. Sed enim hæc omnia nos, ac primum illud de præexsistentia refutemus. Nam quia fretus ea ratione quod personas Deus non acceptet, colligit, eum rationis participes animas et immortales, quales et angeli sunt, alligasse corporibus; angelos autem in cœlo reliquisse, uti cum ipso conversarentur: sciendum voces istas, *rationis particeps*, et *immortale*, æquivocas esse. Nam aliter angeli rationis participes et immortales sunt, aliter nos, minus scilicet quam illi: quippe Deum ipsum quoque rationis participem et immortalem dicimus, nec tamen eum esse naturæ nostræ statuimus. Ad hoc D vero quod ait, quonam pacto cæci quidam nascantur, aliis vitii nihil habentibus, respondemus, esse illa Dei judicia quæ inquirenda non sint. Nos enim ei vicissim objicimus, quinam fiat, ut cum equi naturæ sint unius, alii tamen in pistrinis laborent, alii magnos apud homines in deliciis vivant? atqui nullas horum animas Origenici prius exsistere confitentur. Platonici tamen, hac objectione pressi, brutorum animas quoque prius exsistere dicebant. Quod autem inquiunt, non esse supplicium finis expers (tradunt enim nomen ævi de tempore definito accipi: et quoties Scriptura dicat supplicium illud ad ævum durare, non nisi de tempore definito eam loqui), sciendum vere quidem

id dici, quod ævi nomen tam apud extraneos scriptores quam sacris in Litteris sæpe de tempore definito accipiatur, sed de supplicio non sic intelligi posse. Nam Christus ipse dixit [27] alios quidem abituros in vitam ad ævum duraturam, alios ad supplicium in ævum duraturum. Aut igitur spatium vitæ definitum accepimus, quod absurdum fuerit: aut utraque de tempore finis experte.

Et hæc quidem ad demonstrationem dogmatum veris sententiis innixorum, atque sectarum pravas opiniones amplectentium refutationem, in ipsa oris apertione Christus Deus, largitor ille bonorum, nobis suppeditavit: cui gloria, et imperium, cum Patre ac Spiritu sancto, nunc et in ævum. Amen.

[27] Matth. xxv, 46.

A πολλάκις ἐπὶ ὡρισμένου χρόνου λαμβάνεται· πλὴν ἐπὶ τῆς κολάσεως οὕτως οὐ δύναται ληφθῆναι. Αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι « Ἀπελεύσονται οἱ μὲν, εἰς ζωὴν αἰώνιον· οἱ δὲ, εἰς κόλασιν αἰώνιον. » Καὶ ἢ τὸ τῆς ζωῆς ὡρισμένον λαμβάνομεν, ὅπερ ἄτοπον· ἢ ἀμφότερα ἐπὶ τοῦ ἀπεράντου.

Ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων, καὶ ἔλεγχον τῶν κακοδόξων αἱρέσεων, ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῖν ἐχορήγησε Χριστὸς ὁ Θεός· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ
ΛΟΓΟΙ Γ'
ΚΑΤΑ ΝΕΣΤΟΡΙΑΝΩΝ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΙΑΝΙΣΤΩΝ.

LEONTII MONACHI
LIBRI TRES
CONTRA NESTORIANOS ET EUTYCHIANOS,

QUI HACTENUS LATINE TANTUM EXSTABANT, FR. TURRIANO INTERPRETE, APUD H. CANISIUM LECT. ANTIQ. IN EDITIONE BASNAGII T. I, P. 535 ET SEQQ. ; NUNC AUTEM GRÆCE DEMUM PRODEUNT EX ANTIQUO RAROQUE CODICE BIBLIOTHECÆ VATICANÆ.

(Ang. Mai, *Spicileg. Roman.* t. X, p. 1.)

PROLOGUS.

Cum viri Deo chari et divinorum dogmatum studiosi, disputationes quas frequenter publice habuimus approbassent, hortati sunt nos, ut dubitationum et solutionum, in iis de quibus sæpe disseruimus, designationes quasdam scripto ipsis traderemus, ut esse eis possent, sicut quidam dixit, remedium oblivionis, excitatio memoriæ, et temporis quod omnia oblitterat, reparatio. Nos vero sæpe interpellati distulimus, cum propter alia multa, tum propter duo potissimum, quorum alterum quidem erat, non esse nos pares ad scribendum, quoniam nec externam disciplinam percepimus; et spiritualem doctrinam quam divina gratia suppeditat mundo corde præditis, nondum assecuti sumus; non enim pudet me conscium mihi esse tenuitatis meæ, cum

B

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Ἄνδρες μὲν θεοφιλεῖς, καὶ τῶν θείων δογμάτων ἐπιθυμητικῶς ἔχοντες, τὰς εἰς τὸ κοινὸν διαλέξεις, ἃς συχνῶς πεποιήμεθα ἀποδεξάμενοι, προὔτρεψαν ἡμᾶς ἐγγράφως τῶν πολλάκις εἰρημένων ἐπαπορήσεων καὶ λύσεων ὑποτυπώσεις τινὰς σφίσιν αὐτοῖς παραδοῦναι· ὡς πού τις ἔφη, λήθης φάρμακον, καὶ μνήμης ἐμπύρευμα, χρόνου τε ᾧ τὰ πάντα καλύπτεται, ψυχαγωγίαν αὐτοῖς εἰσφέρειν δυνησομένας. Ἡμεῖς δὲ πολλάκις ἐνοχληθέντες ἀνεβαλλόμεθα, καὶ δι' ἕτερα μὲν πλεῖστα, διὰ δύο δὲ μάλιστα, δι' ἓν μὲν τὸ μὴ ἱκανῶς ἔχειν πρὸς συγγραφικὴν ἕξιν, ὅτι μηδὲ τῆς ἔξω παιδείας μετεσχήκαμεν, καὶ τὴν πνευματικὴν δὲ διδασκαλίαν, ἣν ἡ θεία χάρις ἐπιχορηγεῖ τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν, οὔπω κεκτήμεθα· οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι μικρόν τι ἐμαυτοῦ συνιείς, ὧν νυνὶ

σφῶν πάντη ἑαυτοὺς παλαιοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων πόνους ἀγνωμοσύνη, πολὺν ὄκνον ἐνεποίει τῇ διανοίᾳ μου πρὸς τὸ πειθαρχῆσαι τῷ ἐπιτάγματι τῆς ἀγάπης. Οὓς γὰρ μὴ πέπεικεν τὰ μετὰ τοσαύτης χάριτος καὶ σοφίας Θεοῦ, ἔτι δὲ καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔξω φιλοσοφίαν ἀκρότητος, καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ἐκτεθέντα συντάγματα, πῶς ἂν ὁ βραχὺς οὗτος, καὶ ἀπὸ μικρᾶς προφερόμενος διανοίας καὶ γλώττης πείσειεν λόγος;

A ii qui nunc sunt sapientes, se penitus ignorent: alterum vero, quod istorum ingrata memoria veterum laborum quos sancti Patres susceperunt, multam pigritiam animo meo ad obediendum jussis charitatis afferebat. Quibus enim non suaserunt libri tanta Dei gratia et sapientia, ac summo etiam philosophiæ et aliarum disciplinarum studio scripti et editi, quomodo hic meus exilis sermo ex tenuitate tum mentis, tum linguæ profectus suadere poterit?

Ὅμως (οὐ γὰρ τοῖς κεκρατημένοις ἐγχειρεῖν, τῆς δὲ τῶν ὑγιαινόντων ἀσφαλείας ποιήσασθαι πρόνοιαν ἐπιτετάχασι) πειθαρχεῖν δὲ φιλίῳ προστάγματι, νῦν εἰ καὶ μὴ πρότερον ἔγνωμεν. Καὶ τρεῖς τοὺς πάντας λόγους συνετάξαμεν· ὧν ὁ μὲν πρῶτος, τῆς ἀντιθέτου καὶ ψευδωνύμου γνώσεως Νεστορίου τε καὶ Εὐτυχους ἐν ταὐτῷ τὰς ἀνθυποφορὰς καὶ τὰς ὑπαπαντήσεις κεφαλαιωδῶς περιέχει, σχεδόν τι ἐν ὀλίγοις τὰς πάσας αὐτῶν περικλείων ἐπαπορήσεις· ἐπὶ κεφαλαίων δὲ τὸν αὐτὸν πεποιήμεθα λόγον, ἑκάστου δηλαδὴ κεφαλαίου, τὰ ὑπ' αὐτὸ ἀναφέρεσθαι δυνάμενα περιέχοντος. Ἡ δὲ ἐπιγραφὴ πρὸς τὸν ὑποκείμενον σκοπὸν καιρίως τέθειται, τῆς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀνθρωπότητα ἐναντίας δοκήσεως Νεστορίου τε καὶ Εὐτυχοῦς, ἔλεγχος καὶ ἀνατροπή· ἐπειδὴ ὁ μὲν τὴν θεότητα δοκήσει, ὁ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, μετ' εὐπρεπῶν τῶν ὀνομάτων δογματίζουσιν.

Jussis tamen benevolis, etsi non prius, nunc tandem parere decrevimus; non enim jusserunt ut eorum qui robusti sunt et recte valent, curam haberemus. Tres itaque libros scripsimus, quorum primus contrariæ et falsi nominis scientiæ, Nestorii et Eutychis objecta et opposita summatim continet, paucis omnes fere eorum quæstiones comprehendens. Distinguimus autem librum in capita, ita ut unumquodque caput ea contineret quæ ad ipsum referri poterant. Inscriptio autem hujus libri accommodata ad propositam rem subjectam adhibita est, contrariæ inter se fictionis Nestorii et Eutychis circa divinitatem ac humanitatem Christi confutatio, quia alter divinitatem, alter humanitatem speciosis nominibus usi, ut utrique visum est, fictam tradunt.

Ὁ δὲ δεύτερος πρὸς τοὺς ἐκ τῶν ἡμετέρων προσθεμένους τῇ κατεφθαρμένῃ ἐννοίᾳ τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν ἀπτείνεται· τούτους γὰρ καὶ μάλιστα δικαίως ἄν τις ἐλέγξειεν, διαφορὰν ἐπισταμένους καὶ ἰδιότητας καὶ ἐνεργείας τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τοὺς γὰρ πρὸς τὰς φύσεις ἀντιστατοῦντας, καὶ τὸ διάφορον αὐτῶν ἀρνουμένους μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἰδιότητάς τε καὶ ἐνεργείας τὰς ἐν αὐταῖς ἀθέσμως συγχεόντας, οὐ μᾶλλον γελῶμεν τῆς ἀπαιδευσίας, ἢ οἰκτείρομεν τῆς ἀσεβείας, περὶ τοῦ τρόπου διαπορουῦντας τῶν μηδὲ ὁμολογουμένων αὐτοῖς, μηδὲ κατ' αὐτοὺς ὑποκειμένων φύσεων. Ὑποθέσθαι γὰρ ἔδει πρῶτον αὐτοῖς τὴν φύσιν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν φύσιν τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος εἶναί τε καὶ φυλάττεσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ οὕτως περὶ τῆς προσάλληλα τούτων σχέσεως, καὶ τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως πολυπραγμονεῖν· διαλογικῷ δὲ χαρακτῆρι διεσχημάτισται οὗτος ὁ λόγος, οὐδὲν, ὡς οἶμαι, τῶν λυσιτελούντων τε καὶ ὁρώντων εἰς τὴν τοῦ προκειμένου ζήτησιν καταλιπών. Ὡς ἂν δὲ μὴ συγχεθείη τὰ πρόσωπα, τὸ μὲν τοῦ διαπορουῦντος πρόσωπον ἀστερίσκῳ, τὸ δὲ τοῦ τὰς λύσεις ἐπάγοντος τῷ σταυροειδεῖ κατεσημηνάμεθα τύπῳ. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀλόγως πεπράχαμεν, ἀλλ' ἀστέρι μὲν τὴν ἀμυδρὰν καὶ ἀτράνωτον ἐκείνου γνῶσιν ὑπηνιξάμεθα· τὸν δὲ τῆς ἀληθείας ὑπασπιστὴν, τῷ τροπαίῳ τοῦ σταυροῦ καθωπλίσαμεν. Ἐπιγέγραπται οὖν καὶ οὗτος ὁ λόγος, *Πρὸς τοὺς ἐξ ἡμῶν προσθεμένους τῇ κατεφθαρμένῃ γνώμῃ τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν διάλογος.*

Secundus liber est in eos qui ex nostris accesserunt ad corruptam sententiam eorum qui corpus Christi incorruptibile ante resurrectionem tradebant, qui ex eo vocati sunt Ἀφθαρτοδοκῆται. Justissime autem sunt hi accusandi, qui unius Domini et Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi differentiam, et proprietates, et operationes sciunt. Eos enim qui naturis adversantur, et earum differentiam negant post unionem, ac proprietates et actiones in eis scelerate confundunt, non magis ridemus propter inscitiam, quam dolemus et miseramur propter impietatem, qui de modo unionis naturarum dubitant, quas neque concedunt, neque ponunt esse. Oportebat enim primum positum esse et fixum ipsis, esse et servari post unionem naturam divinitatis Christi, et naturam humanitatis ejus; atque ita inquirere postea quomodo se habeant inter se, et quomodo sint. Hujus libri stylus conformatus est in disputatione et dialogo, nihilque, ut arbitror, relictum est eorum quæ ad propositam quæstionem spectabant et commoda erant. Ne autem personæ confunderentur; persona dubitantis habet stellam insignitam: persona solventis dubitationes figuram crucis. Nec id quidem factum est temere. Nota enim stellæ significamus tenuem, et non explicatam cognitionem personæ dubitantis; defensorem autem veritatis tropæo crucis armavimus. Est autem inscriptus hic liber, *Adversus eos qui ex nostris se adjunxerunt ad corruptam sententiam Aphthartodocetarum*, id est eorum qui corpus Christi ante resurrectionem incorruptibile fuisse senserunt, dialogus.

Tertius liber continet confutationem eorum qui simulant se tenere magnam et œcumenicam synodum Chalcedonensem, et sunt Nestoriani. Hi sicut et reliqui hæresium sectatores, videntur divinas Scripturas et superiores synodos recipere, non quidem quod secundum eas sentiant, sed ut impietatem suam ad decipiendos simpliciores hac simulatione tegant, sicut Apollinarius et Macedonius synodum Nicænam, et Nestorius præter Nicænam etiam Constantinopolitanam : Eutyches præter alias, etiam synodum Ephesinam. Sic etiam hi simulant sanctam synodum Chalcedonensem, tum ut gravi auctoritate personarum ejus impietatem suam celent, tum ut viam sibi muniant ad oppugnandam veritatem. Quorum versutiam cum impietate implicatam cum detegere ac prodere vellemus, ad primos Patres ejus impietatis confutationem revocavimus, proferentes in apertum eorum origines et fontes impietatis, ut sic eos semel simplici veritate claudere, et eorum fluxionem impiam interrumpere studeremus. Hoc enim modo reliquus fluxus impietatis delebitur. Siquidem natura comparatum est ut, initiis malorum exstinctis, quæ ex eis profecta sunt, simul exstinguantur. Librum autem confutationum in capita distinximus, ascripto numero in fronte cujusque capitis. Est autem inscriptus liber sic : *De tacita simulatione et origine impietatis Nestorianorum, et de eorum Patribus patefactio et triumphus.*

Eos vero qui hunc librum lecturi sunt, rogamus ut veniam dent, sicubi adversariis plagam mortiferam non infliximus, et veritatem infirmius quam par erat, defendisse videbimur. A disserendo quidem pro dignitate rerum omnes similiter absumus : studio vero et amore pietatis alius alio præstat. Unusquisque ut erit præparatus, ita sane mensuram gratiæ accipiet. Hoc etiam lectorem oratum velim, ut si quid ipsi non satis explicate a nobis dictum esse videbitur, aut propter abstrusam quæstionem, aut propter quarumdam vocum variatam significationem ac proprietatem, ne hoc cum primum legerit, improbet. Cum enim iterum et sæpius quæ dicta sunt animadverterit, sententiam eorum quæ dicuntur explanatam reperiet. Perfecta vero per se merces laboris in quærendo positi, erit veritatis inventio. Auctoritates etiam cum iis quæ a nobis exposita sunt, facientes, singulis libris subjecimus, ut veritatem testimonio antiquorum confirmaremus.

Ὁ δὲ τρίτος καὶ τελευταῖος τὴν ἀνατροπὴν ἔχει κατὰ τῶν ὑποκρινομένων τὴν μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι, καὶ τὰ Νεστορίου πρεσβευόντων. Οὗτοι γὰρ, ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ λοιποὶ τῶν αἱρέσεων μύσται, τάς τε θείας Γραφὰς, καὶ τὰς προηγησαμένας ἁγίας συνόδους προσίεσθαι δοκοῦσιν· οὐ φρονοῦντες μὲν κατ' αὐτὰς, προκάλυμμα δὲ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας ταύτας ποιούμενοι, πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων· οἷον Ἀπολινάριος μὲν καὶ Μακεδόνιος, τὴν ἐν Νικαίᾳ· Νεστόριος δὲ πρὸς ταύτῃ, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει· Εὐτυχῆς δὲ πρὸς ταῖς ἄλλαις, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ. Οὕτω δὲ καὶ οὗτοι τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν ὑποκρίνονται σύνοδον, ἅμα μὲν τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν συγκαλύπτοντες τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῶν προσώπων, ἅμα δὲ σφίσιν αὐτοῖς προοδοποιοῦντες τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐγχείρησιν. Ὧν τὴν πανουργίαν, μετὰ τῆς συμπεπλεγμένης ἀσεβείας, ἀνακαλύψαι βουλόμενοι, ἐπὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν τῆς ἀσεβείας Πατέρας τὸν ἔλεγχον μετηγάγομεν, τὰς ἀρχὰς αὐτῶν καὶ τὰς πηγὰς τῆς ἀθεότητος εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγοντες· οὕτω τε καθάπαξ αὐτὰς ἀποφράττειν, καὶ τῆς ἀθέου φορᾶς ἀνακόπτειν σπουδάζοντες, τῷ ἁπλῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀληθείας. Ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ λοιπὸν ῥεῦμα τῆς ἀσεβείας ἀφανισθήσεται, ἐπειδὴ συνδιαφθείρεσθαι πέφυκε ταῖς ἀρχαῖς τῶν κακῶν, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἀποτελέσματα. Τὸν δὲ λόγον τὸν ἐπὶ τῶν ἐλέγχων εἰς κεφάλαια καταδιείλαμεν, ἀριθμὸν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου παραγράψαντες, διὰ τὸ εὐμνημόνευτον· ἐπιγέγραπται δὲ ὁ λόγος οὕτως, *Τῆς ἀπορρήτου καὶ ἀρχοειδεστέρας τῶν Νεστοριανῶν ἀσεβείας, καὶ τῶν ταύτης Πατέρων, φώρα καὶ θρίαμβος.*

Παρακαλοῦμεν δὲ τοὺς ἐντευξομένους τῷδε τῷ μετρίῳ συντάγματι συγγνώμην ἡμῖν νέμειν, ἐν οἷς τε μὴ καιρίως τοὺς ἐναντίους βεβλήκαμεν, καὶ εἴ τι τοῦ δεόντος ἀσθενέστερον προηγωνισμένοι τῆς ἀληθείας φανείημεν. Τῆς μὲν γὰρ ἀξίας τῶν πραγμάτων, ὁμοίως πάντες ἀπολειπόμεθα· τῷ δὲ ζήλῳ τῆς εὐσεβείας, ἄλλος ἄλλου διενηνόχαμεν. Κατὰ δὲ τὴν οἰκείαν προπαρασκευὴν ἕκαστος δηλονότι καὶ τὸ μέτρον ἕξει τῆς χάριτος. Καὶ τοῦτο δὲ ἐν ἀγάπῃ προτρέπομεν τὸν ἐντευξόμενον, ἵν' εἴ τι μὴ σαφῶς αὐτῷ τῶν παρ' ἡμῶν εἰρῆσθαι δόξειεν, ἢ διὰ τὴν τοῦ θεωρήματος βαθύτητα, ἢ διὰ τὴν ἐνίων λέξεων παρηλλαγμένην σημασίαν τε καὶ ἰδιότητα, τούτῳ μὴ κατὰ τὴν πρώτην ἔντευξιν κακίζειν. Ἐπιστήσας γὰρ ὅς ἢ καὶ πολλάκις τοῖς εἰρημένοις τὸν νοῦν, τρανουμένην αὐτῷ εὑρήσει τῶν λεγομένων τὴν διάνοιαν. Αὐτοτελὴς δὲ μισθὸς τοῦ κατὰ τὴν ζήτησιν πόνου, τῆς ἀληθείας ἡ εὕρεσις. Χρήσεις γε μὴν τῶν συνταγμάτων ἑκάστῳ τοῖς παρ' ἡμῶν ἐκτεθειμένοις συνηγορούσας ὑποτετάχαμεν, τὴν ἀλήθειαν τῶν εἰρημένων καὶ ἐκ τῆς τῶν παλαιῶν μαρτυρίας πιστούμενοι.

ΛΟΓΟΣ Α'.

ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΘΕΟΤΗΤΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΤΗΤΑ ΕΝΑΝΤΙΑΣ ΔΟΚΗΣΕΩΣ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΟΥΣ, ΕΛΕΓΧΟΣ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ.

—

LIBER PRIMUS

CONFUTATIO UTRIUSQUE FICTIONIS INTER SE CONTRARIÆ, NESTORII ET EUTYCHIS, CIRCA DIVINITATEM CHRISTI ET HUMANITATEM.

—

Τὸν περὶ ὑποστάσεως καὶ οὐσίας λόγον, ἤγουν προσώπου καὶ φύσεως (οὐ (*a*) ταὐτὸν γὰρ ἄμφω), καὶ περὶ ταὐτὸν ἑκάτερα συγκεχυμένον καὶ ἀτράνωτον παρὰ τοῖς νῦν ὄντα σοφοῖς, τρανῶσαί τε καὶ διασαφῆσαι προὐθέμην, ἄλλα τέ τινα κεφάλαια τῆς ἀκολουθίας ἐχόμενα τῆς πρώτης ζητήσεως ἐπιλύσασθαι, Θεοῦ συνεφαπτομένου ἡμῖν, καὶ τὸ ἀσθενὲς τῶν λογισμῶν ὑπερείδοντος διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν, αἷς καὶ θαῤῥῶν, εἰς τὴν τοῦδε τοῦ λόγου καθῆκα ἐμαυτὸν ἐξέτασιν. Οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ ὡς οἱ νῦν ἡμῖν ἐπαναστάντες, καὶ μίαν ἔχοντες τὴν πρός τε τὸ καλὸν, καὶ τοὺς θεηγόρους ἄνδρας ἐναντίωσιν, ὥσπερ ἐκείνους, οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς τοὺς τὴν μάθησιν αὐτῶν ἐζηλωκότας καὶ προϊσχομένους διαπτύουσι, καὶ τιμῶντες ἡμᾶς ταύτῃ λελήθασι τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἀτιμίας. Οἱ γὰρ αὐτοὶ τά τε θεῖα παίζουσι, καὶ τοὺς θεολόγους ὑβρίζουσι· καὶ τί μέγα, εἰ καὶ ἡμᾶς τοὺς μηδὲν ὄντας ἐξουθενοῦσιν; ὧν τοῦτο μόνον ἄξιόν ἐστι θαυμάζειν, ὅτι πάσης μὲν ἀρετῆς τῆς ἐν ἔργοις σπουδαίως ἀμελοῦσιν, κελεύουσι δὲ σφᾶς αὐτοὺς εἶναι σοφούς· καὶ εἶαι οἷον ἐξ ἐπιτάγματος συνετοὶ, καὶ τὸ θέλειν αὐτοὺς μόνον εὐπαιδεύτους ἀπέφηνεν, ὡς Ἀκροφιλοσόφους αὐτούς τις τῶν ἀστειοτέρων χαριέντως ὠνόμακεν. Ἀλλ' οὐ χρὴ διὰ τὴν ἐκείνων μοχθηρὰν προαίρεσιν, ἡμᾶς γέ τι καθυφεῖναι ἢ τῆς παῤῥησίας ἢ τῶν ἀγώνων· τοὐναντίον μὲν οὖν, τοῖς τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀθλήμασι πρὸς ἀνδρείαν ὡς τὰ μάλιστα παραθήγεσθαι, καὶ ταὐτὸν πάσχειν τῷ θερμοτάτῳ σιδήρῳ· ἐκεῖνός τε γὰρ στομοῦται τῷ ψυχρῷ προσομιλήσας ὕδατι. Καὶ ἡμεῖς τοῖς τούτων ἀγῶσι πρὸς τοὺς ἄθλους ῥωννύμεθα. Εἶεν δὲ οὖν τῷ τομωτάτῳ λόγῳ, ὥσπερ μαχαίρᾳ διστόμῳ, τὴν ἐφ' ἑκάτερα αὐτῶν κατὰ τῆς ἀληθείας ἔνστασίν τε καὶ ἀντιπαράταξιν διατεμόντες, ἀνατρέψωμεν τῆς ὑποθέσεως ἐντεῦθεν ἀρχόμενοι.

Οἱ τῆς Νεστορίου ἀνθρωπολατρείας, καὶ οἱ τῆς Εὐτυχοῦς φαντασίας, μᾶλλον δὲ οἱ τῆς ἑκατέρας φαντασίας μαθηταὶ, καλῶς γὰρ αὐτοὺς εὐλαβῆς καὶ

A Propositum mihi est exponere, et explanare rationem hypostasis, et substantiæ, id est, personæ, et naturæ (idem enim utraque sunt, et circa idem versantur) confusam, et non explanatam apud eos qui hoc tempore sapientes numerantur; atque alia præterea capita explicare, quæ cum prima quæstione cohærent, idque Deo juvante, et infirmitatem cogitationum nostrarum merito precationum vestrarum fulciente; quibus confisus ad tractationem hujus quæstionis me contuli. Non ignoramus quod qui nobis adversantur, et quibus unum cum sanctis Patribus certamen est, sicut illos, sic etiam nos qui illorum disciplinam sectamur et defendimus, inhonorant: qui nos potius nescientes honorant, dum probra quæ illis objiciunt, nobiscum communicant.

B Hi enim et divina ludunt, et theologos conviciis consectantur: et quid mirum si nos, qui sumus nihili, contemnunt? in quibus hoc tantum dignum est admiratione, quod omnem virtutem quæ in actione est, studiose negligunt; seque ipsos sapientes esse jubent, et sunt tanquam ex jussione (1) et edicto prudentia præditi; quos eruditos esse fecit, velle tantum: sicut eos quidam ex hominibus urbanis, lepide et venuste, ἀκροφιλοσόφους, id est, summos philosophos (2) vocavit. Sed non oportet nos propter illorum depravatam voluntatem, vel fiduciam, vel certamen remittere; quinimo contra, certaminibus virorum beatorum ad fortitudinem stimulari et urgeri, ut idem eveniat nobis

C quod ferro calidissimo, quod quidem aquæ frigidæ immersum et infusum durescit. Et nos dum cum his certamus, ad præmium certaminis roboramur. Age ergo verbo penetranti, tanquam gladio ancipiti, aciem eorum adversus veritatem instructam a dextris et a sinistris perrumpentes, prosternamus eos, hinc exorsi.

Discipuli Nestorii in idololatria humanitatis Christi, et discipuli Eutychis in fictione, imo discipuli utriusque fictionis: belle enim utrosque religiosus et di-

(*a*) Particula οὐ, *non*, additur codici a secunda manu. Eam reapse non legebat Turrianus, qui idcirco sensum loci aliter explicavit.

(1) *Et sunt tanquam ex jussione.* Οἷον ἐξ ἐπιτάγματος συνετοί. TURRIANUS.

(2) Aliter *putres philosophos.* Gr. Σαπροφιλοσόφους. Ip.

vinus vir ἐναντιοδοκήτας, id est, contrariæ fictionis auctores contrarios appellavit; illi quidem divinitatem in Salvatore fictæ dicunt (3), hi vero humanitatem. Nestorius beneplacitum et dignitatem pro fictione divinitatis defendit; Eutyches carnem ineffabilem, pro naturali et nostra. Sic honestis nominibus et verbis decoris, tanquam fictis coloribus, fœditatem contrariæ quidem impietatis, sed tamen æqualis, honestare nituntur. Quasi studium nobis sit elegantia nominum utendi, et non potius faciem veritatis vere auream aspiciendi, qua nihil est amabilius, quamvis nihil elegans et splendidum accedat. Nec enim ornamentis indiget, quæ naturali pulchritudine splendescit; nec verborum, quasi pigmentorum fucata et fallaci specie. Hi igitur secum et cum veritate pugnantes, bellum in eam per contraria partiti sunt, eisdem propositionibus ad suum uterque finem abutentes, ita ut consensio impietatis contrarie dissentientium uno argumento veritatis a discipulis ejusdem veritatis convellatur, et concordia pravitatis copiosam victoriam pariat: quibus enim argumentis alterum istorum qui impietate connexi sunt, refellimus, eisdem etiam alterum simul refutavimus.

A θεῖος ἀνὴρ οὕτω κέκληκεν (*b*), *Ἐναντιοδοκήτας* ἑκατέρους καλέσας· οἱ μὲν γὰρ τὴν θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα δοκήσει λέγουσιν εἶναι ἐν τῷ Σωτῆρι, πλὴν ὅσον ἑκάτερος, ὁ μὲν τὴν εὐδοκίαν καὶ τὴν ἀξίαν, ἀντὶ τῆς κατὰ τὴν θεότητα φαντασίας· ὁ δὲ τὴν ἄῤῥητον σάρκα, ἀντὶ τῆς φύσει καὶ ἡμετέρας προσίσχονται, εὐπρεπέσιν ὀνόμασι καὶ εὐφήμοις ῥήμασιν, ὥσπερ χρώμασιν ἐπιπλάστοις, τὸ τῆς ἐναντίας μὲν, ἴσης δὲ ἀσεβείας δυσειδὲς ἀποσεμνύνειν ἐπιχειροῦντες. Ὡσανεὶ τούτου ἐσπουδασμένου ἡμῖν κάλλος ἀσκεῖν ὀνομάτων, ἀλλ' οὐ τὸ τῆς ἀληθείας χρυσοῦν ὄντως πρόσωπον ἐποπτεύειν, ᾧ οὐδὲν ἐρασμιώτερον, κἂν τὸ τῆς λέξεως εὐπρεπὲς καὶ φαιδρὸν μὴ προσῇ. Μηδὲ γὰρ κομμωτικῶν αὐτὴν προσδεῖσθαι καλλωπισμάτων, φυσικῷ κάλλει λελαμπρυσμένην, καὶ μηδὲν δεομένην τῆς ἐκ τῶν ῥημάτων ὥσπερ πρωτριμμάτων ἀπατηλῆς ἐπιμορφώσεως. Οὗτοι δὴ οὖν ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀπομαχόμενοι, διὰ τῶν ἐναντίων τὸν κατ' αὐτῆς ἐμερίσαντο πόλεμον, ταῖς αὐταῖς προτάσσειν ἑκάτερος αὐτῶν πρὸς τὸν ἴδιον ἀποχρώμενοι σκοπόν· ὥστε τὴν διὰ τῶν ἐναντίων συμφωνίαν, ἐνὶ τῷ τῆς ἀληθείας ἐλέγχῳ πρὸς τῶν γνωρίμων αὐτῆς ἀνατρέπεσθαι, καὶ γίνεσθαι περιουσίαν νίκης, τῆς πονηρίας τὴν συμφωνίαν. Οἷς γὰρ ἂν θάτερον τῶν κατὰ τὴν ἀσέβειαν συμπεπλεγμένων ἀνατρέψαιμεν, τούτοις συνανατέτραπται καὶ ὁ ἕτερος.

B

Est autem advertendum idem evenisse circa incarnationem Eutychi (4) cum Nestorio, quod in Trinitate Sabellio cum Ario; illi enim per contraria in malum æquale ceciderunt. Sabellius quidem propter substantiam, in unam hypostasin confundit hypostases; Arius vero propter hypostases, simul cum eis substantiam divisit. Hi vero converse: Nestorius quidem dividit naturas in hypostases; Eutyches vero commiscet naturas in naturam. Quibus enim disputationibus et argumentis a superiorum temporum hominibus Trinitas divisa est, eisdem a posterioribus œconomiam, id est, incarnationem confusam esse reperimus. Quibus autem nunc œconomiam dividunt, his illi divinitatem confundunt. Age ergo, proferamus in medium eorum sophisticas propositiones, et tanquam in judicio, demus locum accusationibus eorum; atque ita quæ frustra contra veritatem vane excogitaverunt, diluere conabimur.

C

Ἰστέον γὰρ, ὡς ταὐτὸν πέπονθε περὶ τὴν οἰκονομίαν Εὐτυχὴς πρὸς Νεστόριον, ὃ περὶ τὴν θεολογίαν Σαβέλλιος πρὸς τὸν Ἄρειον· ἐκεῖνοί τε γὰρ διὰ τῶν ἐναντίων, εἰς τὸ ἴσον κακὸν ἐμπεπτώκασιν· ὁ μὲν διὰ τὴν οὐσίαν εἰς μίαν ὑπόστασιν συγχέων τὰς ὑποστάσεις, ὁ δὲ διὰ τὰς ὑποστάσεις συνδιαιρῶν ταύταις καὶ τὴν οὐσίαν. Καὶ οὗτοι δὲ τὸ ἀνάπαλιν, ὁ μὲν τέμνει τὰς φύσεις εἰς ὑποστάσεις, ὁ δὲ φύρει τὰς φύσεις εἰς φύσιν. Καὶ ὁ μὲν ποιεῖ τὴν ὑπόστασιν ὑποστάσεις, ὁ δὲ τὰς φύσεις εἰς φύσιν ἀναχέει. Οἷς γὰρ προβλήμασι διαιρουμένην ὑπὸ τῶν προτέρων ἔστιν ἰδεῖν τὴν Τριάδα, τούτοις συγχεομένην ὑπὸ τῶν ὑστέρων εὑρίσκομεν τὴν οἰκονομίαν· οἷς δὲ διαιροῦσι τὴν οἰκονομίαν οἱ νῦν, τούτοις ἐκεῖνοι συγχέουσι τὴν θεότητα. Φέρε δὴ οὖν τὰς προτάσεις αὐτῶν τὰς σοφιστικὰς εἰς μέσον τῷ λόγῳ παραγάγωμεν, καὶ ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ, χώραν αὐτοῖς τῶν καθ' ἡμῶν ἐγκλημάτων ἐνδόντες, οὕτω διαλῦσαι τὰς ματαίας αὐτῶν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπινοίας πειρασόμεθα.

D

Aiunt enim: Si duas naturas in uno Christo esse dicitis, natura autem non est sine hypostasi, duæ ergo erunt hypostases. Unum autem est utriusque, dixi, certamen, quamvis finis sit differens. Illi enim, id est, Nestoriani, ut cum naturis hypostases inferant; alii vero, id est, Eutychiani, ut per hypostases naturas etiam tollerent, eodem argumento usi sunt. Sed audiant, qui Eutychis partes sequuntur. Nobis enim unum commune certamen contra utrosque

Φασὶ γάρ· Εἰ δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ φατε, οὐκ ἔστι δὲ φύσις ἀνυπόστατος, δύο ἄρα ἂν εἶεν καὶ αἱ ὑποστάσεις· εἷς δὲ ἐστιν ἀμφοτέροις, ὡς ἔφην, ἀγών, κἂν ὁ σκοπὸς ᾖ διάφορος. Οἱ μὲν γὰρ ἵνα ταῖς φύσεσι συνεισαγάγωσι τὰς ὑποστάσεις, οἱ δὲ ἵνα διὰ τῶν ὑποστάσεων καὶ τὰς φύσεις ἀνέλωσι, τῷ αὐτῷ κέχρηνται προβλήματι. Ἀλλ' ἀκουέτωσαν καὶ πρὸς ἡμῶν οἱ τῆς Εὐτυχοῦς μοῖρας· ὁ μὲν γάρ τις κοινὸς ἡμῖν πρὸς ἑκατέρους, ὁ δὲ ἴδιός ἐστι πρὸς

(*b*) Schol. in marg. περὶ τοῦ ἀββᾶ Νόννου φησί.

(3) Aliter depingitur Nonnus iste a Cyrillo in Vita sancti Sabæ et sancti Quiriaci. TURRIANUS.

(4) Eadem habet in libro *De sectis*, act. 1, pag. 496. BASN.

τούτους ἀγών. Τί δὲ ὑμεῖς φατε; Μίαν ἁπλῶς λέγετε φύσιν; Οὔ, φασὶν, ἀλλὰ μίαν σεσαρκωμένην. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ χαριέστερον ὑμῖν συμπλακῆναι, τὴν μὲν δὴ μίαν ἣν φατε τοῦ Λόγου φύσιν λαβόντες ἔχομεν παρ' ὑμῶν. Περὶ δὲ τῆς ἑτέρας ἔστω ἡ διαμάχη· ἣν φύσιν μὲν ἑτέραν παρὰ τὴν τοῦ Λόγου φαμὲν ἡμεῖς, σὰρξ δὲ πρὸς ὑμῶν καλεῖσθαι φιλεῖ. Τί φατε περὶ τῆς σαρκὸς ταύτης; ἔχει φύσιν, ἢ οὐσίαν, ἢ μέρος γε φύσεως; τοῦ δὲ πόσου, ὑμεῖς ἂν εἴητε κύριοι, εἴτε ἥμισυ, εἴτε τρίτον, εἴτε τι ἄλλο ποστημόριον καλεῖν θέλετε. Καὶ ἵνα τῷ αὐτῷ ὑμῖν χρήσωμαι σχήματι, ἔστι σὰρξ ἀνούσιος, ἢ φύσεως ἄμοιρος; Καὶ πῶς ἂν ἀποφεύξησθε τὴν ὑμετέραν ἀπορίαν; Εἰ μὲν γάρ ἐστι σὰρξ ἀνούσιος, ἢ φύσεως ἐκτὸς, δείξατε τίς οὖσα, καὶ πῶς ἔχουσα τυγχάνει αὕτη, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν. Εἰ δὲ τῆς ἐσχάτης ἐστὶν ἀμαθίας, σάρκα ὑποτίθεσθαι, οὐκ οὖσαν τοῦθ' ὅπερ καὶ λέγεται, ἢ οὐ λεγομένην ὅπερ ἐστὶν, πῶς ἀποφεύξεσθε ἣν ἡμῖν αὐτοὶ προεβάλεσθε πρότασιν; Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι σὰρξ ἀνούσιος, τουτέστι φύσιν οὐκ ἔχουσα, οὐκ ἔστι δὲ φύσις ἀνυπόστατος, οὐκ ἄρα ἔσται σὰρξ ἀνυπόστατος· ὥρα δὴ οὖν ὑμᾶς ἢ τέλεον ἀποσκευάσασθαι σαρκὸς τὴν φύσιν, ἢ δύο ὑποστάσεις διδόναι τῷ Κυρίῳ, κατὰ τὴν ὑμετέραν νομοθεσίαν τὴν φάσκουσαν, Οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος, φύσιν δὲ τοῦ Λόγου λέγετε, καὶ ὑπόστασιν ἄρα τῷ Λόγῳ δώσετε. Καὶ ἔστι λοιπὸν περὶ τῆς σαρκὸς τὸ ζητούμενον, εἰ μὴ καὶ αὕτη τὴν φύσιν ἔχουσα τὴν ἰδίαν, ἀξιοῦται καὶ τῆς κλήσεως· καὶ ταύτης γε τυχοῦσα, ἔχοι καὶ τὴν ὑπόστασιν· ἢ μὴ ἔχουσα, τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν φύσιν προσαπολέσει. Οὕτω μὲν οὖν ὑμεῖς ταῖς οἰκείαις ἀπορίαις; ἐνέχεσθε, καὶ οὐδὲν παρὰ τοῦτο τὸ πανοῦργον ὑμᾶς ἔξω τῶν εὐθυνῶν πεποίηκεν, ὧν ἡμᾶς ἐγράψασθε. Ἓν ἔτι τῶν ἀπόρων ἐπιλύσαντες, πολλοῦ τινος; ἄξιοι φανεῖσθε· εἰ οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος, ἐκ δύο δὲ φύσεων ὁμολογεῖτε τὸν Κύριον, ἐκ δύο ἄρα ἔσται καὶ ὑποστάσεων· καὶ τίς λοιπὸν τῇ Νεστορίου διαιρέσει ὑπεύθυνος; γεγένηται, ὑμῖν παραχωροῦμεν σκοπεῖν. Οὕτω μὲν οὖν ὑμᾶς, καὶ διὰ τούτων ἀπεπεμψάμεθα· τοῖς δὲ ἐκ δισμέτρου ὑμῖν ἀποσφαλεῖσι τῆς ἀληθείας, οὕτω διαλεξόμεθα·

Οὐ ταὐτὸν, ὦ οὗτοι, ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον, ὥσπερ ἕτερον οὐσία καὶ ἐνούσιον· ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τὸν τινὰ δηλοῖ, τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὴν οὐσίαν· καὶ ἡ μὲν ὑπόστασις, πρόσωπον ἀφορίζει τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι· τὸ δὲ ἐνυπόστατον, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς δηλοῖ, ὃ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται. Τοιαῦται δὲ πᾶσαι αἱ ποιότητες, αἵ τε οὐσιώδεις καὶ ἐπουσιώδεις καλούμεναι, ὧν οὐδετέρα ἐστὶν οὐσία, τουτέστι πρᾶγμα ὑφεστὼς, ἀλλ' ὃ ἀεὶ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρεῖται, ὡς χρῶμα ἐν σώματι, καὶ ὡς ἐπιστήμη ἐν ψυχῇ. Ὁ τοίνυν λέγων, Οὐκ ἔστιν φύσις ἀνυπόστατος, ἀληθὲς μὲν λέγει· οὐ μὴν ὀρθῶς συμπεραίνει, τὸ μὴ ἀνυπόστατον συνάγων εἰς τὸ ὑπόστασιν εἶναι· ὥσπερ ἂν εἴ τις μὴ εἶναι λέγοι σῶμα ἀσχημάτιστον, ἀληθὲς λέγων· ἔπειτα συνάγοι οὐκ ὀρθῶς τὸ σχῆμα σῶμα

est; proprium vero contra hos. Quid vos vero dicitis unam naturam esse? Non, inquiunt, sed unam incarnatam. Nihil autem prohibet quin vobiscum conjungamur. Unam itaque naturam Verbi, quam dicitis, a vobis datam et concessam tenemus. De altera autem natura contendamus, quam naturam aliam esse dicimus præter naturam Verbi, quæ a vobis dici solet. Quid de hac carne dicitis? habetne naturam, vel substantiam, aut partem quidem naturæ? quantum autem habeat, in vestra potestate est, sive dimidiam, sive tertiam partem, sive aliam minimam partem vocare libet. Et ut eadem forma argumentandi vobiscum utar, estne caro ἀνούσιος, id est, expers substantiæ, vel expers naturæ? Quomodo nostram quæstionem effugietis? Etenim si est caro expers substantiæ, vel extra naturam, demonstrate, quæ est, et quomodo hæc habet, et nos acquiescemus. Sin autem extremæ inscitiæ est, quo modo effugietis, quam ipsi nobis propositionem objicitis? Si enim non est caro expers substantiæ, id est, non habens naturam, non est autem natura sine hypostasi, non est igitur caro sine hypostasi. Oportet ergo vos, aut naturam a carne penitus removere, aut duas hypostases Domino tribuere secundum legem vestram, quæ dicit non esse naturam sine hypostasi. Etenim si non est natura sine hypostasi, naturam autem Verbi dicitis, hypostasim ergo Verbo dabitis. Et relinquitur quæstio de carne. Utrum si non habet propriam naturam, vocetur caro, et vocata, habeat etiam hypostasim; aut non habens hypostasim, etiam naturam amittat. Sic igitur vos vestris dubitationibus convicti estis. Et nulla versutia vos extra pœnas eorum criminum de quibus nos accusastis, esse faciet. Et si unam quæstionem solveritis, magno honore digni apparebitis. Si non est natura sine hypostasi, ex duabus autem naturis esse Dominum conceditis, est igitur ex duabus hypostasibus. Quis igitur propter Nestorii divisionem hypostaseon reus fuerit, vobis permittimus judicium. Sic ergo vos his argumentis revictos dimittimus. Cum iis autem qui contrario modo atque nos a veritate aberrant, sic disputabimus.

Non est idem hypostasis, et enypostaton, id est, quod est in subsistente; sicut aliud est substantia, et aliud esse in substantia, si quidem hypostasis aliquem unum declarat; esse autem enypostaton declarat substantiam, sed non aliquem unum: et hypostasis quidem personam definit proprietatibus designantibus: enypostaton vero significat non esse accidens, quod in alio habet ut sit, et non in se cernitur. Cujusmodi sunt omnes qualitates, et quæ substantiales etiam dicuntur, ex quibus nulla est substantia, id est, res per se exsistens, sed quæ semper circa substantiam cernitur, ut color in corpore, et scientia in anima. Qui igitur dicit: Non est natura sine hypostasi, verum dicit; non tamen recte concludit, cum concludit quod non est sine hypostasi hypostasim esse: ut si quis dicat

non carere corpus figura, quod verum est; deinde non recte concludat figuram ergo esse corpus, et non potius cerni in corpore. Natura igitur, id est, substantia nunquam sine hypostasi esse poterit; non tamen natura est hypostasis, quia neque remeat. Hypostasis enim est natura, natura autem non jam est hypostasis. Natura enim rationem essentiæ recipit (5). Hypostasis vero rationem per se essentiæ (6), natura rationem speciei continet; hypostasis declarat aliquem unum (7), natura rei universalis characterem (id est formam) declarat; hypostasis proprium a communi secernit. Et ut in summa dicam, unius naturæ proprie dicuntur consubstantialia, et quorum est ratio essentiæ communis. Definitio vero hypostasis est (8), vel natura quidem eadem, numero vero differentia; vel ex differentibus naturis composita, communionem vero essentiæ (9) simul etiam inter se (10) habentia, non tanquam complentia substantiam inter se. Quod quidem fit in substantiis, et iis quæ substantialiter de ipsis prædicantur, quæ dicuntur qualitates, sed tanquam alterutrius natura, et substantia non cernatur per se, sed cum composita, et coinsita (11). Quod quidem et in aliis rebus reperitur, et non minus in anima et corpore, quorum communis quidem hypostasis, propria vero natura et ratio differens.

Sicut ergo ad significanda hæc omnia satis est dicere carnem, vel corpus hominis; et rursus satis est nominando animam rationalem, declarare partes in quas divisa est; nec enim fideles loqui artificiose consueverunt, nec hoc eis placet; sic satis est nominasse hominem, vel naturam hominis ad declaranda omnia ex quibus compositus est, et in quibus esse cognoscitur. Isti autem talia captiose loquuntur, non ut hominem perfectum ostendant, sed ut Dominum calumnientur, et eum a salute nostra alienent; quasi vel non assumpsisset a principio humanitatem nostram, vel non servasset incolume, quod ex nobis habuit salutis totius naturæ pignus, quod excidere non poterat. Sed sciant, quod confessio partium, ut dixi, index est incolume esse totum; iterata vero partium in partes divisio non est dogmaticæ brevitatis, neque sermonis secundum Evangelium concisi, sed scepticæ speculationis et artificii supervacanei, et plerisque difficilis ad intelligendum. Partes enim Christi non confusæ, sunt divinitas et humanitas; anima vero et corpus non sunt partes Christi, sed partes partis; quibus declaratis, per significationem perfectam humanitatis naturalis, supervacua est subdivisio in naturas partium, nisi post subdivisiones quibus prius in homine communi usi sumus, reliquam divisionem velint inducere; ut hinc non tres tantum, secundum eos, sed etiam plures naturas in Christo profiteri oporteat: quo quid esse potest magis joculare?

« Quandoquidem universum bellum motum est de modo unionis quem plerique ignorant, et idcirco omnibus in dubium venit; de hac unione philosophari oportet, ut scire possimus, utrum de hoc ipso dissentiamus; an vero nobis de hoc consentientibus quæstio sit, quid efficiat unio; et utrum de rebus ipsis sit controversia, an de vocibus res ipsas significantibus. Sic enim quæstione distincte habita, et veritate rerum ostensa, qui imperite aut impie contradicit, patefiet, vel corrigendus, vel in judicio vituperandus. » Unionem divinitatis cum humanitate alii secundum substantiam factam esse affirmarunt, alii secundum energiam, alii secundum voluntatem. Sunt autem qui nimiam reverentiam in Deum vel habentes vel simulantes, nullo ex his modo factam dixerunt, sed ineffabilem esse et carere nomine affirmarunt; sive ita haberent, sive non, metuebant certe ne impietatis arguerentur. Vidimus enim etiam nunc quosdam, qui cum notionem unionis valde expressam et tritam haberent, ἄῤῥητον, id est ineffabilem, eam vocabant: ut non solum contrario contrarium efficerent, id est, dicendo esse ineffabilem, vulgatam facerent, sed ut argumenta quibus redarguerentur, effugerent. Sicut alii sane, ut car-

nem Domini magis ficte apparere, quam in ea confusionem factam esse defendere studerent, incarnatum esse ut voluit, et ut ipse novit, aiebant. Non enim ut hæc probent, ad reverentiam revera a reverentia alienam se conferunt, alioqui veritas hos ad lumen suum adduceret; sed ut licenter impietate abutantur, ad honesta nomina, tanquam ad propugnaculum quoddam validum et inexpugnabile confugiunt. Vere enim neque dici nec intelligi potest unio secundum substantiam, et substantialis, et in hypostasi. Quomodo enim quæ tantopere secundum naturam differunt, et tam longe distant, inter se coierunt, et unita non sunt confusa (24); sed potius unum est, et duo noscuntur, et nec unitate personæ commista sunt: neque propter proprietates naturarum in hypostases divisa sunt. Hæc sola fides capit, et Verbum divinum, quod non pronuntiatione vocis, sed illuminatione intelligentiæ hæc declarat; et eos qui digni sunt, doctrina non sonante, sed tacita erudit.

A Κυρίου τὴν φαντασίαν κρατύνειν, ἢ τὴν σύγχυσιν σπουδάζοντες, ἐσαρκώθη, φασὶν, ὡς ἠθέλησεν, καὶ ὡς μόνος οἶδεν αὐτός. Οὐ γὰρ ἵνα ταῦτα παραστήσωσιν, ἐπὶ τὴν ὄντως ἀνευλαβῆ χωροῦσιν εὐλάβειαν· ἢ γὰρ ἂν πρὸς τὸ ἑαυτῆς ἦγε φῶς τούτους ἡ ἀλήθεια, ἀλλ' ἵνα κατ' ἐξουσίαν ἀποκέχρηνται τῇ ἀσεβείᾳ ἐπὶ τὰ σεμνὰ τῶν ὀνομάτων, ὡς εἴς τι κρατερόν τε καὶ ἀνάλωτον φρούριον καταφεύγουσιν. Ἄῤῥητος γὰρ ὄντως ἐστὶν καὶ ἀνεννόητος μόνη ἡ κατ' οὐσίαν τε καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος ἕνωσις. Πῶς γὰρ τὰ τοσοῦτον κατὰ τὴν φύσιν παρηλλαγμένα, καὶ μακρῷ διῳκισμένα ἀλλήλοις τε συνέβη, καὶ κραθέντα οὐ συγκέχυται; ἀλλὰ καὶ ἔστιν ἕν, καὶ γνωρίζεται δύο, καὶ οὔτε τῷ μοναδικῷ τοῦ προσώπου συμπέφυρται, οὔτε διὰ τὰς ἰδιότητας τῶν φύσεων εἰς ὑποστάσεις B μερίζεται. Ταῦτα πίστις χωρεῖ μόνη, καὶ λόγος θεῖος, ὁ μὴ ἐν προφορᾷ λέξεως, ἀλλ' ἐν τῇ κατ' ἔννοιαν ἐλλάμψει τρανῶν ταῦτα, καὶ ἀφθέγκτοις διδασκαλίαις μυσταγωγῶν τοὺς ἀξίους.

(24) *Unita non sunt confusa.* Utuntur orthodoxi scriptores vocabulo κράσεως, q. d. *mistionis*, in mysterio incarnationis explicando; sed utuntur sensu bono et commodo, ut præcise unionem significet. Photius de Eulogio patriarcha Alexandrino: Κέχρηται δὲ καὶ τῇ λέξει τῆς Κράσεως εὐσεβῶς μέν. *Usus est et Craseos vocabulo: sed pie testatus se id non usurpare more amentis Apollinarii, neque impii Eutychis, sed ut pietatis regula præscribit.* Tur.

De eis igitur qui ex reverentia ægrotant, donec quid eis propositum sit, non est manifestum, neque verbum faciendum est; qui vero neque ex lumine, si id nacti sunt, fiduciam capiunt, nec quod animas tenebris circumfusas habeant, moleste ferunt, tanquam insanabiles a nobis rejiciantur: de aliis vero sic disseremus. Qui unionem non secundum substantiam, sed secundum operationem aut beneplacitum, aut aliam quamdam hujusmodi habitudinem factam esse tradunt; ad veritatem quidem nullo modo proxime accedunt; mendacium vero, quod multiplex est, partiti sunt, aliis aliam partem ejus avellentibus, et in unam aberrationem a veritate, inter se conciliatis. Qualis enim potest esse hæc unio, et quomodo digna nomine unionis illius supra naturam, et quæ sola est post solam et primam, quæ non colligat res, et in id ipsum adducit? Unde admirari licet, quod, cum hujusmodi unionem isti profiteantur et celebrent, illud non confusas esse naturas, et illud immutabile eorum opponunt; quam enim mutationem suspicari jure possunt in divisione rerum, qui dignitates quidem in dignitatem confundunt (non enim dignitates dignitas unquam fieri possunt sine confusione, sicut neque naturæ natura sine mutatione), substantias vero separant? nec enim unio rerum est unio dignitatis. Alioqui cunctos qui divinam dignitatem sortiti sunt, in unum cum divina substantia conjungemus, et duas naturas esse in singulis sanctis docebimus: quantitas enim dignitatis omnino dividit ea quæ secundum dignitatem differunt; sed quanta fuerit, tantum conjunget naturas: nec enim omnino eas separabit, non separato eo quod conjungit. Quantum enim participant dignitatem, tantum participare debent rationem naturæ.

Τοὺς μὲν οὖν περὶ τὴν εὐλάβειαν νοσοῦντας, ἕως ἔστιν ὁ σκοπὸς ἄδηλος, οὐδὲ λόγου ἀξιωτέον· οἱ γὰρ μήτε τὸ φῶς παῤῥησιαζόμενοι, ἂν τούτου τύχοιεν ἔχοντες, μήτε σκότῳ συγκαλυφθῆναι αὐτῶν τὰς ψυχὰς δυσχεραίνοντες, ὡς ἀνιάτως ἔχοντες, καὶ πρὸς ἡμῶν διαπτυέσθωσαν· περὶ δὲ τῶν ἄλλων, οὕτω διαλεξώμεθα. Οἱ τὴν ἕνωσιν μὴ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν, ἢ εὐδοκίαν, ἢ ἄλλην τινὰ τοιαύτην σχέσιν δογματίσαντες, κατ' οὐδὲν μὲν τῇ ἀληθείᾳ ἐγγίζουσι C· τὸ δὲ ψεῦδος πολυσχιδὲς ἂν ἐμερίσαντο, ἄλλοις ἄλλην τινὰ μοῖραν αὐτοῦ παρασπασάμενοι, καὶ εἰς ἓν ἀλλήλοις ἐλθόντες τῇ ἀποτεύξει τῆς ἀληθείας. Ποία γὰρ ἂν εἴη αὕτη, καὶ πῶς τοῦ τῆς ἑνώσεως ἀξία ὀνόματος, τῆς ὑπερφυοῦς καὶ μόνης μετὰ τὴν μόνην καὶ πρώτην, ἢ μὴ τὰ πράγματα συνδέουσα καὶ εἰς ταὐτὸν ἄγουσα; Ὅθεν καὶ θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅτ' ἂν αὐτῶν τὴν τοιαύτην ἕνωσιν πρεσβευόντων, τὸ ἀσύγχυτον προσῤίπτεται καὶ τὸ ἄτρεπτον· ποίαν γὰρ ὑφορᾶσθαι τροπὴν αὐτοὺς δίκαιον ἐν τῇ διαιρέσει τῶν πραγμάτων, τὰς μὲν ἀξίας εἰς μίαν ἀξίαν συγχέοντας (οὐ γὰρ αἱ ἀξίαι ἀξίαι ποτ' ἂν γένοιντο ἀσυγχύτως, ὥσπερ οὐδὲ αἱ φύσεις μία φύσις ἀτρέπτως), τὰς δὲ οὐσίας χωρίζοντας; οὐ γὰρ πραD γμάτων ἕνωσις, ἢ τῆς ἀξίας ἕνωσις. Ἤ οὕτω γ' ἂν καὶ πάντας τοὺς τῆς θείας λελογχότας ἀξίας, εἰς ταυτὸν ἄξωμεν τῇ θείᾳ οὐσίᾳ, καὶ δύο φύσεις ἐφ' ἑκάστου τῶν ἁγίων δογματίσωμεν· τὸ γὰρ ποσὸν τῆς ἀξίας, οὐ πάντη χωρίζει τὰ κατὰ τὴν ἀξίαν διάφορα, ἀλλ' ὁπόση ἂν εἴη, κατὰ τοσοῦτον συνάψει καὶ τὰς φύσεις· οὐ γὰρ δὴ πάντη αὐτὰς χωρίσει τοῦ συνάπτοντος, μὴ πάντη κεχωρισμένου. Ὁπόσον γὰρ μετέχουσι τῆς ἀξίας, μετέχειν ὀφείλουσι καὶ τῆς τοῦ λόγου φύσεως.

Εἰ δέ τινι ἑτέρῳ τῶν ἐν τῇ Τριάδι συνάψαι βούλονται, τοὺς παρὰ τὸν Χριστὸν λοιποὺς ἁγίους, τῆς ἐν ἀσεβείᾳ αὐτῶν ἔστω ἐξουσίας· κεχρηματίκασι γὰρ θεοί τε καὶ υἱοὶ Θεοῦ καὶ πνεύματα ἅγια, κατὰ τό· *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν.* Πῶς τοίνυν, πάσης τῆς λογικῆς καὶ μακαρίας κτίσεως, ὅση τε ἐν ἀγγέλοις καὶ ὅση ἐν ἀνθρώποις, τῆς θεοποιοῦ καὶ υἱοποιοῦ τοῦ Πνεύματος χάριτος πληρωθείσης, μόνος ὁ ἐκ Παρθένου πεφηνὼς Θεός τε ἐκλήθη καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἐν τῷ λόγῳ, καὶ κατὰ τὸν λόγον, προσκυνεῖταί τε παρὰ πάσης λογικῆς φύσεως; Ἔδει γὰρ τοὺς ἀθέους εἰδέναι, ὅτι εἰ καὶ τὸ ἐξαίρετον τῆς ποικίλης διανομῆς, πρόσεστι τοῖς ὑπερτέροις παρὰ τοὺς ὑφειμένους, ἀλλὰ κοινὸν τὸ ἐφάπασι τῆς ἐνεργείας χάρισμα, καὶ τῆς ἀξίας δώρημα· καὶ ἡ κἀκείνας μετὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἢ οὗ γε βούλονται ἑνὸς τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι θεωρουμένων, ἢ καὶ ὅλης τῆς σεβασμίου Τριάδος εἰς δύο συνάπτειν φύσεις, καὶ δύο ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρας ὑποστάσεις διαιρεῖν. Ἢ μηδὲ τούτων μετὰ τῆς φύσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου συνάπτειν, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν ἢ συντιθέναι, ἢ ὁμωνύμως αὐτὸν ποιεῖν πρὸς τὸν πρωτότυπον Υἱόν, καὶ μὴ φρονεῖν μὲν ἄλλα, φθέγγεσθαι δὲ ἕτερα. Μιᾶς γὰρ οὔσης τῆς φυσικῆς υἱότητος, ἐξ ἧς κατὰ μετοχὴν πᾶσα υἱότης, ἀνάγκη τὸν ἀποσχεδιασθέντα αὐτοῖς ἄνθρωπον ἢ τῆς φυσικῆς μετέχειν υἱότητος, ἢ τῆς ἐκ χάριτος γινομένης· καὶ ἡ πρὸς τὸν Μονογενῆ συνάπτειν αὐτὸν, ὡς τῆς ἑνώσεως τῆς κατ' οὐσίαν ἀντιδιδούσης τὰ τῇ θατέρᾳ φύσει προσόντα τῇ θατέρᾳ· ἢ εὐσεβεῖν μὴ ἀνεχομένους, προφανῶς αὐτὸν τοῖς λοιποῖς συντεταγμένως ἀφορίζειν. Οἱ δὲ τὴν μὲν ἀσέβειαν οὐ παῤῥησιάζονται (φύσει γάρ ἐστιν ἀπαῤῥησίαστον τὸ κακὸν), τὴν δὲ ἀλήθειαν οὐκ ἀγαπῶσιν, οὐδὲ τῆς δολιολάλου γλώσσης τὰ ἐπίχειρα δεδίασιν.

Si autem cum altera persona sanctæ Trinitatis copulare volunt reliquos sanctos præterquam cum Christo, sit hoc potestatis, quam habent in impietate; vocati namque sunt Dei, et filii Dei, et Spiritus sancti; sicut Apostolus ait, *Qui adhæret Deo, unus spiritus est* [1]. Quomodo ergo, cum omnis creatura rationalis et beata, quæcunque est in angelis et hominibus, plena sit gratia deificante, et adoptante Spiritus sancti, solus natus ex Virgine, Deus, et Filius hominis in Scriptura vocatus est; et secundum Scripturam adoratur ab omni rationali natura? Oportebat namque impios scire, quod, etsi præcipua pars variæ distributionis inest in celsioribus comparatis cum inferioribus; commune tamen esse cum omnibus charisma operationis et donum dignitatis; et vel illas cum Verbo Dei, vel cum una quam volunt, ex personis sanctæ Trinitatis, vel cum tota veneranda Trinitate conjungere in duas naturas; et duas aut quatuor hypostases dividere. Aut si non cum his, cum natura Verbi Dei conjungere, et vel in unum Filium componere, vel ipsum unum facere homonyme Filium comparatum cum Filio primogenito: hæc, inquam, oportebat impios istos scire, et non alia loqui. Cum enim una sit naturalis habitudo Filii, ex cujus habitudinis participatione omnis habitudo filii exsistit; necesse est hominem quem ipsi faciunt, aut naturalem habitudinem filii participare, aut illam quæ ex gratia fit; et vel ipsum cum Unigenito conjungere tanquam unione secundum substantiam reddente mutuo alteri naturæ, quæ alteri insunt: aut pios esse non patientes, aperte ipsum in eumdem ordinem cum aliis redigere. At hi in impietate quidem non fidenter audent; natura enim malum diffidentiam creat: veritatem vero non amant, neque rursus præmia linguæ dolosæ metuunt.

Ἀλλ' οὗτοι μὲν ἔξω θείου χοροῦ ἀπεληλάσθωσαν, μετὰ τῶν τῆς ἀσεβείας πατέρων Νεστορίου τε, καὶ ὅσοι τούτῳ μυσταγωγοί τε καὶ μύσται γεγόνασιν. Τῆς δὲ κατ' οὐσίαν ἑνώσεως μεγαλοφώνως κηρυττέσθω ἡ ἀλήθεια, καὶ περὶ ταύτης φιλοσοφητέον, καθὼς αὐτῇ δοκεῖ. Κίνδυνος γὰρ οὐ μικρὸς παρατραπέντας αὐτῆς, εἰς τὸ ἐναντίον μὲν, ἴσον δὲ κακὸν, τὴν σύγχυσίν φαμεν, ἐμπεσεῖν. Ἵνα δὲ ἡμῖν γνώριμος ἡ διαφορὰ γένηται, τῆς τῶν κατ' οὐσίαν ἡνωμένων, καὶ μὴ τρεπομένων πρὸς τὰ ἐκ τῆς ἑνώσεως τρέπεσθαι πεφυκότα, καὶ τί μὲν τὸ τῆς προτέρας εἶδος, τί δὲ τὸ τῆς δευτέρας ἀποτέλεσμα, ἤδη γινέσθω ἡ διαίρεσις. Πάντα τὰ ὄντα συνῆπται ἀλλήλοις, ταῖς καθ' ὅλου κοινότησι, καὶ πάλιν διῄρηται ἀπ' ἀλλήλων ταῖς εἰδοποιοῖς διαφοραῖς, καὶ οὐδὲ ταῖς ἑνώσεσι τὸ ἡνωμένον χωρίζουσιν, ἀλλ' εἰ χρὴ παραδόξως εἰπεῖν καὶ κατὰ τοὺς Πατέρας, ἥνωνται διηρημένως, καὶ διακέκριται συνημμένως. Τῶν δὲ ἑνώσεων καὶ τῶν διακρίσεων διττὸς ὁ λόγος. Τὰ μὲν γὰρ ἥνωται τοῖς εἴδεσι, διῄρηται δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν. Τὰ δὲ διῄρηται τοῖς εἴδεσιν, ἥνωται δὲ

Verum isti quidem excludantur ex divino cœtu cum parentibus hujus impietatis Nestorio et aliis, quicunque hunc docuerunt, et quos ipse docuit. Unionis vero secundum substantiam veritas magna voce prædicetur; et de hac philosophandum est, ut ipsi veritati placet. Non enim leve periculum, si quis ab hac deflexus, et detortus in contrarium quidem, æquale vero malum, confusionem dico, incidat. Ut autem nota sit differentia unionis eorum quæ secundum substantiam uniuntur, et non mutantur in ea, quæ ex unione, natura mutantur: et quæ species sit prioris unionis, et quis effectus secundæ, fiat jam divisio. Omnia quæ sunt conjunguntur inter se communitatibus universalibus; et rursus divisa sunt inter se differentiis specificis, et nec unionibus confundunt divisum, neque divisionibus separant unitum. Quin potius si oportet loqui præter opinionem vulgi et secundum Patres, unita sunt divise; et divisa unite. Unionum autem, et divisionum duplex est ratio. Alia enim unita quidem sunt speciebus; divisa vero hypostasibus.

[1] I Cor. VI, 17.

Alia divisa sunt speciebus, unita vero hypostasibus : et eorum quæ unita sunt speciebus, divisa autem hypostasibus, partim simplicem unionem et divisionem habent ; partim compositam. De iis igitur quæ simplicem habent habitudinem, non est nunc dicendum, non enim ad quæstionem præsentem pertinet illorum per partes explicatio : ac interim multorum cognitionem, et disciplinam subterfugere. Sed de habitudinibus secundam compositionem, id est, connexionem, vel κρᾶσιν, vel unionem, vel quomodocunque vocare libet substantiales habitudines eorum quæ diversæ speciei sunt, dicendum nobis est, rejectis ad eos qui de nominibus certant, significationibus magis manifestis, aut magis propriis, ut ipsi putant. Non enim nobis vacat ad eligendum voces, qui ad intelligendum properamus.

A ταῖς ὑποστάσεσι · καὶ τῶν ἡνωμένων μὲν τοῖς εἴδεσι, διῃρημένων δὲ ταῖς ὑποστάσεσι, τὰ μὲν ἁπλῆν ἔχει τὴν ἕνωσίν τε καὶ τὴν διάκρισιν, τὰ δὲ σύνθετον. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἁπλῆν ἐχόντων τὴν διττὴν σχέσιν, τὰ νῦν λέγειν ἀφείσθω · οὐ γὰρ τῆς παρούσης σκέψεως ἡ ἐκείνων εἰς τὰ κατὰ μέρος ἐξάπλωσις, καὶ ἄλλως τὴν τῶν πολλῶν διαφεύγειν γνῶσίν τε καὶ μάθησιν. Περὶ δὲ τῶν κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν συμπλοκὴν, ἢ κρᾶσιν, ἢ ἕνωσιν, ἢ ὅπως ποτὲ φίλον καλεῖν, τὰς οὐσιώδεις τῶν ἑτεροειδῶν σχέσεις λεκτέον ἡμῖν, τοῖς ὀνοματομάχοις καταλιποῦσι τὰς, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἐμφαντικωτέρας ἢ κυριωτέρας τῶν σημασιῶν. Οὐ γὰρ ἐκλογῆς λέξεων ἡμῖν σχολὴ ἐπὶ τὸ νοεῖν ἐπειγομένοις.

Eorum igitur quæ substantialiter sunt, et secundum substantiam uniuntur, partim etiam in unione servant propriam rationem essentiæ ; partim confundunt, et lædunt ac tollunt, quod summum est in unitis. Priorum igitur habitudo, quæ inter ipsa et in ipsis cernitur, unum quidem ex utrisque perficit, et, ut ita dicam, demonstrat unum numero esse, et ea differentiam essentiæ in ipsa eadem unitate servare : atque hujus rei exemplum sit, in animalibus quidem homo naturæ nostræ ; in simplicibus autem, aut corporibus naturalibus eorum quæ hypostasim habent, et per se esse possunt, talis habitudo inter ipsa. Ut, verbi gratia, in lampade licet cernere ; aliud enim est lucerna, aliud rursus substantia ignis flammea : inter se autem, et in seipsis unita unam faciunt ambo lampadem. Ut si quis dicat, etsi durum videatur, ignis est ligneus ; et lignum igneum : et hoc quidem participavit splendorem ignis ; ille vero, id est ignis, terrenam crassitudinem ex face ; et alterum alteri reddidit vicissim idiomata, cum ambo alioqui in proprietate sua fixa, et non confusa maneant.

B Τῶν τοίνυν οὐσιωδῶς ὑπαρχόντων καὶ κατ' οὐσίαν ἑνουμένων, τὰ μὲν κἀν τῇ ἑνώσει σώζει τὸν ἴδιον τῆς ὑπάρξεως λόγον, τὰ δὲ συγχεῖται καὶ ἐξαφανίζει τὴν ἀκρότητα τῶν ἡνωμένων λυμαινόμενα. Τῶν οὖν προτέρων ἡ μετ' ἀλλήλων καὶ ἐν ἀλλήλοις θεωρουμένη σχέσις, ἓν μέν τι ἐξ ἀμφοτέρων ἀποτελεῖ, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, ἓν εἶναι τῷ ἀριθμῷ ἀποδείκνυσι, τὸ διάφορον σώζοντα τῆς ὑπάρξεως ἐν τῷ ταυτῷ τῆς ἑνότητος · καὶ τούτου παράδειγμα, ἐν μὲν ζώοις ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἐν δὲ τοῖς ἁπλοῖς ἢ φυσικοῖς σώμασιν ἡ τῶν αὐθυποστάτων καὶ καθ' ἑαυτὰ εἶναι δυναμένων πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις. Οἷον ὡς ἐπὶ λαμπάδος ἔστι θεωρῆσαι· ἄλλο μὲν γάρ τί ἐστιν ἡ θρυαλλὶς, ἕτερον δὲ πάλιν ἡ φλογώδης τοῦ πυρὸς οὐσία · σὺν ἀλλήλοις δὲ καὶ ἐν ἀλλήλοις ὄντα, μίαν C πεποίηκεν ἀμφότερα λαμπάδα. Καὶ ὡς ἄν τις ἐκδιασάμενος εἴποι, πῦρ ἐστιν ἐξυλωμένον, καὶ ξύλον ἐμπεπρησμένον, καὶ τὸ μὲν τῆς τοῦ πυρὸς μετέσχε λαμπρότητος, τὸ δὲ τῆς κατὰ τὴν δᾷδα κεκοινώνηκε γεώδους παχύτητος, καὶ ἀντιδέδωκεν θάτερον θατέρῳ τῶν ἰδιωμάτων, ἐν τῇ μονίμῳ ἑαυτῶν καὶ ἀσυγχύτῳ ἰδιότητι μείναντα.

Nemo vero male feriatus et otio abutens exemplum carpat, si quid dissimile habet, proferens oleum, quod in hac unione medium est, aut qualitatem olei subjectam, aut non durare diu, sed in cinerem redigi ; memor eorum quæ antea diximus de exemplo, et de ejus definitione ; eadem reperiri potest unio ignis cum aere ; et aeris cum aqua : mistio enim aquæ cum terra speciem attingit confundentem unionem ; præparatque humidis, et tenuibus, præcipuis vero secundum immutationem qualitatum, et variationem ex mutua affectione proficiscentem. Prætereo enim dicere qualitates quæ, separatis substantiis, sæpenumero inter se sunt unitæ sine mistione ; sicut stellarum lucentium splendores inter se et cum aere unitæ, servant proprietatem quanti in quali : demonstrat hoc ars, quæ naturæ est imitatrix. Si quis igitur, ut magnus Dionysius ait, multas faces accensas in una domo includat, deinde unam ex omnibus educat D domo, simul exibit cum hac et lumen proprium,

Μηδεὶς δὲ κακόσχολος πάλιν λαμβανέσθω τοῦ παραδείγματος, εἴ τι ἀνόμοιον ἔχοι, τὸ ἔλαιον προφέρων, τὸ μεσιτεῦον τῇ τούτων ἑνώσει, ἢ τὴν ὑποκειμένην ἐλαιώδη ποιότητα, ἢ τὸ μὴ διαρκεῖν ἐπὶ χρόνον, ἀλλὰ τεφροῦσθαι, μνημονεύων ὧν ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν περὶ παραδείγματος καὶ τοῦ κατ' αὐτοῦ ὅρου · ἡ δ' αὐτὴ ἂν εὑρεθείη καὶ πυρὸς πρὸς ἀέρα σύγκρασις, καὶ ἀέρος πρὸς ὕδωρ · ἡ γὰρ ὕδατος πρὸς γῆν μίξις, ἡ δὴ τοῦ συγχυτικοῦ τῆς ἑνώσεως ἅπτεται εἴδους, ὀδοποιοῦσα τοῖς ὑγροῖς τε καὶ λεπτομερέσι, διαφόροις δὲ κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἐξαλλαγὴν τὴν ἐκ τῆς ἀντιπεπονθήσεως γινομένην τῶν ἄκρων μεταβολὴν καὶ ἀλλοίωσιν. Παρίημι γὰρ τὰς ποιότητας λέγειν, αἳ καὶ τῶν οὐσιῶν κεχωρισμένων, πολλάκις ἐν ἀλλήλαις τε γίνονται, καὶ ἀμιγῶς συνάπτονται · ὥσπερ τῶν φωσφόρων ἄστρων αἱ μαρμαρυγαὶ, ἀλλήλαις τε καὶ ἀέρι κιρνάμεναι σώζουσι τὴν ἰδιότητα τοῦ ἐν τῷ ποιῷ ποσοῦ · παρίστησι δὲ τοῦτο ἡ τέχνη, τῆς φύσεως οὖσα μιμητική. Εἴ γ' οὖν τις, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, πολλὰς ἐξάψας δᾷδας ἐν

ἐνὶ οἴκῳ συγκλείσειεν, εἶτα μίαν ἐκ πασῶν ἀποσπάσας ἐξαγάγοι τοῦ δωματίου, συνεξοίσει ταύτῃ καὶ τὸ φῶς, οὔτε τι τοῦ ἰδίου πάλιν αὐτοῖς ἀπολιπούσης, καὶ καθ' ὅλου φάναι, οὐδὲν τῶν ἑνουμένων τροπὴν ἢ σύγχυσιν ὑφίσταται, μὴ οὐχὶ ἑκατέρου τῶν ἑνουμένων παθητικὰς ἔχοντος ποιότητας. Τῶν γὰρ μὴ τοιούτων, ἡ μὲν δραστήριος ποιήσαι ἂν, καὶ οὐ πάθοι· ἡ δὲ παθητικὴ, πάθοι ἂν, καὶ οὐ δράσειεν· ὧν δὲ κοινὸς ὁ λόγος τῆς ἀντιπεπονθήσεως, ταῦτα κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ἢ τὴν ἰσονομίαν τῶν παθοποιῶν αἰτιῶν, τὴν ἐν θατέρῳ πάσχει τε καὶ ποιεῖ, ἐπὶ πλεῖον ἢ ἔλαττον. Ὥσπερ ἔχει ἐπὶ πάντων τῶν τηκτῶν, καὶ τῶν μεταλλικῶν, καὶ ὅσα τοῖς ἰατροῖς ἢ τοῖς βαναύσοις κιρνᾶσθαι ἢ συντήκεσθαι κατὰ τὴν τέχνην μεμηχάνηται.

Τούτων τοίνυν προδιεσταλμένων ἡμῖν, εἰδέναι χρὴ ὅτι τὰ μὲν ἀλλοιωτικὰ ἀλλήλων καὶ μεταβλητικὰ, ἐκ πολυειδῶν καὶ ἑτεροουσίων συνεστῶτα, οὐδὲν τῶν ἐν τῇ συνθέσει ἀποσώζει ἀκραιφνὲς μετὰ τὴν σύνθεσιν, ἀλλὰ τὰς πάντων ἰδιότητας μίξασα καὶ συγχέουσα ἐκ πάντων παρὰ πάντα, ἑτεροῖον εἶδος πάμμικτον ἀπετέλεσε, καὶ γέγονε πολλῶν ὑποστάσεων καὶ φύσεων κατὰ τὴν μίξιν φυρμὸς καὶ σύγχυσις, οὔτε τὸ ἰδιάζον τῆς ὑποστάσεως, οὔτε τὸ κοινὸν τῆς φύσεως φυλάξασα, ἀλλ' ἕτερον ἐκ τούτων μὲν γενόμενον, οὐδενὶ δὲ ταυτὸν ἀφ' ὧν γέγονεν ἀποτελέσασα. Εἰ τοίνυν θεότης καὶ ἀνθρωπότης κατ' οὐσίαν ἑνωθεῖσαι μὴ φυλάττουσι κἀν τῇ ἑνώσει τὴν ἑαυτῶν φυσικὴν ἰδιότητα, συγχέχυνται, καὶ οὔτε θεότης ἔμεινεν, οὔτε ἀνθρωπότης, ἀλλ' ἕτερον οὐσίας εἶδος ἐκ τούτων γενόμενον, καὶ οὐχὶ ταῦτα ὑπάρχον ἀποτετέλεκεν. Οὗ τί ἂν γένοιτο ἀσεβέστερον ἢ βδελυκτότερον κἂν ἐννοῆσαι, μὴ ὅτι φρονοῦντας δογματίσαι; Λείπεται τοίνυν ἐκ τῆς ἐξετάσεως τοῦ λόγου τῆς κατ' οὐσίαν ἑνώσεως, τῆς τε θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τὴν ἀσύγχυτον ἰδιότητα, κατὰ τὰ πρότερα λαβεῖν ὑποδείγματα, ἀμυδρὰν δέ τινα φαντασίαν ἐκ πάντων τῆς ὑπὲρ πάντα ἀληθείας συλλεγομένοις, ἥτις ἀποδείκνυσιν, ἓν μέν τι τούτων εἶναι τὸ ἀποτέλεσμα, ὃ εἴτε πρόσωπον, εἴτε ὑπόστασιν, εἴτε ἄτομον, εἴτε ὑποκείμενον, εἴτε τι ἄλλο φίλον καλεῖν αὐτὸ, οὐ διαφέρομαι. Τοὺς γὰρ ἀξίᾳ ἢ αὐθεντίᾳ, ἤ τινι τοιαύτῃ σχέσει διαιρετικῇ διὰ τοῦ συνάπτειν χωρίζοντας, πρώην ἀπορραπίσας ὁ λόγος ἀποδεδίωχεν, ὑποστάσεσι τὰς φύσεις διαιροῦντας ἐλέγξας, καὶ μηδεμίαν κοινωνίαν ἢ ἀντίδοσιν ἐχούσας ἢ ἀντιδιδούσας.

Τούτων εἰρημένων, κατὰ τὸ δεδομένον ἡμῖν ἐκ Θεοῦ τῆς νοήσεως μικρὸν μέτρον, παραπέμποιμεν τὸν ἐντυγχάνοντα εἰς τὰς τῶν θεηγόρων Πατέρων διδασκαλίας, ἀφ' ὧν καὶ ἡμεῖς ταῦτα ἐντληκότες, ὡς ἐν μικρῷ κρατῆρι, τῷ τῆς ταπεινῆς ἡμῶν διανοίας λόγῳ ποτίσαι ἐσπουδάσαμεν τοὺς τῆς ἀληθείας ἐραστάς. Ὑμεῖς δὲ ἐπορεγόμενοι ὑπὸ τῆς ἀληθείας, ταῦτα μὲν ἔχοιτε λήθης φάρμακον, καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν ἐκδημίαν ἡμῶν ἀγάπης ὑπόμνημα, ὡς ἂν μὴ τῷ χρόνῳ τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν ἐκρυὲν οἰχήνihil aliorum luminum sibi assumens, neque quidquam proprii luminis rursus illis facibus relinquens; et, ut universe dicam, nihil eorum quæ uniuntur, mutationem aut confusionem subit, nisi prius utrumque unitorum qualitates habeat passibiles: si enim non sunt ejusmodi, qualitas quidem efficiendi facultatem habens, faciet, non patietur; qualitas vero passibilis patietur, non efficiet. Quorum autem communis ratio est passionem accipiendi et reddendi, hæc secundum dominatum causarum efficientium passiones, quem habent in alterutro, aut æqualitatem, patiuntur et agunt. Sicut evenit in omnibus, quæ liquantur; et in metallis, et in iis omnibus quæ medici vel artifices igne utentes commiscere et liquare ex arte solent.

His ergo prius distinctis, sciendum est, quod quæ habent vim mutandi se inter se constantia ex diversis speciebus, et substantiis nihil purum in compositione servant post compositionem: sed potius ars proprietatis omnium miscens et confundens, ex omnibus aliam præter omnia speciem ex toto commistam reddidit: fitque multarum hypostaseon et naturarum commistio et confusio, quæ neque proprium hypostasis, neque commune naturæ conservat; sed aliud ex his fit, quod cum nullo eorum ex quibus factum est, idem exsistit. Si igitur divinitas et humanitas secundum substantiam unitæ, non servant jn unione suam naturalem proprietatem, confusæ sunt; et neque divinitas mansit, neque humanitas, sed alia species substantiæ ex his, quæ non est ista quæ unita sunt, confecta est. Quo quid esse potest magis impium, aut magis detestabile vel cogitare tantum, nedum sentire et docere? Reliquum igitur est, ut ex investigatione quæstionis unionis secundum substantiam et divinitatis et humanitatis proprietatem sine confusione secundum exempla superiora intelligamus, colligentes ex omnibus tenuem quamdam imaginem veritatis omnia superantis, quæ demonstrat unum quoddam ex his reddi, sive personam, sive hypostasim, sive atomum, sive subjectum, sive quid aliud appellare libet, non contendo. Eos enim, qui dignitate, vel auctoritate, aut aliqua hujusmodi habitudine dividente copulando separant, paulo ante disputatio nostra refutavit, et convicit naturas dividere hypostasibus, nullamque communionem vel inter se accipiendi vel reddendi habere. Ac de his hactenus secundum parvam mensuram intelligentiæ, quæ a nobis tributa est.

Mittimus deinceps lectorem ad doctrinam sanctorum Patrum, a quibus nos hæc tanquam in parvo vase ratione mentis nostræ humilis hausimus, et eos qui studio veritatis tenentur, potare studuimus. Vos autem quibus hæc porrexit veritas, habete ea tanquam remedium oblivionis, et post meum ab hac vita recessum tanquam monumentum amoris, ne lapsu temporis effluens abeat: retundite autem audaciores, et simpliciores manu ducite ad fulgorem veritatis purum et liquidum, qui per hæc in

sanctis Patribus cernitur, et orate pro nobis, qui hæc propter charitatem, ut conscientia testatur, et præter voluntatem conscribere sustinuimus. Deo autem gratias agimus pro omni dono ejus in omnibus, in sæcula sæculorum. Amen.

σεται. Ἐπιστομίζοιτε δὲ τοὺς θρασυτέρους, καὶ χειραγωγοῖτε τοὺς ἁπλουστέρους, ἐπὶ τὴν διὰ τούτων ἀναφαινομένην ἐν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν τῆς ἀληθείας αὐγήν, καὶ ἡμῶν ὑπερεύχεσθε, δι' ἀγάπην, ὡς τὸ συνειδὸς μαρτυρεῖ, ταῦτα συγράψαι, καὶ παρὰ προαίρεσιν ἀνασχομένων. Τῷ δὲ Θεῷ εὐχαριστία ὑπὲρ πάσης τῆς ἐν πᾶσιν αὐτοῦ δωρεᾶς, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

PROOEMIUM.

Allaturus in medium auctoritates sanctorum Patrum, ad confirmationem eorum quæ scripsimus, rogo lectorem, ut advertat animum : prudentem enim auditorem requirit doctrina eorum, qui fuerunt admirabiles Spiritus sancti consiliarii. Laborat enim sermo, auribus imperitiæ sordibus onustis exceptus. *Sicut monile aureum*, ait sapiens in Proverbiis, *et sardium magni pretii alligatum, sic sermo sapiens in auribus bene audientium* [5]. Auditum igitur nostrum secundum sensum divinum, repurgemus ab omni onere ex anticipatione conflato, et mentem surdam reddente. Jam enim nubem testium, sicut Apostolus ait [6], producemus. Si forte tantis cedant qui repugnant. Siquidem propter contentionem a majoribus eorum traditam non produximus auctoritatem ambiguam, aut quæ dupliciter accipi posset, nec ignobiles Patres testes citavimus, sed potius clarissimos, et qui fuerunt splendidissima orbis lumina ad dicendum testimonium vocavimus. Produximusque testimonia manifestissima, et minime dubia ; ut omnem eorum adversus veritatem excogitationem excluderemus. Non recitavimus testimonia, in quibus est, ex quibus et a quibus, et de quibus (scilicet naturis) et ante unionem, ut ipsis placet vocare, aut in unione, et non etiam post unionem ; siquidem est secundum sapientiam istorum finis hujus unionis : sed indicavimus sanctos, qui in testimoniis suis dixerunt in quibus, et per quas, et utrasque, et per ambas, et ambas naturas, et substantias exsistentes, et servatas in unione, et in tempus infinitum indivisibiles in unione secundum substantiam hypostatica.

Si quis autem horum multitudinem vel auctoritatem personarum, sicut ille impius, quem Scriptura dicit [7], non reveretur ; ait enim : Impius est, qui non reveretur personam honorati : ipse autem ignotas auctoritates, et non vel ex ipsis cognitas vel ex aliis, his nostris contrarias producit, demonstret prius non esse illorum has nostras, et sic istas recipiemus. Quandiu enim hæ satis firmitatis habent, propter splendorem librorum et propter nobilitatem Patrum, illas vel non recipiemus a principio, cum his pugnantes : vel si recipiamus, tanquam cum his consentientes, et nullo modo discrepantes recipiemus. Conari enim theologos ad contradictionem adducere, et dicere a se ipsis dissentire, hic conatus susceptus et hoc ne-

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΧΡΗΣΕΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.

Μέλλων τὰς χρήσεις παρατίθεσθαι τῶν ἁγίων Πατέρων πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἡμετέρων λόγων, ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τὸν ἐντυγχάνοντα παρακαλῶ· συνετοῦ γὰρ δεῖται ἀκροατοῦ ἡ τῶν θαυμαστῶν τοῦ Πνεύματος συμβούλων παίδευσις. Κάμνει γὰρ λόγος ἀκοὰς ἐνηχῶν ἀπαιδευσίας ῥύπῳ βεβαρημένας. *Ὥσπερ γὰρ ἐνώτιον χρυσοῦν, καὶ σάρδιον πολυτελὲς ἐνδέδεται, οὕτω λόγος σοφὸς εἰς οὖς εὐήκοον*, ἡ σοφὴ ἀπεφθέγξατο Παροιμία. Οὐκοῦν τὸ κατὰ τὴν θείαν αἴσθησιν ἀκουστικὸν ἡμῶν, παντὸς ἐκκαθάρωμεν ἄχθους τοῦ ἐκ προλήψεως συνισταμένου, καὶ ἀποκωφοῦντος τὸν νοῦν· ἤδη δὲ τὸ τῶν μαρτύρων νέφος, ᾗ φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐποίσομεν, ἂν ἄρα κἀν τοῖς τηλικούτοις εἴξωσιν οἱ ἀπειθοῦντες. Καὶ γὰρ τῆς αὐτῶν πατροπαραδότου φιλονεικίας ἕνεκεν, οὔτε διλήμματον ἢ ἀμφίβολον χρῆσιν παρηγάγομεν, οὔτε μὴν ἀσημοτέρους Πατέρας ἐπεμαρτυράμεθα. Αὐτοὺς δὲ τοὺς φανοτάτους, καὶ μέγα ἐν τῇ οἰκουμένῃ λάμψαντας ἐπεβοησάμεθα, καὶ τρανωτάτας καὶ ἀναμφιλέκτους μαρτυρίας εἰσκεκομίκαμεν, πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλείοντες κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπίνοιαν. Οὐ τὰς ἐξ ὧν ἢ ἀφ' ὧν ἢ παρ' ὧν, καὶ πρὸ τῆς ἑνώσεως, ὡς αὐτοῖς φίλον καλεῖν, ἢ ἐν τῇ ἑνώσει, καὶ οὐχὶ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν· εἴπερ ἐστὶ κατὰ τὴν αὐτῶν σοφίαν ταύτης τέλος, ἀλλὰ τὰς ἐν οἷς, καὶ δι' ὧν, ἀμφοτέρας τε καὶ δι' ἀμφοῖν καὶ ἄμφω, φύσεις τε καὶ οὐσίας, οὔσας τε καὶ φυλαττομένας ἔν τε τῇ ἑνώσει, καὶ εἰς ἄπειρον ἀδιαιρέτους· ἐν τῇ κατ' οὐσίαν ὑποστατικῇ ἑνώσει, ὑπεφήναμεν τοὺς ἁγίους καταγγείλαντας.

Εἰ δέ τις τὸ τούτων πλῆθος, ἢ τῶν προσώπων τὸ ἀξιόπιστον, κατὰ τὸν ἐν τῇ Γραφῇ ἀσεβῆ οὐκ αἰδεῖται (Ἀσεβὴς γάρ, φησὶν, ὃς οὐκ ᾐδέσθη πρόσωπον ἐντίμου), ἀσήμους δὲ καὶ οὐκ ἐγνωσμένας, ὡς ἐξ αὐτῶν ἢ ἑτέρων, τούτοις ἐναντίας χρήσεις προκομίζοι, δειξάτω πρῶτον, ὅτι μὴ αὗται ἐκείνων οὖσαι τυγχάνουσι, καὶ οὕτως ἐκείνας δεξαίμεθα. Ἕως δ' ἂν αὗται τὸ ἰσχυρὸν ἔχουσι, τῇ τε τῶν συνταγμάτων λαμπρότητι, καὶ περιφανείᾳ τῇ τῶν Πατέρων, ἐκείνας ἢ οὐ παραδεξαίμεθα τὴν ἀρχὴν, κατὰ τούτων στρατευομένας· ἢ δεξάμενοι, ὡς σύμφωνον τούτοις ἐχούσας διάνοιαν, καὶ κατ' οὐδὲν μαχομένας ἐκδεξώμεθα. Τὸ γὰρ εἰς ἀντίφασιν πειρᾶσθαι τοὺς θεολόγους ἄγειν, καὶ ἀσυμφώνους σφίσιν αὐτοὺς γεγενῆσθαι λέγειν· οὐ καθ' ἡμῶν ἐστι τὸ ἐγχείρημα· κατὰ δὲ τῆς ἐκείνων δό-

[5] Prov. xxv, 12 sec. LXX. [6] Hebr. xii, 1. [7] Sap. ii, 10.

ξης, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ Παύλου, καὶ ἔστι τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐθεντίας, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ. Μετὰ γὰρ τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς προφήτας, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς διδασκάλους, κατὰ τὴν ἀνεξιχνίαστον τοῦ Πνεύματος οἰκονομίαν, τέθεικεν ὁ Θεὸς, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Οὐκοῦν ὁ τοὺς Πατέρας μὴ δεχόμενος τοὺς διαφανεῖς τε καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ περιβοήτους, προφανῶς τῇ διαταγῇ τοῦ Θεοῦ ἀνθέστηκεν.

Τί τοίνυν διαφέρει οὐσία ὑποστάσεως, ἤγουν φύσις προσώπου, ἐκ τῶν μεγάλων φωστήρων, Βασιλείου τε καὶ Γρηγορίου, μαθεῖν ἔξεστιν· οἵτινες ὑπὸ κανόνα καὶ ὅρον τὰ νῦν ἡμῖν ζητούμενα ἀνήγαγον, σαφῶς διδάξαντες, τί μὲν οὐσία, τί δὲ ὑπόστασις, καὶ ὡς φύσις ταυτόν ἐστι τῇ οὐσίᾳ, ὑπόστασίς τε τῷ προσώπῳ, καὶ πῶς, καὶ κατά τινων ταῦτα λέγεται, τάς τε ἀντωνυμίας αὐτῶν, καὶ τὴν ἀντεμπλοκὴν ἔμπαλιν ἐχούσης τῆς θεολογίας τῇ οἰκονομίᾳ, κατὰ τὴν τῶν ὀνομάτων τούτων ἐπίζευξίν τε καὶ ὑπαλλαγήν. Μετὰ δὲ τὴν τούτων παράθεσιν, καὶ τοὺς ἄλλους ἱεροὺς διδασκάλους παράξομεν εἰς μέσον· μιᾶς που ἡ δευτέρας χρήσεως, τὴν πᾶσαν ἡμῖν τῶν θεοσόφων διάνοιαν παριστώσης. Ἱκαναὶ γὰρ καὶ αὗται καταιδέσαι τοὺς εὐγνώμονας. Τοὺς γὰρ μὴ τοιούτους οὐδ' ἂν ὁ πᾶς πεῖσαι τῶν ἁγίων χορὸς, καὶ εἰ τὰς πάσας αὐτῶν καὶ ἀθρόως ἐξαντλοῦντες καταχέοιμεν διδασκαλίας.

gotium non est contra nos, sed contra illorum gloriam, imo vero contra Paulum, et adhuc contra Spiritus sancti auctoritatem, et Christum qui in Paulo loquebatur. Post enim apostolos et prophetas, doctores posuit in Ecclesia Deus secundum providentiam Spiritus sancti incomprehensam, in opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. Quare qui Patres illos non recipit qui in Ecclesia clari et celebres sunt, plane ordinationi et constitutioni Dei resistit.

Quid ergo substantia ab hypostase differat, id est natura a persona, ex magnis luminibus Basilio et Gregorio licet discere; qui sub regulam et definitionem, quæ nunc quærimus reduxerunt, clare et distincte docentes, quid substantia, et quid hypostasis, et quod natura idem est quod substantia, idem hypostasis et persona, et quomodo, et de quibus hæc dicuntur. Et quod Trinitas (26) contra atque incarnatio habet pronomina, et complexionem secundum adjunctionem et variationem nominum. Post hanc comparationem, producemus in medium alios sacros doctores, una aut altera auctoritate recitata, quæ totam mentem sanctorum nobis ob oculos ponat. Hæ enim sufficiunt reverentiæ et pudori prudentium. Nam qui non fuerint tales, nec universus cœtus sanctorum eis persuadebit, quamvis omnes eorum doctrinas hauriamus, et in istos effundamus.

In editione Latina Leontii sequuntur multæ Patrum auctoritates. Verumtamen cum legantur sive in operibus Patrum a nobis jam editis, sive in concilio Chalcedonensi ed. Rom. act. IV, part. III, quod in Conciliorum editione sumus edituri, minuendi voluminis gratia, plerasque illas auctoritates hic omittimus, paucis admodum retentis quas hic subjicimus.

Πρόκλου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸ, « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν. »

Ὁ αὐτὸς ἀληθῶς Θεὸς καὶ ἀψευδῶς ἄνθρωπος, τῷ Πατρὶ καθ' ὃ ἦν ὁμοούσιος, καὶ ἐμοὶ καθ' ὃ γέγονεν ἄνευ ἁμαρτίας ὁμόφυλος, ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ προσληφθεῖσα ἀνόθευτος, καὶ εἷς ἐστιν Υἱὸς, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διαιρουμένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωσάσης (25).

Proclus Constantinopolitanus in illud : « Puer natus est nobis [9]. »

Ipse vere Deus, et vere homo, Patri, quatenus erat, consubstantialis; et mihi, quatenus factus est sine peccato, ejusdem naturæ; divina natura est increata; quæ ex me sumpta est, legitima, et unus est Filius, non duabus naturis in duas hypostases divisis; sed stupenda incarnatione naturas duas in unam hypostasim uniente.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου, ἐπισκόπου Λουγδώρου καὶ μάρτυρος.

Ὥσπερ γὰρ ἡ κιβωτὸς, κεχρυσωμένη ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν χρυσίῳ καθαρῷ ἦν, οὕτω καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν καὶ διαυγές· ἔσωθεν μὲν τῷ λόγῳ

Sancti Irenæi, episcopi Lugdun. et martyris.

Sicut enim arca aurata erat intus et extra auro puro, sic corpus Christi purum erat et fulgens; intus quidem Verbo decoratum, extra vero Spiritu

[9] Ephes. IV, 11, 12. [9] Isa. IX, 6.

(25) Deest hoc inter fragmenta Procli a Gallandio collecta *B. PP.* t. IX, p. 703.

(26) Adde : pronomina sunt, quæ ponuntur pro nominibus personarum : in Trinitate est alius et alius, sed non aliud et aliud, et est hic, et iste, et ille : in incarnatione contra, non est hæc complexio, est alius et alius, sed est aliud et aliud, nec est hic Deus, et ille homo, sed ipse idem est Deus et homo ; non sic in Trinitate ; hic Pater non est ipse Filius, etc. ; in alio loco vocat hæc pronomina voces indicativas. TURR.

splendescens; ut ex utrisque claritas naturarum demonstraretur.

Sancti Hippolyti episcopi et martyris ex benedictionibus Balaam.

Ut demonstretur utrumque quidem in se habere substantiam, scilicet Dei et hominum, sicut Apostolus ait : *Mediator* quidem *Dei et hominum, homo Christus Jesus* [10]. — *Mediator autem unius* hominis *non est* [11], sed hominum (27). Oportebat ergo, ut Christus factus mediator Dei et hominum, ab utrisque arrhabonem quamdam acciperet, ut appareat mediator duarum naturarum.

Sancti Petri, episcopi Alexandriæ et martyris, ex homilia de adventu Salvatoris nostri.

Et Judæ dixit : *Osculo Filium hominis tradis* [12]? Hæc, et his similia, et signa omnia quæ fecit, et virtutes demonstrant esse eum Deum factum hominem. Utraque itaque demonstrantur, et quod erat Deus natura, et quod fuit homo natura.

Sancti Cyriaci, episcopi Paphi et confessoris, qui fuit unus ex Patribus synodi Nicænæ, ex homilia in Theophania.

Qui cum in forma, inquit, *Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens* [13]. Si forma Dei æqualis est Deo, et perfectus Deus erat; et forma servi perfectus homo; hoc enim docet Scriptura divina : perfectus ergo in ambabus substantiis Christus consubstantialis Deo et Patri; et consubstantialis Virgini et Matri : sine matre supra, ex Patre; sine patre infra, ex Matre.

Sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis et confessoris, ex libro Contra Apollinarium.

Unus enim est in utroque, id est, in divinitate et corpore : non enim alius ex Patre, et alius ex Virgine, sed idem ipse : aliud quidem ex Patre, aliud vero ex Virgine : et generatio generationi non præjudicat; neque caro divinitati.

A κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φαιδρυνόμενον (28) · ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων ἐπιδειχθῇ.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου, ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τῶν εὐλογιῶν τοῦ Βαλαάμ (29).

Ἵνα δειχθῇ τὸ συναμφότερον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τήν τε τοῦ Θεοῦ οὐσίαν καὶ τὴν ἐξ ἀνθρώπων, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. Ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς ἀνθρώπου οὐ γίνεται, ἀλλὰ δύο.* Ἔδει οὖν τὸν Χριστὸν, Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην γενόμενον, παρ' ἀμφοτέρων ἀῤῥαβῶνά τινα εἰληφέναι, ἵνα φανῇ δύο προσώπων μεσίτης.

Τοῦ ἁγίου Πέτρου, ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν B *ἐπιδημίας* (30).

Καὶ τῷ Ἰούδᾳ φησί· *Φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;* Ταῦτα τά τε τούτοις ὅμοια, τά τε σημεῖα πάντα ἃ ἐποίησεν, καὶ αἱ δυνάμεις, δεικνύουσιν αὐτὸν εἶναι Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Τὰ συναμφότερα τοίνυν δείκνυται, ὅτι Θεὸς ἦν φύσει, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος φύσει.

Τοῦ ἁγίου Κυριακοῦ, ἐπισκόπου τῆς Πάφου καὶ ὁμολογητοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὰ Θεοφάνεια λόγου· εἰς δὲ καὶ αὐτός ἐστι τῶν ἐν Νικαίᾳ (31).

Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησὶν, ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν, *μορφὴν δούλου λαβών*. Εἰ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ ἴση ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τέλειος ἐτύγχανε Θεὸς, καὶ ἡ μορφὴ τοῦ δούλου τέλειος ἄνθρωπος (τοῦτο C γὰρ διδάσκει ἡ θεία Γραφή)· τέλειος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς οὐσίαις ὁ Χριστός· ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος τῇ Παρθένῳ καὶ Μητρί· ἀμήτωρ ἄνω παρὰ Πατρὸς, ἀπάτωρ κάτω παρὰ Μητρός.

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου, ἐπισκόπου Μεδιολάνου καὶ ὁμολογητοῦ, ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου θ' λόγου.

Εἷς γάρ ἐστιν ἐν ἑκατέρῳ, τουτέστι, τῇ θεότητι καὶ τῷ σώματι· οὐ γὰρ ἕτερος ἐκ Πατρὸς, καὶ ἕτερος ἐκ Παρθένου· ἀλλ' ὁ αὐτὸς, ἕτερον μὲν ἐκ Πατρὸς, ἕτερον δὲ ἐκ Παρθένου· καὶ γεννήσει γέννησις οὐ προκρίνει, οὐδὲ ἡ σὰρξ τῇ θεότητι (32).

[10] I Tim. II, 5. [11] Galat. III, 20. [12] Luc. XXII, 48. [13] Philipp. II, 6, 7.

(27) Non unius hominis, sed hominum; quia natura communis non est unius singularis tantum; quod enim de phœnice ferunt, Maximus fabulam esse demonstrat ob hanc causam et rationem. Unus itaque est Deus, id est, una natura communis trium personarum, et una natura hominum, et Christus mediator duarum naturarum. Tur.

(28) In editione Veneta an. 1734 S. Irenæi t. I, p. 342, occurrit hoc fragmentum, sed ibi est falsa lectio φρουρούμενον pro recta nostra φαιδρυνόμενον.

(29) Confer *Script. vet.* t. VII, p. 134. Basnagius, in adn. ad Leontium Latinum, negat hoc opus fuisse Hippolyti, quia in laterculo vaticano marmoreo desideratur. Sed quis nescit imperfectum esse illum catalogum? Quis item, inspectis catenis biblicis, non pervidet Hippolytum scripsisse etiam in libros Moysis? quibus in commentariis de benedi- D ctionibus quoque Balaami locutum Hippolytum credibile est.

(30) Frustra eripit hunc librum vel sermonem Petro Alexandrino Basnagius, quia, ut ait, in ejus operum syllabo non ponitur. Atqui nullus est authenticus vel priscus operum Petri catalogus. Rectius ergo Basnagius dixisset ponendum esse hunc sermonem in syllabo, teste Leontio. Nunc vero Græca verba adjiciantur Latino fragmento apud Gallandium *B. PP.* t. IV, p. 109.

(31) Negat Basnagius Cyriacum fuisse in numero Nicænorum Patrum; sed tamen Leontii affirmationi suffragatur Ephræmus Antiochenus apud Photium cod 229, p. 828. Neque vero catalogis Nicænorum Patrum impressis, propter eorum varietatem, tuto esse fidendum dixi *Script. vet.*, t. X, p. 37.

(32) De hoc contra Apollinarem, sub Ambrosii

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Σαβῖνον ἐπίσκοπον Λόγου (33).

Οὐκοῦν ἐν τῷ τελείῳ τῆς θεότητος ὢν ἐκένωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἔλαβε τὸ τέλειον, τῆς κατὰ ἄνθρωπον φύσεως ὁλόκληρον· ὡς οὐδὲν ἔλιπε τῷ Θεῷ, οὕτως οὐδὲ τῷ καταρτισμῷ τῷ κατὰ ἄνθρωπον, ἵνα τέλειος ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνῃ.

Τοῦ ἁγίου Γελασίου, ἐπισκόπου Καισαρείας, καὶ αὐτὸς τῆς συνόδου τῶν ρν', ἐκ τῆς Ἑρμηνείας τοῦ Συμβόλου.

Ἀλλ' οὐκ ἴσχυσεν ἀνθρωπίνη γλῶσσα μόνη τοῦτο ποιῆσαι· ἀσθενὴς γὰρ ἦν ἡ φύσις. Ἦλθε τοίνυν εἰς ταυτὸν Θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος, ἵνα σῶμα μὲν ὑπηρετήσηται, Θεὸς δὲ δι' αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν παράσχηται. Διπλᾶ πάντα, καὶ ἀληθῆ πάντα, καὶ τέλεια πάντα· καὶ φιμούσθω πᾶν αἱρετικὸν στόμα· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, μεθ' ἡμῶν ὁ μετὰ Πατρὸς, μεθ' ἡμῶν ὁ ἐξ ἡμῶν· Σάρξ μου, φησὶν, ἐξ αὐτῶν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀεὶ, τὸ δὲ δι' ἡμᾶς. Καὶ ἡ μὲν θεότης ἀεὶ, ἡ δὲ ἀνθρωπότης δι' ἡμᾶς (34).

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.

Ἡμεῖς δὲ τῷ θείῳ δεδουχούμενοι Λόγῳ, ἀνύβριστον τοῦ Μονογενοῦς φυλάξωμεν τὴν εὐγένειαν, μήτε διὰ τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκὸς ἀθετοῦντες τὸν Λόγον, μήτε διὰ τὸ ὕψος τῆς θεότητος παρορῶντες τὴν σάρκα· ἀλλὰ τὸν μὲν Λόγον ὡς Θεὸν, τὴν δὲ σάρκα ὡς ναὸν Θεοῦ τιμήσωμεν.

Τοῦ μεγάλου Ἐφραὶμ, ἐκ τοῦ εἰς τὸν μαργαρίτην Λόγου (35).

Τῶν δύο φύσεων μετέχει ὁ μαργαρίτης ὁ πολύτιμος, ἵνα δείξῃ Χριστόν· ὅτι λόγος ὢν Θεοῦ, ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος γεγέννηται· οὐ μερικὴν ἔσχε τὴν φύσιν, ἐπεὶ οὐδ' ἕτερον ἂν ζῶον ἐτύγχανε. Τελείαν ἔχει τὴν διπλῆν φύσιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰς δύο. Οὔτε ἡμίθεος ὤφθη ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ἡμιάνθρωπος ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· ἐκ τελείου τέλειος, ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, ἐκ Θεοῦ Θεὸς, ἐκ Παρθένου Χριστός.

Τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ, ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον Λόγου.

Ἔδειξεν γὰρ ἑαυτὸν διὰ τοῦ σωματικοῦ νέφους, ὁ τὴν ἡμετέραν φύσιν ὑπελθὼν, ἵνα ἀμφοτέρας αὐτοῦ διδαχθῶμεν τὰς φύσεις, καὶ τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον, καὶ τὴν διὰ τοῦ σώματος ἐνεργοῦσαν θεότητα (36).

Ejusdem ex libro ad Sabinum episcopum.

Igitur cum esset in divinitate perfecta, *exinanivit seipsum* [14], et accepit perfectam et integram naturam humanam. Sicut nihil defuit Deo, sic nihil defuit perfectioni humanitatis, ut esset in utraque natura perfectus.

Sancti Gelasii, episcopi Cæsareæ Palæstinæ, et confessoris, unius ex Patribus synodi Constantinopolitanæ centum quinquaginta, ex Interpretatione Symboli.

At non potuit hoc facere humana lingua, infirma quippe erat natura. Venit igitur in eumdem Deus et homo, ut corpus quidem ministraret; Deus autem per corpus actionem exhiberet. Duplicia omnia; et vera omnia, et perfecta omnia. Obstruatur omne os hæreticum. Nobiscum Deus; nobiscum qui est cum Patre; nobiscum, qui est ex nobis: Caro mea, inquit, ex ipsis. Verum alterum quidem semper, alterum vero propter nos. Ac divinitas quidem semper; humanitas vero propter nos.

Ejusdem ex eodem libro.

Nos autem, divino Verbo illustrati, custodiamus sine contumelia nobilitatem Unigeniti: neque propter humilitatem carnis Verbum repudiantes; neque propter altitudinem divinitatis carnem contemnentes. Quin potius Verbum, ut Deum; carnem, ut templum Dei honoremus.

Sancti Ephræm, ex homilia in margaritam.

Duarum naturarum est particeps margarita magnæ æstimationis, ut ostendat Christum, quod cum esset Verbum Dei, ex Maria ortum est. Non habuit naturam ex parte; quia nec aliud animal erat. Perfectam habet duplicem naturam, ne amittat duas. Neque semideus visus est in terra; neque semihomo ascendit ad cœlos. Ex perfecto perfectus; ex homine homo; ex Deo Deus; ex Virgine Christus.

Sancti Flaviani, episcopi Antiochiæ, in Evangelium Joannis.

Demonstravit seipsum per nubem corporis, qui naturam nostram induit, ut ambas naturas ejus discamus, et hominem qui cernebatur, et divinitatem, quæ per corpus operabatur.

[14] Philipp. II, 6.

Mediolanensis nomine, laudato opere a Leontio, videsis Maurinos Ambrosii editores in calce Præfationis tomi secundi. Valde tamen Basnagio assentior intelligendum esse potius Ambrosium Alex., cujus tractatum adversus Apollinarem memorat Hieronymus in *Catalogo vir. ill.*, cap. 126.

(33) Sabini episcopi Græcam narrationem de obitu ac funere S. Epiphanii nos edidimus *Script. vet.*, t. VII, p. 178-180. Sabini monachi (postea fortasse episcopi) exstitit epitome synodorum, teste antiquo catalogo op. cit. t. X, Præf. p. 12. In hoc Sabino haud scio an agnoscendus sit auctor anonymus breviatæ historiæ synodorum apud Justellum, de qua dixi in *Spicil.* t. VII, Præf. p. 7-8.

(34) Prioris hujus loci Gelasiani partem nos jam edidimus in Anastasii presbyteri opere dogmatico, *Script. vet.*, t. VII, p. 23. Porro ibidem p. 10, in titulo Gelasiano mallem scribere μαθήματος quam μαθηματικοῦ. Etenim μάθημα dictum fuisse ab antiquis pro σύμβολον scimus.

(35) Ex hoc Ephræmii sermone duo jam protuleram fragmenta, *Script. vet.* t. VII, pp. 18 et 131. Tertium nunc accedit. Est autem ubique intelligendus Ephræmius episcopus Antiochenus, non ille Syrus monachus.

(36) Consonum alium Flaviani locum recitat Theodoretus dialog. II.

Antiochi, episcopi Ptolemaidis. Hujus auctoritatis meminit Cyrillus.

Ne confundas naturas, et non torpebis circa œconomiam, id est, mysterium incarnationis. Tene Deum : tribue Deo, quæ eum decent. Recipe humanitatem : reddi humanitati, quæ eam decent.

Scholium Leontii.

In omnibus superioribus studuimus, ut in medium afferremus auctoritates et beati Cyrilli (37) et Patrum qui eum antecesserunt, quæ totam mentem ejus et confirmarent et interpretarentur : ut sciant omnes, quod nec ipse, nec alius ex Patribus illud ex duobus aut ex ambobus ad negandum eum qui erat in duobus, dixerunt. Multis enim in locis contendens adversus divisionem Nestorii posuit non solum, ex quibus, sed in præpositione in utriusque naturis usus est, ut ex auctoritatibus ejus quæ subjunximus, facile est perspicere. In omnibus autem sermonibus ejus eas tantum auctoritates, quæ nihil dubii habent, et quas nec insani prave interpretari poterunt, afferre curavimus.

A *Ἀντιόχου ἐπισκόπου Πτολεμαΐδος (38), ἧς χρήσεως ἐμνήσθη ὁ μακάριος Κύριλλος.*

Μὴ συγχέῃς τὰς φύσεις, καὶ οὐ ναρκήσεις περὶ τὴν οἰκονομίαν· κράτει τὸν Θεὸν, δίδου τὰ πρέποντα τῷ Θεῷ· δέχου τὸ ἀνθρώπινον, δίδου τὰ πρέποντα τῇ ἀνθρωπότητι.

Σχόλιον Λεοντίου.

Ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖς προηγησαμένοις, καὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου βεβαιωτικὰς τῶν τε πρὸ αὐτοῦ Πατέρων, καὶ ἑρμηνευτικὰς τῆς ὅλης αὐτοῦ διανοίας παραθέσθαι ἐσπουδάσαμεν· ἵνα γνῶσιν ὅτι οὔτε αὐτὸς, οὔτε τις ἕτερος τῶν Πατέρων, τὸ, ἐκ δύο ἢ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ, ἐν δύο, εἰρήκασιν. Πολλαχοῦ γὰρ κατὰ τῆς διαιρέσεως Νεστορίου μα- B χόμενος, οὐ μόνον τὰ ἐξ ὧν τέθεικεν, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐν προθέσει ἐπ' ἀμφοτέρων ἐχρήσατο, ὡς αὐτόθεν ἐξ ὧν ὑπετάξαμεν αὐτοῦ χρήσεων, ῥᾴδιον ἐστι μαθεῖν. Ἐφ' ἅπασι δὲ αὐτοῦ τοῖς λόγοις τῶν χρήσεων τὰς ἀναμφιλέκτους μόνας, ἃς οὐδὲ μανέντες παρερμηνεῦσαι δυνήσονται, παραθέσθαι ἐσπουδάσαμεν.

Allatis iterum pluribus sancti Cyrilli testimoniis quæ, quia in editis prostant, prætermisimus, primum hunc librum sic concludit Leontius : « Hactenus confutatio, et eversio contraria Nestorii et Eutychis fictionis et opinationis circa divinitatem Christi et humanitatem. »

(37) Erant qui Cyrillum accusabant in hoc dogmate, unde necesse fuit illi suos anathematismos alioqui catholicos contra Nestorium interpretari, quos male quidam intelligebant, ut Theodoretus, C qui eos confutavit non intelligens, et non paucis suaserat, male sentire Cyrillum. Can.

(38) Lege, si lubet, de hoc Antiocho quæ diximus *Script. vet.*, t. VII, p. 87, in adn.

ΛΟΓΟΣ Β΄

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΚ ΤΩΝ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΠΡΟΣΘΕΜΕΝΟΥΣ ΤΗ ΚΑΤΕΦΘΑΡΜΕΝΗ ΤΩΝ ΑΦΘΑΡΤΟΔΟΚΗΤΩΝ.

—

LIBER SECUNDUS

CONTRA ILLOS E NOSTRIS QUI CORRUPTÆ INCORRUPTICOLARUM SENTENTIÆ ADHÆRENT.

(Mai, *Spicileg. Rom.* t. X, p. 95.)

—

Solvimus pro viribus in superioribus, Deo adjuvante, objecta argumenta *falsi nominis scientiæ* [15], quibus adversus nos utentes qui sunt contrariæ fictionis (non enim hoc nomine appellare eos desinemus, quia namque fas est), simpliciores a veritate abducere se putant. Nunc autem alterius quæstionis consideration emevolvere et explicare aggrediar. Sit dux disputationis nostræ Christus Deus et Verbum, et lumen, et vita, et veritas aspirans nobis intelligentiam, ut possimus recte intelligere et

D Ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις ἡμῖν, σὺν Θεῷ δὲ φάναι τὰς ἐνστάσεις καὶ ἀντιθέσεις τῆς *ψευδωνύμου γνώσεως*, εἰς δύναμιν διαλελύκαμεν αἷς δὴ χρώμενοι καθ' ἡμῶν οἱ τῆς ἐναντίας δοκήσεως, (οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτο καλεῖν αὐτοὺς παυσαίμην, ὅτι μηδὲ θέμις), τῆς εὐθείας ἀπάγειν τοὺς ἁπλουστέρους ὑπολαμβάνουσι. Νῦν δὲ αὖθις ἑτέρου σκέμματος καὶ προβλήματος τὴν θεωρίαν ἀναπτύξαι τε καὶ διευκρινῆσαι πειράσομαι. Ἡγείσθω δὲ τοῦ λόγου Χριστὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος, καὶ φῶς, καὶ ζωὴ,

[15] I Timoth. VI, 20.

καὶ ἀλήθεια, ἐμπνέων ἡμῖν σύνεσιν εἰς τὸ μετὰ χάριτος καὶ σοφίας τῆς ἄνωθεν, τὰ συντελοῦντα εἰς τὴν ὑπόθεσιν, καὶ νοῆσαι καλῶς, καὶ φράσαι δυνηθῆναι. A

expromere cum gratia et sapientia cœlesti, quæ ad materiam propositi argumenti pertinent.

Εἰ μὲν οὖν ἐώρων τὴν νῦν ἐν τοῖς ὑπεναντίοις ἐπαναστᾶσαν κατ' ἀλλήλων ζυγομαχίαν μέχρις αὐτῶν ἐκείνων μείνασαν, ἀλλὰ μὴ καὶ εἰς ἡμᾶς διαβῆναι φιλονεικοῦσαν, τάχα που καὶ κέρδος ὑπελάμβανον τὴν τῶν ἐναντίων μάχην τε καὶ ἀντιπαράταξιν· αὐτοὶ γὰρ ὑπὸ σφῶν βαλλόμενοι καὶ ἀνατρεπόμενοι, οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμα, ὅτι μὴ θεωρίαν ψιλὴν τοῦ πολέμου, προὐξένουν. Ἑνὶ τούτων μόνον ἡμῶν ἀλγυνομένων, τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἀθετῆσαι μὲν εἰς τὸν οἶκον Δαβὶδ, κατὰ τὸ λόγιον, τολμησάντων, ὑπερβόντων δὲ καὶ τὴν πρὸς τὸν οἶκον Ἱεροβοὰμ ὁμόνοιαν, καὶ μηδὲ ἐκείνην συντηρησάντων, ἀλλὰ σχισθέντων τε καὶ διαιρεθέντων ἀπ' ἀλλήλων τε καὶ πρὸς ἀλλήλους· ὡς ἐξεῖναι τοῖς συνετωτέροις ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐπιγινώσκειν, κατὰ τὸν Σωτήριον λόγον, διὰ τῶν πολυσχιδῶν στάσεων τοῦ ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦντος ταραχώδους πνεύματος τὰ μάλιστα δεικνυμένου. Συμπέφυκε γάρ πως τῇ ἀσεβείᾳ τὸ φιλεχθρόν τε καὶ πολεμοχαρές. Νῦν δὲ δὴ γέγονεν ἡμῖν πρὸς κακοῦ ἡ τῶν ἐχθρῶν πρὸς ἀλλήλους δυσμένεια. Ὦ τῆς ἀπαιδευσίας! καὶ τῶν ἐν κακίᾳ παρ' αὐτοῖς δευτέρων γεγόναμεν ἀθλιώτεροι· μηδὲ ὅσον οἱ ἐχθροὶ τὰ ἡμέτερα ἐποπτεῦσαί τε καὶ φυλάξαι δυνάμενοι. Εἴπερ ὁ μὲν θατέρου μέρους τῶν σχισμάτων πατὴρ τὸ δέον ἔγνω, καὶ ᾐδέσθη τὸν κατὰ τῆς ἀληθείας προφανῆ πόλεμον, ἡμεῖς δὲ τὴν ἐκείνων ἐπίγνωσιν, ἀγνοίας ἐφόδιον πεποιήμεθα, καὶ γεγόναμεν καὶ τῶν ἐχθρῶν ἀσυνετώτεροι. B C

(42-52) *Contra Magusæos.* Suidas verbo, *Persæ et Magog*, ait Persas dictos esse Magusæos. Intellegit autem Leontius tres libros Theodori Περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, *De Magia in Perside* : ipsosque Persas magos nominat *magusæos* : meminit hujus operis Photius in sua *Bibliotheca*. TUR.

πρώτῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατὰ σάρκα γεννήσει, τὴν πᾶσαν ἐξῆς ἀναιρῶν τοῦ μυστηρίου ἀκολουθίαν. Ὅμως δ' οὖν ἥλω καὶ τὴν ἐσχάτην ἔτισε δίκην, ἔξω θείου χοροῦ μετὰ τῶν ἀσεβημάτων ὧν ἐκ σοῦ γεγεώργηκεν ἀπελαθείς, καὶ τὴν ἀξίαν ἀντέκτισε τῶν σῶν μαθημάτων ποινήν. Ἀπόχρη καὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς παραστῆσαι ἀσέβειαν, ἐξ ὄνυχος, ᾗ φασι, ὑποδεικνύντα τὸν λέοντα. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τούτοις, καὶ γὰρ ὄντως εἰσὶν ἀπιστίας ἄξια, καὶ οὐ μέμφομαι τοῦ πάθους δικαιοτάτου γε ὄντος, ἐπεὶ τὸ μὴ ἀπιστεῖν τῶν τοιούτων κακῶν οὐκ ἄμοιρον, ἐλέγχει τὸν ῥᾳδίως πιστεύσαντα. Τὸ γὰρ εἰς συγκατάθεσιν ἕτοιμον, καὶ εἰς πεῖραν ἑτοιμότατον. Ἀλλ' ἡμᾶς γε ἡ πεῖρα, ἣν τε ἐκ τῶν βίβλων αὐτοῦ συνελέγμεθα, καὶ ἣν ἐκ τῶν ζηλούντων αὐτὸν ἀκηκόαμεν, ἀπιστεῖν οὐκ ἐπιτρέπει, καίπερ ἐθέλοντας. Πῶς δὲ καὶ ἀπιστεῖν δυναίμην, τῶν κακῶν τὴν πεῖραν ἐν ἐμαυτῷ σχεῖν κινδυνεύσας ;

A tra initia veritatis insistens, et primo Dei nostri secundum carnem ortu, totam deinceps mysterii consecutionem destruens. Captus tamen est; et summum supplicium subivit ejectus ex cœtu divino cum impietatibus, in quibus a te sumptis cultus ejus elaboravit : pœnasque doctrinis tuis dignas persolvit. Satis sunt hæc ad repræsentandum istius viri impietatem, quæ, ut est in proverbio, ex unguibus leonem demonstrant. Si quis vero hæc non credit, sunt enim revera digna ut non credantur : Non vitupero, neque queror, quod hoc accidat, quia non videri hæc incredibilia ostendit eum qui facile credidit, non esse expertem hujusmodi malorum. Quod enim est paratum et in promptu ut assensum habeat, etiam est paratissimum ad experientiam. At nos experientia quam ex libris ejus collegimus, et quam ex iis qui eum studiose imitati sunt, audivimus, non permittit non credere cum alioqui vellemus. Quomodo vero possem non credere, qui malorum experimentum in me ipso habere visus sum ?

B

ΛΘ'. Οἱ δὲ (οὐδὲ γάρ εἰσι σοφοὶ, πλὴν μόνου τοῦ κακοποιεῖν), ἐπεὶ μὴ δύνανται ὑπὲρ τούτων ἀπολογήσασθαι, τὸν μέγαν ἡμῖν προτείνουσι Βασίλειον γεγραφότα τε Διοδώρῳ, καὶ ἀποδεξάμενον αὐτοῦ τινα τῶν περὶ Τριάδος συνταγμάτων · οὐ γὰρ ἐνανθρωπήσεως εἰπεῖν ἔχουσιν ἄλλους τέ τινας τῶν Πατέρων, ἢ γεγραφότας, ἢ μεμνημένους αὐτοῦ παρεισκυκλοῦσιν.

XXXIX. Isti vero (non enim sunt sapientes, nisi ad nocendum), quia non possunt hæc defendere, objiciunt nobis magnum Basilium, qui ad Diodorum scripserit, et quædam ejus de Trinitate scripta approbaverit : non enim de incarnatione possunt dicere; quosdam etiam Patres qui de eo scripserunt aut meminerunt, circumferunt.

Μ'. Τὸν δὲ Ὠριγένην οὐ θαυμάζουσιν, ὅτι ὁ τῶν θαυμάτων ἐπώνυμος Γρηγόριος, τὸν ἐξιτήριον συντάττων, μυρίους ἐγκωμίων διέξεισιν εἰς αὐτὸν κύκλους. Καὶ τί λέγω Ὠριγένην ; Ὅπου γε καὶ Ἀπολινάριος, ὁ κατὰ διάμετρον αὐτῷ τῆς ἀληθείας ἀποσφαλείς, μυρίας πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὰς γεγενῆσθαι κομπάζει Ἀθανασίου τε τοῦ μεγάλου, καὶ Σαραπίωνος, καί γε τῶν ἄλλων ὅσοι τότε γεγόνασι λαμπροὶ φωστῆρες, καὶ τῆς ἀληθείας πρόμαχοι · εἰ δέ τις τὴν ὅλην μετὰ χεῖρας λάβοι, ἣν ὁ γνώριμος Ἀπολιναρίου Τιμόθεος ἐκκλησιαστικὴν συντάττει ἱστορίαν, οὐδ' ἄλλον τινὰ τοῦ τοσούτου πόνου σκοπὸν εὑρήσει, πλὴν τὴν Ἀπολιναρίου σύστασιν, ἣν ἐκ μυρίων συγκεκρότηκε τῶν ἀπ' αὐτοῦ τε καὶ εἰς αὐτὸν γραφεισῶν τε καὶ ἀντιγραφεισῶν ἐπιστολῶν · οἱ δ' αὐτοί μοι δοκοῦσι καὶ Δημᾶν τάχα συστήσειν ἡμῖν, ὅτι καὶ Παῦλος αὐτὸν Ῥωμαίοις συνέστηκεν, καὶ τὸν Ἰούδαν συντάττειν τῷ χορῷ τῶν ἀποστόλων, πολλάκις τῷ Σωτῆρι συναλισθέντα · ἀλλ' ἀκουέτωσαν καὶ πρὸς ἡμῶν, ὡς εἰ μέλλοιεν τὰς πρός τινας τῶν Πατέρων γεγραμμένας ἐπιστολὰς, πρὸ τῆς ἀληθείας ἀ!δεῖσθαι, οὐ Θεόδωρον ἢ Διόδωρον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλοὺς, καὶ οὓς οὐδ' αὐτοὶ βούλονται, συμπαραδέχεσθαι βιασθήσονται.

XL. Origenem vero non admirantur, quoniam C Gregorius qui a miraculis faciendis cognomentum duxit, in oratione quam in discessu suo composuit, infinitas laudes ejus persequitur. Et quid dico Origenem ? Quandoquidem Apollinarius, qui omnino ex adverso (55) ei a veritate aberravit, gloriatur innumerabiles epistolas ad eum scriptas esse Athanasii magni, et Serapionis, et aliorum, quicunque fuerunt tunc fulgentia sidera, et veritatis propugnatores : et si quis in manus sumat ecclesiasticam historiam quam Timotheus Apollinarii discipulus composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinarii, quam ex eo collegit, quod ab ipso et ad ipsum infinitæ epistolæ scriptæ et rescriptæ essent : qui mihi videntur eadem ratione Demam nobis D commendaturi, quia Paulus eum Romanis commendavit; et Judam choro apostolorum adnumerare, quia sæpe cum Salvatore cibum sumpsit : sed audiant a nobis, quod si scriptis epistolis majorem reverentiam, quam veritati adhibere volunt, non solum Theodorum aut Diodorum, sed et alios multos, et quos nec ipsi volunt, comprobare cogentur.

ΜΑ'. Οἷον δὲ αὐτῶν κἀκεῖνο · Ἐφ' οἷς γάρ, φησὶν, εὐθύνετε Θεόδωρον ἢ Διόδωρον, καὶ τοὺς λοιποὺς Πατέρας ὑπαιτίους εὑρίσκομεν. Καὶ προφέρουσιν

XLI. Quale præterea est illud, in quibus, inquit, corrigitis Theodorum aut Diodorum, in eisdem etiam reliquos Patres reos esse reperimus. Et pro-

(55) *Qui omnino ex adverso.* Etiam hinc liquet Leontium Origenis sectatorem non fuisse, saltem cum hæc scriberet; cum Origenem errorum arguat. Tur.

ferunt nobis ex Serapione quidem illud, Deus hominem induit; ex Basilio autem, homo deifer; illud utrumque ex Gregoriis, quorum alter quidem dixerit : Dicatur Deus non Verbi, sed ejus qui cernebatur; alter vero : Et servi livores circa quem Dominus; et quasdam reliquorum Patrum similes voculas veluti unguibus corradunt, cujusmodi est, *Suscepit*, *assumpsit*, *induit*, et *duplex erat*, et alia ejusmodi, quæ differentiam naturarum Christi secundum substantiam unitarum declarant. Et præter cætera omnia, Cyrilli hypostases, et hominem ex Maria, et templum ex Virgine. Deinde mistionem et commistionem et naturalem cohæsionem, et deificationem, et sanguinem Dei, et crucem, et passionem; et quod plus est, secundum Verbi secundum carnem generationem; cum iidem alioqui dicant, non tamen isti audiunt.

A ἡμῖν Σαραπίωνος μὲν τὸ, ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον περιεβάλετο · Βασιλείου δὲ τὸ, ὁ θεοφόρος ἄνθρωπος · Θεὸς λέγοιτο ἂν οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δὲ, τοῦ [δὲ] φάσκοντος, καὶ τοῦ δούλου τοὺς μώλωπας, περὶ ὃν ὁ Δεσπότης · τῶν τε λοιπῶν Πατέρων τοιαῦτά τινα περιονυχίζοντες ἀποξέουσι λεξείδια · οἷόν ἐστι τό τε *ἀνέλαβε*, καὶ *προσείληφε*, καὶ *ἐνεδύσατο*, καὶ τὸ, *διπλοῦς γὰρ ἦν*, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῆς διαφορᾶς ὄντα δηλωτικὰ τῶν οὐσιωδῶς ἡνωμένων φύσεων τοῦ Χριστοῦ. Ἐπὶ πᾶσι δὲ Κυρίλλου τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἐκ Παρθένου ναόν. Τὴν δὲ κρᾶσιν καὶ ἀνάκρασιν συμφυΐαν τε καὶ θέωσιν, αἷμά τε Θεοῦ, καὶ σταυρὸν, καὶ πάθος, καὶ θάνατον, καὶ πρὸ τούτων δευτέραν τοῦ Λόγου κατὰ σάρκα γέννησιν, τῶν αὐτῶν λεγόντων οὐκ ἐπαΐουσι.

B

Et quid opus est dicere de unione secundum substantiam, et de hypostasi duarum naturarum, quibus nihil est magis unum, et naturaliter cohærentius? Primum igitur, illud est consideratione dignum, quod non est nobis de vocibus controversia, sed de modo totius mysterii Christi. Hoc autem non simpliciter ex hac aut illa voce, aut ex quibusdam verbis est approbandum aut accusandum, sed ex primis principiis. Circa hæc enim omnis hæresis controversatur. Post principia enim omnes inter se de vocibus conveniunt, ita ut ipsarum Scripturarum voces sibi vindicent eas ad proprium scopum accommodantes. Quæ vero sunt horum principia? modus scilicet unionis secundum substantiam, et secundum habitudinem factus; ut esset in humanitate perfecta Verbum quod in nobis homo interior secundum Apostolum συνυφεστὼς, id est, consubsistens, et ad totius definitionem pertinens post unionem, sicut Patres qui Paulum Samosatensem deposuere, enuntiarunt.

Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς κατ' οὐσίαν καὶ οὐσιώδως ἑνώσεως, τήν τε μίαν ὑπόστασιν τῶν δύο φύσεων, ὧν οὐδὲν ἑνικώτερον ἢ συμφυέστερον; Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο σκοπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐ περὶ λέξεών ἐστιν ἡμῖν τὸ ἀμφισβητούμενον, ἀλλὰ περὶ τοῦ τρόπου τοῦ ὅλου κατὰ Χριστὸν μυστηρίου. Τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς ἐκ τῆσδε ἢ τῆσδε τῆς λέξεως, ἢ ἐνίων ῥημάτων ἔστιν ἐγκρίνειν, ἢ διαγράφεσθαι, ἀλλ' ἐκ τῶν πρώτων ἀρχῶν. Περὶ γὰρ ταύτας πᾶσα αἵρεσις διαστασιάζει, ἐπεὶ μετὰ τὰς ἀρχὰς πάντες πᾶσι κατὰ τὰς λέξεις συμφέρονται, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν Γραφῶν τὰς λέξεις σφετερίζεσθαι, πρὸς τὸν οἰκεῖον ταύτας σκοπὸν ἐφαρμόζοντας. Τίνες δέ εἰσιν C αἱ τούτων ἀρχαί; ὁ τρόπος δηλαδὴ τῆς ἑνώσεως, οὐσιωδῶς ἀλλ' οὐ σχετικῶς γεγονώς · ὡς εἶναι ἐν τῇ τελείᾳ ἀνθρωπότητι τὸν Λόγον, ὅπερ ἐν ἡμῖν ὁ ἔσω ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἀπόστολον *συνυφεστὼς*, καὶ εἰς τὸν τοῦ ὅλου ὅρον συντελῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καθὰ καὶ οἱ τὸν Σαμοσατέα στηλιτεύσαντες Πατέρες ἀπεφήναντο.

Sed neque eos qui e contrario nobis stant contra veritatem, qui voces sibi, ut arbitrantur, aptas proferunt, curamus, tanquam eis nos utentes cum ipsis, aut fictionem naturæ, aut confusionem profiteamur, neque quæ a nobis ipsis proferuntur, ad defendendam, quam putatis, fictionem divinitatis, aut vanam spem vestram in homine puro, tanquam a Patribus prolata, admittimus; quia, ut dixi, non de vocibus nobis est disceptatio, sed de ipsis rebus, et harum unione, et naturali cohæsione, quam Patres secundum substantiam factam esse senserunt : vos autem secundum habitudinem et voluntatem eam introducitis : et ista unione anthropolatriam per vim munitis, quo quid esse potest magis impium? Solius enim impietatis Pauli, Marcelli, Photini, Nestorii et Theodori erat sic sentire, qui aperte Christum hominem tantum esse definierunt : quod quidem unusquisque private, et in commune omnes divini Ecclesiæ magistri concordi sententia accusarunt et exploserunt; ac maxi-

Ἀλλ' οὔτε τῶν ἐκ διαμέτρου ἡμῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἱσταμένων, τὰς, ὡς οἴονται, ἁρμοττούσας αὐτοῖς προφερόντων ἐπιστρεφόμεθα · ὡς ἐντεῦθεν τὴν δόκησιν καὶ τὴν φαντασίαν, ἢ τὴν τροπὴν καὶ τὴν σύγχυσιν, μετ' αὐτῶν ἡμᾶς πρεσβεύειν · οὔτε δὲ παρ' ὑμῶν αὐτῶν, ὡς ἂν οἰησθε, εἰς συνηγορίαν τῆς κατὰ τὴν θεότητα φαντασίας, ἢ τῆς κατὰ τὸν D ψιλὸν ἄνθρωπον, ὑμῶν ματαίας ἐλπίδος, ὡς ἐκ τῶν Πατέρων προφερόμενα προσιέμεθα · ἐπειδήπερ, ὡς ἔφην, μὴ περὶ λέξεων ἡ διαμάχη ἐστὶν ἡμῖν, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων ἑνώσεώς τε καὶ συμφυΐας, ἣν οἱ Πατέρες οὐσιωδῶς γεγενῆσθαι ἐφρόνησαν, ὑμεῖς δὲ σχετικήν τε καὶ γνωμικὴν ταύτην εἰσάγετε, καὶ διὰ ταύτης τὴν ἀνθρωπολατρείαν κρατύνειν βιάζεσθε · οὗ τί ἂν γένοιτο ἀσεβέστερον; Τῆς γὰρ Παύλου καὶ Μαρκέλλου, Φωτεινοῦ τε καὶ Νεστορίου καὶ Θεοδώρου δυσσεβείας μόνης τὰ τοιαῦτα φρονεῖν, τῶν ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ἄντικρυς διορισαμένων, ἅπερ ἰδίᾳ τε ἕκαστος, καὶ κοινῇ πάντες οἱ θεηγόροι τῆς

Ἐκκλησίας μυσταγωγοί, ὁμόφρονιν ἀποφάσεσι διέγραψάν τε καὶ ἀπεκήρυξαν· καὶ μάλιστα ἡ τελευταία πασῶν, καὶ τῶν πρὸ αὐτῆς ἁγίων συνόδων σφραγὶς γενομένη κατὰ τὴν Χαλκηδονέων, ἣ καὶ τὸν ὑμέτερον τῆς ἀσεβείας πρόβολον τέλεων καταλέλυκεν, τό τε τῆς πίστεως σύμβολον κρατύνας, καὶ τὸν τῆς ἀσεβείας ὑμῶν καθαιρέτην, λαμπραῖς ἀνακηρύξασα ταῖς εὐφημίαις, καὶ τὸν ὄντως Λέοντα κατὰ τῆς δολερᾶς Εὐτυχέος ἀλώπεκος ἐξαναστάντα δικαίως, καὶ τὴν κρυπτομένην ἀσέβειαν, τοῖς ἐλεγκτικοῖς διασπάσαντά τε καὶ νεκρώσαντα λόγοις, ταῖς πρεπούσαις αὐτῷ κατεστεφάνωσαν δόξαις.

A me postrema omnium synodorum antegressarum sigillum et obsignatio, quæ vestrum propugnaculum impietatis funditus evertit, et symbolum fidei roboravit, atque vestræ impietatis eversorem, illustribus præconiis prædicavit vere Leonem, qui contra Eutychem dolosam vulpem juste surrexit, et abditam impietatem confutationibus dissipavit et exstinxit; quem synodus laudibus quæ eum decebant, celebravit.

ΜΒ'. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, φασὶ, κατεκρίθησαν. Τούτων δὲ οὐδεὶς κατέγνω τοῦτο, ὦ βέλτιστοι, οὐκ ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς ἔσχον ἀμέμπτου, ἀλλ' ἐκ τοῦ σφόδρα τὸ λαθεῖν ἐπιτηδεῦσαι· οὐ γὰρ εἰς πολλοὺς ἐκφαίνειν ὑπέμενον τὴν ἀσέβειαν, ὅτι μηδ' ἀσφαλὲς αὐτοῖς τοῦτο ἐγίνωσκον. Καὶ ὅλως ἡ τῶν Ἀρειανῶν τότε φλεγμαίνουσα αἵρεσις, καὶ ὥσπερ ἀγρία φλὸξ νεμομένη τὰς Ἐκκλησίας, σχολὴν μὲν παρεῖχε πολλοῖς, ἀτὰρ δὴ Ἀπολιναρίῳ, τέως αὖ καὶ Μακεδονίῳ τὸ βλασφημοῦσι λανθάνειν. Καὶ τὸ τῆς ἰατρικῆς ἐστι καλῶς ἐνταῦθα λέγειν, ὡς δύο πόνων ἐπικρατούντων ἐν σώματι, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἐλάττονα. Ταύτῃ γὰρ καὶ Ἀπολινάριος ὥσπερ τις σπλὴν ηὔξανεν (ἵνα κατὰ τὸν ὑμέτερον ὑποφήτην εἴπω, καί τι κἀν τοῖς ἐλέγχοις ὑμῖν χαρίσωμαι), ἐν τῇ τοῦ ὅλου σώματος κακοπραγίᾳ, τὸ παρὰ φύσιν προσκτώμενος μέγεθος. Τῷ αὐτῷ δὴ παραδείγματι καὶ τὸ ὑμέτερον παραβάλλειν ἔχω. Ἡ γὰρ τῶν Πατέρων περὶ τὰ ἀναγκαιότατα, καὶ μάλιστα κατεπείγοντα σπουδὴ, λαθεῖν τοὺς ὑμετέρους τῆς ἀσεβείας προγόνους παρεσκεύασεν, καὶ μάλιστα πλαττομένους τὴν ἐν τοῖς περὶ Τριάδος σὺν αὐτοῖς ἀγωνίαν καὶ ἀντιπαράταξιν, καὶ ἐντεῦθεν κλέπτοντάς τε τὴν εὔνοιαν, καὶ τῷ τῆς ὁμοφροσύνης προσχήματι τὸ λαθεῖν προπίνοντας. Δυσφώρατον γὰρ ἡ πονηρία, εὐνοίας προσωπεῖῳ κεκαλυμμένη.

XLII. At illi quidem, inquiunt isti, damnati sunt, horum vero nullus. Hoc, o boni viri, non ex innocentia reportarunt, sed ex nimio studio quod, ut laterent, adhibuerunt: non enim patiebantur efferri in vulgus impietatem, quia neque sibi tutum esse sciebant. Præterea Ariana tunc hæresis fervens, et tanquam vehemens flamma Ecclesias depascens, multis otium dedit ad latendum interea, ut Apollinario et Macedonio impiis. Convenit hic illud in arte medicinæ tritum dicere: Cum duo morbi in corpore dominatum obtinent, vehementior obscurat minorem. Hac ratione et via Apollinarius tanquam quidam splen crevit (ut secundum vestrum doctorem dicam, et aliquid etiam in arguendo vobis largiar), in totius corporis ægrotatione magnitudinem præter naturam capiens. Eodem exemplo possum vestra conferre. Studium Patrum in maxime necessariis et maxime urgentibus rebus occupatum, fecit, ut vestræ impietatis parentes et auctores laterent, præsertim cum in iis quæ ad Trinitatem pertinebant fingerent se una cum ipsis adversus hostes Trinitatis pugnare; et eo modo benevolentiam simularent, specie ac simulatione idem sentiendi latebras sibi præparantes. Difficillima enim res est ad deprehendendum malitia, simulatione benevolentiæ tecta.

ΜΓ'. Ἐπεὶ ἐν τῳ κατὰ τὸν δυστυχέστατον Νεστόριον ἀναθέματι (δυστυχὴς γάρ ἐστιν ὄντως, μόνος τοῦ φόνου τὴν δίκην ὑποσχὼν, παρ' ἄλλων, ᾗ φασι, τὸ ξίφος κεκομισμένος) καὶ αὐτοὶ συνεκβέβληνται. Ἐν γὰρ τῷ μαθητῇ, τῷ, ὡς ἡ Γραφή φησι, κατηρτισμένῳ κατὰ τὸν διδάσκαλον, τοὺς ἑαυτῶν πόνους ἐδρέψαντο. Καίτοι καὶ εἴ τοῦτο ζητοίη τις, εὑρήσει καὶ αὐτοὺς, ὡς Γραφὴν ἔσχον παρά τε ἑτέρων συχνῶν, καὶ τῶν ζηλωτικωτάτων κατὰ τῆς ἡμῶν ἀσεβείας, Κυρίλλου τε καὶ Πρόκλου. Ὧν ὁ μὲν ὅλην γραφὴν κατ' αὐτῶν πεποίηκεν. Εἰ καὶ ἀπολογήσασθαί τινες ὑπέμειναν ἀπολογίαν μείζονα τῆς κατ' αὐτῶν κατηγορίας εἰσάγουσαν ὑπόθεσιν· ὁ δὲ τὴν πρὸς Ἀρμενίους συνοδικὴν γράφων ἐπιστολὴν, ταύτῃ τῶν βλασφημιῶν Θεοδώρου κεφάλαια εἰς ἔλεγχον αὐτοῦ τῆς ἀσεβείας ὑπέταξεν. Τί γὰρ δεῖ λέγειν περὶ τοῦ ἁγίου Ῥαββούλου, τοῦ ἐπισκόπου Ἐδέσσης, ἀνδρὸς, ὡς φασι, προφήτου; οὗ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸν ἔλεγχον ἐπειδὴ μὴ ἤνεγκαν οἱ τότε τῆς δυσσεβείας Θεοδώρου ζηλωταὶ, μετὰ τοὺς μυ-

XLIII. Verum in anathemate infelicissimi Nestorii (vere enim infelix est, qui solus cædis suppliciurn sustinuit, cum ab aliis pugionem tulisset) ipsi simul ejecti sunt. In discipulo enim perfecto, qui, ut ait Scriptura, sicut magister ejus est, fructus laborum suorum decerpserunt. Tametsi hoc si quis inquirat, reperiet eos accusatos cum ab aliis multis frequenter, tum ab ardentissimis impietatis vestræ insectatoribus Cyrillo et Proclo. Ex quibus ille totam accusationem contra eos instruxit. Quamvis quidam defensionem scribere voluerunt, quæ copiosius argumentum accusationis afferebat. Hic autem, id est Proclus, epistolam ad Armenios scripsit. Hnic epistolæ subjecit capita blasphemiarum Theodori ad ostendendum illius impietatem. Quid autem opus est dicere de sancto Rhabulo (54-56), episcopo Edesseno, viro, ut aiunt, propheta? cujus fiduciam atque confutationem postquam qui tunc erant impietatis Theodori sectatores, pati non potuerunt, post multa pericula illius, dolo aggrediuntur, uni

(54-56) *Rhabulo.* Hunc alii vocant *Rabulam.* Tur.

ex iis qui intus erant, negotio commisso. Si igitur hac via vobis persuaserimus, et tandem mutari volueritis, veritatem magis quam personas honorantes, hoc melius, et Deo gratias agemus: sin minus, vos quidem deflebimus fletu et lamentis dignos; nos vero faciemus, ut ipsi ex Deo pendeamus, et in beata spe nixi, nunquam desistemus ab ea quam Patres nostri habuerunt, et hanc amantissime per successores interjectos nobis transmiserunt et tradiderunt: hoc solum lucri a nobis reportantes, ut depositum eorum sine offensione custodiamus, quod Ecclesia sancta sine immutatione et accessione custodire perseverat, et perseverabit usque ad magnum et illustrem adventum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

A ρίους ἐκείνους κινδύνους, δόλῳ μετῆλθον, ἐνὶ τῶν ἔνδον τὸ δρᾶμα πιστεύσαντες. Εἰ μὲν οὖν ταύτῃ πείσομεν ὑμᾶς, καὶ μεταβάλοισθε ὀψὲ γοῦν, ἀλήθειαν προτιμῶντες προσώπων, τοῦτ' ἄμεινον, καὶ τῷ Θεῷ χάρις· εἰ δ' οὔ, ἀλλ' ὑμᾶς γε δακρύσομεν, θρήνων καὶ ὀδυρμῶν ὄντας ἀξίους· ἡμᾶς δ' αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ τε ἀναρτήσομεν, καὶ τῶν μακαρίων ἐλπίδων ἐχόμενοι, οὗ ποτε λήξομεν ὧν τε ἔσχον οἱ Πατέρες ἡμῶν, καὶ ἡμῖν ταύτας φιλανθρώπως λίαν διὰ τῶν ἐν μέσῳ παρέπεμψαν καὶ μεταπαρέδοσαν, τοῦτο μόνον παρ' ἡμῶν ἐκδιδάζοντες, ἀπρόσκοπον αὐτῶν φυλάττειν τὴν παραταθήκην· ἀμείωτόν τε καὶ ἀπλήθυντον φυλάττουσα ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία διατελεῖ, καὶ διατελέσει μέχρι τῆς μεγάλης ἐπιφανείας τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ B Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Prologus auctoritatum Theodori (57), *et aliorum hæreticorum.*

Ex blasphemiis Theodori pauca ex multis proponere studuimus, ad ostendendum fatuitatem ejus absurdam circa dogma, ut ex his fidem faciamus, nihil contra eum nos finxisse, aut contra eos qui cum eo sentiunt. Si enim facile esset scripta ejus reperire, non pigeret nos, in omnibus capitibus de quibus eum accusavimus, ipsum illum testem producere. Quia vero nos vix et magno labore, C et multis cogitationibus usi librum ejus contra incarnationem reperire potuimus; vehementer enim observant, et cavent ne illius libros cum iis qui non sunt in illis instituti, communicent; ob hanc causam ea solum quæ contra incarnationem Salvatoris dixit, nunc colligere potuimus: si quis vero non adhibuerit fidem, et ei vacat et est animus, quærat quæ vane elaboravit in Genesim et in librum contra Job, et pravam interpretationem in Epistolam ad Hebræos, et in Epistolam ad Corinthios, et ad Galatas, et quæ contra Magusæos scripsit, et præmeditationem excæcantem in sacros Psalmos, et quæ pro Eunomio contra Basilium scripsit. Sic ego voco totam ejus apologiam omni D accusatione plenam: item enarrationes turbidas et blasphemas in Evangelium Matthæi, Joannis et Lucæ, et ipsorum sanctorum apostolorum et evangelistarum superbas quas ausus est, reprehensiones,

Πρόλογος τῶν ὑποκειμένων χρήσεων Θεοδώρου αἱρετικοῦ.

Ἐκ τῶν βλασφημιῶν Θεοδώρου ὀλίγα ἐκ πολλῶν, εἰς ἔνδειξιν τῆς ὅλης αὐτοῦ περὶ τὸ δόγμα σκαιότητος παραθέσθαι ἐσπουδάσαμεν, ἵνα ἐκ τούτων καὶ περὶ τῶν λοιπῶν πιστωσώμεθα, ὡς οὐδὲν αὐτοῦ κατεψευσάμεθα, ἢ τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων. Εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε ἦν εὐκόλως εὑρεῖν τὰς πάσας αὐτοῦ συντάξεις, οὐκ ἂν ὠκνήσαμεν περὶ πάντων τῶν κεφαλαίων ὧν αὐτὸν ἐγραψάμεθα, αὐτὸν ἐκεῖνον ποιήσασθαι μάρτυρα. Ἐπειδὴ δὲ μόλις καὶ μετὰ πολλοῦ κόπου ἐπινοιῶν τε μυρίων τὴν κατὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ βίβλον εὑρεῖν δεδυνήμεθα (σφόδρα γὰρ παραπεφυλαγμένως τὰ αὐτοῦ τοῖς ἀμυήτοις ἐκδιδόναι θαῤῥοῦσι), τούτου ἕνεκεν τὰ κατὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος αὐτῷ εἰρημένα μόνα, ἐν τῷ παρόντι συλλέξασθαι δεδυνήμεθα· εἰ δέ τις ἀπιστήσει, ἄγοι δὲ ὅλως σχολὴν καὶ προθυμεῖται, ζητησάτω αὐτοῦ τάς τε εἰς τὴν γένεσιν ματαιοπονίας, καὶ τὴν κατὰ τοῦ Ἰὼβ βίβλον, τήν τε παρεξήγησιν ἣν εἰς τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν πεποίηται, καὶ μὴν καὶ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους καὶ Γαλάτας, τά τε κατὰ Μαγουσαίων αὐτῶν συγγραφέντα, καὶ τὸν κατὰ τῶν ἱερῶν Ψαλμῶν τυφλοποιὸν προθεωρίαν, τά τε ὑπὲρ Εὐνομίου κατὰ Βασιλείου τοῦ πάνυ (οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὴν πάσης κατηγορίας μεστὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογίαν)· τάς τε εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην καὶ μέντοι γε Λουκᾶν τεθο-

(57) *Prologus auctoritatum Theodori.* Bene factum, quod Leontius impii Theodori impia dogmata commemoraturus, se et lectorem suum præmunit. Similia Theodori dogmata prodiderunt ex ipsis Theodori libris, cum alii, tum Pelagius pontifex in Epistola secunda ad episcopos Istriæ, ubi inter cætera ista leguntur: *Hæc de innumeris pauca prætulimus, ut quasi per foramen angustum, quam nimium barathrum intus lateret, monstraremus: ecce quales plusquam decem millia libros Theodorus scripsisse perhibetur. Pensate, quæso, si non tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conscripsit? sed hæc illius dicta quæ prolata sunt, utrum ejus sint, fortasse dubitatur. Patrum, si placet, scripta proferamus. Armeniæ quippe episcopi Proclo Constantinopolitanæ urbis episcopo libellos contra Theodorum perrigentes, dicunt:* « *Fuit autem aliquis pestis homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema et nomen episcopi habuit, in angulo et ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopsuestano Ciliciæ secundæ vel oppido, vere quidem et principaliter a Paulo Samosateno descendens, licet Photino et cæteris hæresiarchis in libro De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi in toto suo proposito ipsis verbis inveniatur usus.* » Hæc et plura alia in suis litteris Pelagius pontifex, consentientia cum his, quæ Leontius adducit ex Theodoro, a quo Nestorius suam impietatem hausit, Theodorus autem a Diodoro Tarsensi, omnesque a Paulo Samosatensi, ut productis testimoniis copiose demonstrat Leontius. Tur.

λωμένας ἐξηγήσεις καὶ βλασφημίας, καὶ κατ' αὐτῶν δὲ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν ὑπερηφάνους καὶ ἀποτετολμημένας μέμψεις, τά τε ἄλλα αὐτοῦ, ἵνα μὴ τὸ καθ' ἓν λέγω, συντάγματα, ὄψεται βυθὸν ἀσεβείας πάσης τῆς Μαρκίωνος καὶ Βαλεντίνου, πρὸς δὲ καὶ τῆς πηγῆς τῶν κακῶν τοῦ Μάνεντος λέγω, βδελυκτοτέραν τε καὶ ἀθεοτέραν γνώμην τε καὶ ἐγχείρησιν. Ἡμεῖς δὲ, ὡς ἔφαμεν, τοῦ μὴ δόξαι πάντη ἀμάρτυρα τὰ κατ' αὐτοῦ λεγόμενα καταλιπεῖν, πολλαῖς, ὡς ἔφην, ἐπινοίαις τε καὶ μεθόδοις χρησάμενοι, μόνον τὸ κατὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτῷ συνταχθὲν εὑρεῖν ἰσχύσαμεν, ἀφ' οὗ καὶ ταύτας τὰς χρήσεις παραθέσθαι ἐσπουδάσαμεν. Εἰ δὲ Θεὸς ἐπιτρέποι, καὶ ὁ χρόνος ἡμᾶς μὴ ἐπιλείποι, ἑτέραν κατ' αὐτοῦ σύνταξιν ποιησόμεθα, ἐν ᾗ κατὰ σχολὴν ἑκάστην αὐτοῦ ἀσέβειαν ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων συλλεξάμενοι, πρὸς τίνα τε τῶν παρ' ἐκείνοις χρήσεων δείξομεν. Καὶ μὴν καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ φρενοβλάβειαν, καὶ ἣν πρὸς πάντας τοὺς ἁγίους ἔχει Πατέρας, περὶ πάντα ἐναντίαν γνώμην ἐκ τῶν ἱερωτάτων αὐτοῦ πονημάτων ἐπιδείξομεν· ἀντιῤῥητικαῖς τε πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τούτοις χρησόμεθα ἀνασκευαῖς. Τὸ δὲ νῦν ἀρκεσθήσομαι τῇ κεφαλαιωδεστέρᾳ κατ' αὐτοῦ γενομένῃ γραφῇ, ἵνα μὴ πάντη λανθάνων βλάπτῃ τοὺς ἁπλουστέρους· γινώσκοιεν δὲ καὶ οἱ ἐζηλωκότες αὐτὸν, ὡς τοῦτον συνιστάναι ἀξιοῦσιν, οὗ μηδὲ τῆς ἀσεβείας ἔστιν ἐφικέσθαι ῥᾳδίως καὶ τὸν πάνυ προθυμούμενον. [Ang. Mai. *Script. vet. Collect.* VI, p. 299.]

A et alia ejus opera, ne singula enumerem; et videbit profundum omnis impietatis Marcionis et Valentini, adde etiam exsecrabiliorem, et magis impiam sententiam, et susceptum scelestius, quam Manichæi, fontis malorum: nos vero, ut diximus, ne videremur, quæ contra eum a nobis dicuntur, sine testibus dicta relinquere, multis viis et cogitationibus usi, solum quod contra incarnationem composuit, reperire potuimus. Si autem Dominus permiserit, et tempus nos non deficiet, alium librum contra eum componemus, in quo per otium unamquamque impietatem ejus ex ipsius libris colligemus, et cum quo ex hæreticis unaquæque cognationem habeat, et auctoritatibus ejus demonstrabimus. Quinetiam totam ejus amentiam, et quam B habeat contra omnes Patres sententiam in omnibus contrariam eis et sanctissimis, ejus operibus ostendemus. Ad hæc, confutationibus adversus eum utemur. Nunc autem contentus ero accusatione brevi contra eum composita, ne, penitus latens, simplicioribus noceat; cognoscantque qui eum sectantur, hunc se commendare et defendere, cujus nec impietatem facile est assequi, vel si quis maxime velit.

Allatis hic permultis Theodori Mopsuesteni auctoritatibus, quas, quia exstant inter Opera Theodori, hujus *Patrologiæ* t. LXVI, col. 672, prætermisimus, hæc addit Leontius:

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἀσεβὴς Θεόδωρος, κατὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λυττήσας ἐβλασφήμησεν, ἄλλον εἶναι λέγων τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον Ἰησοῦν τὸν Χριστόν· καὶ τὸν μὲν εὐεργετοῦντα, τὸν δὲ εὐεργετούμενον· καὶ τὸν μὲν σώζοντα, τὸν δὲ σωζόμενον. Ὁ δὲ ταῦτα λέγων, φανερῶς ἀρνεῖται τὴν διὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ προσγενομένην ἡμῖν σωτηρίαν. Ὁ γὰρ παρ' ἄλλου εὐεργεσίαν λαβὼν, ἤτοι σωθείς, ἑτέρους πῶς δύναται σώζειν; Οἱ τοίνυν ταῦτα φρονοῦντες, τίνος οἴονται σῶμα καὶ αἷμα μεταλαμβάνειν; τοῦ εὐεργετήσαντος, ἢ τοῦ εὐεργετηθέντος; Ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ εὐεργετήσαντος Θεοῦ Λόγου, πῶς τοῦτο λέγουσι, μὴ ὁμολογοῦντες αὐτὸν σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι; Εἰ δὲ τοῦ εὐεργετηθέντος, ματαία αὐτῶν ἡ ἐλπὶς, ἀνθρωπολατρείαν πρεσβευόντων· καὶ εἰς ἄνθρωπον τὰς ἐλπίδας ἔχοντες, ἐπικατάρατοί εἰσιν, ὅτι ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

C Atque hæc quidem impius Theodorus, rabie in magnum Deum et Salvatorem nostrum Jesum Christum percitus, blaspheme scripsit, dicens alium esse Deum Verbum, et alium Jesum Christum: illum beneficio afficientem, hunc beneficio affectum; illum salvum facientem, hunc salvum factum. Qui autem hæc dicit, manifesto negat salutem per Christum allatam. Qui enim ab alio beneficium accipit, id est, qui factus est salvus, quomodo poterit alios salvos facere? Qui hæc sentiunt, cujus corpus et sanguinem se putant in communione sumere, ejus qui beneficium contulit, an qui beneficium accepit? Si Dei Verbi beneficium conferentis, quomodo hoc dicunt, non confitentur eum incarnatum esse? Si vero beneficium accipientis, inanis est eorum D spes anthropolatriam profitentes. Et qui in homine spem collocant, maledicti sunt: qui coluerunt et servierunt creaturæ præter Creatorem, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, καὶ τοῦ πρωτάρχου τῆς ἀσεβείας αὐτῶν γενομένου ὀλίγας παραθέσθαι χρήσεις, δι' ὧν συμπεπλεγμένους αὐτοὺς κατὰ τὴν ἀσέβειαν κατιδεῖν ἔξεστιν.

Necessarium existimavi, ejus qui fuit princeps auctor hujus impietatis, paucas auctoritates apponere, ex quibus licet perspicere, connexos fuisse ipsos in hac impietate.

Διοδώρου ἐκ τοῦ κατὰ συνουσιαστῶν λόγου α'.

Diodori ex libro I *Contra Synusiastas.*

« Ἀσφαλίζεσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν τῶν δογμάτων ὑμᾶς ἐνάγομεν. Τέλειος πρὸ αἰώνων ὁ Υἱός· τέλειον τὸν ἐκ Δαβὶδ ἀνείληφεν Υἱὸς Θεοῦ υἱὸν Δαβίδ. Ἐρεῖς

« Hortor vos, ut muniti sitis et firmi ad diligentem cognitionem dogmatum. Perfectus ante sæcula Filius; perfectum, quod ex David assumpsit,

Filius Dei, filius David. Dices mihi, Duos igitur filios prædicas ? Duos filios David non dico ; non enim dixi Deum Verbum filium David. Sed neque duos filios Dei secundum substantiam dico : nec enim dico duos ex substantia Dei, cum dico Deum Verbum ante sæcula habitasse in genito ex semine David. »

A μοι · Δύο οὖν υἱοὺς κηρύττεις ; Δύο υἱοὺς τοῦ Δαβὶδ οὐ λέγω · μὴ γὰρ εἶπον τὸν Θεὸν Λόγον υἱὸν Δαβίδ · ἀλλ' οὐδὲ δύο υἱοὺς τοῦ Θεοῦ κατ' οὐσίαν λέγω· μὴ γὰρ δύο φημὶ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας, τὸν πρὸ αἰώνων Θεὸν Λόγον λέγων κατῳκηκέναι ἐν τῷ ἐκ σπέρματος Δαβίδ. »

Ejusdem ex eodem libro.

« Gratia Filius homo ex Maria natus; natura autem Deus Verbum : illud gratia et non natura; hoc autem natura et non gratia. Sufficiet corpori ex nostro genere filiatio secundum gratiam, gloria, immortalitas; et quod templum Dei Verbi factum est, ne elevetur supra naturam; et Deus Verbum loco actionis gratiarum quam debemus, ne contumelia afficiatur : et quæ contumelia, componere eum cum corpore, et existimare opus illi esse corpore ad perfectam filiationem ? Nec enim ipse Deus Verbum vult esse filius David, sed Dominus. Corpus vero vocari filium David non modo non invidit, sed propter hoc venit. »

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

« Χάριτι Υἱὸς ὁ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος, φύσει δὲ ὁ Θεὸς Λόγος · τὸ μὲν χάριτι καὶ οὐ φύσει, τὸ δὲ φύσει καὶ οὐ χάριτι · ἀρκέσει τῷ ἐξ ἡμῶν σώματι, τὸ τῆς κατὰ χάριν υἱότητος, τὸ τῆς δόξης, τὸ τῆς ἀθανασίας · ὅτι ναὸς τοῦ Θεοῦ Λόγου γέγονεν, μὴ ὑπὲρ φύσιν ἀναγέσθω · καὶ ὁ Θεὸς Λόγος ἀντὶ τῆς παρ' ἡμῶν ὀφειλομένης εὐχαριστίας μὴ ὑβριζέσθω. Καὶ B τίς ἡ ὕβρις τοῦ συντιθέναι αὐτὸν μετὰ τοῦ σώματος, καὶ δεῖσθαι νομίζειν εἰς τελείαν υἱότητα τοῦ σώματος ; οὐδὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος βούλεται ἑαυτὸν τοῦ Δαβὶδ εἶναι υἱὸν, ἀλλὰ Κύριον. Τὸ δὲ σῶμα καλεῖσθαι τοῦ Δαβὶδ Υἱὸν, οὐ μόνον οὐκ ἐφθόνησεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο παραγέγονεν. »

Et post alia : « Et quando de generationibus secundum naturam fuerit sermo, ne filius Mariæ putetur Deus Verbum ; mortalis enim mortalem generat secundum naturam, et corpus generat consubstantiale. Et duas generationes Deus Verbum non sustinebat, unam ante sæcula, alteram posterioribus temporibus. »

Καὶ μεθ' ἕτερά · « Καὶ περὶ τῶν κατὰ φύσιν γεννήσεων ὅτ' ἂν ᾖ λόγος, μὴ τῆς Μαρίας υἱὸς ὁ Θεὸς Λόγος ὑποπτευέσθω · θνητὸς γὰρ θνητὸν γεννᾷ κατὰ φύσιν, καὶ σῶμα τὸ ὁμοούσιον. Καὶ δύο γεννήσεις ὁ Θεὸς Λόγος οὐχ ὑπέμεινε, τὴν μὲν πρὸ αἰώνων, τὴν δὲ ἐν ὑστέροις καιροῖς. »

Ejusdem Diodori ex eodem libro.

« Si quis voluerit Filium Dei Deum Verbum nominare καταχρηστικῶς, id est per abusionem, filium David propter templum Verbi Dei ex David, nominet : et genitum ex semine David Filium Dei gratia, et non natura vocet : non ignorans patres naturales, nec ordinem pervertens, neque dicens incorporeum, et ante sæcula esse ex Deo et David, passum et impassibilem. »

Τοῦ αὐτοῦ Διοδώρου ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

« Εἴ τις βούλοιτο καταχρηστικῶς, καὶ τὸν Υἱὸν C τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν Λόγον, υἱὸν Δαβὶδ ὀνομάζειν, διὰ τὸν ἐκ Δαβὶδ τοῦ Θεοῦ Λόγου ναὸν, ὀνομαζέτω· καὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ χάριτι καὶ οὐ φύσει προσαγορευέτω, τοὺς φυσικοὺς πατέρας οὐκ ἀγνοῶν, οὐδὲ τὴν τάξιν ἀνατρέπων, οὐδὲ τὸν ἀσώματον λέγων καὶ πρὸ αἰώνων ἐκ Θεοῦ καὶ ἐκ Δαβὶδ, καὶ πεπονθότα καὶ ἀπαθῆ. »

Ejusdem ex eodem libro.

« Filius Dei propter nullum ; natura enim Filius ; caro Filius propter Filium ; et quid dico propter Filium ? Propter nos caro. Et ne existimetis blasphemum esse verbum, petite demonstrationes. Si homines non peccassent, non opus fuisset lege : *Justo* (enim) *non est posita lex* [61]. Si non auxissent peccatum qui erant in lege, non opus fuisset gratia. Nonne quia non poterat lex peccatum occidere, nonne propter nos carnem sumpsit, ut morti et sententiæ mortis remedium afferret crucifixus et mortuus, ac suscitatus ? Si non fecisset progressum fallacia, et sententia mortis contra nos, quid opus erat ista crucis œconomia ? Quid opus erat induere corpus ? Nonne propter nos carnem accepit ? »

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου δ'.

« Ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, δι' οὐδένα · φύσει γὰρ Υἱός· ἡ σὰρξ Υἱὸς, διὰ τὸν Υἱόν · καὶ τί λέγω διὰ τὸν Υἱόν ; δι' ἡμᾶς ἡ σάρξ · καὶ μὴ νομίσητε βλάσφημον τὸ ῥῆμα · ἀλλὰ ἀπαιτήσατε τὰς ἀποδείξεις. Εἰ μὴ ἔπταισαν οἱ ἄνθρωποι, μὴ χρεία ἦν νόμου · *Δικαίῳ* γὰρ, *νόμος οὐ κεῖται*. Εἰ μὴ ἐπέτειναν τὴν ἁμαρτίαν D οἱ ἐν νόμῳ, μὴ χρεία ἦν τῆς χάριτος. Οὐκ, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο ὁ νόμος ἀποκτεῖναι τὴν ἁμαρτίαν, [οὐχὶ] δι' ἡμᾶς [σάρκα] ἔλαβεν, ἵνα τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀπόφασιν τοῦ θανάτου ἀνακαλέσηται, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν καὶ ἀναστάς ; Εἰ μὴ ἀπάτη προκεχωρήκει, καὶ ἡ ἀπόφασις τοῦ θανάτου καθ' ἡμῶν, τίς χρεία ἦν τῆς οἰκονομίας ταύτης τοῦ σταυροῦ ; τίς χρεία τῆς ἐνσωματώσεως ; οὐ δι' ἡμᾶς ἔλαβε τὴν σάρκα ; »

Sed tempus jam vocat nos, ut primum parentem hujus impietatis a quo semina acceperunt, in medium afferamus. Hic est Paulus, zizanium diaboli

Καιρὸς δὲ ἤδη καλεῖ, καὶ τὸν πρῶτον αὐτῶν τῆς ἀσεβείας πατέρα, παρ' οὗ καὶ τὰ σπέρματα ταύτης δεξάμενοι ἔτυχον, εἰς μέσον τῷ λόγῳ παρ-

[61] I Tim. I, 9.

αγαγεῖν. Παῦλος δὲ οὗτός ἐστιν, τὸ ἐκ Σαμοσάτων βλαστῆσαν πικρὸν τοῦ διαβόλου ζιζάνιον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Νεστορίου, τοῦ τελευταίου τῆς πρώτης ῥίζης ἀθεωτάτου βλαστήματος, τὸν φθοροποιὸν καρπὸν στηλιτεῦσαι δίκαιον· ἵνα ἐν τοῖς ἄκροις ἡ τῶν μέσων περιφανὴς καὶ βλάσφημος ξυνωρὶς, τῶν ἀμφὶ τὸν Διόδωρον, φημὶ, καὶ Θεόδωρον, συνηρμοσμένη γνωσθείη. Ἴσως ἀνανῆψαι τῆς μέθης κἂν ὀψὲ γοῦν δυνηθήσονται, ἅπαξ μαθόντες, πρὸς τίνας αὐτοῖς καὶ ἡλίκους τῶν κακῶν πατέρας ἐστὶν ἡ πρώτη συγγένεια, καὶ ὡς ἐξ ἐκείνων διὰ τῶν ἐν μέσῳ ὁ τελευταῖος οὗτος τῆς ἀσεβείας ἐξέφυ κλάδος· οὗ τὸν καρπὸν ἅρδην σπάσαντες, ἐμφορεῖσθαι ἐπείγονται. Ἔστι δὲ ὁ προκείμενος ἀμφοτέρων, Παύλου, φημὶ, καὶ Νεστορίου, ἔλεγχος, ἐκ τῆς διαμαρτυρίας τῆς δημοσίᾳ προτεθείσης, ὥς φασι, παρὰ Εὐσεβίου τοῦ τηνικαῦτα ἐν τῇ δικανικῇ ἐμπρέποντος, ὕστερον δὲ τῆς Δορυλαέων ἐπιστεύθη τοὺς οἴακας· καὶ ζῆλον ἔχων, ὡς μαρτυρεῖται, θεῖον, πρῶτος τὴν τε αὐτοῦ Νεστορίου, καὶ μέντοι καὶ Εὐτυχοῦς, πεφώρακέ τε καὶ ἐξήλεγξεν αἵρεσιν, μετὰ μυρίων τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κινδύνων. Ἄκουε γοῦν αὐτοῦ οἷαις καὶ ὅσαις τῶν ἐκ τοῦ Σαμοσατέως βλασφημιῶν συλλογαῖς τὰς Νεστορίου συνήρμοσε, καὶ ἓν ἀμφοτέρων ἔδειξε τὸ ἀφρονέστατον φρόνημα. Εἰ δέ τι ἀπάδει τῶν Σειρηναίων τούτων μελῳδιῶν, τὸ Θεοδώρου καὶ Διοδώρου, θανατηφόρον ᾆσμα τοῖς ἀκινδύνως ἐπαΐειν δεξυνημένοις καὶ κρίνειν ἐπιτρέπομεν.

A amarum, Samosatis ortum. Imo et Nestorii qui fuit postremus illius radicis surculus, fructum pestilentem oportet publice vituperare, ut inter extrema par illustre et blasphemum duorum interjectum, Diodorum dico et Theodorum, apte et apposite locatum noscatur. Fortasse sero tandem poterunt ab ebrietate ad sobrietatem redire, si semel intellexerint ad quos et quantos malorum suorum patres eorum prima cognitio pertineat; et quod ex illis hic postremus per intermedios ramus impietatis natus est, cujus fructum certatim metentes, satiari properant. Est autem proposita utriusque confutatio, Pauli scilicet et Nestorii, ex testimonio publice proposito, ut aiunt, ab Eusebio (58), qui tunc florebat in judicandi potestate, postea autem præfe-
B ctus fuit Ecclesiæ Dorylensium, qui divino zelo, ut testantur, incensus primus hæresim Nestorii et Eutychis deprehendit, et convicit, infinitis periculis pro pietate objectus. Audi igitur eum, quibus, et cujusmodi blasphemiis ex Paulo Samosatensi collectis, Nestorii blasphemias conjunxit, et unam utriusque mentem amentissimam esse demonstravit. An vero et ab harum Sirenum cantibus, Theodori dico et Diodori, canticum mortiferum discrepet, iis qui sine periculo audire et judicare possunt, judicium committimus.

Διαμαρτυρία προτεθεῖσα ἐν δημοσίῳ τόπῳ, καὶ κατὰ Ἐκκλησίαν ἐμφανισθεῖσα.

« Ὁρκίζω τὸν λαμβάνοντα τὸ χαρτίον, κατὰ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὥστε φανερὸν αὐτὸ ποιῆσαι ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, λαϊκοῖς, οἰκοῦσι Κωνσταντινούπολιν· ἔτι τε καὶ τὸ ἴσον αὐτοῖς ἐκδοῦναι, πρὸς ἔλεγχον τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ τοῦ ἀναθεματισθέντος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὑπὸ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων. Ἔστι δὲ τὰ παρ' ὁποτέρων εἰρημένα οὕτως·

Testimonium in loco publico propositum et in Ecclesia publicatum.

C « Adjuro eum qui hanc chartam acceperit, per sanctam Trinitatem, ut ostendat episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, laicis habitantibus Constantinopoli, adhuc etiam, ut exemplum ejus det illis ad confutationem Nestorii hæretici, quod sentit idem cum Paulo Samosatensi anathematizato ante annos centum sexaginta ab episcopis orthodoxis. Sunt autem, quæ ab utroque dicta sunt, hæc :

« Παῦλος εἶπεν· Μαρία τὸν Λόγον οὐκ ἔτεκεν. Νεστόριος συμφώνως εἶπεν· Οὐκ ἔτεκεν, ὦ βέλτιστε, Μαρία τὴν θεότητα. — Παῦλος εἶπεν· Οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ αἰώνων. Νεστόριος εἶπεν· Καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῷ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι Θεότητι. — Παῦλος εἶπεν· Μαρία τὸν Λόγον ὑπεδέξατο, καὶ οὐκ ἔστι πρεσβυτέρα τοῦ Λόγου. Νεστόριος εἶπεν· Πῶς οὖν Μαρία τὸν ἑαυτῆς ἀρχαιότερον ἔτεκεν; — Παῦλος εἶπεν· Μαρία ἔτεκεν ἄνθρωπον ἡμῖν ἴσον. Νεστόριος εἶπεν· Ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου. — Παῦλος εἶπεν· Κρείττονα δὲ κατὰ πάντα, ἐπειδὴ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ ἐπαγγελιῶν, καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἡ ἐπ' αὐτῷ χάρις. Νεστόριος εἶπεν· *Τεθέαμαι* γὰρ, φησὶν, *τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡς περι-*

« Paulus dixit : Maria non peperit Verbum. Nestorius consentiens dixit : Non peperit, o bone, Maria divinitatem. Paulus dixit : Nec enim erat ante sæcula. Nestorius dixit : Et matrem ex tempore attribuunt Deo auctori temporum. Paulus dixit : D Maria Verbum suscepit, et non est senior Verbo. Nestorius dixit : Quomodo igitur Maria antiquiorem se peperit? Paulus dixit : Maria peperit hominem nobis æqualem. Nestorius dixit : Homo qui natus est ex virgine. Paulus dixit : Præstantiorem in omnibus, quia ex Spiritu sancto et ex promissionibus, et ex scriptis gratia in ipso. Nestorius dixit : *Vidi* enim, inquit, *Spiritum descendentem tanquam columbam et manentem super eum* [a].

[a] Joan. I, 32.

(58) *Ab Eusebio.* Hujus Eusebii celebris mentio est passim apud veteres, maxime in concilio Chalcedonensi, Act. 1. Indefessus Nestorii et Eutychis oppugnator fuit. Tur.

quod ei donavit assumptionem. *Præcipiens apostolis*, ait, *quos elegit per Spiritum sanctum, assumptus est* [43]; hunc dico Spiritum, qui tantam Christo largitus est gratiam. Paulus dixit : Ne autem ex David unctus, alienus sit a sapientia, neque sapientia in alio sic habitet : etenim in prophetis erat, magis autem in Mose et in multis dominis, magis autem in Christo tanquam in templo. Et alibi dicit, alium esse Jesum Christum, et alium Deum Verbum. Nestorius dixit, non esse possibile eum qui est ante sæcula, aliud genitum esse, idque divinitate. »

Ecce aperte dicit Nestorius : Non est natus ex Maria, qui est genitus ex Patre. Ecce convenit cum Paulo hæretico, qui ait alium esse Verbum, et alium Jesum Christum, et non unum, ut fides recta prædicat. Hactenus testimonium.

Pauli Samosatensis.

« Homo ungitur : Verbum non ungitur. Nazaræus ungitur, Dominus non ungitur. Etenim Verbum majus erat Domino Christo. Christus enim per sapientiam magnus factus est ; Verbum autem ἄνωθεν, id est de supernis : Jesus autem Christus homo hinc. Maria Verbum non peperit, nec enim erat ante sæcula Maria : non est senior Verbo Maria ; sed hominem nobis æqualem peperit, præstantiorem vero in omnibus, quia ex Spiritu sancto. »

Ejusdem ex dialogo contra Malchionem.

« Ut nec unctus ex David alienus sit a sapientia ; neque sapientia in alio habitet. »

Ejusdem.

« Qui videbatur, non erat sapientia : non enim poterat reperiri in figura, sive habitu, nec in spectatione viri : major enim est iis quæ spectantur. »

Nestorii.

« Magna res fuit Virgini Christiparæ parere humanitatem, divinitatis Dei Verbi organum ; quod satis ei erat ad honorem excellentem genuisse scilicet mediatorem dignitate Dei copulatum. »

Hæc nos pauca ex multis contulimus et comparavimus, ut ostenderemus consensionem et convenientiam horum cum antiquis hæreticis eorum patribus. Potest qui voluerit, legere epistolam encyclicam scriptam contra Paulum Samosatensem a sancta synodo depositum, et dialogum quem contra eum Malchion presbyter disputans scripsit. Certo enim cognoscet, quam verus illius discipulus sit Theodorus ; fere enim eisdem verbis utitur, ut horum libri non scripti, sed transcripti videantur ; vel potius illa Pauli translata a Theodoro in sua. Quomodo autem de unione sancti Patres, et Ecclesiæ sanctæ quas gubernabant, a principio senserint,

[43] Act. I, 2.

A στερὰν, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον. Ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, φησὶν, οὓς ἐξελέξατο διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἀνελήφθη· τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην τῷ Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν. — Παῦλος εἶπεν· Ἵνα δὲ μήτε ὁ ἐκ Δαβὶδ χρισθεὶς, ἀλλότριος ᾖ τῆς σοφίας, μηδὲ ἡ σοφία ἐν ἄλλῳ οὕτω οἰκῇ· καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις ἦν, μᾶλλον δὲ ἐν Μωσῇ καὶ ἐν πολλοῖς κυρίοις, μᾶλλον δὲ ἐν Χριστῷ ὡς ἐν ναῷ. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει ἄλλον εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον. Νεστόριος εἶπεν) μὴ ἐγχωρεῖν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἄλλο ἅπαξ γεννηθῆναι, καὶ ταῦτα θεότητι. »

Ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς λέγων ὁ παραβάτης, Οὐκ ἐτέχθη ἐκ Μαρίας ὁ γεννηθεὶς ἐκ Πατρός. Ἰδοὺ συναινεῖ τῷ αἱρετικῷ Παύλῳ λέγοντι, ἄλλον εἶναι B τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ οὐχὶ ἕνα, ὡς ἡ ὀρθοδοξία κηρύσσει. Ἕως ὧδε ἡ διαμαρτυρία.

Παύλου Σαμοσατέως.

« Ἄνθρωπος χρίεται, ὁ Λόγος οὐ χρίεται· ὁ Ναζωραῖος χρίεται, [οὐχ] ὁ Κύριος ἡμῶν. Καὶ γὰρ ὁ Λόγος μείζων ἦν τοῦ Χριστοῦ. Χριστὸς γὰρ διὰ σοφίας μέγας ἐγένετο· Λόγος μὲν γὰρ ἄνωθεν, Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἄνθρωπος ἐντεῦθεν. Μαρία τὸν Λόγον οὐκ ἔτεκεν· οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ αἰώνων ἡ Μαρία· οὐκ ἔστι πρεσβυτέρα τοῦ Λόγου Μαρία, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἡμῖν ἴσον ἔτεκεν, κρείττονα δὲ κατὰ πάντα, ἐπειδὴ ἐκ Πνεύματος ἁγίου. »

C *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Μαλχίωνα διαλόγου.*

« Ἵνα μήτε ὁ ἐκ Δαβὶδ χρισθεὶς ἀλλότριος ᾖ τῆς σοφίας, μήτε ἡ σοφία ἐν ἄλλῳ οὕτως οἰκῇ. »

Τοῦ αὐτοῦ.

« Ὁ φαινόμενος οὐκ ἦν σοφία· οὐ γὰρ ἠδύνατο ἐν σχήματι εὑρίσκεσθαι, οὐδὲ ἐν θέᾳ ἀνδρός· μείζων γὰρ τῶν ὁρωμένων ἐστίν. »

Νεστορίου.

« Μέγα τῇ Χριστοτόκῳ Παρθένῳ τὸ τεκεῖν ἀνθρωπότητα, τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου θεότητος ὄργανον· ἀρκοῦν αὐτῇ πρὸς τιμὴν ὑπεραίρουσαν τὸ γεννῆσαι μεσίτην τῇ τοῦ Θεοῦ συνημμένον ἀξίᾳ. »

D Ταῦτα ἡμεῖς ὡς ὀλίγα ἐκ τῶν πολλῶν ἀντιπαρατεθείκαμεν, τὴν ἐν τῷ κακῷ συμφωνίαν πρὸς τοὺς παλαιοὺς τῶν αἱρετικῶν πατέρας τούτων παραστῆσαι βουλόμενοι. Ἔξεστι δὲ τῷ θέλοντι ἐντυχεῖν τῇ κατὰ τοῦ Σαμοσατέως γραφείσῃ ἐγκυκλίῳ ἐπιστολῇ, τῆς αὐτὸν καθελούσης ἁγίας συνόδου, καὶ μέντοι καὶ τῷ διαλόγῳ ὃν πρὸς αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος Μαλχίων ἐνεστήσατο. Γνώσεται γὰρ ἀσφαλῶς, ὡς γνήσιοι ἐκείνου τυγχάνουσι μαθηταὶ οἱ περὶ Θεόδωρον· σχεδὸν γάρ τι καὶ διὰ τῶν αὐτῶν χωροῦσι λέξεων· ὡς μὴ συγγραφὴν δοκεῖν εἶναι τὰ τούτων συντάγματα, ἀλλὰ μεταγραφὴν μᾶλλον, τὰ ἐκείνου εἰς τὰ οἰκεῖα μεταβαλλόντων. Ὅπως δὲ ἐφρόνησαν

περὶ τῆς ἑνώσεως, οἱ ἀπ' ἀρχῆς ἅγιοι Πατέρες, αἵ τε ὑπ' αὐτῶν κυβερνώμεναι ἁγιώτατοι Ἐκκλησίαι, ἐκ τῆς κατὰ τοῦ Σαμοσατέως γενομένης ἁγίας συνόδου, καὶ τῆς ἐγκυκλίου αὐτῶν ἐπιστολῆς σαφῶς ἔστι γνῶναι· ἐν οἷς πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα αὐτοῦ κατηγοροῦσιν αὐταῖς λέξεσι· « Φησὶ τοίνυν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ὡς περὶ Παύλου λέγοντες, τηρεῖν τὸ ἀξίωμα τῆς σοφίας. »

ex sancta synodo contra Paulum Samosatensem habita, clare licet cognoscere, in quibus præter alia, de his eum accusant his verbis : « Ait igitur in commentariis (de Paulo loquuntur), servare dignitatem sapientiæ. »

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Εἰ δὲ κατὰ τὴν σύστασιν καὶ γένεσιν συνῆπτο, τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο συμβαίνειν. » *Καὶ πάλιν·* « Οὐ γὰρ συγγεγενῆσθαι τῷ ἀνθρωπίνῳ τὴν σοφίαν, ὡς ἡμεῖς πιστεύομεν οὐσιωδῶς, ἀλλὰ καὶ κατὰ ποιότητα. »

A *Et post alia :* « Si autem secundum formationem et gubernationem copulatus erat, homini hoc accidere. » *Et rursus :* « Non enim congeneratam fuisse cum humanitate sapientiam, ut nos credimus, substantialiter, sed secundum qualitatem. »

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τί δὲ βούλεται καὶ τὸ ἑτεροίαν φάσκειν τὴν κατασκευὴν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἡμετέρας; ἡμῶν ἐνὶ μεγίστῳ δὴ τούτῳ διαφέρειν αὐτοῦ τὴν σύστασιν ἀξιούντων, τὸ τὸν Θεὸν Λόγον ἐν ἑαυτῷ εἶναι, ὅπερ ἐν ἡμῖν ὁ ἔσω ἄνθρωπος. »

Et post alia : « Quid autem vult dicere aliam esse et diversam formationem Christi a nostra? volentibus nobis in hac maxima una re differre ipsius constitutionem a nostra, quod scilicet in ipso sit Verbum quod in nobis homo interior (60). »

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Εἰ τὸ ἐνοικῆσαι ἐν αὐτῷ τὴν σοφίαν λέγειν, ὡς ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ· τοῦτο γὰρ τὸν μὲν τρόπον τῆς ἐνοικήσεως τὸν αὐτὸν δηλοῖ, μέτρῳ δὲ καὶ πλήθει ὑπερφέρει, οἷον διπλάσιον, ἢ καὶ ὅπως δήποτε πλεῖον ἢ ἔλασσον τοῦ διπλασίου, γινώσκοντος αὐτοῦ ἀπὸ τῆς σοφίας, ἢ οἱ ἄλλοι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἀξιοῦσιν οἱ καθολικοὶ καὶ ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες, ἀλλ' ἐκείνους μὲν μετεσχηκέναι σοφίας ἐμπνεούσης ἔξωθεν, καὶ ἄλλης οὔσης παρ' αὐτοῖς· αὐτὴν δὲ τὴν σοφίαν δι' ἑαυτῆς ἐπιδεδημηκέναι οὐσιωδῶς ἐν τῷ ἐκ Μαρίας σώματι. »

B *Et post alia :* « Si dicere habitasse in eo sapientiam, sicut in nullo alio; hoc modum quidem inhabitationis eumdem declarat, mensura vero et multitudine excellit; verbi gratia, duplo plus, aut quomodocunque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoscente ipso a sapientia. Hoc autem nolunt catholici et ecclesiastici canones, sed potius illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quæ alia est apud ipsos; ipsam vero sapientiam per se ipsam substantialiter in corpus ex Maria venisse. »

Καὶ μεθ' ἕτερα· Καίτοι φησὶ, μὴ δύο ὑφίστασθαι υἱούς. Εἰ δὲ Υἱὸς ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, υἱὸς δὲ καὶ ἡ σοφία, καὶ ἄλλο μὲν ἡ σοφία, ἄλλο δὲ Ἰησοῦς Χριστὸς, δύο ὑφίστανται υἱοί.

Et post alia : « Ac dicunt, non esse duos filios. Si autem Filius est Dei Jesus Christus, Filius vero etiam sapientia; et aliud est sapientia, et aliud Jesus Christus : duo sunt filii. »

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τὴν δὲ συνάφειαν ἑτέρως πρὸς τὴν σοφίαν νόει, κατὰ μάθησιν καὶ μετουσίαν, οὐχὶ οὐσίαν οὐσιωμένην ἐν σώματι. »

Et postea : « Copulationem (61) vero cum sapientia aliter intellige secundum disciplinam et participationem; non autem secundum substantiam in corpore formatam. »

C

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Οὔτε δὲ τῶν ἀνθρωπίνων προηγουμένως παθῶν ἀμέτοχος ἦν, ὁ φορέσας καὶ ἐνδυσάμενος τὸ ἀνθρώπινον Θεός· οὔτε τῶν θείων προηγουμένως ἔργων ἄμοιρον τὸ ἀνθρώπινον ἐν ᾧ ἦν, καὶ δι' οὗ ταῦτα ἐποίει. Ἐπλάσθη προηγουμένως ὡς ἄνθρωπος ἐν γαστρὶ, καὶ κατὰ δεύτερον λόγον Θεὸς ἦν ἐν γαστρὶ, συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ. »

Et post alia : « Neque Deus, qui corpus humanum ferebat et induerat, passionum humanarum principaliter expers erat; neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo in quo erat, et per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre; et secundario (62) Deus erat in ventre συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ, id est, copulata substantia ejus cum homine. »

Ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ πεπραγμένων πρὸς αὐτὸν παρὰ Μαλχίωνος, ἀντίῤῥησις.

Confutatio ex actis contra Paulum Samosatensem a Malchione.

« Οὐ πάλαι τοῦτο ἔλεγον, ὅτι οὐ δίδως οὐσιῶσθαι ἐν τῷ ὅλῳ Σωτῆρι τὸν Υἱὸν τὸν μονογενῆ, τὸν πρὸ πάσης κτίσεως ἀϊδίως ὑπάρχοντα; »

« Nonne ante dicebam, quod non concedis Filium unigenitum qui est ex æternitate ante omnem creaturam, in toto Salvatore οὐσιῶσθαι? id est, unitum esse secundum substantiam? »

(60) Nos dicimus, quod homo exterior et interior sunt una persona : sic Deus Verbum et humanitas assumpta sunt una persona, quod negat hic Paulus CAN.

(61) Συνάφειαν, humanitatem aiebat Paulus unitam esse cum sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem. ID.

(62) *Secundario* Κατὰ δεύτερον λόγον. TUR.

(Omittimus sequentia apud Leontium Nazianzeni, Nysseni, Athanasii, Cyrilli, Isidorique Pelusiotæ testimonia, quæ in eorum Operibus a nobis editis legi queunt.)

Sancti Ephræm ex Oratione in Margaritam contra Marcionem.

« Quæ vides et attrectas, sint tibi testimonium, natura scilicet quam nescis explicare, quod Filius sine semine nascitur, et duo contraria secundum substantiam conspirarunt ostensa hypostasi in unaquaque natura. »

Arbitror per omnia demonstratum esse, opinionem Theodori et sectatorum ejus eamdem esse quæ Pauli Samosatensis; et a sanctis Patribus differre, eisque adversari. Pendeat ex potestate legentium adhærere veritati, et dare huic, ut ferat præmium victoriæ.

Τοῦ ὁσίου Ἐφραὶμ ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ εἰς τὸν μαργαρίτην (62*) κατὰ Μαρκίωνος.

« Ἃ βλέπεις καὶ ψηλαφᾷς, γενέσθω σοι μαρτυρία ἡ φύσις, ἣν εἰπεῖν οὐκ ἐπίστασαι, ὅτι Υἱὸς ἄνευ σπορᾶς γίνεται, καὶ δύο ὑπεναντία οὐσιωδῶς ὡμονόησαν, τῆς ὑποστάσεως δεικνυμένης ἐπὶ ἑκάστης φύσεως. »

Οἶμαι διὰ πάντων ἀποδεδεῖχθαι τὴν Θεοδώρου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πρός τε τὸν Σαμοσατέα ὁμοδοξίαν, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους Πατέρας ἐναντίαν καὶ διάφορον γνώμην. Τῆς δὲ τῶν ἐντυγχανόντων ἠρτήσθω ἐξουσίας τῇ τε ἀληθείᾳ προσθέσθαι, καὶ δοῦναι ταύτῃ κατὰ τὸ ψεῦδος ἔχειν τὰ νικητήρια.

(62*) Sermonis hujus alia duo Græca fragmenta os dedimus *Script. vet.* t. VII, p. 28 et 131.

MONITUM IN TRACTATUM CONTRA NESTORIANOS.

(Ang. Mai *Script. Veter Nova Collectio*, t. IX, p. XIII.)

Leontius patria Byzantinus, incolatu autem Hierosolymitanus, quippe in laura S. Sabæ prope sanctam urbem monachatum professus, ingenium suum, quo pollebat plurimo, contra præsertim Monophysitas ac Nestorianos, duas contrariæ sententiæ sectas, diu exercuit sæculo Christi desinente sexto, cujus zeli atque laboris testes exstant nonnulla opuscula in antiquis Canisii lectionibus obvia, quæ in Gallandii mox bibliotheca t. XII, cumulata fuerunt. Ego vero libris orientalium Ecclesiarum cognoscendis jamdiu addictus, ideoque erroribus, qui ab antiquis ipsarum doctoribus dictati sunt, peculiari studio eruendis intentus, Leontium sæpenumero ducem optimum expertus sum; cujus nunc tractatum nondum luce donatum contra Nestorianos, copiosum atque præclarum, nec tam aliena auctoritate pugnantem, quam proprii ratiocinii acumine convincentem, in præsenti volumine vulgandum suscepi. Nempe hoc opus in octo distinctum libros (quanquam ultimus deest) cunctas Nestorianorum adversus catholicum dogma objectiones complexum est, cum invictis Leontii nostri refutationibus. Agitur enim per contradictionem et Apologiam in I libro, *De conjunctione divinæ Verbi naturæ cum humana*; in II, *De unica Christi persona*; in III, *De unico Filio Christo*; in IV, *De Virgine deipara*; in V, *De Christo Deo et homine*; in VI, *De Christo non homine theophoro sed humanato Deo*; in VII, *De illo dicto*: « *Unus de S. Trinitate passus est in carne.* » In VIII, qui, ut dixi, desideratur, Nestorianorum impietas coarguebatur hypostaticam unionem negantium, alias vero nescio quas haud reapse uniones comminiscentium, puta honoris, dominationis, affectus, habitationis, quamlibet scilicet conjunctionem moralem, non hypostaticam et naturalem. Hæc enim est Nestoriani erroris summa, hæc virulenta vis hæreseos qua divina incarnatio pessumdatur, Christus revera deitate dijicitur, et de beatissima Maria Deum esse natum negatur. Namque, ut observat Justinianus imp. in theologica epistola (apud nos t. VII, p. 299), impius Nestorius aiebat : Οὐδαμοῦ τοίνυν ἡ θεία Γραφὴ Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου λέγει γεγεννῆσθαι. Tum postquam dixerat, sacris verbis utens, Moysen Pharaonis Deum, Israëlem Dei filium, Saulem et Cyrum Christos, sic horrende blasphemans concludebat : Οὕτω λέγομεν καὶ τὸν Δεσπότην Χριστὸν, καὶ Θεὸν, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον, καὶ Χριστόν.

Sane intererat scire, ex quibusnam nominatim sectæ discipulis aut doctoribus, tot objectiones Leontius hauserit; sed quia is nomina reticet, cogitandum est de plurimis illis Nestorianorum scriptoribus, quantum ætas patitur, quos recenset in Catalogo Chaldæus Ebediesus a cap. 59 et deinceps, cum Assemani appendice, in quo copiosissimo numero tractatores passim occurrunt, qui Nestorianum dogma de morali unione duplicique persona propugnant. Et quidem, ne forte miremur tantam in semibarbaris argumentorum subtilitatem, deprehendimus in dicto catalogo logicos tractatus varios, et aristotelicæ dialecticæ interpretationes. Est autem de Persis nominatim locus insignis chronographi Georgii hamartoli apud nos, p. 375 : « Aiunt ipsos acute intelligere sermonum nexus et fallacias et involucra; et brevibus dictis eos quicum loquuntur convincere; etenim et syllogismi artem appríme callere dicuntur, et alienas

objectiones facile solvere, et proverbiis uti, ac sapientissimis ænigmatibus, quanquam reapse nullis philosophicis aut rhetoricis innutriti fuerint doctrinis, sed solam habeant naturam magistram. Indos autem multo adhuc sapientiores et acriore præditos ingenio aiunt. Quin adeo propinqui nostri nomades Ismaelitæ, multa ingenii sagacitate, intelligentiaque et solertia ornantur, mentemque acutam et calliditatem habent ad dignoscendam potissimum veritatem, falsitatem coarguendam, et a meliore deterius distinguendum. » Sed et Græcæ linguæ Nestoriani multi fuere auctores : est enim exploratum, Orientales ex Græcis urbibus errorem suum in patriam comportavisse : ex quo enim in concilio Ephesino discidium accidit Orientalium episcoporum Joanni Antiocheno contra sanctum Cyrillum faventium, indidem scilicet prima veriorque Nestorianismi apud Orientales origo repetenda est. Scilicet dum Nestoriani non obtemperant Ephesinæ synodo, et paulo post Eutychiani seu Monophysitæ rejiciunt ac detestantur Chalcedonensem, duæ teterrimæ hæreses radices suas altius egerunt totumque Orientem ad hanc usque diem contaminarunt. Adeo dissidere ab Ecclesia exitiosum est! Scio equidem, inter hæreseos primipilos, sanctosque, ut miseri Chaldæi vocant, doctores numerari antiquiores homines Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum, quorum cum Nestorio celebrem in menæis atque liturgia commemorationem festumque agunt; verumtamen Diodorus quidem in Ecclesiæ pace mortuus est; quare hujus damnantur scripta a Catholicis, non persona : Theodorus æque præmortuus erat damnationi Nestorii et Ephesino concilio. Attamen ex eo discidii tempore, schola Edessena, ubi utraque lingua, Græca scilicet et Aramæa, audiebatur, Nestoriano contagio, quod diu retinuit, infecta est, ut narrant Theodorus Lector aliique auctores apud Assemanum, *Bibl. Or.*, t. III part. II, p. 926, conversis ibi in vernaculum idioma Diodori atque Theodori multis libris, donec ejus corruptæ scholæ parietes, Zenone imp. jubente, diruti sunt, ibique templum S. Mariæ Deiparæ substitutum. Quod si Chaldæi Nestorianum nomen sibi affingi indignantur (teste etiam apud me Ebediesu in tomo X), rem tamen ipsam retinent; Græci autem et Ægyptii, seu catholici seu Monophysitæ, propter notissimum sibi Nestorii nomen, Orientalibus ejusdem erroris asseclis appellationem, ut fit, famosæ apud se hæreseos indiderunt. Nestoriani certe Cyrillo in primis, jam inde a concilio Ephesino, valde succensent, quem *Ægyptium* contemptim vocant : namque et apud Leontium nostrum, pag. 465, non Severus sed Cyrillus intelligendus est in hac sententia : Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι, βοᾷ ὁ Θεός· Σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἥνωται ὁ Λόγος, βοᾷ ὁ Αἰγύπτιος· ὁ δεχόμενος τὸν Κύριλλον ἀληθεύσαντα, ψεύστην ποιεῖ τὸν Θεόν· *Ego sum, et non immutor, clamat Deus. Carni secundum hypostasim unitum est Verbum, clamat Ægyptius. Igitur qui Cyrillum ceu vera dicentem recipit mendacem facit Deum.* (Quo loco librum quoque Severi celebrem, Φιλαλήθη inscriptum, seu *Cyrillum*, simul innui, non est incredibile.) Cui objectioni (quam hic dilui æquum est) sic respondet, similitudine utens Leontius : Εἰ ἡ ἕνωσις, ἀλλοίωσίς ἐστιν ἁπλῶς, πᾶσα ψυχὴ ἑνωθεῖσα σώματι ἠλλοίωται· *Atqui si unio, perinde est simpliciter ac immutatio, omnis anima corpori unita immutatur.* Sed enim plura de Leontii opere non sum dicturus, quod cum peracutorum ratiociniorum thesaurus sit, conferri ad compendium nequit; ideoque id opus a Nestorianæ pravitatis curiosis indagatoribus, et a theologiæ præsertim doctoribus assidua manu versandum est.

ΤΟΥ ΠΑΝΣΟΦΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ
ΚΥΡ ΛΕΟΝΤΙΟΥ
ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΥΟ ΤΑΣ ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΛΕΓΟΝΤΩΝ, ΤΗΝ ΔΕ ΟΙΑΝΟΥΝ ΣΥΝΘΕΣΙΝ ΕΠ' ΑΥΤΟΥ ΟΥΧ ΟΜΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ.

—

SAPIENTISSIMI MONACHI
D. LEONTII HIEROSOLYMITANI

ADVERSUS EOS QUI DUAS AFFIRMANT CHRISTI PERSONAS, NULLAMQUE IN IPSO CONJUNCTIONEM CONFITENTUR.

(Ang. Mai. *Scriptor. vet. nov. Collectio*, t. IX, p. 410.)

—

LIBER PRIMUS.

—

PROŒMIUM.

Hic nobis sese offert anceps opinio vel potius lingua dividens, cujus pars cum infidelibus ponetur, cum advenerit Dominus ac Judex omnium, quæcunque adversus semetipsum locuti fuerint impii peccatores damnaturus, sicut scriptum est [1]; nisi tandem corde intelligant ut ad Dominum convertantur, atque (doctrinæ) errorem inter homines fateantur; propterea enim nos cæterum accusant ineffabilis divinæque unionis Verbi ad carnem *divisores*, adversumque nos obloquuntur qui œconomiam ipsius (Verbi) detrectant negantque qui ipsos redemit. Primo, unionem divinæ humanæque naturæ non recte docere; secundo, cum sint duæ hypostases Christi, secundum hypostasim unionem fieri non bene dicere, unamque ipsius hypostasim agnoscere; tertioque iterum, cum duo sint filii, male unum confiteri Filium esse Christum; quarto, false sanctam Virginem Matrem Dei appellare; quinto, non solum merum hominem natura scire Christum, sed etiam Deum; sexto, non deiferum hominem, sed Deum incarnatum scire Verbum; septimo, unum ex sancta Trinitate injuste passum

[1] Matth. XII, 36.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ διχότομος δόξα, μᾶλλον δὲ ἡ διχότμητος γλῶσσα, κατεξανίσταται· ἧς τὸ μέρος μετὰ τῶν ἀπίστων τεθήσεται, ἥκοντος τοῦ Δεσπότου καὶ Κριτοῦ τῶν ἁπάντων ἐλέγξαι ὅσα ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς, ὡς γέγραπται· ἐὰν ἄρα μὴ νοήσῃ τῇ καρδίᾳ ἐπιστραφῆναι πρὸς Κύριον, ἀναγγεῖλαί τε ἐν ἀνθρώποις τὴν ἑαυτῆς μέμψιν· ταυτὶ γὰρ ἡμῖν ἐτέρωθεν ἐγκαλοῦσιν οἱ τῆς ἀφράστου καὶ θεοπρεποῦς ἑνώσεως τοῦ Λόγου πρὸς τὴν σάρκα *διαιρέται*, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκονομίας αὐτοῦ ἀπαγορευταί, οἱ τὸν ἐξαγοράζοντα αὐτοὺς Θεὸν ἐξαρνούμενοί φασιν, πρῶτον μέν, ὅτι οὐκ ὀρθῶς σύνθεσιν τῆς θείας καὶ ἀνθρωπείας φύσεως δοξάζομεν. Δεύτερον, ὅτι δύο οὐσῶν τῶν ὑποστάσεων Χριστοῦ, οὐ καλῶς καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν γενέσθαι λέγομεν, καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν γινώσκομεν. Καὶ τρίτον πάλιν, ὅτι δύο ὄντων υἱῶν, κακῶς ἕνα ὁμολογοῦμεν εἶναι Υἱὸν τὸν Χριστόν. Τέταρτον, ὅτι ψευδῶς Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον ὀνομάζομεν. Πέμπτον, ὅτι μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον μόνον τῇ φύσει ἴσμεν Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ Θεόν. Ἕκτον, ὅτι μὴ θεοφόρον ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα ἴσμεν τὸν Λόγον.

Ἕβδομον, ὅτι ἀθέσμως τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος πεπονθέναι σαρκὶ κηρύττομεν. Ἐν ὀγδόῳ δὲ τῆς δυσσεβείας, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἀρνούμενοι, ἀσυστάτους τινὰς ἑτέρας τερατεύονται. Ὅσα μὲν οὖν οὐκ ἀλόγως τοῖς λέγουσι τὴν μίαν τε φύσιν ὡς καὶ ὑπόστασιν ἐπὶ Χριστοῦ ἀπορήσοιεν, τούτων ἡμεῖς οὐχ ὑπεραπολογησόμεθα· τοῖς δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν προειρημένων κεφαλαίων ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις καθ' ἡμῶν ἰδίως, τῶν μίαν μὲν τὴν ὑπόστασιν, δύο δὲ τὰς φύσεις Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ὁμολογούντων, ἐνδυνάμει αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Χριστοῦ ὑπαντήσαντες, καὶ ταῦτα ἀνατρέψαντες, πᾶσαν αὐτῶν τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν ἀσεβεστάτην διελέγξομεν. Ἐγκαλοῦσι δ' οὖν ἡμῖν, ὡς εἴρηται πρωτίστως, περὶ τῆς ὁμολογίας τῆς τῶν φύσεων συνθέσεως ἐπὶ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγουσι τάδε·

A fuisse carne prædicare; octavo tandem isti impii, unionem secundum hypostasim diffitentes, quasdam alias non subsistentes effingunt. In his autem quæ non imperite dixerint unamque esse naturam quasi hypostasim in Christo esse ignorarent, nos non patrocinabimur; sed quæ ab illis in supradictis capitibus dicta sunt contra nos unam hypostasim duasque naturas Christi Domini nostri singulatim confitentes, in virtute ipsius Dei nostri Christi impugnantes, atque evertentes, omne eorum doctrinæ systema impiissimum confutabimus. Exprobrant autem nobis, ut primo dictum est, confessionem naturarum in Domino nostro Jesu Christo Deo, sicque loquuntur:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Πᾶν ὅ τι οὖν συντιθέμενον ἑτέρῳ, ἢ ὅλον ὅλῳ συντίθεται, ἢ μέρος μέρει, ἢ μέρος ὅλῳ· ἄλλως γὰρ σύνθεσιν λέγειν ἀδύνατον· ὅλον δὲ καὶ μέρος ἐπὶ τοῦ ἀπεριγράφου οὐ λέγεται· οὐκ ἄρα συνετέθη ὁ Θεὸς Λόγος τῷ ἐξ ἡμῶν ἀνθρώπῳ ἀπερίγραφος ὑπάρχων· εἰ δὲ συνετέθη, καὶ ἐμμερὴς καὶ περιγραπτός ἐστιν, ὅπερ ἀσεβές. Πρῶτον μὲν οὖν οἱ πάντα τρόπον τῶν γινομένων ὑπὸ Θεοῦ συνθέσεων τῇ οἰκείᾳ γνώσει περιορίζοντες, πῶς λέγουσι πᾶν τὸ συντιθέμενον ἢ ὡς ὅλον ἢ ὡς μέρος συντίθεσθαι; Τὸ γὰρ αἰσθητὸν τόδε πᾶν, ἤγουν ὁ κόσμος ὁ ὁρατὸς, ἐν συνθέσει ἐστὶ δηλαδή· τί οὖν φασι, ἐξ ὅλων ἢ ἐκ μερῶν τινων εἶναι προϋπαρξάντων τούτου τὴν σύνθεσιν; ἢ μᾶλλον ἐκ μὴ ὄντων ὅλως συμπαγῆναι αὐτόν; Εἰ μὲν γὰρ ἔκ τινων προϋπαρξάντων ὅλων ἢ μερῶν κατ' ἀρχὰς γενέσθαι αὐτὸν οἴονται, τὴν οἰκείαν δόξαν γνωριζέτωσαν ἡμῖν, ἵνα εἰ οὕτως λέγωσιν, ὡς πρὸς Ἕλληνας λοιπὸν, καὶ οὐ περὶ τοῦ τρόπου τῆς οἰκονομίας διαφερομένους μόνον πρὸς ἡμᾶς, διαλεξώμεθα. Εἰ δὲ τῆς φιλονεικίας προκρίναντες τὴν εὐσέβειαν, ἐκ μὴ ὄντων φασὶ τὸν σύνθετον κόσμον γενέσθαι, ἀκούσονται ὅτι τὸ μὴ ὂν, οὔτε ὅλον, οὔτε μέρος ἐστί. Πῶς οὖν, οὔτε ὅλου τινὸς οὔτε μέρους προϋπάρξαντος, ἡ σύνθεσις τοῦδε τοῦ παντὸς γέγονε κόσμου; Παντὸς συνθέτου γινομένου ὅλου τινὸς ὅλῳ, ἢ μέρους μέρει, ἢ μέρους ὅλῳ τινὶ, ἀναγκαίως συντεθειμένου, ὥς φατε· ψευδὴς ἄρα ἡ καθόλου ὑπόφανσις τῆς πρώτης εὐθὺς προτάσεως.

B

CAPUT PRIMUM.

Quodcunque (inquiunt) alteri unitum est, vel totum toti unitur, vel pars parti, vel pars toti; aliter enim unionem dicere impossibile est: totum vero et pars de infinito non dicitur; non ergo Deus Verbum, cum sit infinitus, homini ex nobis unitus est; si vero sit unitus, compositus finitusque est, quod est impium. Primum autem, quomodo, qui scientia propria omnem modum unionum a Deo factarum determinant, quodlibet unitum vel ut totum vel ut partem uniri dicunt? Omne enim hoc sensibile, seu mundus visibilis, in unione sine dubio subsistit; quid ergo dicunt, ex totis vel ex partibus aliquot illum præcedentibus esse unionem? seu potius ex non entibus omnino compositum fuisse? Namque si ex aliquot præcedentibus totis vel partibus a principio factum illum fuisse putant, nobis suam opinionem patefaciant, ut, si ita loquuntur, quasi ad cæteros Græcos, non tantum ad nos de modo œconomiæ dissentientes, diligenter perpendamus. Si vero contentioni pietatem anteponentes, ex non entibus mundum unitum factum fuisse dicunt, non ens, nec totum nec partem esse, fateri cogentur. Quomodo ergo, cum nullum totum, nullaque pars præcesserit, unio hujusce totius mundi facta fuerit? Cum quodlibet unitum, quoddam totum toti, sive pars parti, sive pars cuidam toti, uniatur necesse sit, prout dicitis, falsa ergo est jam primæ propositionis demonstratio.

C

D

Καὶ ἕτερον δ' οὖν ἡμῖν πυνθανομένοις ἀποκρίνασθε· Ἐπὶ πᾶν σῶμα καὶ ἐκ *ποιοῦ* καὶ *ποσοῦ* συγκεῖσθαι λέγεται, τούτων ὡς ὅλων, ἢ ὡς μερῶν λέγεται εἶναι τὴν σύνθεσιν; Εἰ μὲν γὰρ ὡς ὅλων, ἐπεὶ χωρισταὶ οὐσίαι ταῦτα οὐκ εἰσὶ πρὸ σώματος, ποῦ καὶ πῶς ὄντων ὅλων; Εἶτα δὲ πῶς, τῆς ὁλότητος τοῦ *ποιοῦ* καὶ *ποσοῦ* ἐν τῷ ἑνὶ σώματι τῷ πρώτῳ τῶν ἀτόμων συντεθείσης, μετὰ τὸ πρῶτον σῶμα, δεύτερον ἔτι γέγονέ τι ἐκ *ποιοῦ* καὶ *ποσοῦ* σῶμα; Οὐδὲ γὰρ ἦν τι ὑπολειφθὲν ἀσύνθετον, τῶν τοῦ *ποιοῦ* καὶ *ποσοῦ* ὁλοτήτων συντεθεισῶν. Εἰ δὲ ὡς μέρος μέρει ἀλλήλοις τάδε σύγκειται, πρῶτον μὲν

Aliud autem quærentibus nobis respondisti: Cum omne corpus *ex quo* et *quanto* compositum dicatur, illorumne ut totorum vel partium unio esse dicitur? Si enim ut totorum, cum ista non sint substantiæ distinctæ ante corpus, ubi et quomodo entia tota? Deinde vero quomodo, totalitate *cujus* et *quanti* in uno corpore primo atomorum unita, post primum corpus, secundum adhuc aliquod corpus ex *quo* et *quanto* factum fuit? Nihil enim supererat non unitum, totalitatibus *cujus* et *quanti* unitis. Si vero ut pars parte alia aliis componuntur, prima cujus totalitatis pars τὸ *quid* ut *quid*?

Si æqualium sit partium hæc totalitas, *quanto* hæc unica pars a sua totalitate differt. Secundum *quantum* pars etiam ergo est. Porro si secundum quod pars est, secundum illud etiam componitur, ergo secundum *quantum*, τὸ *quid* τῷ *quanto* componitur in corpore. Si vero inæqualium partium sit hæc totalitas, cum *totius* et *partis* non sit eadem species, de his totius partibus *quid* erit? Hujus vero quanta pars, vel quæ alia pars erit? Quandoque rursus *quantum* erit, hujus pars, *quid* vel aliud quid erit? aliterque si, ut partis cum parte, illorum est unio, inquirenda adhuc erit horum uniuscujusque totalitatis unio, an ex totis vel partibus sit, quod ignorabitur usquedum ex omnibus unitis quid sit reperiamus; solum enim divinum omnino simplex, nec ex totis nec ex partibus factum est. Sic ergo omnino demonstrabitur non omne unitum, toto quodam toti, vel parte parti, vel parte toti unita, componi. Hæc ergo est primæ vestræ propositionis inconsequentia.

Secunda propositio eorum in eo consistit quod omne, secundum quamcunque unionem unitum, omnino compositum finitumque necessario sit; simplexque aliquod, totum nunquam posse uniri, respondere prætermittunt; exempli enim gratia, punctum indubitanter sine parte est, unitum autem lineam efficit. Quomodo ergo unitum est quod non erat compositum? Punctum enim, vulgo loquendi modo, simplex esse traditur. Similiter quoque ultima momenta temporis, quæ dividi non possunt, tempus ex unione perficiunt. Dein autem quid et de anima nostra dicitis? An etiam vobis ex partibus coalescere videtur, quæ corpori conjungitur? An simplex nec unita, ad corpus astaret tantum, juxta vestram sententiam? Siquidem quodlibet unitum ex partibus factum est. Si ergo hanc simplicem atque indefinitam, propter quod non unitam ad corpus scitis, non diuturnissimis ratiociniis vos interrumpemus, sed flammam ignis carni vestræ, si adhuc tamen aliqua vestræ superest, admoveritis, a vobis exquiremus: An patitur quasi aliquid comburentis anima vestra de his nobiscum colloquens, vel non? non enim hoc a corpore exquirimus. Si autem nihil anima vestra ab aliquo comburente pati dixeritis, silentes discedemus, inscitia vestra de his ob insensibilitatem vestram manifestissime convicti. Si vero nimis vehementer pati dixeritis, nec de his ob ardorem colloqui sustinere, a nobis scietis, flammam nos non ablaturos nec remoturos esse donec nobis hæc sympathiæ causa persuadeatur. Magna a nobis surgit difficultas; ideo corpus ex partibus factum nos comburimus non vos, seu vestram simplicem nec unitam corpori animam, cui loquimur; eidemque tamen operatione naturali hæc impediri dicit; etenim si anima vere sit partium expers, seu natura alia quævis in nobis, multo modo ad aliquod subjicitur, quod secundum nullum modum alicui subjectum est; sed semper absolutum ac per se subsistens, cum percusso non

A ποίας ὁλότητος μέρος τὸ *ποιὸν* ὡς *ποιόν*; Εἰ μὲν γὰρ ὁμοιομεροῦς, ποσῷ διάφορον μόνον ἐστὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ὁλότητα· κατά γε οὖν *ποσὸν*, καὶ μέρος ἐστίν. Εἰ δὲ καθ' ὃ μέρος ἐστὶ, κατὰ τοῦτο καὶ σύγκειται, κατὰ *ποσὸν* ἄρα, καὶ τὸ *ποιὸν* τῷ *ποσῷ* σύγκειται ἐν σώματι. Εἰ δὲ ἀνομοιομεροῦς ἐστι τάδε ὁλότητος, ἐπείπερ οὐ ταυτὸν τῷ τε *ὅλῳ* καὶ τῷ *μέρει* εἶδός ἐστιν, ἐπὶ τῶν τοιῶνδε τοῦ ὅλου *ποιοῦ* ὄντος. Τούτου δὲ μέρος ποσὸν, ἢ ἕτερόν τι ἔσται; Καὶ τοῦ ὅλου πάλιν *ποσοῦ* ὄντος, τὸ τοῦδε μέρος, *ποιὸν* ἢ ἕτερόν τι ἔσται; καὶ ἄλλως δὲ, εἰ ὡς μέρους πρὸς μέρος ἐστὶ τούτων ἡ σύνθεσις, ζητητέον ἔτι καὶ τῆς τούτων ἑκατέρας ὁλότητος τὴν σύνθεσιν, εἰ ἐξ ὅλων ἢ μερῶν ἐστι; καὶ ἐπ' ἄπειρον τοῦτο, ἕως οὗ εὑροιμέν τι ὃ τῶν πάντων συνθέτων ὂν (μόνον γὰρ τὸ
B Θεῖον πάντη ἁπλοῦν), μήτε ἐξ ὅλων μήτε ἐκ μερῶν γέγονεν. Καὶ οὕτω πάντως δειχθήσεται, οὐ πᾶν σύνθετον, ὅλου τινὸς ὅλῳ, ἢ μέρους μέρει, ἢ μέρους ὅλῳ συντεθέντος, συγκεῖσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν τῆς πρώτης ὑμῶν προτάσεως τὰ ἀνακόλουθα.

Καὶ τῆς δευτέρας δέ τις ἡ ἀπόφασις τοῦ πᾶν τὸ καθ' οἱανοῦν σύνθεσιν συντιθέμενον, πάντως ἐμμερὲς εἶναι δεῖν καὶ περιγραπτόν· καὶ οὐχὶ καὶ ἀμερές τι ὅλον δύνασθαί ποτε συντίθεσθαι, παρελθόντες ἀποκρίνεσθαι· ἰδοὺ γὰρ τὸ σημεῖον ἀναντιῤῥήτως ἀμερές ἐστι, συντιθέμενον δὲ γραμμὴν ἀπετέλεσε. Πῶς οὖν συνετέθη τὸ οὐκ ἐμμερές; Τὸ γὰρ σημεῖον κοιναῖς ὁμολογίαις ἀμερὲς δέδοται εἶναι. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἔσχατα μόρια τοῦ χρόνου, ἀμερῆ ὄντα, χρόνον ἐκ συνθέσεως ἀποτελεῖ. Εἶτα δὲ καὶ περὶ ψυχῆς
C ἡμῖν τί φατε; Ἡ γὰρ ἐμμερὴς καὶ αὕτη ὑμῖν δοκεῖ εἶναι ἐπεὶ σύγκειται τῷ σώματι; Ἢ ἀμερὴς οὖσα καὶ ἀσύνθετος, πρὸς σῶμα πέφυκεν εἶναι, κατὰ τὸ ὑμέτερον ἀξίωμα; εἴπερ πᾶν τὸ συντιθέμενον, ἐμμερές ἐστιν. Εἰ μὲν οὖν ταύτην ἀμερῆ τε καὶ ἀπερίγραπτον, δι' ὃ δὴ καὶ ἀσύνθετον ἴστε πρὸς τὸ σῶμα, οὐ πλείστοις ὑμᾶς λόγοις ἐγκόψομεν, ἀλλὰ πυρὸς θρυαλλίδα τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ, εἴγε λοιπὸν καὶ ὑμετέρα λέγοιτο, προσάψαντες, πυθώμεθα ὑμῶν· Ἆρά
D γε ἀλγεῖ ἐπεὶ τῷ καιομένῳ ἡ προσδιαλεγομένη ἡμῖν ψυχὴ ὑμῶν περὶ τούτων, ἢ οὐχί; οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸ σῶμα τὴν πεῦσιν ποιούμεθα. Κἂν μὲν εἴποιτε μὴ πάσχειν τι τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ καιομένῳ, ἀπελευσόμεθα σιγήσαντες, οἷα τῇ ἀπαθείᾳ ὑμῶν ἐληλεγμένοι, τὴν περὶ τούτων ἄγνοιαν ἐναργέστατα. Εἰ δὲ καὶ ἄγαν σφοδρῶς ὀδυνᾶσθαι ἐπὶ τούτῳ εἴποιτε, καὶ μηδὲ καρτερεῖν διαλέγεσθαι περὶ τούτων διὰ τὸν φλογισμὸν, ἀκούσεσθε παρ' ἡμῶν, ὅτι οὐκ ἀφεξόμεθα, οὐδὲ ἀποστήσομεν τὴν θρυαλλίδα, ἕως ἂν ὁ λόγος ἡμᾶς πείσῃ τὴν αἰτίαν τῆς συμπαθείας. Ἄπορον παρ' ἡμῖν ἀνακύπτει μέγα· διότι ἡμεῖς σῶμα καίομεν ἐμμερὲς, καὶ οὐχ ὑμᾶς· ἤγουν ψυχὴν ἀμερῆ καὶ ἀσύνθετον πρὸς σῶμα τὴν ὑμετέραν, ᾗ προσλαλοῦμεν· καὶ ὅμως αὐτῇ τῆς φυσικῆς αὕτη ἐνεργείας ἐμποδίζεσθαί φησι· καὶ γὰρ εἰ ἀμερὴς ὄντως ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἢ ἑτέρα τις οἰαοῦν φύσις καθ' ὑμᾶς, οὐδενὶ τρόπῳ πρός τι συγκείσεται, τὸ δὲ κατὰ μηδένα τρόπον τινὶ συγκείμενον· ἀλλ' ἀπόλυτον ἀεὶ καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφιστάμενον, οὔτε τυπτομένῳ ἑτέρῳ τινὶ συμ-

πλήττεται, οὔτε πάσχοντι συγκολαφισθήσεται, οὔτε ἡδομένῳ συνευφραίνεται, ἢ ἁπλῶς τῶν αὐτῶν ἀπολαύσειεν. Οὐδὲ τουτὶ πάθος τὸ αὐτὸ, κατ' ἀριθμὸν τῶν ἑτέρῳ συμβαινόντων, τινὶ συμμερισθήσεται· ἀμέλει τοῦ πλουσίου ἐν σπατάλῃ κατευωχουμένου, Λάζαρος οὐκ εὐφραίνετο· ὁμοίως δὲ οὔτε ἐν γεέννῃ τοῦδε φλογιζομένου, Λάζαρος ὠδυνᾶτο. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς νῦν ὑμῖν φάσκουσιν ὀδυνᾶσθαι ἐπὶ τῇ θρυαλλίδι, συνηλγήσαμεν, ἀσύνθετοι πρὸς ὑμᾶς ὁμολογουμένως ὑπάρχοντες.

Εἰ δὲ ταῦτα ἀντιπεριτραπείσης αὐτοῖς τῆς ἰδίας κακουργίας, αἰσθήσει μάχεσθαι, τοὺς ἄγαν φυσιολογεῖν βουλομένους καὶ εἰς τὰ θεῖα σαφῶς παρίστησι, μή τι ἄρα τὸ ἕτερον αἱρήσονται σκέλος τῆς διαιρέσεως, περὶ ψυχῆς λέγειν, ὅτι ἐμμερής τέ ἐστιν ἅτε καὶ περιγραπτὴ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ σύγκειται ἡ ψυχὴ τῷ ἐμμερεῖ καὶ περιγραπτῷ σώματι; Εἰ οὖν τοῦτο λέγοιτε, πάλιν, σκέψασθε, φαίημεν, τὰ συναγόμενα· πρῶτον μὲν γὰρ συναύξοιτο καὶ συναπομειοῖτο καὶ συνδιατέμνοιτο τῷ σώματι· εἰ δὲ μή γε, τὸ αὐξηθὲν σῶμα οὐ ζωώσει, μὴ ἐγγενομένη κατὰ σύνθεσιν καὶ αὐτῷ· οὐδὲ τῷ μειωθέντι ἀρκεσθείη, μὴ συμπερισταλεῖσα αὐτῷ πως. Εἶτα δὲ, τί ἂν εἴποιτε ἔτι, ἐπεὶ τὸ ἐμμερὲς καὶ περιγραπτὸν πᾶν ἐν τόπῳ ἐστίν; Τὸ δὲ ἐν τόπῳ ὄν, ἢ σῶμα, ἢ συμβεβηκὸς σώματι ἀχώριστόν ἐστιν, ἀνάγκη ἢ συμβεβηκὸς καὶ τοῦτο ἀχώριστόν τι· ὅθεν οὐδὲ ἀθάνατον ἔτι, ἢ αὐθύπαρκτον, οὐδὲ οὐσίαν οἴεσθαι τὴν ψυχὴν, ἢ σῶμα εἶναι λέγειν αὐτὴν, ὑπὸ σώματος περιεχόμενον. Εἰ δὲ σῶμα ἡ ψυχὴ, διὰ σώματος οὐ χωρήσει, μὴ διαιροῦσα τοῦτο, ἢ διαιρουμένη ὑπὸ τούτου, εἰ ἀληθὲς τὸ σῶμα διὰ σώματος μὴ χωρεῖν, ἄνευ τῆς θατέρου διαιρέσεως. Ἀλλὰ καὶ ἐν ὄγκῳ μείζονι τὰ ἔμψυχα σώματα παρὰ τὰ νεκρὰ ὁρᾶσθαι ἀναγκαῖον, εἴπερ πᾶν σῶμα σώματι ἐπιγινόμενον, ἐν ὄγκῳ μείζονι τοῦτο δείκνυσιν· ἔτι μέν τοι καὶ αὕτη εἰ σῶμά ἐστιν ἡ ψυχὴ, συνεχές τε ποσὸν ἔχει καὶ σχῆμα. Σῶμα οὖν δι' ὅλης αὐτῆς ἐν τῇ συνθέσει εἰσδεξαμένη, ἐν ὄγκῳ μείζονι καὶ αὐτὴ καταστα θήσεται· ὃ γὰρ ἐμποιήσει ἑτέρῳ τὸ ἕτερον σῶμα, ὡς σῶμα, τοῦτο καὶ αὐτὸ πείσεται ὑπὸ τοῦ ἑτέρου. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλων ἀτόπων πλῆθος, ὃ διὰ τὴν ἐπὶ πλεῖστον παρέκβασιν τῶν ζητουμένων παροραtέον ἡμῖν πρὸς τὸ παρὸν, καὶ τῶν εἰρημένων δεικνύντων οὐκ ἐλλιπῶς τὸ ἀνίσχυρον τῆς ὑμετέρας ὑποθέσεως· ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καὶ τῆς δευτέρας ἀποφαντικῆς ὑμῶν ἕνεκα προτάσεως, λεγούσης ὅτι τὸ συντιθέμενον πάντως καὶ ἐμμερὲς εἶναι ἀνάγκη, καὶ περιγραπτὸν, ἐξ οὗ τὸ γενναῖον ὑμῖν ὅλον ἐπιχείρημα κατεσκεύαστο.

Ἐπεὶ οὖν καὶ τὰ εἰρημένα ἀρκοῦντά ἐστι εἰς κατάλυσιν τῆς ψαμμαίας ὑμῶν οἰκοδομῆς, διὰ τόδε ἑπόμενα μυρία καὶ ἄλλα ἀτοπήματα ταῖς ὑμετέραις ὑποθέσεσι, παραλείψομεν, εἴγε τὸ νοερὸν καὶ πνευματικὸν καὶ ἰσάγγελον, ἔτι μὴν καὶ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, καὶ ἐμφύσημα τῆς δόξης τοῦ Παντοκράτορος, τοῦτο ὑμεῖς ἁπλῶς ἐμμερὲς εἶναι ὑποτίθεσθε, διότι συντίθεσθαι ὁμολόγηται. Ἔσται γὰρ τούτου δοθέντος, καθ' ὑμᾶς ἐξ ἀνάγκης· ἢ καὶ τὰ συγγενῆ καὶ πρωτότυπα

A percutietur, cum vexato non vexabitur, nec cum gaudente congaudebit, seu simpliciter hæc omnia participaret. Neque hæc eadem passio, juxta numerum eorum quæ alteri eveniunt, cum aliqua comparabitur; certe cum dives splendide epularetur, non lætabatur Lazarus; similiter nec dum in inferno flamma cruciaretur, Lazarus patiebatur. Sed nec nos simul cum vobis a flamma pati dicentibus, passi sumus, siquidem fatentibus omnibus, vobiscum non sumus uniti.

Si vero astutia eorum eisdem eadem arma opponens, cum sensibilibus pugnat, nimisque de physicis dicere volentes in cœlestibus evidenter constituit, nonne aliam partem distinctionis arripient, de anima dicentes partibus eam compositam
B esseque finitam, ideoque animam quoque subjici corpori partibus coagulato atque circumscripto? Si ergo hoc dixeritis, rursum allata, dicemus, pensate; primum enim simul cum corpore augeretur, minueretur atque scinderetur; sin aliter, auctum corpus non vivificabit, nisi innata cum illo uniatur; debilitato non succurrisset, ni quo modo illi adaptata fuisset. Dein vero, quid adhuc diceretis, cum omne, quod ex partibus componitur ac circumscribitur, in loco sit? Porro quod in loco est, seu corpus, seu corpori accidens individuum est, necessitas vel accidens illud quoque aliquid individuum est; inde nec jam immortalis, nec per se subsistens, nec substantia anima habenda est, vel ipsa corpus
C dicenda est corpore obvoluta. Si autem corpus est anima, per corpus non procedet, illud non dividens, vel non ab illo divisa, si verum est corpus per corpus procedere impossibile esse, absque utriusque divisione. At etiam in majore congerie spiritualia corpora cum cadaveribus videnda sunt, siquidem omne corpus corpori additum, in congerie majori illud demonstrat; si anima corpus est, quantitatem continuam et figuram habet. Corpus ergo postquam in unione tota complexa sit, in mole majore eadem etiam constituetur; quod enim alteri alterum corpus addet, ut corpus, hoc et idem ab altero patietur. Multa insuper sunt absurda, quæ, cum valde quæsita transgressi simus, nobis in præsenti omittenda sunt, cumque supradicta
D abundanter infirmitatem vestri systematis demonstraverint. Hæc sunt quidem quæ, secundæ propositionis gratia vestræ prædicatæ, dicentis quod unitum est necessario ex partibus coalescere, atque circumscriptum esse, omnes vestri generosi conatus ideo comparaverunt.

Cum ergo supradicta ad destructionem arenosæ vestræ ædificationis sufficiant, ideo innumera consequentia aliaque absurda systematum vestrorum negligemus, siquidem quod intellectuale, quod spirituale, quod angelicum, imo quod est ad imaginem Dei afflatusque gloriæ Omnipotentis, ex partibus coagulatum supponere vos non dubitatis, eo quod uniri credatur. Nam, cum ita sit, ad hoc devenistis ut sive congenita, sive prototypa, ac antece-

dentia illius seu animæ, ex partibus coalescere reputetis juxta illam quæ illorum imago similitudoque est; sive partium expertia dicatis hæc illamque simul cum illis, partes tantum propter corpora dantes; volentes sive nolentes veritatem prætermittitis, in virtute Christi vobis illam demonstrabimus quæ enim a nobis dicenda sunt, vel ad docendum, vos, si vultis, vel ad condemnandum. Totum non, ut existimatis, secundum partes, vel ex partibus, perfectum semper significat simpliciter et omnino; sic enim omnia essent simplicia dicenda vel imperfecta, quando partium expertia essent neque partibus compositam suam totalitatem haberent; seu tota perfectaque dicta partibus essent composita nec ullo modo simplicia; quasi nullum cæterorum simplicium, perfectum esset, seu universum videretur. Hæc cum ita sint, ipsa vestra contra nos sententia nec Deitati totalitatis ex partibus experti simplicitatem concedet; necesseque erit ut, aliquod compositum partibus ad suam ipsius perfectionem et totalitatem exigentes, ex alterutro omnino dejicere cogaris seu ex simplicitate seu ex perfectione ipsum partium expers in excellentia sua totum dicimus; at est vere totum, ita dico, vere; juxta proprium sermonem perfectum, licet simplex sit ac partium expers, licetque sit compositum partibus distinctum; modo tantum integre voces suas habere videatur; quoniam enim hæc ita se habent, non voce *totius* impediunt quin subjectum sit simplex, ecce enim perfectum totumque dicimus aliquid esse, punctum, unitatem, momentum temporis partium expers atque indivisibile, Divinitatem omniaque simplicia; non quod integre proprias partes habeant, ideo illis totalitatem attribuimus; jam enim partium expertia hæc agnovimus; sed quod totam propriæ speciei simplicitatis salvam, illæsam perfectamque vocem habent, ac unumquodque horum, juxta propriam naturam, speciei signum præfert. De *toto* ergo afferre probationes, quomodo totum toti uniri aliquo modo sit possibile, quin *totum* dictum partibus sit distinctum, ex synthesi, necesse est.

Similiter ex supradictis de simplicitate, *totum* quoque infinitum esse dicique oportet; voce enim *totius infiniti* cum proprietatibus omnibus infinitatis, hujusmodi perfectum est, siquidem aliter non erit infinitum. Namque si, juxta vestram hypothesim, ex integritate partium solum intelligitur totum, cum partium expers infinitusque sit Deus, totum non habebit; si autem totum non habens, unione quoque exuatur, imperfectionis accusabitur; si vero aliquid totum sit, uniri quoque potest; si ergo infinitum quoque illius habet, infinitique integritatem, ut infiniti quidem, *quantum* in illo atque de illo possibile esset, ut vult eorum sententia, sicque uniri totum aliquid ens, infinitatis simplicitatisque voce perfectum. Hæc autem a nobis pensata sunt, eo quod non recte *totum* intelligatis, illud tantum de corporibus subsistere asseren-

A καὶ προακτικὰ τούτου ἦγουν τῆς ψυχῆς, ἐμμερῆ κατ' αὐτὴν λογίζεσθαι εἰκόνος τούτων οὔσης καὶ ὁμοιώσεως ταύτης· ἢ ἀμερῆ φάσκοντας εἶναι ταῦτα καὶ ταύτην σὺν ἐκείνοις τῆς ἐμμερείας ἀφιέναι τῆς κατὰ τὰ σώματα· εἴτε δὲ ἑκόντες, εἴτε ἄκοντες, παραβλέπετε τὴν ἀλήθειαν, ἡμεῖς ὑμῖν ἐν δυνάμει Χριστοῦ ταύτην ὑποδείξομεν· ἔσται γὰρ ἢ εἰς σύνεσιν, εἰ βούλεσθε, ἢ εἰς τὴν κατάκρισιν ὑμῶν τὰ λεγόμενα παρ' ἡμῶν. Τὸ ὅλον οὐχ, ὡς οἴεσθε, τὸ κατὰ τὰ μέρη, ἢ ἐκ μερῶν, τέλειον ἀεὶ σημαίνει ἁπλῶς καὶ πάντως· οὕτως γὰρ ἂν πάντα δέον ἦν τὰ ἁπλᾶ, ἢ ἀτελῆ λέγεσθαι, ἀμερῆ ὄντα, καὶ ἐκ μερῶν συγκειμένην οὐκ ἔχοντα τὴν οἰκείαν ὁλότητα· ἢ ὅλα τε καὶ τέλεια λεγόμενα, σύνθετα εἶναι ἐκ μερῶν, καὶ οὐκέτι ἁπλᾶ· ὡς μηδὲν λοιπὸν τῶν ἐν ἁπλότητι τέλειον
B εἶναι, ἢ ὁλόκληρον φαίνεσθαι. Τούτου δὲ δοθέντος, καὶ καθ' ὑμῶν ἔσται τὰ ὑμέτερα, μηδὲ αὐτῷ τῷ Θείῳ ἄνευ τῆς ἐκ μερῶν ὁλότητος, συγχωροῦντα τὴν ἁπλότητα· καὶ γὰρ ἀναγκαίως δεῖσθαι καὶ αὐτὸ συνθέσεως καὶ μερῶν πρὸς τελείωσιν καὶ ὁλότητα αὐτοῦ παριστάνοντα, θατέρου πάντως ἐκπεσεῖν εἴη βιαζόμενα, ἢ τοῦ ἁπλοῦ ἢ τοῦ τελείου, τόδε τὸ ἀμερῶς ὑπερτέλειον Θεῖον ὅλον· ἀλλ' ἔστιν ἀληθῶς ὅλον, ὦ οὗτοι, κυρίως, τὸ κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ἀπηρτισμένον, κἂν ἁπλοῦν εἴη καὶ ἀμερὲς, κἂν τε σύνθετον καὶ ἐμμερές· μόνον εἰ ἀνελλιπῶς ἔχειν τοὺς ἑαυτοῦ λόγους θεωρηθείη· ὅτι γὰρ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ οὐκ ἐμποδίζει τῷ λόγῳ τοῦ ὅλου, τὸ ἀμερὲς εἶναι τὸ ὑποκείμενον, ἰδοὺ δὴ τέλειόν φαμεν καὶ ὅλον τι
C εἶναι, καὶ τὸ σημεῖον, καὶ τὴν μονάδα, καὶ τὸ νῦν τοῦ χρόνου τὸ ἀμερὲς καὶ ἀχαριαῖον, καὶ τὸ θεῖον, καὶ τὰ ἁπλᾶ πάντα· καὶ οὐχ ὅτι ἀνελλιπῶς τὰ οἰκεῖα μέρη ἔχουσι, διὰ τοῦτο τούτοις μαρτυροῦμεν τὴν ὁλότητα· προωμολόγηται γὰρ ἡμῖν ἡ τούτων ἀμέρεια· ἀλλ' ὅτι ὅλον ἔχουσι τῆς οἰκείας τοῦ εἴδους ἀμερείας τὸν λόγον σῶόν τε καὶ ἀπαράβλαπτον καὶ τέλειον, τούτων ἕκαστον, κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τοῦ εἴδους γνωριστήριον φέρουσι. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ περὶ τὸ *ὅλον* δεικνύντα, ὡς καὶ ὅλον ὅλῳ συντίθεσθαί τι δυνατὸν, καὶ οὐκ ἐμμερὲς, εἶναι τὸ λεγόμενον *ὅλον*, ἐκ τῆς συνθέσεως, ἀνάγκη.

Ὁμοίως δὲ τοῖς εἰρημένοις περὶ τοῦ ἀμεροῦς, καὶ τὸ ἀπερίγραπτον *ὅλον* δέον εἶναι καὶ λέγεσθαι· τῷ
D λόγῳ γὰρ τοῦ *ἀπεριγράπτου ὅλου* μετὰ τῶν ἰδιωμάτων πάντων τῆς ἀπεριγραψίας, τέλειον τοιόνδε ἐστίν· ἐπεὶ οὐκ ἔσται ἄλλως ἀπερίγραπτον. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν σφῶν ὑπόθεσιν ἐκ τοῦ ἀνελλιποῦς τῶν μερῶν τὸ ὅλον νοεῖται μόνως, ἐπεὶ ἀμερής ἐστι καὶ ἀπερίγραπτος ὁ Θεὸς, τὸ ὅλον οὐχ ἕξει· μὴ ἔχων δὲ τὸ ὅλον, εἰ καὶ συνθέσεως ἠλευθέρωται, ἀλλὰ ἀτελειότητα κατηγορηθήσεται· εἰ δὲ ὅλον τί ἐστι, καὶ συντίθεσθαι δύναται· εἰ οὖν καὶ τὸ ἀπερίγραπτον αὐτοῦ ἔχει καὶ τὸ τοῦ ἀπεριγράπτου ἀνελλιπῶς, ὡς ἀπεριγράπτου μέντοι, δύναιτο *ὅσον* τῷγε, καὶ ἐπὶ τῷδε, ὡς δοκεῖ τῇ ἀποφάνσει αὐτῶν· καὶ οὕτως συντίθεσθαι ὅλον τι ὄν, τῷ τῆς ἀπεριγραψίας λόγῳ καὶ ἀμερείας ἀπηρτισμένον. Ταῦτα δὲ ἡμῖν κατεξήτασται, διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς, εἰδέναι ὑμᾶς τὸ *ὅλον*, ἀλλ' ἐπὶ σωμάτων μόνον, μᾶλλον

δὲ ἐπὶ συνεχῶν *ποσῶν* μόνων παρόθεσιν *τοπικὴν* μορίων τινῶν συναπτομένων, καὶ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα, τοῦτο λογιζομένων συνεστᾶναι. Ἐοίκατε δὲ, ὦ γεννάδαι, ἐκ τῆς ἄγαν κατ' αἴσθησιν σπουδαζομένης ὑμῖν φυσιολογίας, εἰς τοσήνδε τὴν *ἀναισθησίαν* κατασπασθῆναι. Ἴδωμεν γὰρ καὶ ἀκριβέστερον ὅμως τὸ *ἀπερίγραφον* ὑμῖν πῶς λέγεται τῷ ἐμμερεῖ μὴ δυνατὸν εἶναι συντίθεσθαι· πρῶτον μὲν γὰρ τὸ ἀπερίγραπτόν τι εἶναι, ἐπιπολαιότερον ἐκ *τοπικῆς* σχέσεως λέγεται· ἆρα οὖν καὶ τῇ κατὰ τόπον ἑνώσει παρεμποδὼν τὸ ἀπερίγραπτον· αὕτη δὲ *παράθεσίς* ἐστι, καὶ οὐ σύνθεσις· εἰ μὲν οὖν τοιαύτην εἶναι καὶ τὴν ἕνωσιν τοῦ Λόγου πρὸς τὴν σάρκα οἴεσθε, ὅτι ὑπερεκτείνεται θατέρου τὸ ἕτερον συντιθέμενον τῶνδε, καὶ δέον ὡς τὰ διπλᾶ καττύματα τῶν πεδίλων, τὰ οὕτως ἑνούμενα ἀλλήλοις καὶ παρατιθέμενα, μὴ θάτερον ἐξέχον ἀπαιωρεῖσθαι καὶ περιττεύειν θατέρου καττύματος, πρόδηλοι οὖν κἀντεῦθεν γεγόνατε ὡς καὶ τὴν ἕνωσιν καὶ τὸ ἀπερίγραφον, οὐ θεοπρεπῶς, ἀλλὰ σώματος μεγέθει φαντάζεσθε, μυριόπηχύ τι ἢ ἁπλῶς ἀπειρόποσον κατὰ μορίων τινὰ θέσιν πρὸς ἕτερον ἔλαττόν τι σῶμα συνάπτεσθαι λογιζόμενοι. Πλὴν οὐδὲ εἰ τοῦτο οἴεσθε, ἐκωλύετο ἂν αὐτῶν εἶναι *παράθεσις* καθ' ὑμᾶς. Ἐδώκατε γὰρ καὶ μέρους πρὸς ὅλον τί τινος γενέσθαι *σύνθεσιν*, ὥστε καὶ τοῦ βραχέος πρὸς τὸ μέγα ἐστὶ παράθεσις· εἰ δὲ εἴποιτε, Οὐχ ὅλον πρὸς μέρος αὕτη ἐστὶ ἡ παράθεσις ὄντως, ἀλλ' ἐκ μέρους αὐτοῦ ὅλου πρὸς ὅλον τὸ μέρος, σκοπεῖτε ὅμως καὶ οὕτως· ὅτι ὧν τὰ μέρη περιγραπτὰ, τούτων καὶ τὸ ὅλον· ὥστε εἰ καὶ μὴ τῷδέ τινι τῷ ἐμμερεῖ, ἀλλ' ἑτέρῳ μείζονι, ἔχοι ἂν φύσιν παρατίθεσθαι, καὶ τὸ τοῦ παρατεθέντος θείου μέρους ὅλον, οὐδὲν ἄρα ἐκ τῆς *τοπικῆς* ἀπεριγραψίας, φύσει ἀπερίγραπτον δειχθήσεται.

A tes, atque imprimis de continuis *quantis* privatis juxta positionem *localem* portiunculis quibusdam unitis. Adeo, o viri generosi, ex ratiociniis carissimis vestris quæ nimis juxta sensus sunt, in hanccé *insensibilitatem* præcipitati estis! Namque cæterum accuratissime videamus quomodo *infinitum* partibus coalescenti uniri non posse a vobis dicatur: primum quia ex statu *locali* tenuius esse dicitur infinitum, ideoque unioni secundum locum impedimento esse infinitum, hæc est autem *juxtapositio*, non vero unio; si ergo autem Verbi unionem cum carne talem esse senseritis, eo quod unum ex unitis alterum superat, nec ex duabus calceamentorum soleis, sibi invicem unitis ac juxtapositis, unam soleam altera solea excelsior ac longior videri debet, patet ergo, hucque devenistis, unionem atque infinitum, non ut decet divinitatem sed modo corporali vos imaginamini, aliquid maxime longinquum aut simpliciter immensum juxta partes aliquam positionem ad alterum minus aliquod corpus additum excogitantes. Attamen, si hæc est sententia vestra, illorum *juxtapositio* quam dicitis, non impediretur; docuistis enim partes alicui toti adjunctas alicujus unionem fieri, ita ut alicujus brevis ad aliquod magnum fiat *juxtapositio*. Si vero dixeritis non totum ad partem hanc esse vere *juxtapositionem*, sed ex parte ipsa totius ad totam partem, unum et idem specialis; quia quorum sunt partes finitæ, horum et totum; ita ut si huic contigerit ut alicui particulari non juxtaponatur, sed alteri majori, totum quoque juxtapositæ partis divinæ (neutiquam ergo ex *locali* infinitate) naturaliter infinitum probabitur.

Ἐρωτητέον δὲ ὑμᾶς ἔτι· Τὸ ἀπερίγραφον τοῦτο, ἤγουν ὁ Θεὸς, περιγράφει τὸν κόσμον, ἢ οὔ; Εἰ μὲν γὰρ οὐ περιγράφει, οὔτε ἐν αὐτῷ ὁ κόσμος ἄρα, οὔτε ὄντως ἐλάττων αὐτοῦ ἀναγκαίως δειχθήσεται· καὶ τ' ἄλλα δὲ βλάσφημα ἔψονται. Εἰ δὲ περιγράφει, ἐπεὶ πᾶν ἐμμερὲς, εἴγε περιγράφεται, ἢ μέρος ὑπὸ μέρους, ἢ ὡς ὅλον ὑπὸ ὅλου, ἢ ὡς μέρος ὑπὸ ὅλου, ἢ ὡς ὅλον ὑπὸ μέρους, περιγράφεται· τοῖς γὰρ ὑμετέροις χρησόμεθα· δέον πάντως ἐμμερῆ εἶναι καὶ τὸν Θεὸν τὸν περιγράφοντα τὸ περιγραφόμενον ἐμμερές. Ταῦτα δὲ πάλιν πῶς λέγετε γίνεσθαι; Εἰ γὰρ ὡς σῶμά τι μεῖζον, τὸ ἔλαττον, καὶ ὡς οἱ τοὺς κανθάρους εἰς τὰς κηρίνας σφαίρας καταχλείοντες, οὕτω περιγράφει Θεὸς, τόπος ἐστὶ μόνον τῶν ἐν αὐτῷ, καὶ συνεχές τι *ποσὸν* ὁ Θεὸς, σῶμά τε σωμάτων, καὶ ἐμμερὴς, καὶ σύνθετος, καὶ οὐ μόνον ἐλευθερούμενος συνθέσεως, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαίως πεφυκὼς ἐπιδέχεσθαι σύνθεσιν. Εἰ δὲ ταῦτα μετὰ πολλῆς τῆς βδελυρίας ἀνόητα, ἑτέρως περιγράφειν τὸν κόσμον λέγοιτ' ἂν ὁ Θεὸς, ἢ ὡς τὰ σώματα περιγράφουσι. Δεῖ γὰρ ἀληθῶς εἰπεῖν, ὅτι περιγράφει μὲν τὰ πάντα σώματα καὶ ἀσώματα, οὐχ ὡς σῶμα δέ· ἀπερίγραφός τέ ἐστιν, οὐχ ὡς σῶμα μὴ ἔχων ὑφ' οὗ περιγραφείη μείζονος σώματος· καὶ ὡς ἐν κενῷ που

A vobis exquirendum est adhuc: Num hoc infinitum, seu Deus, mundum definit, annon? Si enim non definit, nec ergo in ipso mundus, nec vere minor ipso necessario demonstrabitur, aliæque blasphemiæ coquentur. Si autem definit, cum totus partibus constet, si tamen definitur, sive pars parte, sive quasi totum toto, sive quasi pars toto, sive quasi totum parte, definitur; vestris enim utemur: omnino partibus constare debet Deus, definiens quod partibus constat. Hæc vero quomodo rursus dicitis fieri? Si quemadmodum corpus aliquod magnum, aliquod minus, ac tanquam qui scarabæos in globis cereis includunt, sic Deus circumscribit, locus tantum erit his quæ in ipso sunt, ac aliquod *quantum* continuum Deus, corpus corporum, partibus constans, compositus, neque solum compositionis immunis, sed etiam necessario compositionem admittens. Si vero stulta hæc multæ impudentiæ juncta sint, mundum aliter circumscribere dicendus est Deus quam circumscribunt corpora; vere enim dicendum est, illum quidem circumscribere omnia corpora atque incorporalia, non vero ut corpus; incircumscriptusque est, non quasi corpus non habens a quo majore corpore circumscri-

batur, et tanquam in loco quodam vacuo orbis universi quasdam partium suarum suspensas tenens, sed tanquam virtute sua omnem naturam superans, omnemque locum et tempus antecedens; nec igitur quidem unitus quasi corpus vel quædam divisibilis natura unietur, ita ut quasi pars vel totum, divisibilis subjectus reputetur; sed quemadmodum non necessario corporis particulariumque verbum illi incubuit ad circumscribenda quæ partibus constant, ita ad se uniendum cum homine, hujusmodi cogitationem adhærentem sibi non habet. Aliter enim nec magnum ita est infinito, si a finito non comprehenditur; hoc enim datur corpori incircumscripto, scilicet cœlesti; sed si in minore atque a se circumscripto libere infiniteque totus possit comprehendi in nullo coarctatus, id fit virtute quidem connaturali nulla vi infinitum intercludente aut circumscribente ut operetur quod voluerit. Hoc est enim quod mirabiliter nimis dictum est ab eo qui asserit de Christo secundum carnem: *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*[a].

Male ergo, o miseri, de ipso Deo omne unitum judicatis, sive ut partem sive ut totum partibus constans profecto uniri. Sufficiebat etiam unius tantum errorum vestrarum confutatio ad destructionem omnium vestrorum munitionum, siquidem una data stultitia, omnes stultitiæ sequuntur. Si vero de omnibus vestris propositionibus longiorem confutationem protraxerimus, ideo omnis vestri ratiocinii conclusio falsissima demonstrabitur. In prima enim, male existimastis omne unitum velut partem aut totum divisibile uniri; siquidem res non ita se habere probatum fuerit, omnibus, quæ a Deo ordinata sunt, ex non entibus subsistentibus. Sed et corpora ex *quo* et *quanto* perfecta sunt substantialiter, in quorum nullo totum vel pars ante unionem ipsorum non potest dici, propter ea quæ a nobis superius dicta sunt. Secunda autem vestra propositio errat, affirmans totum de simplicibus vel infinitis non dici; demonstratumque est punctum, unitatem, momentum præsens, animam, omnia simplicia, atque divinitatem, propriis distinctisque vocibus enuntiari omnia partiumque esse expertia, etsi uniuscujusque non sit eadem simplicitas.

Si vero a vobis concessum fuerit omnia simplicia necessario, siquidem partium expertia sint, nec tota dici nec unquam in unionem convenire posse, libenter a vobis exquiremus quomodo igitur non omnia entia unita ex unitis fieri concessum fuerit? In infinitum quoque erit progrediendum, si ex simplicibus non fiant unita, siquidem juxta vos ex his quæ partibus carent non possint esse, primis unitis, unde unitis nescio, nisi breviter nobis demonstrare volueritis. Sed et infinitum voce infiniti totum esse, quasi finitum voce finiti, probatum est,

A τόπῳ τοῦ παντὸς, μέρη τινὰ τῶν αὐτοῦ παραιωρημένος, ἀλλ' ὡς δυνάμει πᾶσαν φύσιν ὑπερεκπίπτων, καὶ παντὸς τόπου καὶ χρόνου ὑπερεξαπλούμενος· οὔτε γοῦν ἄρα συντιθέμενος ὡς σῶμα ἢ μεριστή τις φύσις συντεθήσεται, ἵνα ὡς μέρος ἢ ὅλον, μεριστὸς συγκείμενος λογισθήσεται· ἀλλ' ὃν τρόπον οὐκ ἀναγκαίως αὐτῷ γέγονεν ὁ τοῦ σώματος λόγος καὶ τῆς ἐμμερείας εἰς τὸ περιγράφειν τὰ ἐμμερῆ, οὕτως οὐδὲ εἰς τὴν πρὸς ἄνθρωπον σύνθεσιν, τὴν τοιάνδε ὑπόνοιαν ἐπισύρεται. Ἄλλως γὰρ οὐδὲ μέγα οὕτως τῷ ἀπεριγράφῳ, εἰ οὐ χωρεῖται ὑπὸ τοῦ περιγραπτοῦ· καὶ σώματι γὰρ ἀπεριγράπτῳ ἔνεστι τόδε, ἤγουν τῷ οὐρανίῳ· ἀλλ' εἰ καὶ ἐν τῷ μείονι καὶ περιγραπτῷ ὑπ' αὐτοῦ ἀκωλύτως ὅλος τε καὶ ἀπεριγράπτως δύναιτο χωρῆσαι ἐν οὐδενὶ στενοχωρούμενος, τοῦτο ἀληθῶς δυνάμεως φυσικῆς τὸ ἀπερίγραπτον οὐδενὶ βιαίῳ ἀποκλειομένης καὶ περιγραφομένης ἐνεργεῖν ὃ βούλεται. Τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τὸ ὡς ἄγαν θαυμαστὸν εἰρημένον τῷ φήσαντι περὶ Χριστοῦ τοῦ κατὰ σάρκα, *Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.*

Κακῶς οὖν, τάλανες, ἀξιοῦτε καὶ ἐπὶ Θεοῦ πᾶν τὸ συντιθέμενον, ἢ ὡς μέρος ἢ ὡς ὅλον μεριστὸν δηλαδὴ συντίθεσθαι. Ἤρκει μὲν οὖν καὶ μιᾶς μόνον τῶν ὑμετέρων προτάσεων ἔλεγχος πρὸς καθαίρεσιν παντὸς ὑμῶν τοῦ ἐπιχειρήματος· εἴπερ ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, πάντα ἄτοπα ὡμολόγηται. Ἰδοὺ δὲ δι' ὅλων ὑμῶν τῶν προτάσεων, εἰ καὶ μακρότερον τὸν ἔλεγχον παρετείναμεν, ψευδέστατον ὑμῶν τὸ συμπέρασμα δέδεικται τοῦ ὅλου συλλογισμοῦ. Ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ, κακῶς ἠξιοῦτε πᾶν συντιθέμενον ὡς μέρος ἢ ὅλον μεριστὸν συντίθεσθαι· ἐλήλεγκται γὰρ οὐχ οὕτως ἔχοντα τὰ πράγματα, εἴπερ ἐκ μὴ ὄντων σύγκειται τόδε τὸ πᾶν θεία βουλήσει συναρμοσθέν· ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα ἐκ *ποιοῦ* τε καὶ *ποσοῦ* κατηρτισμένα ἐστὶν οὐσιωδῶς· ὧν ἐν οὐδετέρῳ τὸ ὅλον ἢ μέρος πρὸ τῆς συνθέσεως αὐτῶν, λέγειν δυνατὸν, διὰ τὰ ἀνωτέρω ἡμῖν εἰρημένα· ἡ δὲ δευτέρα ὑμῶν πρότασις ἐπλάνα φάσκουσα τὸ ὅλον ἐπὶ ἀμερῶν ἢ ἀπεριγράφων μὴ λέγεσθαι· καὶ ἐδείχθη τό τε σημεῖον, καὶ ἡ μονὰς, καὶ τὸ νῦν, καὶ ψυχὴ, καὶ τὰ ἁπλᾶ πάντα, καὶ τὸ Θεῖον, ὅλα τε λέγεσθαι ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὰ λόγοις, καὶ ἀμερῆ εἶναι, εἰ καὶ μὴ ὡσαύτως ἑκάστου ἐστὶν ἡ ἀμέρεια.

Εἰ δὲ καὶ ἐδόθη ὑμῖν πάντα τὰ ἁπλᾶ ἐξ ἀνάγκης, ἐπεὶ ἀμερῆ ἐστι, μήτε ὅλα λέγεσθαι, μήτε εἰς σύνθεσιν ἔρχεσθαι πώποτε, ἡδέως ἂν πυθοίμην ὑμῶν· Πῶς οὖν οὐκ ἐκ συνθέτων γενέσθαι τὰ ὄντα σύνθετα πάντα δοθείη; Καὶ ἐπ' ἄπειρον τὴν ἀνάβασιν ποιήσει, εἴπερ μὴ ἐξ ἁπλῶν ἐστι τὰ σύνθετα, διότι οὐκ ἐξ ἀμερῶν δύνανται εἶναι καθ' ὑμᾶς, τῶν πρώτων συνθέτων, οὐκ οἶδα ὅθεν συντεθέντων, ἐὰν μὴ παρελθόντες ἡμῖν ὑποδείξητε. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπερίγραφον τῷ λόγῳ τοῦ ἀπεριγράφου ὅλον εἶναι, ὥσπερ καὶ τὸ περιγραπτὸν τῷ λόγῳ τοῦ περιγραπτοῦ δέ-

[a] Coloss. II, 9.

δεικται· καὶ συντίθεσθαι οὖν δυνάμενον, εἴγε τοῦτο ὑμῖν δοκεῖ συνθέσεως εἶναι κωλυτικόν· καὶ ὅτι ὡς περιγράφειν τὸ ἐμμερὲς οὐκ ἐμποδίζεται τὸ ἀμερὲς, οὕτως οὐδὲ συντίθεσθαι, κατὰ τὸ ἑαυτῷ μέντοι οἰκεῖον, καὶ οὐκ ἐμμερῶς· οὐκοῦν καὶ μειρακίοις εὔδηλον τὸ ἀνίσχυρον τοῦ ὑμετέρου ἀσεβοῦς συμπεράσματος, τὸ λέγον· Οὐκ ἄρα συνετέθη ὁ Θεὸς Λόγος τῷ ἐξ ἡμῶν ἀνθρώπῳ. Οὕτω μὲν οὖν ὡσεὶ χνοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα ὑμῶν τὰ σοφίσματα, διὰ τὸ ἐν ἀπιστίᾳ συμπαγῆναι καὶ ἐν ἀγνοίᾳ τῆς δυνάμεως τοῦ θείου βουλήματος.

Ἀλλ', ὦ οὗτοι, εἰ καὶ μηδεὶς ἦν ὁ λόγος ὁ ἐλέγχων ὑμῶν τὴν ἀτοπίαν, ἄρα γε οὕτως ἐννοεῖν οὐ φρίττομεν, ὅτι ὁ μὴ ὄντα τάδε τὰ ὄντα πάντα καὶ τὰς τοιάσδε αὐτῶν συνθέσεις ἐξευρὼν Θεὸς πάσας καὶ ποιήσας εἶναί τε αὐτὰ, καὶ τοιῶσδε εἶναι, οὐκ ἠδύνατο καινοτέραν τινὰ καὶ ἀναγκαιοτέραν σύνθεσιν παρὰ τὰς ἐγνωσμένας ἡμῖν ἤδε προβάλλεσθαι, καὶ ἐφευρεῖν ἑαυτῷ, ὑπὲρ τῶν ὄντων ἑαυτὸν συνθεῖναι τῶν ὄντων τινὶ βουλόμενος, καὶ τὴν μήπω ἐντεταγμένην τοῖς οὖσιν ἐμφανίσαι. Πῶς οὖν, εἰ τοῦτο διαμφιβάλλοιμεν, οὐχὶ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τῶν ὄντων, ἔκ τινων προγεγονότων εἶναι, εἰκότως δοξάσομεν; Οὐ γὰρ ἦν οὕπω τις ἐγνωσμένη τινὶ σύνθεσις τῶν ὄντων· ὅτε κατ' ἀρχὰς Θεῷ ἐμηχανήθη. Καὶ ὅμως οὐδενὸς αὐτῶν πρώην ὄντος, ὕστερον ποιήσειν τὸν Θεὸν τὰ πάντα σύνθετα ὁμολογοῦμεν. Πότε δὲ καὶ ποῖ ἄλλος γέγονε κόσμος ἢ ἐπεφάνη τοιόσδε Χριστὸς τῷ κόσμῳ; Δῆλον οὖν, ὅτι ἐν ἀρχῇ τε καὶ ἐκ μὴ ὄντων, κατὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν εὐσέβειαν καὶ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν δόξαν, ποιεῖ ὁ Θεὸς ἃ βούλεται· καὶ φύσεως γὰρ αὐτὸς Ποιητὴς ὤν, πῶς οὐ δύναιτο ἂν εἶναι καὶ τῶν φυσικῶν καινιστὴς ἀθεώρητος;

A ideoque uniri posse, quamvis unioni vobis hoc obstare videatur, ac, quemadmodum nihil obstat quin partibus constans partibus carente terminetur, ita nec ullum obstat quin partibus carens secundum quod proprium est sibi, nec modo partibus constantium uniatur; evidens est ergo etiam junioribus impiæ vestræ conclusionis infirmitas, dicentis: Non ergo Deus Verbum homini alicui ex nobis unitus est. Sic ergo ut pulvis ante faciem venti dissipantur ac disperguntur omnia vestra sophismata, eo quod in infidelitate ignorantiaque virtutis divini consilii composita sunt.

At, o vos, etsi nullus esset sermo stultitiam vestram confutans, ita credere non dubitamus, cum Deus quæ non erant omnia exsistentia eorumque B omnes hujusmodi uniones adinvenisset, illaque esse fecisset, talique modo esse, ipsum non fuisse impotentem recentiorem quamdam magisque necessariam unionem præter eas quæ a nobis notæ sunt sic ostendendi, sibique adinveniendi, supra entia seipsum cuidam entium uniri volentem, hancque unionem adhuc inauditam inter entia revelare. Quomodo igitur, si in hoc immoremur, non etiam omnia reliqua entium, ex quibusdam esse antea factis, jure putabimus? nondum enim quæquam erat unio entium alicui nota, quando in principio creavit Deus. Cumque tamen nihil horum antea esset, postea omnia unita facturum Deum confitemur. Quando autem atque ubi alius factus est mundus seu revelatus est hujusmodi Christus mundo? C Patet ergo, in principio exque non entibus, secundum fidem Christianorum doctrinamque hebraicam, facere Deum quod vult. Cum sit autem ipse Creator, quomodo quoque naturalium renovator invisibilis esse nequiret?

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Πᾶν οὖν συντιθέμενον ἑτέρῳ, περιγραπτόν ἐστι καὶ ἐμμερὲς, καθὼς ἐδιδάχθη ἀνωτέρω· πᾶν δὲ περιγραπτὸν καὶ ἐμμερὲς, ἑτεροούσιόν ἐστι τῷ ἁπλῷ καὶ ἀπεριγράφῳ. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ συνετέθη ὁ Θεὸς Λόγος τῷ ἐξ ἡμῶν ἀνθρώπῳ, ὁμοούσιος ὢν τῷ ἁπλῷ καὶ ἀπεριγράφῳ Πατρί· ἢ συντεθείς, ἑτεροούσιός ἐστι τῷ ἁπλῷ καὶ ἀπεριγράφῳ Πατρὶ, ὅπερ ἀσεβές. Ἀλλ' οὐχ, ὡς ἀπεφάνθη παρ' ὑμῶν, πᾶν ὁτιοῦν συντιθέμενον ἑτέρῳ κατὰ τὴν οἱανοῦν σύνθεσιν, περιγραπτόν ἐστι D καὶ ἐμμερὲς, ὡς ἀπεδείχθη ἀνωτέρω ἀληθῶς παρ' ἡμῶν, καὶ μάτην ἑαυτοὺς περὶ τῶν ἀβεβαίων πληροφορεῖτε. Ἐπὶ δὲ τοῖς ὡμολογημένοις κατασκευάζειν ἑτερά τινα πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ὑμετέρων ἐπιχειροῦντες, ταυτὸν πεπόνθατε τοῖς οἰκοδομεῖν ἐν ἀέρι, ἢ παπύρῳ στηρίζεσθαι βουλομένοις. Ἐπεὶ οὖν τὰ ἐναντία μᾶλλον ὧν ὑπέθεσθε ἀποδέδεικται ἡμῖν, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἐναντία τοῖς ὑμετέροις συμπεράσμασι συναχθήσεται· εἰ γάρ τινι τῶν ἐναντίων ἕπεται, καὶ τῷ ἐναντίῳ τοῦδε πάντως τὸ ἐναντίον ἕψεται.

CAP. II.

Omne igitur quod alteri unitur, finitum constansque partibus est, juxta quod superius dictum est; omne autem finitum partibusque constans alterius est substantiæ ac simplex atque infinitum; si vero hoc, non unitus est Deus Verbum alicui ex nobis, cum sit consubstantialis simplici infinitoque Patri; sin contra unitus, non est consubstantialis simplici infinitoque Patri, quod est blasphemia. At non, ut a nobis probatum est, omne quodcunque alteri unitum juxta qualemcunque unionem, finitum est constansque partibus, ut evidenter a nobis superius demonstratum est, frustraque incertorum vosmetipsos certiores facere enitimini. Semetipsis comparantibus vos ad opiniones vestras demonstrandas, idem accidit ac in aere ædificare, seu papyro inniti volentibus. Cum igitur contraria magis illis quæ supposuistis a nobis demonstrata sint, patet etiam contraria vestris conclusionibus esse colligenda; si enim aliquod contrariorum sequitur, contrarium quoque hujusce certissime contrarium sequetur.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πᾶν ὁτιοῦν συντιθέμενον ἑτέρῳ, ἑτεροούσιόν ἐστι

CAP. III.

Omne quodcunque alteri unitum, alterius est

substantiæ ac simplex infinitusque Pater ; omne autem alterius substantiæ ac simplex infinitusque Pater, non est proprie Filius simplicis infinitique Patris : si vero omne alteri unitum non est proprie Filius simplicis ac infiniti Patris, non unitus est Deus Verbum alicui ex nobis, cum sit proprie Filius Patris ; sin contra unitus, non est proprie Patris Filius Deus Verbum, quod est blasphemia. Eorumdem vestris repetitionibus adducti, loquimur et nos : sed ne vobis displiceat, non omne alteri unitum, alterius est substantiæ ac simplex infinitusque Pater, omneque vestrum hocque ratiocinium tollitur, prima ejus propositione sublata ; nihil enim ædificii firmum manet, fundamentis funditus eversis. Tantummodo autem apud seipsos sapientes, sæpe incertis innixi, nihil aliud agere videntur quam in aqua scribere, attentare ignem, aeremque verberare.

A τῷ ἁπλῷ καὶ ἀπεριγράφῳ Πατρί· πᾶν δὲ ἑτερούσιον τῷ ἁπλῷ καὶ ἀπεριγράφῳ Πατρὶ, οὐκ ἔστι κυρίως Υἱὸς τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπεριγράφου Πατρός· πᾶν ἄρα τὸ συντιθέμενον ἑτέρῳ, οὐκ ἔστι κυρίως Υἱὸς τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπεριγράφου Πατρός. Εἰ δὲ πᾶν συντιθέμενον ἑτέρῳ οὐκ ἔστι κυρίως Υἱὸς τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπεριγράφου Πατρὸς, οὐ συνετέθη ὁ Θεὸς Λόγος τῷ ἐξ ἡμῶν ἀνθρώπῳ κυρίως ὑπάρχων Υἱὸς τοῦ Πατρός· ἢ συντεθεὶς, οὐ κυρίως ὑπάρχει τοῦ Πατρὸς Υἱὸς ὁ Θεὸς Λόγος, ὅπερ ἀσεβές. Ταῖς ὑμετέραις πάλιν συμπεριαγόμενοι ταυτολογίαις, καὶ ἡμεῖς φαμεν· Ἀλλ', ὦ οὗτοι, οὐ πᾶν συντιθέμενον ἑτέρῳ, ἑτερούσιόν ἐστι τῷ ἁπλῷ καὶ ἀπεριγράφῳ Πατρί· καὶ πᾶς ὑμῶν καὶ ὁ παρὼν ἀναιρεῖται συλλογισμὸς, τῆς πρώτης αὐτοῦ προτάσεως ἀνατραπείσης· οὐδὲν γὰρ ἀκατάπτωτον μένει τοῦ οἰκοδομήματος, τῶν θεμελίων ἐκ βάθρων προανατετραμμένων. Οἱ δὲ παρ' ἑαυτοῖς καὶ μόνον φρόνιμοι, πολλάκις τοῖς ἀβεβαίοις ἐνισχυριζόμενοι, οὐδὲν ἕτερον δοκοῦσι ποιεῖν, ἢ ἐφ' ὕδατος γράφειν, καὶ κατὰ πυρὸς ξαίνειν, καὶ εἰς ἀέρα δαίρειν.

B

CAP. IV.

minem et equum privatim cognoverit, neque pariter caprarium, aut aliam formam communem seu individualem : et ideo duas Christi naturas si noveritis, patet earum personas prius fuisse cognitas. Sic responderi potest : Visis Phidiæ operibus, naturam ejus intelligimus, siquidem neque angeli, neque irrationabilis animalis sunt humana opera; personam autem si conjicimus, cheu, verba magis quam hominem fabricamus! Sed quia Enoch et Noe ex substantia cognoscimus, personasne ipsas nosse affirmabimus? Sed dicet aliquis neque ipsam naturam Noe propriam a nobis cognosci, sed conjici ex quibusdam similibus præcognitis. Et istud concedatur. Naturam autem Noe quomodo cognoscimus, si natura quidem ex similibus potuit cognosci; persona autem ex simili persona non potuit, nulla enim unquam persona alteri perfecte similis est, et ista Noe persona jam non exsistit, nec alteram habet similem, ut ipsi dicitis. Si vero cognoscimus, ergo naturam cognoscere fas est persona carentem, vel ignota ejus persona. Quid hoc, ait? Nonne Noe impersonalem arbitramini? Minime profecto, neque hoc dicebamus, sed quod naturam ex persona cognoscere non est semper nec absolute necessarium, quod ponebatis, ita ut deficiente personæ notitia, deficeret et naturæ. Et ubi natura ex persona perfecte cognoscitur, quid prohibet una persona plures naturas rerum præcognitarum agnoscere? Sic viso Andrea, distinctas mentis et corporis hypostases non videmus; sed Andreæ personam novimus, et duas naturas intelligimus, corporis et animæ.

CAP. XX.

Hoc etiam dici posset : Cum tota nostra natura in Christo videatur, qui similis nobis factus est per omnia absque peccato; et cum nostra generatio secundum carnem habeat formationem antiquiorem unione partium ad animam, necesse est corpus Dominicum ante animam exsistens, propriam habere personam, et deinde, anima ipsi indita, cum tribus (3), in persona Verbi unitum fuisse, et sese invicem penetravisse duas personas. Quod quomodo fiat, qua ratione unum formatum fuerit, quærendum est; non enim alia præter charitatem. Vel etiam Verbum corpori prius unitum fuit, eique et carni animam viventem postea insufflavit : non mediante anima, Verbum carni unitur, sane vero animæ, carne media; quod repugnat, siquidem remota cognatis et proximis rebus junguntur.

Sed in hoc convenitur, Dominum nostram naturam assumentem, ea quæ supra eam sunt non repudiavisse. Hoc manifestant et ejus conceptio virginalis, nostræ generationi dissimilis, et partus integritas, necnon et jejunium quadraginta dierum sine fame, et alia ejusmodi. De Christo igitur istud supra naturam hoc credimus fuisse provisum, carnem vix exsistentem et animatam fuisse et fuisse carnem

(3) Hæc tria quæ uniuntur sunt : caro, anima, Verbum.

A κῶς τόνδε τινα καὶ τὸν ἵππον· ὁμοίως οὐδὲ αἰγότητα, ἢ ἕτερον εἶδος κοινὸν ἢ ἰδικόν· εἰ οὖν δύο τὰς φύσεις ἴστε Χριστοῦ, δῆλον ὡς τὰς ὑποστάσεις τούτων προεγνώκατε. Ἆρα οὖν εἴποιμεν· Ἐπεὶ Φειδίου τὰ ἔργα ὁρῶντες, τὴν φύσιν συνήκαμεν, οὔτε γὰρ ἀγγέλου οὐδὲ ἀλόγου τὰ ἀνδρειοπλαστικὰ ἐστίν· εἰ δὲ καὶ τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ γνωρίζομεν, βαβαὶ τῶν λογοπλαστῶν μᾶλλον ἢ τοῦ ἀνδροπλάστου! Ἐνὼχ δὲ καὶ Νῶε διότι τὴν οὐσίαν οὐκ ἀγνοοῦμεν, ἆρα καὶ τὰ πρόσωπα εἰδέναι διαβεβαιωσόμεθα; ἀλλ' εἴποιτε ἴσως, ὅτι Οὐδὲ τὴν φύσιν αὐτὴν Νῶε τὴν ἰδικὴν ἴσμεν, ἀλλ' ἐξ ὁμοίων τινῶν ων γινώσκομεν ἀναλογιζόμεθα. Δεδόσθω οὖν τόδε· πῶς οὖν εἰ τὴν μὲν φύσιν ἐξ ὁμοίων εὐπορήσαντες ἀνελογισάμεθα, τὴν δὲ ὑπόστασιν ἐξ ὁμοίας ὑποστάσεως οὐκ ἐπεγνωκότες; Οὐ γάρ ἐστιν
B ὑπόστασις ὑποστάσει πάντη ὁμοία πώποτε, διὰ τῆς μὴ οὔσης μηδὲ ὁμοίαν ἐχούσης ὑποστάσεως αὐτοῦ, καθώς φατε, συνῶμεν τοῦ Νῶε τὴν φύσιν· εἰ δὲ συνήκαμεν, καὶ ἄνευ ὑποστάσεως ἄρα γε ἔστιν εἰδέναι φύσιν, καὶ ἄνευ τοῦ εἰδέναι αὐτῆς καὶ τὴν ὑπόστασιν. Τί οὖν; φησίν· ἀνυπόστατον τὴν Νῶε φύσιν ἐννοεῖτε; Οὐ δῆτα· οὐ γὰρ τοῦτο ἐλέγομεν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀνάγκη δι' ὑποστάσεως ἀεὶ, ὥς φατε, καὶ πάντως τὴν φύσιν γινώσκεσθαι· ἵνα ὁ μὴ λαμβάνων γνῶσιν ὑποστάσεως πρῶτον, μηδὲ φύσεως· ὅπου γε εἰ καὶ δι' ὑποστάσεως ἡ γνῶσις τῆς φύσεως πάντως ἐστὶ, τί κωλύει ἐκ μιᾶς ὑποστάσεως πλείους θεωρῆσαι φύσεις τῶν προεγνωσμένων; καὶ γὰρ Ἀνδρέαν ὁρῶντες, οὐ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος διωρισμένας βλέπομεν ὑποστάσεις, ἀλλὰ μίαν Ἀνδρέου
C ὅλου τὴν ὑπόστασιν ἴσμεν· καὶ ὅμως δύο φύσεις νοοῦμεν αὐτοῦ, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Τάχα δὲ ἂν καὶ τόδε εἴποιεν, ὅτι Πάντα τὰ κατὰ φύσιν ἡμῖν καὶ ἐν Χριστῷ ὁρῶνται· ὡμοιώθη γὰρ ἡμῖν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας· ἡ δὲ κατὰ φύσιν γέννησις ἡμῶν, προϋπάρχουσαν ἔχει τὴν διάπλασιν, τῆς ἑνώσεως αὐτῶν τῆς πρὸς ψυχάς· ἀνάγκη οὖν ὑποστάντος τοῦ σώματος τοῦ Κυριακοῦ πρὸ τῆς ψυχῆς, ἣ ἰδίαν ἔχειν ὑπόστασιν, εἶτα ἐμπνευσθείσῃ αὐτῷ ψυχῇ ἐν τρίτοις καὶ τῷ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθῆναι, δύο ὑποστάσεων συναφθεισῶν ἀλλήλαις· ὅπερ ζητητέον πῶς ἔσται, καὶ τίνι πρόπῳ μόνον γίνεται· οὐ γὰρ ἄλλῳ πλὴν τῷ κατ' εὐδοκίαν μόνην· ἢ τῷ
D σώματι προήνωτο ὁ Λόγος, καὶ ὕστερον ἐπέπνευσεν ἑαυτῷ καὶ τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν τὴν ζῶσαν· οὐ διὰ μέσης ψυχῆς σαρκὶ ὁ Λόγος ἥνωται, ἀλλὰ διὰ μέσης σαρκὸς μᾶλλον τῇ ψυχῇ ἡνώθη, ὅπερ ἄθεσμον· διὰ γὰρ τῶν οἰκειοτέρων καὶ ἐγγυτέρων τοῖς πορρωτέρω συνάπτεταί τι.

Ἀλλ' ἔστιν ὁμολογούμενον, ὅτι καὶ καταδεξάμενος τὰ φυσικὰ ἡμῶν ὁ Κύριος, τῶν ὑπὲρ φύσιν ἡμετέραν οὐ χηρεύει· πολὺ γὰρ τοῦδε μᾶλλον ἀπεμφαίνει, πρὸς τὸν ἡμέτερον τῆς γεννήσεως τρόπον ἄσπορος αὐτοῦ κύησις, καὶ ἄφθορος ἀπότεξις, ἀλλὰ καὶ ἡ ἅλιμος αὐτοῦ τεσσαρακοντοῦτις νηστεία καὶ τὰ τοιάδε· ἐπὶ οὖν Χριστοῦ καὶ τόδε ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν φύσιν πιστεύομεν οἰκονομηθῆναι, ὡς ἅμα τε εἶναι τὴν

σάρκα αὐτοῦ, καὶ ἐψυχωμένην εἶναι, καὶ τοῦ θείου Λόγου σάρκα εἶναι ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ· οὔτε γὰρ χρόνου πρὸς κατάπραξιν τῶν τῆς εὐδοκίας αὐτοῦ δεῖται ὁ Παντοδύναμος, οὔτε λόγον ἔχειν τὴν ἐκ πίστεως λόγου σύλληψιν καὶ κύησιν τῆς μακαρίας Παρθένου πιστευσάσης ὅτι Ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου, ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ ἔννοιαν καὶ φύσιν οὖσιν, ὁμοίως προϊέναι ταῖς τῶν σωματικῶν σπερμάτων τελειώσεσιν. Ἡ μὲν γὰρ εἰς σάρκα σπορὰ, ἐκ θελήματος σαρκὸς ἐστι διωθηθεῖσα σαρξ δυνάμει φυσικῇ· ἡ δὲ εἰς ψυχὴν πίστις ἐστὶν ἐξ εὐδοκίας Θεοῦ σπινθηρισθεῖσα καὶ μεταδοθεῖσα δόξα διὰ Λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος, γεννῶσα ὁμοιογνώμονας τῆς ἰδίας ἐνδιαθέτου κρίσεως τῷδε τῷ εἰρηκότι πρὸς τὸν Λόγον ἑαυτοῦ, *Ἐν σοὶ εὐδόκησα*· κατὰ γοῦν τὴν τοιάνδε πνευματικὴν ἀναγέννησιν καὶ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος πάντες τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς εἰς πνεῦμα ἀχρόνως ἀναγεννώμεθα οἱ πιστεύοντες τῷ οὕτως κατὰ σάρκα γεννηθέντι Χριστῷ· διὰ τὸ ἐν σαρκὶ οὖσαν τὴν ψυχὴν, πνευματικὴν ὅμως τήνδε σποράν, καὶ πνευματικῶς καταδεξαμένην ἐνωθῆναι τῇ κρίσει, πνευματικῆς φύσεως ἀξιωθῆναι· διὸ καὶ τῇ φύσει· τὸν γὰρ λόγον σου, Κύριε, εἴτουν « φόβον, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν » τῇ πίστει αὐτὸν, ἐν ἑαυτοῖς ἐργωδῶς τελεσφοροῦντες, « καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας ὃ ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς. » Ὁ γὰρ ἐν σαρκὶ ὤν, καὶ μὴ τοῖς κατὰ σάρκα φαινομένοις, ἀλλὰ τοῖς κατὰ πνεῦμα τιθέμενος, ἑαυτοῦ πως τὴν σύνθεσιν μεταμείβει· ἀντὶ τῆς τῇ σαρκὶ φυσικῆς συμφορήσεως ἀποσχίσας ἑαυτὸν, καὶ τῆς πρὸς τὸ Πνεῦμα ὃ ἐστιν ὁ Θεὸς Λόγος γενόμενος γνωμικῆς συνελεύσεως. Ὁ γοῦν οὕτω κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι σὺν αὐτῷ.

A Verbi Dei anima rationali et cogitante præditam (non enim tempore indiget omnipotens ad implenda suæ charitatis consilia); non posse enarrari Verbi conceptionem ex fide, et denique partum beatæ Virginis credentis implenda esse quæ sibi a Domino dicta fuerant, super omnem spem, et cogitationem et naturam, similiter præstare corporalis seminis operationi. Etenim carnis seminatio, caro est ex carnis cupiditate naturali potentia emissa; et fides animæ sapientia est ex charitate Dei, per Verbum Dei vivens et permanens, fulgurata et communicata, quæ participes facit sapientiæ propriæ et innatæ Patris dicentis ad Verbum suum : *In te mihi complacui*. Per hanc spiritualem regenerationem ex aqua et spiritu, quicunque credit in Christum incarnatum, naturam carnis mutat in Spiritum, absque tempore; nam anima quæ in carne est, et hoc semen spirituale spiritualiter accipit, sapientiæ unitur, spirituali natura digna judicatur, ideoque et naturæ unitur. Etenim verbum tuum, Domine, seu « timorem in utero accepimus, et parturivimus » fide et operibus in nobis protulimus, et « peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram[14]. » Qui enim exsistens in carne, non vivit secundum carnem, sed secundum spiritum, suam conditionem aliquo modo convertit. Nedum temporalia carni congreget, seipsum abnegat, et Ecclesiæ spirituali quæ tendit ad Spiritum, seu Verbum Dei, fit socius. Qui igitur Domino sic agglutinatur, unus spiritus est cum eo.

B

C

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Πάλιν οὖν φασιν· Εἰ τοῖς ἰδιώμασιν αὐτοῦ ὁ Θεὸς Λόγος διακρινόμενος τοῦ ὁμοουσίου αὐτοῦ Πατρὸς καὶ Πνεύματος, ὑπόστασις εὐθὺς νοεῖται, καὶ τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῆς ἄρα ἡ σὰρξ αὐτοῦ τυχὸν τῷ ἄνευ ἁμαρτίας ἐκ Παρθένου προελθεῖν καὶ τοῖς τοιοῖσδε τῶν ὁμοουσίων αὐτὴ πάντων διακεκριμένη εὐθὺς καὶ ἥδε ὑπόστασις νοηθείη· ἐπεὶ οὖν μὴ τὰ αὐτὰ τοῦ Λόγου τε καὶ τῆς σαρκὸς τὰ ἰδιώματα, οὐδὲ αἱ ὑποστάσεις ἄρα· πῶς οὖν μία ὑπόστασις ὑμῖν ἡ τῶν δύο τε φύσεων καὶ διττῶς διακεκριμένων ἐκ τῶν ὁμοφυῶν λελόγισται; Ἀλλ' εὔδηλόν ἐστι τῷ προσεκτικώτερον ἐπιβάλλοντι, ὡς τὰ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου ἰδιώματα πάντα, ἑνὶ καθολικωτέρῳ αἰτίῳ αὐτῶν πάντων ἰδιώματι αὐτῆς περιέχεται· ὃ ἐστι αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ ἀθεεὶ αὐτὴν καὶ τῇ καθ' αὐτὴν φύσιν αὐτῆς ψιλῇ ὑποστῆναι αὐτὴν πώποτε· διὸ καὶ ὅσα ἰδικῶς αὐτῷ ἐμφαίνεται ἕτερα ἰδιώματα παρὰ πάντας ἀνθρώπους, ταῦτά ἐστι θεοπρεπῆ, οἷον ἡ ἀναμάρτητος γέννησις, καὶ ἄπταιστος πάντη διαβίωσις αὐτοῦ, ἡ πανάγαθος πρόθεσις ἀεὶ, ἡ ὑπερδύναμος πρὸς θαυματουργίαν ἰσχὺς αὐτῆς, ὑπέρσοφος γνῶσις, ἡ παντέλειος καὶ ὑπερφυὴς ἀρετὴ, καὶ τὰ τοιάδε θεῖα· εἰ δὲ τὰ θεῖα οὐκ ἄνευ θείας φύσεώς ποτε φαίνεται, καὶ τὰ ἰδιώματα πάσης ὑποστάσεως αὐτῆς ἰδίως εἶναι δεῖ. Οὐ

D

CAP. XXI.

Et rursus inquiunt : Verbum Dei suis notionibus a Patre et Spiritu consubstantialibus distinctum, persona esse statim intelligitur : sic ipsius caro quæ suis proprietatibus nempe ortu immaculato ex Virgine, et aliis similibus distinguitur ab hominibus ejusdem naturæ, persona censenda est; cum ergo eædem non sint Verbi et carnis proprietates, neque eædem personæ; unde ergo una persona a vobis assignatur, quæ naturis duabus constat, et iisdem dupliciter diversis a natura ejusdem speciei? Diligentius attendenti certum fiet omnes carnis Dominicæ proprietates uni cuidam magis universali proprietati, et cæterarum causativæ incumbere, quæ talis est : caro sine Deo, et in sua naturali persona nunquam substitit. Et ideo quæcunque aliæ proprietates in Domino proprie inveniuntur, et in reliquis hominibus deficiunt, eæ divinæ sunt sicut nativitas immaculata, sanctitas totius vitæ, bonitas consilii, in miraculis omnipotentia, sapientia doctrinæ, perfecta et supernaturalis virtus, et cætera divina. Si opera divina sine divina natura nunquam exercentur, et proprietates ipsæ toti personæ proprie tribuendæ sunt; quæ enim sunt unius personæ, vel in una videntur, alteri personæ

[14] Isa. xxvi, 18.

tribuenda non sunt. Necesse est ergo proprietates carnis Dominicæ, et ista divina testificari quod illa persona non sit absque natura divina; et cum natura divina non sit impersonalis, probat divinam esse hanc personam carnis, quæ divinis proprietatibus ab omnibus hominibus ejusdem naturæ secernitur. Et nisi in duas personas se sciderit divina Verbi natura, quæ filiales proprietates se ipsam distinguentes a personis consubstantialibus ante incarnationem habebat, et in carne retinet divinas proprietates eam ab hominibus ejusdem naturæ distinguentes, necessario una intelligenda est Verbi persona, etiam post incarnationem, his duabus naturis in una Verbi persona unitis.

A γὰρ τὰ ἐξ ἑτέρας ἢ ἐν ἑτέρᾳ ὑποστάσει φαινόμενα, ταῦτά τις ἄλλης ὑποστάσεως εἶναι ἰδιώματα καταλογίσοιτο. Ἀνάγκη ἄρα αὐτῆς τε τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου ἰδιώματα, καὶ θεῖα τάδε ὄντα, μὴ ἄνευ θείας φύσεως εἶναι τὴν ὑπόστασιν τήνδε αὐτὴν μαρτυρεῖν. Φύσις δὲ θεία ἐπεὶ ἀνυπόστατος οὐκ ἔστι, δῆλον ὅτι καὶ θείαν ὑπόστασιν εἶναι τῇδε προσμαρτυρεῖ τῇ ὑποστάσει τῆς σαρκὸς ἧς τὰ θεοπρεπῆ ἰδιώματα τῶν ὁμοουσίων αὐτὴν διέστειλεν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μὴ εἰς δύο ὑποστάσεις ἑαυτὴν διέστησεν ἡ τοῦ Λόγου θεία φύσις, ἧς τά τε υἱοπρεπῆ ἰδιώματα πρὸ τῆς σαρκός ἐστι, τῶν ὁμοθέων αὐτῇ προσώπων διακρίνοντα, καὶ τὰ τῆς σαρκὸς θεοπρεπῆ ἰδιώματα τῶν ὁμοφυῶν αὐτὴν διαστέλλοντα ἀνθρώπων, ἀνάγκη μίαν νοεῖσθαι μόνην εἶναι τὴν ὑπόστασιν τοῦ Λόγου καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καθ' ὑπόστασιν αὐτοῦ ἑνωθεισῶν ἄμφω τῶνδε τῶν φύσεων ἐν Χριστῷ.

CAP. XXII.

Sed quia humana Christi natura, inquiunt, nihil minus habet quam natura uniuscujusque hominis, ideo illam naturæ divinæ additis; cur, quæso, cum nihilo deficiat a personis cujusque hominis ejus humana persona, illam non jungitis ad personam Verbi, nec duas esse ejus personas confitemini. Libentes respondebimus ipsi deesse distinctionem ab omni persona, qua sola constituantur personæ. Quod res ita se habeat sic stabiliemus. Cum mulier aliquam carnem informem, seu corpus monstruosum, inanimatum ediderit, ut evenit in abortu, et fetibus in matricula præmature editis, hunc fetum dicimus personam corporis, licet non animati, quasi sit secundum naturam corpus hujus abortivi partus. Uni ex his corporibus et jam natis personis supponatur etiam adjici aliquam carnem supercrescentem, modo capitis, aut magni sarcomatis, aut vomicæ conspicuæ, ut sæpe visum est in abscessibus, aut moris æqualem quantitate carni abortivæ, ejusque referentem formam, colorem, et cætera: hujc ergo propriam personam non damus, unam autem reputamus tum corporis secundum naturam excrescentis, tum ipsius excrescentiæ. Similiter cum in Christo quidquid humanum est natura nunquam subsiterit in seipso, sane autem in præexsistenti Verbi persona, Verbo sibi carnem assumente, e substantia sanctæ Virginis, statim a principio, ubinam distinctionem inter Verbum et carnem aspicitis, ad dicendum duas personas, sicut duas naturas? Naturæ enim distinctione, differentia personæ in duas non necessario scinduntur.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Εἰ διὰ τὸ μηδὲν ἐλλιπὲς ἔχειν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν Χριστοῦ, φησὶ, παρὰ τὴν φύσιν τῶν καθέκαστα ἀνθρώπων, προσαριθμεῖτε καὶ αὐτὴν τῇ τῆς θεότητος φύσει, τί δὴ ἄρα μηδὲν ἐλλειπούσης παρὰ τὰς ὑποστάσεις τῶν καθέκαστα ἀνθρώπων, καὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπίνης, οὐ προσαριθμεῖτε καὶ ταύτην τῇ ὑποστάσει τοῦ Λόγου, καὶ δύο φατὲ καὶ τὰς ὑποστάσεις τοῦ Λόγου; Ἑτοίμως οὖν φαμεν ὅτι ὁ διορισμὸς αὐτῇ λείπει ἀφ' ἑτέρας πάσης ὑποστάσεως· οὗτος γὰρ καὶ μόνος ἐστὶν ὁ τῶν ὑποστάσεων παραστατικός· ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, σκοπητέον οὕτως. Εἰ γάρ τις γυνὴ σαρκίον τι ἀδιάπλαστον εἶτ' οὖν σῶμά τι πωρῶδες ἄψυχον ἀποτέκοι, οἷα συμβαίνει ἔν τε ταῖς ἐξαμβλώσεσι, καὶ ἐπὶ τῆς λεγομένης μύλης κυηθείσης ἐν τῇ μήτρᾳ, ὑπόστασίν τινα σώματος, εἰ καὶ ἀψύχου, φαμὲν τόδε τὸ γέννημα εἶναι, ὥσπερ καὶ κατὰ φύσιν ἔχοντος σώματος τοῦδέ τινος τοῦ βρέφους· εἰ δήπου τινὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων σωμάτων καὶ πάλαι προγεγενημένων ὑποστάσεων ἐκφυσις γένηται ἠνωμένη κατὰ κορυφῆς τυχὸν ἢ ἑτέρωσε ὑπερσαρκήματος μεγάλου, ἢ πόρου ἀξιολόγου, οἷα ἐν στεατώμασι καὶ συκαμινέαις ὤφθη πολλάκις, ἴσου τε ὄντος τῷ ὄγκῳ καὶ ὁμοίου τὸ σχῆμα καὶ τὴν χροιὰν καὶ τὰ λοιπὰ τῷ ἀπὸ τῆς ἐξαμβλώσεως κρέατι, ὅμως οὔ φαμεν καὶ τοῦδε ἰδίαν ὑπόστασιν, ἀλλὰ μίαν ἐξαριθμοῦμεν τήν τε τοῦ ὑπερσαρκήσαντος σώματος τὸ παρὰ φύσιν αὐτῷ καὶ τὴν τοῦ ὑπερσαρκήματος αὐτοῦ. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ οὐ καθ' αὐτὰ ὑπῆρξέ ποτε, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ προϋφεστώσῃ τοῦ Λόγου ὑποστάσει ὑπέστη, πάντα τὰ παρὰ φύσιν αὐτῇ ἀνθρώπινα αὐτοῦ, ἑαυτῷ τὴν σάρκα τοῦ Λόγου ὥσπερ ἐξ ὕλης ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἐνδιαπλάσαντος ἐξ ἀρχῆς, ποῦ θεωροῦντες τὸν διορισμὸν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δύο εἴποιμεν τὰς ὑποστάσεις, ὡς καὶ τὰς φύσεις; αἱ μὲν γὰρ τῇ διαφορᾷ, αἱ δὲ τῷ διορισμῷ ἀναγκαίως εἰς δυάδα οὐ διακρίνονται.

CAP. XXIII.

Natura temporalis, inquiunt, æternam personam non habebit, nec vice versa: vel igitur dicendum est impersonalem fuisse humanam Christi naturam, vel temporalem personam habuisse; ideoque duas omnino esse personas, nempe æternam Verbi et temporalem hominis. Et contra licet æterna per-

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ἡ ὑπόχρονος φύσις, φασὶν, ἀΐδιον οὐχ ἕξει ὑπόστασιν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ ἔμπαλιν· ἢ οὖν ἀνυπόστατον ἀνάγκη εἶναι τὴν ἀνθρωπείαν Χριστοῦ φύσιν, ἢ καὶ ὑπὸ χρόνον ἔχειν αὐτὴν δέον ὑπόστασιν· ὥστε δύο εἶεν πάντως αὐτῷ ἥ τε τοῦ Λόγου ἀΐδιος καὶ ἡ τῆς σαρκὸς ὑπόχρονος. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἀΐδιον

ὂν ·ως ἔχειν ὑπόστασιν τὴν ὑπόχρονον φύσιν δυνατὸν. ἀλλὰ ὑπὸ χρόνον κτήσασθαι, καὶ ἐνυποστῆναι τῇ ἀϊδίῳ ὑποστάσει τὴν ὑπὸ χρόνον φύσιν δυνατόν· καὶ λέλυται πᾶν τόδε τὸ ἄπορον. Οὕτω γὰρ καὶ πᾶς ὁ κόσμος γενητὸς ὢν, τῷ ἀγενήτῳ κοσμοποιῷ Θεῷ ἐνυφέστηκεν.

A sona temporalem naturam habere non possit, sed acquirere potest, sicque in persona æterna subsistit natura temporalis. Soluta est ergo difficultas; ut quando dicitur totus mundus qui creatus est, in Deo creatore ingenito subsistere.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ἤ οὐδὲν σύνθετόν φασιν ἐν Χριστῷ, ἢ καὶ φύσις καὶ ὑπόστασις· ἢ φύσις μὲν ἁπλῆ, ὑπόστασις δὲ σύνθετος· ἢ ἀνάπαλιν φύσις μὲν σύνθετος, ὑπόστασις δὲ ἁπλῆ· εἰ μὲν οὖν πάντα ἁπλᾶ τὰ ἐν αὐτῷ, ψευδῶς σύνθεσιν ὀνομάζετε ἐπ' αὐτοῦ· εἰ δὲ ἥ τε φύσις καὶ ὑπόστασις αὐτοῦ σύνθετοι, τί δὴ ἄρα τοὺς Σεβηρίτας ἀποσείεσθε; εἰ δὲ αἱ φύσεις μὲν ἁπλαῖ, ἡ δὲ ὑπόστασις σύνθετος ὑμῖν δοκεῖ, ἐπείπερ ἁπλῆ ὑπόστασις εἶναι ἡ τοῦ Λόγου ὡμολόγηται, ὑμῖν δὲ σύνθετος εἶναι ἡ τοῦ Χριστοῦ λέγεται, δύο ἄρα ὑποστάσεις εἰσὶ σαφῶς, ἥ τε τοῦ Λόγου καὶ τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλ', ὦ οὗτοι, πρῶτον μὲν τὰ ἁπλᾶ ἐμπεριέχεται τοῖς συνθέτοις· ὥστε τοῦ Λόγου αὐτὴν νοητέον εἶναι τὴν καὶ ἁπλῆν πρώην καὶ σύνθετον νῦν ἐν Χριστῷ· ὅμως μέντοι καὶ τὸ σύνθετον ὅπως λέγεται περὶ τῆς ὑποστάσεως Χριστοῦ, διασαφητέον· ἔστι γὰρ καὶ ἔκ τινων τῶν κατὰ ταυτὸν τοῦ συνθέτου πράγματος λόγων ἁπλουστέραν μέντοι εἶναί πως τὴν σύνθεσιν αὐτοῦ· καὶ ἔστιν ἐξ ἑτεροειδῶν πραγμάτων· οἷον ἔστιν ἐξ ἁπλουστέρων φαρμάκων, ποικιλώτερον συνθεῖναι φάρμακον· καὶ ἐκ σωμάτων, σῶμα ἕτερον· καὶ ἀπὸ λέξεων ἁπλῶν, λέξιν σύνθετον ποιῆσαι· ἔστι δ' οὖν καὶ ἀπὸ ὑποστάσεων πλειόνων μίαν ὑπόστασιν νοεῖν σύνθετον, ὡς ἐπὶ χοροῦ καὶ οἴκου καὶ τῶν τοιῶνδε· καὶ ἔστι ἀπὸ συνόδου πλειόνων ἰδιωμάτων, οὐ τῶν τοῦ Λόγου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς σαρκὸς συγκειμένην τὴν ὑπόστασιν Χριστοῦ· ἢ ἐκ φύσεων ὑπόστασιν σύνθετόν φατε, συμφήσομεν· εἰ δὲ τὴν ὡς ἐξ ὑποστάσεων, μὴ γένοιτο· σκοπεῖτε δὲ ὅτι τὴν ἐξ ἰδιωμάτων σύνθεσιν, καὶ πρὸ σαρκὸς εἶχεν ἡ τοῦ λόγου ὑπόστασις, εἰ καὶ μὴ ἐκ τοσούτων· οὐ γὰρ μόνον τὸ γεννήσει ὑφεστᾶναι ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ γεννᾷν ὁμοούσιον Λόγον, μηδὲ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκπορεύειν πνεῦμα πρώτως, μηδὲ ἐκπορεύεσθαι κατὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ τὰ λοιπὰ ἰδίως αὐτῷ ἀνήκοντα· σύνθετος ἄρα κατὰ τόνδε τὸν τρόπον, οὐ μόνον ἡ τοῦ Λόγου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ ὑπόστασις· πῶς οὖν ἐκ τοῦδε ἁπλῆς τε καὶ συνθέτου ὑποστάσεως ἡμῖν ἐξαριθμησις συναχθήσεται ἐπὶ τοῦ Λόγου; μία γὰρ ἡ αὐτή ἐστιν ἐκ πλειόνων ἰδιωμάτων συγκειμένη τὸν ὑποστατικὸν Λόγον αὐτῆς.

CAP. XXIV.

Instant: Vel nihil est compositum in Christo, vel natura et persona simul; sive natura quidem simplex et composita persona, sive iterum natura composita et persona simplex. Si igitur omnia in ipso sunt simplicia, false ponitur ejus compositio; si natura ejus et persona sunt compositæ simul, cur ergo Severitas (4) repulistis? Quod si simplices naturæ, et composita vobis videretur esse persona, tunc omnibus hominibus simplicem Verbi personam affirmantibus, vobis autem compositam dicentibus Christi personam, bene duæ erunt personæ, una Verbi, et altera Christi. Vobis, o homines, primo est advertendum simplicia compositis contineri, ita ut eadem Verbi persona prius fuerit simplex, et nunc sit composita in Christo. Attamen quo sensu dicatur compositio de Christi persona explanandum est. Aliquando enim ex pluribus verbis de uno et eodem composito, simplicior videtur ejus compositio; aliquando idem fit ex diversis rebus: ex simplicioribus remediis magis varium remedium, ex corporibus corpus aliud, ex simplicibus vocibus vocem compositam videmus fieri. Potest ergo ex pluribus personis excogitari una composita, ut cum agitur de choro, de domo, et aliis hujus modi; potest etiam ex pluribus junctis proprietatibus non modo Verbi, sed etiam carnis, constare Christi persona. Quam si compositam e naturis dicitis, consentimus; si vero quasi ex personis, absit. Advertendum est etiam hanc compositionem idiomatum licet pauciorum, ante ipsam incarnationem convenisse Verbi personæ: non solum enim esse generatum, est proprietas Verbi, sed etiam quod consubstantiale Verbum non generet, quod Spiritus primario ab ipso non procedat, quod ipse non procedat sicut Spiritus sanctus, et alia idiomata ad eum pertinentia. Eodem modo est composita et persona Patris, et Spiritus sancti, non solius Verbi. Utquid ergo ex hoc nobis enumerandæ in Christo et simplex, et composita persona adducuntur? Una enim et eadem est, ex pluribus proprietatibus, cum Verbo, in persona ejus exsistens.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Ὁ μὴ διαιρῶν τοῦ Χριστοῦ τὰς ὑποστάσεις, οὐ δύναται λέγειν τὸν τοῦ Χριστοῦ τὰ μὲν θεότητι τὰ δὲ σαρκὶ, ἀλλὰ πάντα σαρκὶ ὅσα καὶ σαρκί. Ἀλλ' ἔστι καὶ διακρίσει τῶν φύσεων ἀποδιδόναι τὰ οἰκεῖα τούτων ἑκατέρῳ· οὐ γὰρ ὑποστάσεις διαφόρους συνιέντες φαμὲν τοῦ ἐκ δεξιῶν ληστοῦ ἐν τῷ στα-

CAP. XXV.

Qui Christi personas non distinguit, non potest tractando de Christo hæc divinitati, ista corpori tribuere; omnia carnis erunt. Porro distinctis naturis, potest cuique horum suum proprium restitui. Non enim diversas personas intelligimus, quando de latrone ad dexteram crucifixo di-

(4) Severus Antiochenus patriarcha, in sexto sæculo ramum novum protendit ab Eutychiana hæresi: unam esse naturam in Christo, dicebant, unumque compositum naturis, persona efformabant.

cimus animam pœnitentem ad vitam emigravisse, corpus vero passum ad mortem, cruribus ejus non ruptis, non fracto capite, pelle non detracta, nec divisa substantia. Quia vero id accidit uni vel alteri naturæ, uni et alteri membro, huic et alteri, non ideo duas esse personas crucifixi intelligimus.

ρῷ την μὲν ψυχὴν διὰ μετανοίας πρὸς ζωὴν μεταβεβηκέναι, τὸ δὲ σῶμα διὰ παθήσεως πρὸς θάνατον, ἀλλ' οὐδὲ θλασθέντων αὐτοῦ τῶν σκελῶν, μὴ κατεαγείσης δὲ αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς ἢ ἀλλοιωθείσης αὐτοῦ τῆς χροιᾶς, οὐχὶ δὲ καὶ τοῦ σχήματος· τῷ γὰρ ἀνήκειν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ φύσει, ἢ ἑτέρῳ καὶ ἑτέρῳ μέρει, ἢ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ ποιῷ, τάδε δύο ὑποστάσεις εἶναι τοῦ σταυρουμένου οὐ νοοῦμεν.

CAP. XXVI.

Si personæ juxta naturas non distinguuntur, sed in una persona uniuntur, cum Christum unum hominem vocat Scriptura, quid intelligendum est, una substantia, et una persona, vel dimidium unius substantiæ et personæ unius? Si, quod ipse fateris, Christus non est solum homo ordinarius et simplex, sed et Deus, ipsi a te idem quæremus. Cum Scripturas audiemus Christum unum hominem vocantes, quid intelligere debemus? unum Christum, vel, mediam partem Christi? Liquet ergo ex una partium nominata, totum nominari, sicut cum dictum fuit : « Ad te omnis caro veniet; » et « Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem [15]. »

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Εἰ οὐκ εἰσὶν αἱ ὑποστάσεις κατὰ φύσιν διῃρημέναι, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμέναι, ὅταν ἀκούω τῆς Γραφῆς λεγούσης τὸν Χριστὸν ἕνα ἄνθρωπον, τί με χρὴ νοεῖν μίαν οὐσίαν καὶ μίαν ὑπόστασιν, ἢ ἥμισυ μιᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως μιᾶς; Εἰ δὲ ὥσπερ καὶ αὐτὸς λέγεις Οὐ μόνον ἄνθρωπος κοινὸς καὶ ψιλὸς, ἀλλὰ καὶ Θεὸς ὁ Χριστὸς, τὸ αὐτό σοι καὶ ἡμεῖς φαμεν· ὅταν ἀκούσωμεν τῆς Γραφῆς λεγούσης ἕνα ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, τί ἡμᾶς δέον νοεῖν; ἕνα Χριστὸν ἢ ἥμισυ Χριστοῦ; Δῆλον οὖν ὡς ἐξ ὀνομασίας τοῦ ἑνὸς τῶν μερῶν, τὸ ὅλον ὀνομάζεται, ὥσπερ εἴρηται· καὶ τὸ, « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει· » καὶ, « Τῶν ψυχῶν τῶν πενήτων σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος, » καὶ τὰ τοιάδε.

CAP. XXVII.

Si non sunt distinctæ Dei et hominis personæ, juxta naturam, patet quod Deus non sit Deus sine homine, neque homo sit homo sine Deo. Non est revera in Christo : sicque efficitur Emmanuel, quia deinceps Deus semper est nobiscum.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Ἐν τῇ ἑνώσει οὐ μένουσιν αἱ ὑποστάσεις φυσικῶς διῃρημέναι, τούτων ἡ ἕνωσις, φύσεώς ἐστιν ἀλλοίωσις. Ἆρα οὖν ἠλλοιώθη ἡ φύσις τοῦ πυρὸς ἐν τῷ μύδρῳ, ἐπεὶ μὴ διακέκριται ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ, τῆς τοῦ σιδήρου, καὶ ψυχῆς ἡ οὐσία ἐν τῷ σώματι.

CAP. XXIX.

Ubi quædam libenter uniuntur, huic unioni nunquam obest personarum distinctio. Neque ergo in una persona uniuntur, illa libenter juncta oberit personarum distinctio. Distinctio igitur unioni non adversatur, ubi duo in uno, in una persona junguntur. Contraria simul subsistere est impossibile. Si vero diceres quod inter juncta personaliter, nulla libenter uniuntur, tunc falsum esset hoc dictum : « Nemo unquam carnem suam odio habuit [16]. » Et : Nolumus exspoliari corpore, quo gravati ingemiscimus [17]. » Quæ si vera sunt, verificata est nostra sententia : libentia personaliter uniri posse.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Ἐπὶ τῶν ἑκουσίως ἡνωμένων, οὐδαμῶς ἐναντιοῦται τῷ τρόπῳ τῆς ἑνώσεως ἡ διαίρεσις τῶν ὑποστάσεων. Ἆρα οὖν οὐδὲ εἰ καθ' ὑπόστασιν μίαν εἴη ὁ τρόπος τῆς ἑνώσεως τῶν ἑκουσίως ἑνωθέντων, ἐναντιοῦται ἡ διαίρεσις τῶν ὑποστάσεων· οὐκοῦν ἡ διαίρεσις, οὐκ ἐναντία τῇ ἑνώσει, ἀμφοῖν θεωρουμένων ἐν ταυτῷ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· τἀναντία δὲ συνυπάρχειν, ἀδύνατον· εἰ δὲ λέγοις, ὅτι Ἀλλ' οὐδὲν τῶν καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων ἑκουσίως ἥνωται, ἄρα γε ψευδὲς τὸ, « Οὐδείς ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησε· » καὶ, ὅτι « Οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι τὸ σῶμα, ἐφ' ᾧ στενάζομεν· » εἰ δὲ ἀληθῆ τάδε, ἄρα γε ἑκούσιον, καίτοι καθ' ὑπόστασιν οὖσα, ἡ γνῶσις ἡμῶν ἀποδέδεικται.

CAP. XXX.

Qui personas Christi juxta naturas non multiplicat, unam Filii e Trinitate deturbat : Trinitatem quippe confitemur trium simplicium personarum, non duas medietates personarum. Sed contrarium

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Ὁ μὴ διαιρῶν τοῦ Χριστοῦ κατὰ φύσιν τὰς ὑποστάσεις, ἐκ τῆς Τριάδος διαιρεῖ τοῦ Υἱοῦ τὴν μονάδα· Τριάδα γὰρ ὁμολογοῦμεν, τριῶν ἁπλῶν ὑποστάσεων, οὐ δύο ἡμισυ ὑποστάσεων. Καίτοι τὸ

[15] Psal. LXXIII, 19. [16] Ephes. V, 29. [17] I Cor. V, 4.

ἐναντίον ἔδει συνάγειν, ὦ ἄνθρωπε· ὁ προστιθεὶς γάρ τι τῷ ἁπλῷ, οὐ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ἀφαιρεῖ, ἀλλ' ἐπαύξει τόδε μᾶλλον διὰ τῆς συνθέσεως· Τριάδα οὖν εἶναι ὁμολογοῦμεν ὀρθῶς, μιᾶς τε οὔσαν καὶ ἁπλῆς φύσεως· ὑποστάσεων δὲ πάλαι μὲν τῶν τριῶν ἀσυνθέτως καὶ ἀμιγῶς ἐχουσῶν τήνδε αὐτῶν ἁπλουστάτην φύσιν ἐν ἑαυταῖς, νυνὶ δὲ τῆς μιᾶς αὐτῶν τὴν φυσικὴν ἁπλότητα τῆς ἰδίας θεότητος ἔχειν ἐν συνθέσει τῇ πρὸς τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁρωμένης· ἵνα γὰρ ἐγκολπώσηται τὰ ἴδια προβλήματα ἡ Θεότης, ἥτις Λόγῳ ἀληθείας ἀπεκύησεν ἡμᾶς ἦγουν τῷ Υἱῷ, μακρὰν αὐτῆς ἀπεσχοινισμένα, διὰ τῆς αὐτῆς τῶν τριῶν μιᾶς ὑποστάσεως ἑαυτῆς, δι' ἧς καὶ προεβάλετο τὰ ὄντα εἰς τὸ εἶναι, ἀνελάβετο πάλιν αὐτὰ εἰς ἑαυτήν· τῷ μὴ ἐκφοιτητικῶς ἔχοντα πρὸς τὸν ὄντα, ἀπιέναι εἰς ἀεὶ πρὸς τὸ μὴ εἶναι· τοῦτο οὖν τὴν μίαν φύσιν ἡ ὑπόστασιν οὐ καθυβρίζει· τοὐναντίον δὲ τῷγε νοερῶς προσέχοντι, καὶ ὑπερδοξάζει· ὥσπερ γὰρ διά τε ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως δύνασθαι ὑπάρχειν ἑαυτὴν συνεστήσατο διὰ τῶν ἁπλῶν λύτῆς ὑποστάσεων, οὕτω καὶ διὰ συνθέσεως ὑποστατικῆς, ἑαυτὴν παρέστησεν ὑπάρχειν δύνασθαι· καὶ ἔδειξε πάσης γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως καὶ δημιουργικῆς συνθέσεως τὰς δυνάμεις ἐξ αὐτῆς εἶναι ἐν τοῖς οὖσιν, ὑπερέχειν τε πάντων αὐτῇ ἀγεννησίᾳ κατὰ τὴν μείζονα τῶν ὑποστάσεων, καὶ ἁπλότητι φύσεως κατὰ τὴν τῶν τριῶν ἑαυτῆς προσώπων οὐσίωσιν.

A o homo, concludendum erat. Simplici enim si quid addideris, non partem dimidiam ipsius auferes, sed magis illud additione augebis. Trinitatem ergo recte confitemur, naturæ unius et simplicis. Hujus autem tres personæ istam simplicissimam naturam in se ipsis sine mistione et additamento hactenus servabant, et nunc una ex ipsis hanc simplicem naturam propriæ divinitatis unitam nostræ naturæ habere visa est. Divinitas enim quæ per Verbum veritatis, sive Filium, nos creaverat, ut suas creaturas longe aberrantes ad se revocaret, per eamdem ex tribus personam per quam entia in esse projecerat, ea ad se rursus reduxit, ne aspirantes ad vitam deciderent in mortem æternam. Hoc ergo unam naturam, seu personam non dedocet, sed contra valde honorat, si diligenter inspicias. Sicut enim in simplicibus personis, non genita, et genita, et procedens seipsas exsistere posse consciæ erant, ita per unionem hypostaticam manifestaverunt; et omnes generationis, processionis, actionis potentias in entia a se participari probaverunt, omniaque inferiora esse tum huic ingenitæ personæ aliis majori, tum simplicitati naturæ substantialis trium personarum.

B

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Εἰ τὴν διαίρεσιν τῶν ὑποστάσεων οὐκ ἐφύλαττεν ἡ φυσικὴ ἕνωσις, οὐδὲ ἄρα τὸν Θεὸν Λόγον ἐφύλαττεν ὅπερ ἦν, οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον ὅπερ γέγονεν. Ἆρα οὖν οὐδὲ τὸν σίδηρον ὅπερ ἐστὶ, καὶ τὸ πῦρ ὃ ἐστι φυλάττει κατὰ τὸν μύδρον ἡ ἕνωσις· ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν δρόσον καὶ τὸν πόκον· ἐπεὶ μὴ διορίζονται αἱ ὑποστάσεις, φυσικῆς προδήλως, ἦγουν τῶν φύσεων αὐτῶν, οὔσης τῆς ἑνώσεως.

C

CAP. XXXI.

Nisi distinctio personarum cum physica unione servetur, neque Verbum Dei quod erat, neque homo quod factus est servavit. Sed nunquid ferrum et ignis juncta in massa candenti suam naturam amittunt? nunquid ros et vellus? Non separantur personæ, cum sit sine dubio physica unio harum naturarum.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Εἰ μένει ἡ γνῶσις τῆς θείας ὑποστάσεως τῇ θεότητι, καὶ μένει ἡ ἄγνοια τοῦ ἀνθρώπου τῇ σαρκὶ, πῶς τὰ τῶν ὑποστάσεων μένει διῃρημένα, καὶ αἱ ὑποστάσεις οὐ μένουσι διῃρημέναι; Ἀλλ' ἡ φύσις ἐστὶν ἡ γνωστικὴ ἢ ἀγνοοῦσα κατὰ τὴν ὑπόστασιν· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἡ ὑπόστασις γινώσκει· καὶ γὰρ πάντων ὧν Παύλου ἡ ὑπόστασις γινώσκει, οὐδέν φαμεν τὸν ὄνυχα αὐτοῦ, ἤ τι τῶν τῆς σωματικῆς αὐτοῦ φύσεως γινώσκειν, ἀλλὰ μόνον τὴν φυσικὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο τῆς ψυχικῆς μόνον ἦγουν τὸν νοῦν· οὐδὲ γὰρ πᾶσαν αὐτῆς πρώτως τὴν φύσιν· πῶς οὖν ἂν εἶεν οἱ τῆς φύσεως λόγοι τῆς ὑποστάσεως;

CAP. XXXII.

Scientiam divinæ personæ si divinitas servaverit, et caro ignorantiam carnis, cur distincte manentibus personarum proprietatibus, ipsæ personæ distinctæ non manebunt? Sed natura personæ vel cognoscit, vel non cognoscit: non enim omnis persona cognoscit. Omnium quæ novit Pauli persona, ungulam vel aliquam sui corporis partem dicimus nihil cognovisse, sed unam naturalem facultatem, et illam spiritualem, id est intellectum: non enim tota natura ejus cognoscebat. Cur ergo de persona diceretur, quod de natura dictum est?

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Ἓν πρόσωπον ἀπρόσιτον Θεοῦ ἐκ φύσεως· « Οὐδείς γὰρ, φησὶ, ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται· » καὶ ἓν πρόσωπον ἐμπτυόμενον ἀνθρώπου· « Καὶ ἐνέπτυσαν γὰρ, φησὶ, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. » Εἰ ἓν πρόσωπον Χριστοῦ ἐστιν ἐξ ἑνώσεως, ἄρα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀπρόσιτον πρόσωπον, καὶ τὸ ἐμπτυόμενον πρόσωπον. Ἀλλ' οὔτε τὸ ἐπὶ Θεοῦ εἰρημένον τοῦ ἀοράτου πρόσωπον, ὡς ὑπόστασις ἐλέγετο, περὶ οὗ νῦν τὸ ζητούμενον· οὐ γὰρ ἓν μόνον τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπόν

D

CAP. XXXIII.

Una est Dei facies invisibilis, dicit enim: « Nemo videbit faciem meam, et vivet [18]; » et una est facies hominis passibilis; scriptum est enim: « Et tunc expuerunt in faciem ejus [19]. » Si ergo una est persona Christi post incarnationem, huic erit una facies invisibilis, altera passibilis. Sed ista facies Dei invisibilis, de qua quæstio est, pro persona accipitur: non enim unica est Dei persona, sed triplex. Illa enim invisibilis facies non dicta est una esse e Trinitate; neque

[18] Exod. XXXIII, 20. [19] Matth. XXVI, 67.

cum oppositione usurpata est ab una divinarum personarum, quasi aliæ duæ consubstantiales divinam faciem visibilem præ se ferant, et una quæ loquitur invisibilem habeat; sed nomine faciei indicebatur naturæ ejus visio, et naturalis Dei forma, quod idem non est ac persona. Sic iterum quod persona, hoc non est facies Christi quæ consputa fuit; ista enim pars fuit non modo Christi, sed etiam hominis in ipso, et rursus unum membrum corporis ejus, caput; nec totum caput, sed pars ejus anterior, et ea denique quæ est circum oculos. Si ergo hoc uno verbo significatur Christi persona, non autem ea quæ pectus circumdant, nec manus, nec pedes, neque cætera membra corporis ejus, sive puri hominis, sive Dei sit persona et facies, dicendum erit necessario esse extranea personæ reliqua ejus membra quæ oculis, aut ore non circumscribuntur. Quod dictum manifeste est puerile vel sophisticum.

ἀνάγκη ἐκτὸς εἶναι τῆσδε τῆς ὑποστάσεως πάντα τὰ ἄλλα μέλη αὐτῆς, ὅσα μὴ ἡ ὄψις, ἦγουν ὁ χαρακτὴρ, περιγράφει ταύτης· ἢ οὖν παιδιῶδες, ἢ σοφιστικὸν τὸ

CAP. XXXIV.

Verbi Dei persona una est non ex unione, sed ex natura; Christi persona una est ex unione; atqui si, ut Christi, ita et Verbi persona una esset ex unione, certum esset Verbum Dei antequam unam personam habuerit, eam non habuisse, haud secus, ac Christus. Sed illa una naturalis persona unius naturæ Verbi Dei, etiam post incarnationem, unita Verbo in ipso natura carnis, una remanet persona duarum naturarum Christi: ex unione igitur naturarum, non personarum, una fit Christi persona, quæ unam adhuc retinet naturam, et unica est persona Christi. Quid ergo? Christus accepitne personam ex natura, præter alteram ex unione, annon? Si non accepit, personam non fecit unio; sed, ut diximus, facta est in naturali Verbi persona unio naturarum. Si autem naturalem personam, præter aliam ex unione, habuit Christus, sicut Verbum, cum dicatis Verbo esse personam ex natura, et aliam ex unione, duas ergo personas habebunt Verbum et caro. Ad quamnam igitur ex quatuor personis referenda est illa naturarum et personarum unio in una persona? Si ad personam Christi acceptam ex unione, inutilis est Verbi persona; si ad Verbi, vana est Christi persona. Et quomodo subsistit? Ubi est illa ex unione persona? Si extra naturales personas, habet propria nativitatem, lineamenta, et motum; si in alterutra, non erit in altera una persona; si in utraque, necesse est ipsam in distinctas et diversas personas fuisse divisam, sive in dimidiam partem sive in quodlibet membrum visibile; verbi gratia unum pedem in Verbo et in carne intelligi; in persona invisibili pedem invisibilem, in visibili visibilem. Vestra igitur sententia tres pedes in visibili Christo conspiciuntur, et idem de reliquis membris. Quæ cum sint supra aniles fabulas absurda; cum neque extra duas naturales personas, neque in ambabus, ne-

ἐστι, ἀλλὰ τρία· οὐκ ἂν γὰρ ἐνικῶς εἶναι ἐρρήθη ὑπὸ τῆς Θεότητος, οὔτε κατὰ ἀντιδιαστολὴν, ὑπὸ ἑνὸς τῶν θείων προσώπων ἐστὶ λεγόμενον τὸ ἀόρατον, ὡς τῶν ὁμοουσίων ἑτέρων δύο, ὁρατῶν ὄντων θείων προσώπων, τοῦ χρηματίζοντος δὲ μόνου ἀοράτου τυγχάνοντος· ἀλλ' ἡ τῆς φύσεως αὐτοῦ κατόπτευσις ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ προσώπου, καὶ τὸ φυσικὸν εἶδος τοῦ Θεοῦ, ὅπερ οὐ ταυτὸν νοεῖται τῇ ὑποστάσει ὄν· ἔτι δὲ οὐ ταυτόν ἐστι τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ οὐδὲ τὸ ἐμπτυσθὲν Χριστοῦ πρόσωπον· μέρος γάρ ἐστι ἐκεῖνο, οὐ μόνον Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνθρώπου· καὶ τούτου τῶν σωματικῶν μερῶν ἓν, ἤγουν ἡ κεφαλή· καὶ αὐτὴ δὲ οὐχ ὅλη, ἀλλὰ τὸ ἓν αὐτῆς πλευρὸν ἁπλῶς τὸ ἐμπρόσθιον, καὶ πρὸς τοὺς ὤπας μέρος αὐτῆς· εἰ οὖν τῷδε ὁ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ λόγος δηλοῦται μόνῳ, ἐπεὶ μὴ ἐμπεριώρισται αὐτῷ στέρνον, καὶ αἱ χεῖρες, καὶ οἱ πόδες, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος, εἴτε ψιλοῦ ἀνθρώπου, εἴτε οὖν Θεοῦ ἐστιν ἡ ὑπόστασις Χριστοῦ καὶ τὸ πρόσωπον εἰρημένον ὑμῖν σαφῶς.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Λόγου οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς ἑνώσεως ἓν, ἀλλὰ ἐκ φύσεως· τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς ἑνώσεώς ἐστιν ἓν· εἰ γὰρ ἐκ τῆς ἑνώσεως ἦν τὸ ἓν πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Λόγου, ὥσπερ τὸ τοῦ Χριστοῦ, δῆλον ὅτι πρὶν γένηται ὁ Θεὸς Λόγος ἓν πρόσωπον, οὐκ εἶχε τὸ ἓν πρόσωπον, ὥσπερ οὐδὲ Χριστός. Ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐκ φύσεως ἓν πρόσωπον τῆς μιᾶς φύσεως τοῦ Λόγου, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῆς προσληφθείσης αὐτῇ ἐν αὐτῷ φύσεως σαρκὸς πρὸς τῷ Λόγῳ, ἓν ἐστι πρόσωπον τῶν δύο φύσεων Χριστοῦ· ἐκ τῆς οὖν ἑνώσεως τῶν φύσεων οὐ προσώπων, ἓν ἐστι τὸ πρόσωπον Χριστοῦ, ὅ ἐστιν ἐκ μιᾶς φύσεως, ἓν πρόσωπον τοῦ Λόγου· ἐπεὶ τί φατέ; ὁ Χριστὸς ἔχει πρόσωπον ἐκ φύσεως, πρὸς τῷ προσώπῳ τόδε τῷ ἐκ τῆς ἑνώσεως, ἢ οὐχί; εἰ μὲν οὖν οὐχὶ, οὐδ' ἄρα πρόσωπόν ἐστιν ἡ ἕνωσις, ἀλλ' ὡς ἔφημεν ἐν τῷ φυσικῷ προσώπῳ τοῦ Λόγου, φύσεώς ἐστιν ἡ ἕνωσις· εἰ δὲ ἔχει ὁ Χριστὸς φυσικὸν πρόσωπον, ὥσπερ ὁ Λόγος πρὸς τῷ τῆς ἑνώσεως προσώπῳ πάντως, ὅτι καὶ τὸν Λόγον φατὲ ἔχειν καὶ αὐτὸν ἑνώσεως πρόσωπον, πρὸς τῷ τῆς φύσεως προσώπῳ, ἀνὰ δύο οὖν ἔχουσι πρόσωπα σαφῶς, ὅ τε Λόγος, καὶ ἡ σάρξ· εἰς ποῖον οὖν τῶν τεσσάρων προσώπων λέγετε θεωρεῖσθαι τὴν εἰς πρόσωπον τῶνδε τῶν φύσεων καὶ προσώπων ἕνωσιν; εἰ μὲν γὰρ εἰς τὸ Χριστοῦ ἐξ ἑνώσεως πρόσωπον, περιττὸν τὸ τοῦ Λόγου· εἰ δὲ εἰς τὸ τοῦ Λόγου, παρέλκον τὸ Χριστοῦ· πῶς δὲ καὶ ὑφέστηκεν; ἢ ποῦ τόδε τὸ ἐξ ἑνώσεως πρόσωπον; εἰ μὲν γὰρ ἐκτὸς τῶν φυσικῶν, ἰδίαν τε γέννησιν καὶ περιγραφὴν καὶ κίνησιν ἔχει· εἰ δὲ ἐν θατέρῳ μόνῳ, οὐχ ἑνώσει τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ προσώπῳ· εἰ δὲ ἀμφοτέροις, ἀνάγκη διαμεμερίσθαι αὐτὸ εἰς τὰ διακεχριμένα καὶ διωρισμένα πρόσωπα, ἂν ἥμισυ, ὅσα τε οὖν αἰσθητὰ μέλη αὐτοῦ ἐστιν, ὁ εἷς ποῦς τυχὸν ἐν τῷ Λόγῳ, ὁ δὲ ἄλλος ἐν τῇ σαρκὶ νοηθήσεται· καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ ἀοράτῳ προσώπῳ, ἀόρατος πούς· ὁ δὲ ἐν τῷ ὁρατῷ, ὁρατός· τρεῖς οὖν κατὰ τὸν ὁρατὸν Χριστὸν οἱ πόδες ὁρῶνται καθ'

ὑμᾶς· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μελῶν τὰ ὅμοια· εἰ δὲ ταῦτα καὶ ἐν γραῶν ληρῳδήμασι βδελυκτὰ, ἐπεὶ μήτε ἐκτὸς τῶν δύο φυσικῶν προσώπων, μήτε ἐν τοῖς δυσὶ, μήτε κατὰ θάτερον αὐτῶν μόνον ὑφεστηκέναι ὅλως τὸ ἓν τῇ· ἑνώσεως πρόσωπόν φατε, προδήλως ὅτι ἀνυπόστατόν τι καὶ ἀνάπλασμα, καὶ Λόγῳ μόνον ἓν πρόσωπον ἐξ ἑνώσεως φυσικῶν προσώπων εἶναι δογματίζετε· ὅπερ οὔτε τῷ Χριστοῦ φυσικῷ ὅμοιον ὄν, τίνι ἔσται ὅμοιον εἴπατε, εἰ καὶ ὑφεστηκέναι δοθῇ κατὰ συγχώρησιν· εἰ δὲ εἴποιτε ἴσως τὸ φυσικὸν Χριστοῦ πρόσωπον εἶναι τὸ ἐξ ἑνώσεως ἓν ὂν εἰρημένον ἡμῖν, εἰ ἐκ τῆς τῶν δύο προσώπων φυσικῶν ἑνώσεως ὄντως γέγονε, τίς ὁ τοῦ ἑνωθέντος κατ' αὐτὸ φυσικοῦ προσώπου ἄνθρωπος; ὁ παρὰ τόν... ἆρα δὲ οὖν καὶ τὸ αὐτὸ ἑαυτοῦ προῦπῆρχέ τε καὶ μεταγέγονεν, εἴπερ ὡς φυσικὸν προῆν, ὡς δὲ ἐξ ἑνώσεως μετὰ τὴν σύνοδον τῶν φυσικῶν γέγονεν;

A que in alteruira solum subsistere dicatis illam personam ex unione, patet vos rem non subsistentem, errorem docere, et hanc personam ex unione naturalium personarum credere non nisi in verbis; quæ cum sit dissimilis personæ naturali Christi, cur sit similis ipsi proferte, etiamsi subsistere gratuito concedatur. Quod si contenditis naturalem Christi personam eam esse, quæ una ex unione dicebatur, quod si ex duabus naturalibus personis junctis effecta est, quis est ille homo cujus naturalis persona cum seipsa unitur? Homo contra.... Et sic eadem persona exsistebat, et nata est postea, quia antea existebat ut naturalis, et nata est ex unione post naturarum junctionem

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Εἰ ἔστιν ὁ Λόγος ὃ ἦν, καὶ ἔστιν ὃ γέγονεν, ἦν μὲν Θεὸς, γέγονε δὲ ἄνθρωπος ἐν ἑνὶ προσώπῳ τοῦ Λόγου, οὐ δύναται εἶναι ἀμφότερα· ὅλος γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, φύσιν ἔχων ἀνθρώπου καὶ πρόσωπον. Ἀλλ' εἰ καὶ τῇ ἐμπροσώπῳ Θεοῦ φύσει Θεὸς ἦν ὁ Κόγος ὡς φύσεως θείας ὢν δηλαδὴ, τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ, οὐχ ὡς ἁπλῶς ὑπόστασις ἦν Θεὸς, ἀλλ' ὡς τοιᾶσδε φύσεως οὔσης αὐτῷ τῆς ὑποστάσεως· ἐπεὶ ὁ Πατὴρ οὐκ ἔσται Θεὸς, ἐπεὶ μὴ τοιᾶσδε οἵας ὁ Λόγος ἐστὶν ὑποστάσεως· καὶ ἄνθρωπος ἄρα γέγονεν τῇ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης προσλήψει, εἰ καὶ ἀπροσώπῳ ἡ αὐτὴ ὑπόστασις τοῦ Λόγου· εἰ μὲν γὰρ καὶ ὑπόστασιν σαρκὸς προσελάβετο ἡ ὑπόστασις τοῦ Λόγου, οὐ γέγονεν ὁ Λόγος σὰρξ, ἀλλ' ἐκτήσατο σάρκα ὁ Λόγος· εἰ δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτοῦ γέγονε σαρκὸς φύσις, ὡς ἡ ὑπόστασις, οὐκ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν τοῖς σαρκικοῖς, ἦγουν εἰς σάρκα, ἀλλ' ἐτράπη εἰς αὐτὴν ὁ Λόγος· δύναται οὖν τὰ φυσικὰ ὀνόματα ἀμφότερα φέρειν ὁ Λόγος ἐν τῷ ἑνὶ διφυεῖ νῦν, πάλαι δὲ μονοφυεῖ προσώπῳ αὐτοῦ· εἰ δὲ λέγοι τις μὴ δύνασθαι φέρειν ἑτέραν φύσιν ἐν ἑαυτῷ, οὐδ' ἄρα τὰ τῆς σαρκικῆς ἡμῶν φύσεως τῆς νῦν πρόσωπα τὴν πνευματικὴν φύσιν, ἐν τῇ μελλούσῃ ἀναβιώσει καταδέξονται αὐτά· ἀλλ' ἢ καὶ ἑτέρας ὑποστάσεις ἕξουσιν. ἢ οὐδὲ τὰς φύσεις ἀμείνους· φύσεως δὲ καὶ ὑποστάσεως εἷ μόνος ὁ Θεὸς αἴτιος, τί τὸ κωλύον αὐτὸν μετατιθέναι φύσιν τινὰ εἰς ἑτέραν ὑπόστασιν; καὶ ὑπόστασιν ἀλλοτρίαν, εἰς ἑτέραν φύσιν; εἴπερ αὐτῷ πάντα δυνατὰ ἀληθῶς· ὅπου γε καὶ τῶν ἐνυποστάτων ζώων καὶ βοτανῶν τὰς φύσεις, εἰς ἑτέρας ὑποστάσεις μετατιθεμένας ὁρῶμεν σαφῶς, ἀφ' ὧν τρέφεται τὰ τρεφόμενα· καὶ τὰς ὑποστάσεις εἰς ἑτέρας φύσεις, οἷον ἐπὶ τῶν ἐκ σκώληκος εἰς πτηνὸν μεταφυομένων.

B

CAP. XXXV.

Si Verbum est simul quod erat, et quod factum est, et erat Deus, factus est homo in una persona Verbi, utrumque non potest salvari, siquidem totus homo factus est, cum natura et persona hominis. Si natura Deum ferente Deus erat Verbum, nempe natura divina præditum, suam personam habuit, non quod illa persona absolute Deus sit, sed quia talis naturæ erat hæc persona. Secus enim Deus non esset Pater, qui eamdem personam non habet atque Verbum. Et aliunde Verbi persona homo facta est, assumens naturam humanam, et eam impersonalem. Personam enim carnis si accepisset Verbi persona, Verbum caro non factum fuisset, sed carnem acquisivisset; et si, ut persona, ita C natura ipsius facta fuisset natura carnis, Verbum non habitasset in nobis carnalibus, id est in carne, sed in ipsam fuisset conversum. Nomina igitur utriusque naturæ potest excipere Verbum, quod in una persona duplicis naturæ hodie subsistit, antea in unius naturæ. Si adhuc diceretur a persona unius naturæ alteram naturam accipi non posse, neque persona nostræ carnalis naturæ spiritualem naturam in futura resurrectione accipere posset; sed vel altera persona daretur, non haberetur melior natura. Cum autem naturæ et personæ solus Deus sit auctor, quid eum prohibet unam naturam in alteram personam transferre? aut alienam personam in alteram naturam? Huic profecto omnia possibilia sunt, quoniam naturas D personarum, animalium et plantarum, quibus aluntur nutriendæ aliæ personæ, videmus in eas transformari; vel adhuc personas in novam naturam migrare, vermes in volatilia mutari.

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Τὸ φύσει Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ φύσει υἱὸς ἀνθρώπου, ὑποστάσεώς ἐστι ὀνόματα, ὧν χωρὶς οὐκ ἐνδέχεται ὀρθῶς ὁμολογεῖν τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ ἀμφότερα ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ ὁμολογεῖται, οὐκ ἐν ἑκατέρῳ ἀμφότερα. Ὑποστάσεως μὲν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς πρόσθες· εἰ γὰρ ὀρθῶς ἀμφότερα ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ ὁμολογεῖται, τὰ δύο ὀνόματα ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ κεῖται, ὥσπερ ἐπὶ τῶν διωνύμων

CAP. XXXVI.

Personæ nomina sunt ista, Filius Dei natura, natura filius hominis, sine quibus Christianismum recte confiteri est impossibile; ambo de uno Christo, non de alterutro ambo dicuntur. Nomina sunt personæ, sed ejusdem personæ: si enim de uno Christo ambo recte usurpantur, ad eamdem personam unius Christi, accepta ex uno et altero verbo, referuntur, quemadmodum evenit his rebus quæ

duobus nominibus vocantur. Eodem modo idem Timotheus in una persona filius Pauli erat, et filius Græci. Et aliunde ista nomina personam designant, sed habita ratione naturarum et originis.

ἐξ ἄλλου καὶ ἄλλου εἰλημμένα λόγου· οὕτως γοῦν καὶ Τιμόθεος ὁ αὐτὸς ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, υἱός τε ἦν Παύλου καὶ πατρὸς Ἕλληνος· ἄλλως δὲ τάδε, εἰ καὶ κατὰ ὑποστάσεως, ἀλλ' ἐκ τῶν φύσεων ὠνόμασται καὶ τῶν γεννήσεων σαφῶς.

CAP. XXXVII.

Vel illud nomen, *Verbum*, duas personas nominat, eam quæ non est facta Domina, et eam quæ facta est; vel duas medietates unius personæ et unius Domini; et nemo fit gratia quod est natura. Si illa vox Dominus personam Verbi non naturam nominat, Pater et Spiritus non sunt Domini, siquidem non sunt ejusdem personæ; si vero naturam, patet naturam humanam illud gratia obtinuisse, quod Divinitas natura habet, nempe vocari Dominum; et ipsi fatemini, propter nimiam charitatem Divinitatis in humanitatem ipsi proprias divitias in sua persona commodantis.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Ἢ δύο ὑποστάσεών ἐστιν ὄνομα ὁ Λόγος, τῆς ἀποιήτου Κυρίου, καὶ τῆς πεποιημένης Κυρίου, ἢ δύο ἡμίσεων τῆς μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ ἑνὸς Κυρίου· οὐδεὶς δὲ γίνεται κατὰ χάριν, ὅ ἐστι κατὰ φύσιν. Εἰ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Λόγου ἐστὶν ὄνομα τὸ *Κύριος*, καὶ οὐ τῆς φύσεως, ὁ Πατὴρ ἄρα καὶ τὸ Πνεῦμα, οὐ Κύριοι, ἐπεὶ οὐ τῆς αὐτῆς εἰσιν ὑποστάσεως· εἰ δὲ φύσεώς ἐστι, δῆλον ὡς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις γέγονε κατὰ χάριν τοῦτο ὅ ἐστι κατὰ φύσιν ἡ Θεότης, ἥγουν Κύριος, ὡς καὶ ὑμεῖς εἰρήκατε, διὰ τῆς ἄκρας τῆς κατὰ μίαν ὑπόστασιν πρὸς αὐτὴν εὐφυΐας, χαρισαμένης αὐτῇ τὰ ἴδια φυσικά.

CAP. XXXVIII.

Si Verbum est Deus divinitate, si homo humanitate, in duabus personis est Filius Dei, et Filius hominis, sicut duabus naturis est Deus et homo. Si duabus naturis, ut inquis, divinitate et humanitate, Deus et homo est idem Dei Filius, reputabitur necessario duas naturas, non duas personas habere.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Εἰ θεότητι Θεὸς ὁ Λόγος, καὶ ἀνθρωπότητι ἄνθρωπος ὁ Λόγος, ἐν δυσὶν ἄρα ὑποστάσεσίν ἐστιν ὁ Λόγος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου· ὥσπερ καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Εἰ ἐν φύσεσι δυσὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὡς ἔφης, ἐστὶν, ἐν θεότητι, ἄρα καὶ ἀνθρωπότητι, δύο φύσεις ἀναγκαίως καὶ οὐ δύο ὑποστάσεις ὁ αὐτὸς νοηθήσεται εἶναι Υἱὸς Θεοῦ.

CAP. XXXIX.

Si unius personæ non factæ, et factæ alterius est Verbum, qui aufert numerum personarum, Verbi personam aufert, sive non factam, sive factam. Sed nemo religiosus duas esse Verbi personas confitetur; at unicam ejus personam credit totam prius esse conspicuam ex proprietatibus increatis, nunc vero verbis et actibus suæ personæ novos characteres manifestare.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Εἰ μίαν ἔχει ὁ Λόγος ὑπόστασιν ἀποίητον καὶ μίαν πεποιημένην, ὁ ἀναιρῶν τῶν ὑποστάσεων τὸν ἀριθμὸν ἀναιρεῖ τοῦ Λόγου τὴν ὑπόστασιν, ἢ τὴν ἀποίητον, ἢ τὴν πεποιημένην. Ἀλλ' οὐδεὶς εὐσεβῶν δύο ὑποστάσεις ἔχειν αὐτόν φησι ὄντως τὸν Λόγον· ἀλλὰ τὴν μίαν αὐτοῦ ὑπόστασιν, πάλαι μὲν ἐξ ἀποιήτων τὸ ὅλον γνωρίζεσθαι ἰδιωμάτων ἐντελῶς, νῦν δὲ καὶ ἐκ ποιητῶν ἔχειν λόγων καὶ πραγμάτων ἐκ περιουσίας τὰς ὑποστατικὰς ἑαυτῆς ὑπογραφάς.

CAP. XL.

Si non solum ad Verbum Dei, sed etiam ad carnem pertinet non esse generatum ex altera substantia et persona, quam Patris, erit caro ex sola substantia Patris, æque ac Verbum. Hoc vere proprium est ipsius Verbi, carne nondum assumpta in incarnatione, et character est proprius personæ illius simplicis et unius personæ; cum autem novam acceptionem habuit nomen naturale illius, tunc fuit proprius rerum in persona congenitarum; unam partem designat proprie, non totam personam quæ hodie gaudet hoc nomine. Eodem modo solius animæ est indicium intellectus et scientiæ, non ideo autem illam trans humanitatem collocat; solius gustus est succos apprehendere, sed ex eo non habet personam propriam.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Εἰ οὐκ ἔστιν ἰδικῶς τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ μὴ εἶναι γεννηθέντα ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως πλὴν τῆς τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τῆς σαρκὸς, ἔσται ἄρα καὶ ἡ σὰρξ ἐκ τῆς οὐσίας μόνης τοῦ Πατρὸς, καθάπερ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος. Ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ ἰδικῶς τόδε τοῦ Λόγου ἴδιον, ἀλλ' οὔπω μὲν σάρκα προσλαβομένου καθ' ἕνωσιν, ὡς ὑποστάσεως αὐτοῦ χαρακτηριστικὸν ἴδιον τῆς ἁπλῆς καὶ μονοφυοῦς ὁρᾶται· συνθέτου δὲ γενομένου τοῦ φυσικοῦ αὐτῆς λόγου, οὐχ ὡς τῆς ὅλως ὑποστάσεως κατὰ τὸν φυσικὸν αὐτῆς λόγον ἴδιον νῦν, ἀλλ' ὡς μέρους ἑνὸς ὄν, ἴδιον τῶν ἐν τῇ ὑποστάσει συμπεφυκότων πραγμάτων νοηθήσεται· οὕτω γοῦν καὶ ψυχῆς μόνον ἐστὶ, τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεικτικόν· καὶ οὐ παρὰ τόδε ἰδίᾳ παρὰ τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου εἶναι αὐτὴν παρίστησιν· ἀλλὰ καὶ γεύσεως ἴδιον μόνης, τὸ τῶν χυμῶν ἀντιληπτικόν· καὶ οὐκ ἐκ τοῦδε, ἰδικὴ ταύτης ἐστὶν ὑπόστασις.

CAP. XLI.

Quando divinæ Scripturæ Christum vocant unum hominem, si illum cum Deo intelligunt hoc nomine, videtur quod Deus sit media pars hominis. Et

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Εἰ ὅταν ἡ θεία Γραφὴ τὸν Χριστὸν ἕνα καλῇ ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ Θεοῦ καλεῖ αὐτὸν ἕνα ἄνθρωπον, δῆλον ὅτι ἥμισυ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἐστὶν ὁ Θεός. Καὶ

ὅτε οὖν λέγει σάρκα τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἐν τῷ, « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει, » μετὰ τῆς ψυχῆς καλεῖ αὐτὸν μίαν σάρκα, δῆλον ὅτι ἡμισυ τῆς μιᾶς σαρκός ἐστιν ἡ ψυχή.

A quando homo caro dicitur, sicut hoc loco : « Ad te omnis caro veniet », ille cum anima caro dicitur, nec tamen habetur anima pars media carnis.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Ὁ ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν ὁμοῦ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ μὴ λέγων τὸν Χριστὸν ὁμοῦ ἕτερον, τὴν ἰδίαν ἀναιρεῖ ὁμολογίαν. Καὶ πῶς δυνατὸν τὸ αὐτὸ ὅλον Χριστοῦ, ἕτερον καὶ ἕτερον ὅλον ἑνὸς Χριστοῦ νοεῖν; ἄρα οὖν ἐκ μέρους καὶ πρὸς μέρος αὐτοῦ ἐστιν ἕτερος καὶ ἕτερος ὁ εἷς Χριστός.

CAP. XLII.

Qui confitetur Christum simul Deum et hominem, nec dicit simul Christum et alterum, non sibi consentit. Sed nunquid possibile est in toto Christo duos reperiri Christos completos? Cum loquimur de uno Christo altero et altero, a parte in partem transimus.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Φασὶν ἔτι ὅτι εἰ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Λόγος, δῆλον ὅτι τις ἄνθρωπος· οὐκ ἔστι γὰρ ἄνθρωπος, μὴ ὤν τις ἄνθρωπος· ὁ δέ τις ἄνθρωπος, ἀνθρώπου ὑπόστασις· ἢ οὖν δύο ὑποστάσεις Χριστοῦ, ἢ ἡ τοῦ Λόγου ἐξέλιπεν. Ἀλλ' ἔνθεος ἐκ πρώτης ὑπάρξεως οὗτος ὁ τὶς ἄνθρωπος Χριστὸς τὴν ὑπόστασίν ἐστιν· ὅπερ ἴσον τῷ Θεὸς εἰπεῖν ἐνανθρωπήσας τὴν ὑπόστασιν, διὰ τῆς πρὸς τὴν θείαν οὐσίαν ἑνώσεως τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας.

CAP. XLIII.

Si Verbum homo factum est, profecto aliquis homo est (homo enim non est, qui non est aliquis homo); aliquis homo est persona; igitur vel duæ sunt Christi personæ, vel deficit Verbi persona. Iste aliquis homo, Christus, divinus est persona, a primo instanti exsistentiæ, quod idem est ac si dicas : Deus personaliter homo factus est, juncta divinæ substantiæ humana substantia.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Φασὶ πάλιν ὅτι εἰ ἔμεινεν ὁ Θεὸς Λόγος ὃ ἦν, καὶ γέγονεν ὃ οὐκ ἦν, δῆλον ὅτι ἔμεινεν ἄσαρκος τὴν οὐσίαν ὃ καὶ ἦν. Καὶ γάρ ἐστιν ὄντως ἄσαρκος τὴν οὐσίαν· ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο καὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ νῦν οἰκεῖον κατηγόρημα, ὥσπερ καὶ ἡ ψυχὴ, ζῶντος ἐπὶ γῆς ἔτι Βασιλείου, ἄσαρκος μὲν τὴν οὐσίαν, σεσαρκωμένη δέ ἐστι τὴν ὑπόστασιν.

CAP. XLIV.

Dicunt etiam, quod si Verbum Dei manet quod erat, et quod non erat factum est, ideo incorporeæ substantiæ remansit quod erat antea. Etiam, est incorporeæ substantiæ, nunc autem illud prædicatum non est proprium personæ ejus; sicut, vivente in terris Basilio, anima incorporea quidem est substantia, sed corporea ob personam.

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

Ἡ σὰρξ εἰ μὴ ἔστι τινὸς ἀνθρώπου, φύσει παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον ἑτέρου ὄντος, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, δῆλον ὅτι ὁ τῆς σαρκὸς Δημιουργὸς καὶ Θεὸς, τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐστὶ δημιουργὸς καὶ Θεός. Ἀλλ' ἔστιν ἑτέρας μὲν φύσεως, προσώπου δὲ οὐχί· ἀλλ' αὐτοῦ ἰδιοποιησαμένου αὐτὴν τοῦ Λόγου προσλήψει τῇ εἰς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ὑπόστασιν.

CAP. XLV.

Nisi caro sit alicujus hominis qui natura non est Verbum Dei, si sit Dei, certum est carnis Creatorem et Deum esse Verbi Dei creatorem et Deum. Est quidem alterius naturæ, sed non personæ, quam naturam sibi propriam fecit Verbum, cum illam assumpsit in propria persona.

ΚΕΦΑΛ. ΜϚ'.

Si progenies carnis, progenies est Dei secundum veritatem, et esse est etiam Dei secundum veritatem; si autem esse et tale esse est impium simul et impossibile; non ergo progenies carnis progenies est quoque Dei secundum veritatem. — Sed deest primæ vestræ propositioni Verbum *pariter :* hocque vel de industria vel imprudenter vobis ratiocinantibus prætermissum est. Si enim progenies carnis, progenies *pariter* Dei est, scilicet secundum D eamdem progeniei rationem qua est ex Patre, eadem reipsa utrique concedetis. Si autem plurimæ et secundum veritatem dictæ rationes progeniei sunt, non ex omni ratione progeniei sequetur eadem quædam sentire de iis quæ quomodocunque gigni dicuntur, nec illud vobis quisquam concessit, scilicet simpliciter et nudæ carnis partum esse et partum Dei; sed neque, conjuncto cum carne Deo, partum Dei ex Virgine eumdem esse secundum rationem ac partum carnis; sed idem secundum numerum, diversis autem generationis rationibus vere constat secundum ambas naturas genitas. Nomen enim generationis, ut et vos ipsi induxistis, homonymum est : in homonymis autem non est plus vel minus,

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Εἰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθη ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθη ἐξ αὐτῆς ἡ σὰρξ ἡ θνητὴ καὶ φθαρτὴ καὶ ἐψυχωμένη ψυχῇ καὶ λογικῇ καὶ νοερᾷ, ἢ σὰρξ προϋπάρχει τῆς Παρθένου, ἢ ὁ Θεὸς Λόγος μεθυπάρχει τῆς Παρθένου· ὅπερ ἄτοπον ἑκάτερον. Ἀλλ' οὐ καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἀμφοτέρων τῶν τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ μερῶν τὴν γέννησιν τὴν ἐκ Παρθένου εἶναι, πολλάκις ἡμῖν εἴρηται, ὦ φυσικοί· ἀληθῶς μέντοι μήτηρ ἐστὶ καθ' ἑκάτερον λόγον· τοῦ μὲν ὡς ἐξ αὐτῆς σαρκικῶς εἶναι ὑπάρξαντος· τοῦ δὲ καὶ ὡς ἁπλῶς σαρκὸς εἶναι ὑπάρξαντος· οὕτως γὰρ μία μήτηρ ἑνὸς τοῦ συναμφοτέρου ἀναδέδεικται· ἆρα δὴ οὖν εἰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθησαν σαρκὶ Ζεβεδαίῳ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἀνεγεννήθησαν πρῶτοι διὰ τοῦ Εὐαγγελίου προϋπάρχουσιν αὐτοῦ ἁπλῶς· ἢ αὐτὸς μεθυπάρχει αὐτῶν, καίτοι εἰ θάτερον προϋπάρχει, πάντων τὸ ἕτερον μεθυπάρχει, δοκησίσοφοι· καὶ οὐχ ὥς φατε ἢ τόδε ἢ τόδε· πάντως γὰρ τῇ σχέσει ἅμα ἐστὶ τάδε καὶ παρέπεται· τὸ γὰρ προϋπάρχον, μεθυπάρχοντος προϋπάρχει· ἀλλὰ δῆλον, ὡς κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο ὁ αὐτὸς πρὸς τοὺς αὐτοὺς υἱούς τε ὄντας αὐτοῦ καὶ πατέρας, τήν τε προγενεσίαν ἔχει καὶ ὑστερογενεσίαν.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Εἰ τόκος ὁ τῆς σαρκὸς, τόκος τοῦ Θεοῦ κατα ἀλήθειαν, καὶ τὸ εἶναί ἐστι κατὰ ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ τὸ εἶναι καὶ τὸ τοιόνδε εἶναι τοῦτο ἀσεβὲς ὁμοῦ καὶ ἀμήχανον, οὐκ ἄρα ὁ τόκος τῆς σαρκὸς, τόκος ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ λείπει τῇ πρώτῃ ὑμῶν προτάσει τὸ *ὡσαύτως ἐστί*· καὶ τοῦτο ἢ δεινῶς ἢ ἀμαθῶς ὑμῶν διαλεγομένων παρεώραται. Εἰ γὰρ ὁ τόκος τῆς σαρκὸς, τόκος τοῦ Θεοῦ *ὡσαύτως* ἐστὶν, ἤγουν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦ τόκου Λόγον τὸν ἐκ Πατρὸς, τὰ αὐτὰ ὄντως ἀμφοτέροις χαρίσεσθε. Εἰ δὲ πολλοί τε καὶ κατ' ἀλήθειαν λεγόμενοι λόγοι τόκου εἰσὶν, οὐ τὰ αὐτὰ ἐκ παντὸς Λόγου τόκου ἔφεται νοεῖν τινα, ἐπὶ τοῖς ὁπωσοῦν τεχθῆναι λεγομένοις· οὔτε δὲ τοῦτο ὑμῖν τις δέδωκεν ὅτι ἁπλῶς καὶ γυμνῆς σαρκὸς τόκος, οὗτος καὶ τόκος Θεοῦ ἐστι, ἀλλ' οὔτε ὅτι συνημμένου τῇ σαρκὶ τοῦ Θεοῦ, ὅμως ὁ αὐτός ἐστι κατὰ τὸν λόγον ὁ τόκος τοῦ Θεοῦ ὁ ἐκ Παρθένου τῷ τόκῳ τῆς σαρκός· ἀλλ' ὁ αὐτὸς κατὰ ἀριθμὸν, ἐν διαφόροις δὲ λόγοις γεννήσεως ἀληθῶς κατ' ἄμφω συνεστὼς τὰς τεχθείσας φύσεις. Τὸ γὰρ τῆς γεννήσεως ὄνομα, ὡς καὶ ὑμεῖς παρηγάγετε, ὁμώνυμον· ἐν δὲ τοῖς ὁμωνύμοις τὸ μὲν μᾶλλον εἶναι, τὸ δέ τι καὶ ἧττον, οὐκ ἔστιν· οὐδὲ

τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, ὦ λογιώτατοι· οὐκοῦν ἀληθεῖς μὲν πᾶσαι αἱ γεννήσεις, ἀλλ' οὐκ ἐμφερεῖς· ὅτι οὖν τῆς ἐνθέου σαρκὸς ὁ τόκος καὶ Θεοῦ σεσαρκωμένου ἐστὶ τόκος, ὡμολόγηται· ἀλλ' ὡς πρέπει ἑκατέρῳ. Οὔτε γὰρ σὰρξ οὔτε τόκος ἀλλοιῶσαι Θεοῦ φύσιν δύνανται. Τοὐναντίον μὲν οὖν Θεὸς καὶ σαρκὸς φύσιν, καὶ φυσικὸν τόκον, ἀλλοιῶσαι κατὰ τοὺς ὅρους καὶ καιροὺς καὶ τρόπους τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας ἠνίκα ἂν ἐθέλοι, δεδύνηται· τόκος ἄρα Θεοῦ μὲν ὡς ἐναρξαμένου σαρκώσεως, σαρκὸς δὲ ὡς ἐναρξαμένης ὑπάρξεως.

A neque primum vel secundum, o ratiocinatores. Igitur veræ quidem sunt omnes generationes, sed non consimiles : ita ut divinæ carnis partum esse et partum Dei incarnati admittatur, sed sicut utrumque decet : neque enim caro neque partus mutare possunt Dei naturam. E contra autem Deus et carnis naturam et naturalem partum mutare secundum terminos et tempora et modos dispositionis ejus, cum voluerit, potuit. Igitur partus quidem Dei tanquam inchoantis incarnationem ; partus autem carnis inchoantis exsistentiam.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Εἰ τὰ τίκτοντα πρὸς τὰ τίκτοντα κατ' οὐσίαν παραλλάττει, καὶ τὰ τικτόμενα πρὸς τὰ τικτόμενα ἀνάγκη πᾶσα κατ' οὐσίαν παραλλάττειν· καὶ εἰ τοῦτο, πῶς τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Παρθένου κατ' οὐσίαν παραλλαττόντων, οὐ παραλλάττειν ἀνάγκη τὸν Θεὸν Λόγον αὐτὸν ἑαυτοῦ κατ' οὐσίαν, ἀμφοτέρων ὑπάρχοντα κατὰ ἀλήθειαν Υἱόν; Τὸ δὲ αὐτὸν ἑαυτοῦ κατ' οὐσίαν παραλλάττειν λέγειν τὸν πάσης ἁπλότητος ἐπέκεινα, πάσης ἐκστάσεώς ἐστι ἐπέκεινα. Ἀλλὰ πῶς, ὦ οὗτοι, τῷ φέροντι ἤδη τὸ δοκοῦν ἀποφθέγγεσθε; καὶ γὰρ ἰχθύας τε καὶ ἕτερα ζῶα καὶ πτεινὰ καὶ ἑρπετά τινα ἐκ τῆς ἀλλήλων συνουσίας, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐξ ὑδάτων αὐτοφυῶς καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐξ ἀέρος τίκτεται· καὶ ὅμως ὁμοιά εἰσι τὴν οὐσίαν διαφερόντων φύσει τῶν τεκόντων· οὐ γὰρ ταυτὸν οὐσία ζώου τε καὶ ὕδατος καὶ γῆς· ἰχθὺς δὲ ὅ τε ἐξ ὕδατος, καὶ ὁ ἐξ ἰχθύος γεννώμενος· ὡσαύτως καὶ ἀδιαφόρως καὶ ὄφεις καὶ ἕτερα πλεῖστα τοιαῦτα. Δευτέρως δὲ ἀντιστροφῇ τὸ ὑμέτερον βασανίσωμεν θέμα· εἰ γὰρ τὰ διάφορα τῇ φύσει, διάφορα τίκτειν ἀνάγκη, καὶ τὰ ἀδιάφορα τῇ φύσει, ἀδιάφορα τίκτειν ἀνάγκη· ἐπεὶ οὖν εἷς καὶ οὐ πλείους, ἡ διάφοροι ἁπλῶς ἥλιοι, οὗτος δὲ ἐν ἀέρι φῶς, ἐν ὕδατι δὲ ζῶα, ἐν δὲ γῇ πόας καὶ ταύτας διαφόρους τίκτει, ἆρα πάντων ἀδιάφορον ἡμῖν νομιστέον τὴν οὐσίαν; ἀλλ' οὐδεὶς ὑμῖν τάδε συμφθέγξεται.

CAP. XII.

Si gignentia relative ad gignentia secundum substantiam differunt, omnino necesse est quoque genita relative ad genita secundum substantiam differre. Atqui si ita est, quomodo Patre et Virgine secundum substantiam differentibus, non necessario differret a seipso secundum substantiam Deus Verbum, cum sit utriusque verus Filius. Dicere autem illum a seipso differre, qui est ultra omnem simplicitatem, illud est ultra omnem dementiam. — Sed, o vos, quomodo ad utilitatem vestrum placitum profertis? Nam piscesque et alia animalia, volatilia, et reptilia, quædam gignuntur ex mutuo coitu ; sed sunt pariter quæ sponte ex aquis, et ex terra, et ex aere gignuntur ; et tamen similia sunt quoad substantiam, licet natura differant gignentes. Non enim quid idem est substantia animalis, et substantia aquæ et terræ. Piscis autem alius ex aqua, alius ex pisce generatus. Pariter et sine differentia serpentes et alia multa similia. Secundo autem retorquendo experiamur vestram propositionem. Si enim quæ differunt natura necessario gignunt dissimilia, a pari quæ non differunt natura necesse est nec dissimilia gignere. Igitur cum unus sit sol et non plures sive differentes soles, is autem in aere lumen, in aqua animalia, in terra plantas easque differentes gignat, igitur omnium nobis censendum est non differentem esse substantiam. At nemo vobis de his consentiet.

Πλὴν ἔστω καὶ τάδε ὑμῖν συγκεχωρημένα· τοῦτο δὲ ὅμως δείξατε, ὡς πολλάκις εἴρηται, τί τὸ κωλύον μὴ εἶναι τὸν αὐτὸν ἑκατέρων υἱόν· καὶ εἰ τὰ τίκτοντα κατ' οὐσίαν παραλλάττει, τὸν καθ' ἑκατέραν γέννησιν ἐξ ἑτέρας οὐσίας τικτόμενον, τί ἐμποδίσει ὡς ἐξ ἑτέρας οὐσίας προτεχθέντα, ἐν τῇ δευτέρᾳ γεννήσει διάφορον εἶναι πρὸς τοὺς τεκόντας κατὰ τὴν πρώτην γέννησιν, καὶ ἐκ τοῦ ὅλου ἑαυτοῦ διαφόρους ἔχειν λόγους πρὸς ἑκάτερον τῶν τεκόντων; ἢ ὡς μὴ σωζομένης τῆς πρώτης οὐσίας ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ γεννήσει, ἢ ὡς μὴ ἐπιγινομένου τινὸς προγεγεννημένῃ ὑποστάσει· οὕτω γὰρ ἂν οὐδεὶς τῶν κατὰ πνεῦμα γεγεννημένων, ἔμεινε σὰρξ ὁπωσοῦν, ἐπεὶ « Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστιν. » Εἰ δὲ τὴν ἐπίκτησιν τῶν ἐκ τῆς δευτέρας γεννήσεως προσληφθέντων τῷ Λόγῳ τὴν πρώην ἁπλότητα αὐτοῦ οὐ συγχωρεῖν καθορᾶσθαι νομίζετε, σκεπτέον ὡς

Sed esto etiam vobis hæc concedi. Hoc autem tamen ostendite, sicut sæpissime dictum est, nempe quid impediat quin idem sit duorum filius : et, si gignentia differunt quoad substantiam, genitus secundum utramque generationem ex una substantia, quid impediet quin, tanquam ex altera ante genitus, in secunda generatione differat relative ad eos qui genuerant secundum primam generationem, et in toto suo esse differentes habeat rationes relative ad utrumque gignentium, sive tanquam non servata prima substantia in secunda generatione, sive tanquam non superaddita aliqua hypostasi ante genitæ. Ita enim nullum eorum quæ secundum spiritum genita sunt remansit ullo modo caro; quia « Quod natum est ex carne, caro est ; quod autem natum est ex spiritu, spiritus est [v]. » Si autem accessionem eorum quæ a Verbo assumpta sunt priorem ejus simplicitatem non sinere videre

[v] Joan. III, 6.

censetis, attendendum est ut hanc differentiam substantiæ non intra physicam ipsam simplicitatem Verbi consideretis, sed extra, nempe in composito personæ: ita ut qui velit considerare servatam primæ generationis similitudinem substantiæ relative ad gignentem, quasi in parte totius ex secunda generatione videat oportet. Et vice versa adjunctio Verbi ex secunda generatione consideranda est in similitudine Virginis matris ejus, differentia duarum substantiarum compositi habente ambas similitudines quoad substantiam. Et sic neque quisquam Verbum suam substantiam mutavisse dixerit, neque compositum Dominum nostrum Jesum Christum aliquid differentiæ genitivarum naturarum reliquisse crediderit. Non enim, sicut vos disponitis, simpliciter et merum Verbum genitum fuisse ab ambobus suis generatoribus dicimus; sed Patrem genuisse simpliciter Verbum, et Matrem idem cum carne in Christo composito genuisse sentimus.

A τὴν παραλλαγὴν τήνδε τῆς οὐσίας οὐκ ἐντὸς τῆς φυσικῆς αὐτῆς ἁπλότητος τοῦ Λόγου, ἀλλ' ἐκτὸς θεωρεῖτε, ἤγουν ἐν τῷ συνθέτῳ τῆς ὑποστάσεως· ὥστε τὸν βουλόμενον, τὸ τῆς πρώτης γεννήσεως ἀδιάφορον τῇ οὐσίᾳ πρὸς τὸν τεκόντα φυλαχθὲν θεωρεῖν, ὡς ἐν μέρει δὲ τοῦ τῆς δευτέρας γεννήσεως ὅλου δεῖ ὁρᾷν· καὶ πάλιν τὸ τῆς δευτέρας γεννήσεως πρόσλημμα τοῦ Λόγου, σαφῶς δεῖ νοεῖν ἐν τῇ ὁμοιώσει τῆς Παρθένου μητρὸς αὐτοῦ τῆς διαφορᾶς τῶν δύο οὐσιῶν τοῦ συνθέτου ἄμφω ἐχούσης τὰς κατ' οὐσίαν ὁμοιότητας· καὶ οὕτως οὐδεὶς οὔτε τὸν Λόγον τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας παραλλάττειν φήσειεν ἄν, οὐδὲ τὸν σύνθετον καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τῆς διαφορᾶς τῶν γονικῶν αὐτοῦ φύσεών τι παραλελοιπέναι νομίσειεν· οὐ γὰρ ὡς κατασκευάζετε ἁπλῶς B καὶ γυμνὸν τὸν Λόγον ἄμφω τεκεῖν φαμεν τοὺς γεννήτορας αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸν μὲν Πατέρα, ἁπλῶς καὶ ἁπλοῦν· τὴν δὲ Μητέρα, μετὰ σαρκὸς σύνθετον τὸν αὐτὸν τεκεῖν ἐν Χριστῷ νοοῦμεν.

CAP. XIII.

Si proprie et secundum veritatem genita est substantia Dei Verbi ex substantia Patris, et est ipsi consubstantialis, omnino secundum substantiam et proprie et secundum veritatem genita est ex muliere substantia Verbi Dei, et est sibi ipsi dissimilis omnino secundum substantiam. Ex eo quod proprie et secundum veritatem nata sit substantia ex substantia, non ideo fit ut omnino similia sint genita gignentibus quoad substantiam, sed aliud quid quod nec concipi potest. Proprie quidem et secundum veritatem substantia Dei Verbi, tum ex substantia Patris, tum ex substantia sanctæ Virginis genita est, sed non simili generatione, nec idem ex utroque accipiendo et possidendo. Ex prima enim ejus ex Patre generatione habet suum esse, solum ex sola, totum ex tota, illudque sine principio, sine tempore, ab æterno, et cætera quæ Dei sunt. Ex secunda autem habet suum esse carnaliter et incœpisse ratione compositi in tempore, et cætera ad nostram similitudinem. Quomodo igitur cum non in idem nec secundum eumdem generationis modum genitum sit, easdem in eo quæritis notas alterutrius originis ad ostensionem veram primæ ejus et secundæ generationis, et in utraque omnino similitudinem? Licet enim non eadem sequantur generationes non easdem, non ideo non essent veræ et proprie dictæ generationes. Equus enim terrestris, quia non est hippopotamus, non ideo non est equus: uterque enim est equus. Nec animal terrestre, quia non est marinum, ideo non est animal. Igitur proprie et secundum veritatem genitum fuisse non erit satis ad demonstrandum similitudinem substantiæ, quod vos in rationem similitudinis induxistis, nisi etiam secundum hancce ex veris generationibus quæ scilicet demonstrat genita esse similia, aliquid genitum omnino fuerit. Nam et vos primum illud concessistis, nempe quædam pejores, quædam meliores, quædam vero similes constituere gignentes genitis. Verbum qui-

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Εἰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, καὶ ἔστιν ὁμοούσιος αὐτῷ, πάντη οὐσίαν καὶ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Λόγου· καὶ ἔστιν ἀνόμοιος αὕτη πάντη κατ' οὐσίαν· οὐ τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν γεννηθῆναι τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς οὐσίας ἐστὶ, τὸ ποιοῦν πάντη ὅμοια κατ' οὐσίαν τὰ τικτόμενα τοῖς τίκτουσιν, ἀλλά τι ἕτερον, ὅπερ οὐδὲ ἐπινοῆσαι δυνατόν. Κυρίως μὲν καὶ κατὰ C ἀλήθειαν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Λόγου ἔκ τε τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγέννηται· ἀλλ' οὐ τῇ ὁμοίᾳ γεννήσει, οὔτε τὸ αὐτὸ ἐξ ἑκατέρου λαβοῦσα ἡ κεκτημένη. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Πατρὸς πρώτης αὐτοῦ γεννήσεως μόνος καὶ μόνης καὶ ὅλης καὶ ὅλος τὸ εἶναι ἔχει· ἀνάρχως τε τοῦτο καὶ ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ θεοπρεπῆ· ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, τὸ σαρκικῶς εἶναι ἄρξασθαί τε συνθέσεως ἀπὸ χρόνου, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ὁμοιώσεως· πῶς οὖν οὐκ εἰς τὸ αὐτὸ οὐδὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς γεννήσεως γεννηθείς, τὰ αὐτὰ ὑμῖν εἰσπράττεται γνωριστήρια θατέρου τόκου πρὸς ἔνδειξιν ἀληθῆ τῆς πρώτης αὐτοῦ καὶ δευτέρας γεννήσεως, ἐν ἀμφοτέραις τε πάντως ὁμοίωσιν ἢ ἀνομοιότητα; Οὐ γὰρ εἰ μὴ τὰ αὐτὰ D ἕψεται ταῖς οὐ ταυταῖς γεννήσεσι, διὰ τόδε οὐδὲ γεννήσεις εἶεν κυρίως καὶ ἀληθεῖς· οὐ γὰρ ἐπεὶ μὴ ποτάμιος, διὰ τόδε οὐδὲ ἵππος ἀληθῶς ὁ χερσαῖος· ἄμφω γὰρ ἀληθῶς ἵπποι· οὐδὲ ἐπεὶ μὴ θαλάττιον, διὰ τοῦτο οὐδὲ ζῶον τὸ χερσαῖον· οὐκ ἀρκέσει οὖν τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν γεννηθῆναι, δεῖξαι τὴν ὁμοιότητα τῆς οὐσίας, ὅπερ ὑμεῖς εἰς αἰτίαν ὁμοίου παρηγάγετε, εἰ μὴ καὶ κατὰ τὴν τοιάνδε γέννησιν τῶν ἀληθῶν γεννήσεων, ἤγουν τὴν ὁμοια δεικνῦσαν τὰ τικτόμενα, τι γεγέννηται πάντως· καὶ ὑμεῖς γὰρ ἐν ἀρχῇ δεδώκατε ὡς τὰ μὲν χείρονας, τὰ δὲ κρείττονας, τὰ δὲ ὁμοίους παρίστησι τοῖς γεννηθεῖσι τοὺς γεννήσαντας· ἄλλως τε πρὸς μὲν τὸν Πατέρα γεννηθείς, ὡς ὅλον τι ἔσχε τὴν ὁμοίωσιν ὁ Λόγος ὡς Θεός· Χριστὸς δὲ γεννη-

θεὶς καὶ οὐ Λόγος ἁπλῶς, καὶ πρὸς τὴν Μητέρα ἐκ μέρους μὲν ἔχει τὴν ὁμοίωσιν τὴν φυσικήν, ἀλλὰ καὶ ἐκ μέρους τὸ ὅμοιον· διότι εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, κατὰ θάτερον τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, τήν τε πρὸς τὸν Πατέρα καὶ πρὸς τὴν Μητέρα φυσικὴν ὁμοίωσιν κέκτηται καὶ διαφοράν· ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς τοῖς ὑμετέροις ἀντεπάγοντες, δείξωμεν τὰ ἡμέτερα· εἰ γὰρ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἐκ Σαοὺλ Ἰωνάθαν, ἔστιν ὅμοιος αὐτῷ κατ' οὐσίαν· καὶ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἀπ' αὐτοῦ Λόγος, καὶ ἔστιν ἀνομοιότατος αὐτῷ κατ' οὐσίαν· οὐ τὸ κυρίως γεννηθῆναί ἐστι σαφῶς αἴτιον τῆς ὁμοιότητος, ἀλλ' ὁ τῆς ὁμοιότητος τοῦ ὅλου ἢ μέρους ἴδιος τρόπος τῶν ἐν ταῖς γεννήσεσι νοουμένων.

A dem habet, tanquam Deus integram similitudinem Patri : Christus autem genitus et jam non simpliciter Verbum, habet et Matri ex parte similitudinem physicam, et ex parte esse simile. Unde unus et idem cum sit, secundum alterutram in ipso partium tum Patri tum Matri similitudinem habet et differentiam. Pariter autem, his contra vos dictis, demonstremus et nostram doctrinam. Si enim proprie et secundum veritatem genitus est Jonathas a Saule, similis est ei secundum substantiam. Sed et proprie et secundum veritatem genitum est Verbum, quod est ei dissimillimum secundum substantiam. Evidenter igitur proprie genitum esse non est causa similitudinis ; sed genus quoddam speciale similitudinis totius vel partis eorum quæ in generationibus considerantur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Εἰ ἐγεννήθη ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ θεότητα, καὶ σώζει τὴν κατ' οὐσίαν πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα, ἐγεννήθη δὲ καθ' ὑμᾶς ὁμοίως ὁ Υἱὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου κατὰ θεότητα, σώζειν ἀνάγκη τὴν πρὸς αὐτὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα κατὰ τὴν θεότητα· εἰ δὲ τοῦτο, ἕξει πάντως καὶ ἡ Παρθένος τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα· τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ ὅμοια, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ὅμοια. Ἀλλ' οὔτε πᾶν, οὔτε κατὰ πᾶσαν γέννησιν, οὔτε κατὰ τὸ ὅλον ἑαυτοῦ τὸ ἔκ τινος γεννώμενον, σώζειν ἀνάγκη τὸν τῆς φύσεώς τοῦ τεκόντος λόγον ἀπαράλλακτον δέδεικται καὶ εἴρηται πολλάκις. Ἰδοὺ γὰρ καὶ φύσει τέκνα ὀργῆς, καὶ υἱοὶ ἀπειθείας καὶ ἀνομίας, καὶ υἱοὶ σκότους, καὶ τέκνα τοῦ πονηροῦ, καὶ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τέκνα τοῦ διαβόλου, ἀλλὰ καὶ τέκνα Θεοῦ, καὶ θελήματος θείου γεννήματα, καὶ υἱοὶ φωτὸς, καὶ υἱοὶ ἡμέρας, καὶ υἱοὶ δυνάμεως, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου εἴρηνται τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, κατὰ διαφόρους ἀληθεῖς κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον γεννήσεις καὶ τοὺς ἑκάστης γεννήσεως τρόπους· καὶ οὐδὲν ἂν τῶνδε γέννημα εἴποι τις ἐξ ἀνάγκης ὁμοούσιον τῷ τεκόντι· οὐδὲ γὰρ ὀργὴ τὰ τέκνα τῆς ὀργῆς· οὔτε αἰὼν τὰ τέκνα τοῦ αἰῶνος· οὐδὲ θεοὶ τὴν οὐσίαν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ πάντα· οὐδὲ ὁμοούσιοι τῷ Ὑψίστῳ οἱ υἱοὶ τοῦ Ὑψίστου. Οὐκοῦν πρῶτα μὲν, οὐκ εἴ τι ἔκ τινος, τοῦτο καὶ ὅμοιον πάντως· τῷ ὅλῳ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγῳ εἶναι ἀναγκαῖον· πάλιν δ' οὖν ἐροῦμεν, ὅτι τότε ἂν ὑμῖν εἶχε τὸ εὔλογον ἡ ἀπορία, εἰ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρου προεληλυθέναι εἰρήκαμεν Χριστόν. Εἰ γὰρ ἐπεὶ κατὰ τὴν θεότητα ἐκ Πατρὸς γεγέννηται, καὶ κατὰ τὴν θεότητα ἐκ Μητρὸς ὁ αὐτὸς γεγέννηται, ἑτέρως μέντοι, ἤγουν ὅτι σεσάρκωται, τὸν αὐτὸν ἀπαιτεῖτε λόγον πρὸς ἑκάτερον τῶν γεννητόρων ἔχειν αὐτὸν κατ' οὐσίαν, δέον ὑμᾶς λέγειν καὶ Πέτρον ἐπεὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπὸ Ἰωνᾶ γεγέννηται, καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐμφορούμενος, τοῦτό τε ἐπενδυσάμενος Πνευματικὸς γεγέννηται, σώζειν αὐτὸν τήν τε πρὸς τὸν Ἰωνᾶν καὶ τὴν πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατὰ τὸ ὅλον καὶ οὐκ ἐκ μέρους κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα· καὶ εἰ τοῦτο, πάντως καὶ Ἰωνᾶς ὁ τούτου πατὴρ, ἕξει τὴν πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατ' οὐσίαν ὁμοιότη-

CAP. XIV.

Si genitus est Filius ex Patre, secundum divinitatem, et servat cum eo similitudinem (genitus est autem, juxta vos, similiter Filius ex Virgine secundum divinitatem), necesse est servet cum ea secundum substantiam similitudinem secundum divinitatem ; si autem ita est, habebit omnino et Virgo cum Patre secundum substantiam similitudinem ; quæ enim eidem sunt similia, ea et inter se sunt similia. — Sed neque omne, neque secundum omnem generationem, neque secundum sui ipsius totum, aliquid aliquo genitum necessario servare rationem non differentem naturæ gignentis dictum sæpe demonstratumque est. Ecce enim et natura filii iræ, et filii incredulitatis et iniquitatis, et filii tenebrarum, et filii mali, et filii hujus sæculi, et filii diaboli; sed et filii Dei, et ex voluntate Dei nati, et filii lucis, et filii diei, et filii fortitudinis, et filii Excelsi, dicuntur in Scriptura sacra, secundum differentes quoad propriam rationem generationes, et secundum cujusque generationis modum. Et nullum ex his generatis diceret quis esse ex necessitate consubstantialem gignenti. Non enim sunt ira filii iræ, neque sæculum filii sæculi, neque dii quoad substantiam filii Dei omnes, neque consubstantiales Excelso filii Excelsi. Igitur primum quidem, non ex eo quod aliquid est ex aliquo, ideo illud et simile omnino esse in tota substantiæ suæ ratione necesse est. Iterum ergo dicemus tum vobis vestram difficultatem habere aliquid verisimile, si sub eodem respectu et omnino eumdem ex utroque provenisse Christum dixerimus. Si enim, quia secundum divinitatem ex Patre genitus est et secundum divinitatem ex matre idem genitus est, alio tamen modo, scilicet incarnatione, eamdem contenditis eum habere rationem relative ad utrumque gignentium quoad substantiam, dicendum vobis erit Petrum, quia quoad substantiam a Jona genitus est, et quoad substantiam Spiritu sancto afflatus et superindutus spiritalis genitus est, servare et ad Jonam et ad Spiritum sanctum, secundum totum, et non ex parte, quoad substantiam similitudinem. Et si ita est, omnino et Jonas, ipsius pater, habebit ad Spiritum sanctum

similitudinem quoad substantiam : quæ enim eidem sunt similia, ea quoque inter se similia, ut vobis placet. Si igitur hoc per hæc non impeditur, sed est ex parte suæ personæ utrique consubstantialis, quomodo non et Christum sic intelligere duceremus.

CAP. XV.

Quidquid proprie et secundum veritatem gignit, causa est geniti. Nihil autem causa est geniti, quod sit genito posterius. Nihil igitur quod non est genito posterius, est opus geniti. Nihil ergo quod proprie et secundum veritatem gignit, opus est geniti. Sed a vobis illud addendum erat primæ hujus epicherematis propositioni, scilicet quod secundum quod quis dicitur genuisse, ita et genuit. Ita enim gignens est causa geniti; quia sic et Paulus, qui per Evangelium genuit, vere quidem est genitor et causa proxima, non vero carnalis essentiæ eorum qui geniti sunt, sed eorum per prædicationem fidei. Multi enim eorum qui secundum hanc generationem nati sunt ei filii, natu majores ipso erant quoad tempus carnis; et junior illis ipse secundum tempus genitus erat, qui fuit causa eorum proxima secundum fidem. Quomodo ergo quod gignit non ipsam exsistentiam simpliciter sed solummodo talem exsistentiam, exsistentiam scilicet Verbi in quantum incarnati, non diceretur recentioris dispositionis, id est talis cujusdam exsistentiæ, causam esse eamque proinde antiquiorem, sed et qualiscunque alterius exsistentiæ ejus qui ex communi sententia genitus erat alia generatione? Quomodo et Nicodemus, discipulus ille nocturnus non necessario concedetur præexstitisse Domino secundum quamdam rationem, cum illum jam senem hortetur Dominus ad renascendum per aquam et Spiritum? Hoc nobis dicite servata illæsa vestra doctrina.

CAP. XVI.

Omne proprie et secundum veritatem genitum, suum esse habet a gignente. Nihil autem habens suum esse a gignente, exsistit prius suo partu. Nihil ergo proprie et secundum veritatem genitum, exsistit prius suo partu. — An igitur tantummodo, juxta vos, si aliquid dicitur habere suum esse simpliciter ab aliquo, illud esset proprie et secundum veritatem ab ipso genitum ejusque diceretur filius? Nonne etiam et si habeat ex aliquo tale esse? Et quomodo Seth et filii ejus divina filiatione donantur et filii Dei vocantur? Quomodo filii Israel, ii qui ex Judæis sunt? Quomodo filii Dei, filii Evangelii Dei? Sed et ii qui renati sunt ex semine incorrupto per verbum Dei viventis et manentis? Quomodo filii Sponsi, apostoli? Quomodo filius Pauli Onezimus quem genuit vinculis suis? Natura autem filios iræ et filios iniquitatis, et, e contra, filios lucis, filios vitæ, et alia similia dici in Scriptura sacra, quæ ratio disposuit? Quomodo evenientem ipsis talem ruinam aut resurrectionem, neque simul cum exsistentia, neque ab eo qui dedit exsistentiam, tamen propriam generationem, se-

A τα· τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ ὅμοια, καὶ ἀλλήλοις, ὡς δέδοκται· εἰ οὖν τόδε διὰ τάδε οὐ κεκώλυται, ἀλλ' ἔστιν ἐκ μέρους τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἑκατέρῳ ὁμοούσιος, πῶς οὐχὶ καὶ Χριστὸν οὕτως νοεῖν αἱρησόμεθα;

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Πᾶν τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τίκτον, αἴτιον τοῦ τικτομένου· οὐδὲν δὲ αἴτιον τοῦ τικτομένου, νεώτερον τοῦ τικτομένου· οὐδὲν οὖν οὐ νεώτερον τοῦ τικτομένου, δημιούργημα τοῦ τικτομένου· οὐδὲν ἄρα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τίκτον, δημιούργημα τοῦ τικτομένου. Ἀλλὰ δέον ὑμᾶς ἦν προσθεῖναι τῇ πρώτῃ τοῦ παρόντος ἐπιχειρήματος προτάσει, ὅτι κατ' ἐκεῖνο ὃ λέγεται τεκεῖν, καὶ ὡς τέτοκεν· οὕτως γὰρ καὶ αἴτιόν
B ἐστι τοῦ τικτομένου τὸ τίκτον, ἐπεὶ οὕτω καὶ ὁ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου γεννήσας Παῦλος, ἀληθῶς μέν ἐστι τοκεὺς καὶ αἴτιος προσεχῶς, οὐ τῆς σαρκικῆς δὲ ὑπάρξεως τῶν γεννηθέντων, ἀλλὰ τῆς κατὰ διδασκαλίαν πίστεως αὐτῶν· πολλοὶ γὰρ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ ταύτην τὴν γέννησιν αὐτῷ γεγεννημένοι υἱοί, καὶ παλαιότεροι κατὰ τὸν τῆς σαρκὸς χρόνον ἦσαν τούτου· καὶ νεώτερος τούτων οὗτος ἐγεγόνει κατὰ χρόνον, ὁ αἴτιος αὐτῶν προσεχῶς κατὰ τὴν πίστιν· πῶς οὖν τὸ μὴ κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ τὸ τοιῶσδε εἶναι τυχὸν μόνον ἤγουν τὸ σεσαρκωμένον εἶναι τὸν Λόγον, οὐ μόνης τῆς νεωτέρας καταστάσεως, ἤγουν τοῦ τοιῶσδε αὐτοῦ εἶναι, λέγοιτο αἴτιόν τε καὶ παλαιότερον εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῆς
C οἱασοῦν ὑπάρξεως αὐτοῦ ἑτέρας ἤδη ὁμολογουμένως προγεγεννημένου καὶ ἑτέρᾳ γεννήσει; Πῶς δὲ καὶ Νικόδημος μὴ προῦφεστηκέναι τοῦ Κυρίου καθ' ὁντιναοῦν λόγον ὁ νυκτερινὸς μαθητὴς ἐξ ἀνάγκης δοθήσεται, ἐπεὶ γεννηθῆναι αὐτὸν προετρέπετο γέροντα ἤδη ὄντα δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος; εἴπατε ἡμῖν ἄτρωτα φυλάττοντες τὰ ὑμέτερα.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Πᾶν τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, τὸ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ τίκτοντος· οὐδὲν τὸ εἶναι ἔχον ἐκ τοῦ τίκτοντος, πρὸ τοῦ οἰκείου τόκου ἐστίν· οὐδὲν ἄρα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, πρὸ τοῦ οἰκείου τόκου ἐστίν. Ἆρα οὖν καθ' ὑμᾶς εἴ τι τὸ εἶναι ἔχειν ἁπλῶς λέγεται ἔκ τινος, τοῦτο κυρίως; μόνον καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον
D εἴη, καὶ υἱὸς λέγοιτο; οὐ μὴν καὶ εἴ τι τὸ τοιῶσδε εἶναι ἔκ τινος ἔχει; καὶ πῶς Σὴθ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, θείας υἱότητος ἀξιοῦνται καὶ υἱοὶ Θεοῦ λέγονται; πῶς δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ οἱ ἐξ Ἰουδαίων; πῶς δὲ τέκνα Θεοῦ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ; ἀλλὰ καὶ οἱ ἀναγεγεννημένοι ἐκ σπορᾶς ἀφθάρτου διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος; πῶς δὲ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος οἱ ἀπόστολοι; πῶς δὲ Ὀνήσιμος υἱὸς Παύλου ὃν ἐγέννησε τοῖς δεσμοῖς αὐτοῦ; φύσει δὲ τέκνα ὀργῆς καὶ υἱοὺς ἀνομίας, ἢ πάλιν υἱοὺς φωτὸς καὶ ζωῆς καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύεσθαι ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, τίς λόγος παρεσκεύασεν; ἢ πῶς τὴν συμβεβηκυῖαν αὐτοῖς τοιάνδε κατάπτωσιν ἢ ἀνάστασιν οὔτε σὺν τῷ εἶναι, οὐδὲ ἐκ τοῦ τὸ εἶναι δόντος, ὅμως κυρίως γέννησιν καὶ

λέγεται ἴσμεν; εἰ γὰρ μόνον ἐκ τῆς τοῦ εἶναι αἰτίας τὴν υἱότητα τούτων γνωρίζετε εἶναι, ἔσται ὑμᾶς ἐξ ἀνάγκης δοξάζειν, ὡς Ἰούδας τε καὶ ὁ διάβολος ἐπεὶ υἱοὶ λέγονται ἀπωλείας, παρ' αὐτῆς καὶ τὸ εἶναι ἔλαβον· εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς φατε, ὅτι τὸ μὲν εἶναι ὁ Ἰούδας καὶ οἱ λοιποὶ οἱ κατ' αὐτὸν, ἐκ Θεοῦ ἔσχον· τὸ δὲ τοιῶσδε εἶναι, οὐκ ἔσχον ἐκ Θεοῦ· καθὸ λέγονταί τινες υἱοὶ σκότους καὶ κατάρας τῇ ὁμωνύμῳ υἱότητι, καθ' ἑκάτερα διεγνώκατε λεγομένους υἱούς· ἐν δὲ τοῖς ὁμωνύμοις, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ ἑτέρου κυρίως ὠνόμασται· οἵ τε γὰρ πάλιν ἐκ μετανοίας πρὸς ἀρετὴν καὶ διὰ πίστεως τῷ Πνεύματι ἀναγεννηθέντες, υἱοὶ Νυμφῶνος καὶ τέκνα βασιλείας καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ὑμῖν ὡμολόγηνται.

A cundum quod dicitur, scimus? Si enim tantummodo ex causa suæ exsistentiæ habere istos suam filiationem ducitis, necessario vobis sentiendum erit et Judam et diabolum, quia dicuntur filii perditionis, ab ipsa quoque exsistentiam accepisse; dum e contra et vos dicitis esse quidem suum Judam et alios secundum eum, a Deo habere; esse autem tales hoc ex Deo non habere. In quantum dicuntur quidam filii tenebrarum et maledictionis homonyma filiatione, hos secundum utrumque dici filios agnovistis. In homonymis autem neutrum altero specialius denominatur. Qui enim iterum per pœnitentiam ad virtutem, et per fidem in Spiritum sanctum regenerati sunt, filii Sponsi, et filii regni, et alia similia, et a vobis ipsis agniti sunt.

Καὶ πῶς οὐ δεδώκατε τὸ ζητούμενον ἡμῖν; ἰδοὺ γὰρ τὸ τοιῶσδε εἶναι, καὶ τοιοῦδέ τινος μετειληφέναι τινὰ, πολλάκις μὲν ἐνουσίου, πολλάκις δὲ καὶ ἀνυποστάτου τινὸς, υἱὸν τοῦδε ἀληθῶς εἶναι καὶ λέγεσθαι αὐτὸν ποιεῖ· ἐν γὰρ τοῖς ὁμωνύμοις, ὡς εἴρηται, οὐκ ἔστιν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον ἢ κυριώτερον λεγόμενον· εἰ γὰρ καὶ τὸ ζῶον τοῦ γεγραμμένου μᾶλλον δοκεῖ, καὶ κυριωτέρως τόδε τι λέγεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁμώνυμον τότε, ἀλλ' ὡς οὐ κυρίως ὠνομασμένου τὸ κυρίως ὀνομασθέν· δύο γοῦν κυρίως ὠνομασμένων ἡ ὁμωνυμία οὐχ ἕξει ποτὲ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· οὐ γὰρ μᾶλλον κύων ὁ χερσαῖος ἢ ὁ θαλάττιος, ἧττον ζῶον ἢ κύων. Τὸ γεγραμμένον οὖν, ὡς αἴτιον ἢ παράδειγμα ἤ τι τοιοῦτον τὸ μᾶλλον ἔχει· ἄλλως τε εἰ τοῦ εἶναι αὐτοῦ αἴτιον εἶναι δεῖ τὸν ἀληθῶς λεγόμενον τεκεῖν πάντα, οὐδεὶς ἄνθρωπος ἀνθρώπου πατήρ· οὐδὲ ἕτερον ζῶον ζῶον ἕτερον τέτοκε· ψυχὴν γὰρ νοητικὴν ἢ αἰσθητικὴν, οὐκ ἔχει τὰ σπέρματα· ἀλλὰ μετὰ τὴν μόρφωσιν καὶ τελείαν διοργάνωσιν τοῦ ἀψύχου ἐμβρύου, ψυχοῦται τὸ ζῶον (6) καὶ μάλιστα ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ πλάττοντος πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ Θεοῦ· διὸ καὶ φονέα ζώου, τὴν μετὰ τὴν διαμόρφωσιν αἴτιον τῆς ἐξαμβλώσεως, κρίνει ὁ θεῖος νόμος· ἄρα οὖν σαρκοτόκοι μόνον καὶ μάλιστα οἱ πατέρες· οὐδεὶς δὲ ἀνθρωποτόκος καθ' ὑμᾶς ἐστιν· οὕτω δὲ ἐπεὶ ῥεῖ καθημέραν καὶ ἀμείβεται τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ ἐν τῷ σώματι ἔσται τις μοῖρα τῷ χρόνῳ τῶν γονέων, οὐδὲ τῆς σαρκὸς εἶεν πατέρες· ἀλλὰ καὶ γέρων ὁ Ἰσαὰκ πάντη ἐξέστη τοῦ εἶναι υἱὸς Ἀβραὰμ καὶ οἱ λοιποί· καὶ πῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· « Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου, τραφεὶς ἐν γήρει καλῷ; » Ἀλλὰ ταῦτα πρόδηλα ἄτοπα· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος λέγων τοὺς μὲν εἶναι τῆς σαρκὸς πατέρας, οὓς καὶ ἔσχομεν παιδευτάς· καὶ τὸν Θεὸν λέγων Πατέρα τῶν πνευμάτων εἶναι μόνον, αὐτός φησι μητέρα Τιμοθέου Εὐνίκην, καὶ οὐ τῆς σαρκὸς Τιμοθέου μόνον· δῆλον οὖν ὡς ἀληθῶς, εἰ καὶ μὴ τὸ εἶναι αὐτὸ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ σαρκωθῆναι καὶ σεσαρκωμένος εἶναι ὁ Λόγος ἔσχεν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, Υἱός τε ἀληθῶς αὐτῆς ἐστι· καὶ νεώτερος ταύτης ἐν τῷ τοιῶσδε εἶναι, ἥγουν σύνθετος ἐξ ἁπλοῦ, καὶ σεσωματωμένος ἐξ ἀσωμάτου φανήσεται.

B Et quomodo non concessistis quod nos postulamus? Ecce enim quemdam esse tali modo, et participare ex aliquo tali sæpe quidem substantiali, sæpe vero non substantiali, facit ut vere filius hujus sit et dicatur. Nam in homonymis, ut jam dictum est, neutrum est altero magis vel specialius denominatum. Si enim animal videtur aliquid dici magis aut specialius quam est inscriptum, jam non est tanquam homonymum, sed tanquam proprie denominatum, altero non proprie denominato. Duorum igitur proprie nominatorum homonymia nunquam habebit plus aut minus. Non enim canis terrestris magis est canis quam canis marinus, neque minus animal quam canis. Igitur denominatum tanquam causa aut exemplar aut aliquid simile. Præsertim si ejus causam exsistentiæ oportet esse eum qui dicitur genuisse omnia, nullus homo est hominis pater, neque ullum animal alterum animal genuit: animam enim sive intellectualem sive sensitivam semina non habent. Sed post formationem et perfectam membrorum dispositionem inanimati fetus, animatur animal et præsertim homo a factore suo, Deo inspirante in eo spiritum hominis. Ideo et tanquam animalis interfectorem condemnat lex divina eum qui post formationem procurat abortum. Igitur carnis genitores et præsertim sunt patres: nullus autem, juxta vos, hominis genitor est. Ita vero quia fluit in dies et mutatur corpus, et nulla aliqua sors parentum in tempore, non essent etiam carnis parentes: sed et senex Isaac factus est exsors filiationis Abrahæ: et ita alii. Quomodo ergo dictum est a Deo: « Tu autem ibis ad patres tuos, sepultus in senectute bona[x]? » Sed patet hæc esse absurda. Ipse enim Apostolus dicens eos quidem esse carnis patres, quos habuimus magistros et Deum esse spirituum unum patrem, ipse vocat Eunicem matrem Timothei, et non tantum matrem carnis Timothei. Patet ergo Verbum, licet acceperit a sancta Virgine non quidem esse simpliciter, sed esse incarnatum, esse tamen vere ejus filium; et apparebit ipsa junior in quantum est tale, compositum scilicet ex simplici, et corporatum ex incorporeo.

[x] Gen. xv, 15.

CAP. XVII.

Quod proprie et secundum veritatem gignitur, si in tempore gignitur, potentialiter tantum est in gignente ante suam conceptionem, sicut Levi in renibus Abraham. Quod autem est potentialiter tantum in gignente, principium exsistendi accipit in gignente. Igitur quod proprie et secundum veritatem gignitur, si in tempore gignitur, principium exsistendi accipit in gignente. — Ne sæpius in iisdem rebus elucidandis nugemur, omni vestro proposito hujus epicherematis consentiamus, quidquid sit de eo; cum dicere possimus proprie et in tempore genitum esse a Paulo Timotheum, nec tamen illum fuisse in eo potentialiter, dum Stephanus lapidabatur. Non enim necessarium est præexsistere secundum omnem generationem in gignentibus ea quæ quomodocunque gignuntur. Illud autem vobis dicemus, ex naturis scilicet Domini nostri Jesu Christi, alteram, id est naturam Verbi, principium non quidem exsistentiæ sed coexsistentiæ accepisse in sancta Virgine; alteram vero, nempe naturam carnis, principium tum exsistentiæ tum coexsistentiæ in ea accepisse. Secundum alterutram igitur rationem utriusque exsistentiæ geniti compositi Christi, vera Genitrix probatur secundum tempus ea quæ genuit utriusque connexionem. Ex eo enim quod, tum ad esse, tum ad esse taliter præcedant, vere genitores vocantur parentes. Ibi autem cum non sit naturalis partus, non utendum verbo *potentialiter* dixerit quispiam cum agitur de hoc partu, o physici. Jam non enim illud esset operatio mirificæ et stupendæ virtutis. Si autem non probatur miraculum ultra vires naturales, neque Deus censebitur is qui secundum vires naturales genitus fuerit.

CAP. XVIII.

Si proprie et secundum veritatem genitus est Deus Verbum ex muliere, vel genitus temporalis est, vel mulier est sine tempore. Porro neque Deus est temporalis, neque mulier est sine tempore; non igitur proprie et secundum veritatem genitus est Deus ex muliere. — At non in esse, sed in esse taliter jam dictum est eum esse natum ex muliere et sub tempore, o nugacissimi.

CAP. XIX.

Si secundum veritatem Filius est Virginis Deus Verbum, erit secundum substantiam id quod est ipsa gignens. Porro ipsa est animal rationale mortale; ergo et Deus, secundum vos, est animal rationale mortale. — At filius verus intelligitur in ratione generationis qua fit filius, et omnis qui gignitur secundum quamcunque talem generationem. Non omnis autem generatio, etsi veros demonstrat filios, eos qui geniti sunt, similes quoque eos secundum omnia pariter demonstrat gignentibus, ut et vos dixistis etiam ab exordio. Si autem hoc ipsum, nempe similitudo, facit veram filiationem, cum cujusdam vultus in imagine magis ipsi similis sit quam vultus proprii filii ipsi comparatus, imago

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, εἰ ἐν χρόνῳ τίκτεται, δυνάμει μόνον ἐστὶν ἐν τῷ τίκτοντι πρὸ τῆς ἰδίας συλλήψεως, ὡς ἐν τῇ τοῦ Ἀβραὰμ ὀσφύϊ ὁ Λευΐ· τὸ δὲ δυνάμει μόνον ἐν τῷ τίκτοντι ὄν, ἀρχὴν λαμβάνει τοῦ εἶναι ἐν τῷ τίκτοντι· τὸ κυρίως ἄρα καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, εἰ ἐν χρόνῳ τίκτεται, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει ἐν τῷ τίκτοντι. Ἵνα μὴ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ὑμῖν διασαφοῦντες συλληρῳδῶμεν, παντὶ ὑμῶν τῷ σκοπῷ τοῦ νῦν ἐπιχειρήματος συγχωρήσωμεν, ὡς ἂν ἔχοι· δυνάμενοι λέγειν, ὡς καὶ κυρίως καὶ ἐν χρόνῳ ἐγεννήθη Τιμόθεος Παύλῳ· καὶ ὅμως οὐκ ἦν δυνάμει ἐν αὐτῷ, ὅτε Στέφανος ἐλιθάζετο· οὐ γὰρ ἀνάγκη προεῖναι κατὰ πᾶσαν γέννησιν ἐν τοῖς τίκτουσι τὰ ὁπωσοῦν τικτόμενα· τοῦτο δὲ ὑμῖν ἐροῦμεν, ὅτι τοῦ Δεσπότου ὑμῶν Χριστοῦ, τὴν μὲν τῶν αὐτοῦ φύσεων ἀρχὴν οὐ τῆς οὐσιώσεως ἀλλὰ τῆς συνουσιώσεως μόνον ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ λαβεῖν, τουτέστι τὴν τοῦ Λόγου· τὴν δὲ ἑτέραν τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων, ἤγουν τὴν τῆς σαρκὸς, ἀρχὴν τῆς τε οὐσιώσεως καὶ συνουσιώσεως ἐν αὐτῇ λαβεῖν. Κατὰ θάτερον οὖν λόγον ἑκατέρας οὐσίας τοῦ τεχθέντος συνθέτου Χριστοῦ, ἀληθὴς γενέτειρα ἡ τεκοῦσα τὸ συναμφότερον δείκνυται κατὰ χρόνον· ἔκ τε γὰρ τοῦ εἰς τὸ εἶναι καὶ τοῦ εἰς τὸ τοιῶσδε εἶναι ἐγχρόνως προάγειν, γεννήτορες ἀληθῶς οἱ τεκόντες ὀνομάζονται· ὅπουγε ἐνθάδε οὐ φυσικοῦ ὄντος τοῦ τόκου, οὐδὲ προαποκεῖσθαι τὸ *δυνάμει* ᾧ τις ἐπὶ τοῦδε τοῦ τόκου, φυσικώτατοι· οὐ γὰρ ἂν θαυματουργίας εἴη παράδοξου ἔτι ἐνέργεια· εἰ δὲ μὴ θαῦμα ὑπὲρ φυσικὴν δύναμιν τῷδε μαρτυρεῖ, οὐδὲ Θεὸς ὁ τεχθεὶς κατὰ τὰς φυσικὰς δυνάμεις νοηθήσεται.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Εἰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθη ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ γυναικὸς, ἢ ὁ τεχθεὶς ὑπὸ χρόνον· ἢ ἡ γυνὴ ὑπὲρ χρόνον· ἀλλὰ μὴν οὔτε Θεὸς ὑπὸ χρόνον οὔτε γυνὴ ὑπὲρ χρόνον· οὐκ ἄρα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθη ὁ Θεὸς ἐκ γυναικός. Ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ εἶναι, ἀλλ' εἰς τὸ τοιῶσδε εἶναι ἐκ γυναικός τε καὶ ὑπὸ χρόνον τεχθῆναι εἴρηται, ληρωδέστατοι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Εἰ κατὰ ἀλήθειαν Υἱὸς τῆς Παρθένου ὁ Θεὸς Λόγος, τοῦτο ἔσται κατ' οὐσίαν, ὅπερ ἐστὶν ἡ τεκοῦσα· αὕτη δέ ἐστι ζῶον λογικὸν θνητόν· καὶ ὁ Θεὸς ἄρα καθ' ὑμᾶς, ζῶον λογικὸν θνητὸν ἔσται. Ἀλλ' Υἱὸς ἀληθινὸς ἐν τῷ Λόγῳ ἑκάστης νοεῖται γεννήσεως υἱοποιοῦ· καὶ πᾶς ὁ κατὰ τὴν οἱανοῦν γέννησιν τοιάνδε γεννώμενος· οὐ πᾶσα δὲ γέννησις, εἰ καὶ ἀληθεῖς δείκνυσι τοὺς γεννηθέντας υἱοὺς, ἤδη καὶ ὁμοίους κατὰ πάντα ὡσαύτως δείκνυσι τοῖς γεννῶσιν, ὡς καὶ ὑμεῖς εἰρήκατε ἐκ προοιμίων· εἰ δὲ τοῦτο αὐτὸ, ἤγουν ἡ ὁμοίωσις, ποιεῖ τὴν ἀληθῆ υἱότητα, ἐπεὶ μᾶλλον ἔοικε τὸ ἐν εἰκόνι πρόσωπον τοῦδε, ἤπερ τοῦ ἰδίου τέκνου ἡ ὄψις πρὸς αὐτὸν κρινομένη, μᾶλλον εἴη Υἱὸς τοῦδε ἡ εἰκών, ἤπερ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας

αὐτοῦ τέκνον· καὶ πῶς πρὸ μικροῦ τὴν οὐσίαν καὶ οὐ τὴν ὁμοίωσιν αἰτίαν ἐλέγετε; ὄντως οὖν εἰ μὲν κατὰ πᾶν τὸ εἶναι καὶ ἐκ παντὸς τοῦ εἶναι ἡ ἀληθής ἐστι γέννησίς τινος, ἀναγκαίως καὶ ἡ ὁμοίωσις ὅλου τοῦ γεννήσαντος πρὸς ὅλον τὸ γέννημα ἔσται· εἰ δὲ κατὰ τὸ τοιῶσδε εἶναι μόνον ἔν τινι μέρει ἐκ μέρους δὲ καὶ τοῦ εἶναι τοῦδέ τινος συνθέτου ἡ γέννησίς ἐστιν, οὐχὶ κατὰ πᾶν τὸ εἶναι ἔσται ἡ ὁμοίωσις πρὸς τὸ γεννῆσαν τοῦ γεννηθέντος· ὅμως δὲ ἐκ μέρους τε τοῦ κατὰ τὸ εἶναι, καὶ ἐκ μέρους τοῦ κατὰ τὸ τοιῶσδε εἶναι τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ προσώπου γεννήτωρ εἴη ὄντως ὁ γεννήσας· ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου ὁρῶμεν, τοῦ μὲν σώματος τὴν γέννησιν εἰς τὸ εἶναι ἐκ τῶν γονέων ἔχοντος, τῆς δὲ ψυχῆς οὐκ εἰς τὸ εἶναι ἁπλῶς (τοῦτο γὰρ ἐκ Θεοῦ ἔχει ὡς καὶ ὁ πρωτόπλαστος Ἀδάμ), ἀλλ' εἰς τὸ σὺν τῷ διαπλασθέντι αὐτῇ εἶναι σώματι, οὗ καὶ χωρὶς δύναται εἶναι· λαμβάνει γὰρ τοῦτο παρὰ τῶν, ὡς εἰπεῖν, τοῦ μὲν σώματος αἰτίων, αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς νυμφοστόλων μόνον· καὶ ὅμως ἄμφω τῶν φύσεων ὡς ἑνὸς ἀνθρώπου κυρίως τε καὶ κατὰ ἀλήθειαν οἱ αὐτοὶ λέγονται τοκέες. Τί οὖν ὑμᾶς τὰ ἐξ ἀπιστίας φιμοῖ βαμβήματα, Θεὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς τὸν τεχθέντα σεσαρκωμένον Λόγον; ἡνίκα καὶ ψυχὴν τὴν σαρκωθεῖσαν ἀνενδοιάστως ὁμολογεῖτε γεγεννῆσθαι ἐκ τῶν τοῦ εἶναι τῆς σαρκὸς αἰτίων καὶ σὺν τῷ σώματι τοὺς αὐτοὺς καὶ αὐτῆς τοκέας ὀνομάζετε;

A cujusdam magis illius esset filius quam proprius ex ejus substantia natus. Et quomodo paulo ante substantiam et non similitudinem causam dicebatis? Reipsa igitur, si secundum totum esse, et ex toto esse, illa est vera generatio cujusdam, necessario erit et similitudo totius gignentis ad totum genitum. Si autem secundum tali modo esse tantum in quadam parte, et ex parte quoque est generatio cujusdam compositi, ut talis, non secundum totum esse erit similitudo geniti ad gignentem; et parte quidem secundum esse, parte autem secundum tali modo esse, erit ejusdem unius personæ genitor reipsa qui illam genuit: sicut in homine videmus; qui nempe habet a parentibus generationem corporis, quantum ad esse, generationem autem animæ B non quantum ad esse simpliciter (hoc enim habet a Deo, ut protoplastus Adam), sed quantum ad esse conjunctam cum corpore simul cum ipsa ficto, sine quo ipsa esse potest: hoc enim accipit ab iis, ut ita dicam, corporis quidem causæ, animæ vero paranymphi tantum. Et tamen ambarum naturarum, ut unius hominis, proprie et secundum veritatem iidem dicuntur parentes. Quid igitur vestrum ex incredulitate bombum compescet, qui non vultis dicere vere Deum Verbum quod in carne genitum est, cum ipsam animam incarnatam libenter confiteamini generari ab his qui sunt exsistentiæ carnis causæ, et qui corporis eosdem et animæ parentes vocatis?

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

C

'Αλλὰ, φησὶν, οὐ ψυχοτόκον, ἀλλ' ἀνθρωποτόκον φαμὲν τὴν γεννῶσαν ἄνθρωπον. Τί οὖν μὴ καὶ ὑμεῖς Χριστοτόκον μᾶλλον λέγετε; 'Αλλ', ὦ οὗτοι, τὸ μὲν *ἄνθρωπος*, φύσεως ὄνομα· τὸ δὲ *Χριστὸς*, οὐ φύσεως, ἀλλὰ προσώπου· πῶς οὖν τὸ τῆς φύσεως ὄνομα τοῦ τεχθέντος, ἐκ τοῦ προσωπικοῦ σημάνωμεν;

CAP. XX.

At, inquit, non animæ parentem, sed hominis parentem dicimus eam quæ genuit hominem. Quid igitur non et vos Christi parentem potius dicitis? — At, o vos, homo est nomen naturæ, dum Christus non naturæ sed personæ. Quomodo igitur nomen naturæ geniti ex nomine personæ indicaremus?

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

'Αλλὰ διὰ τί οὖν, φησὶ, μὴ ἀνθρωποτόκος ὑμῖν, ἥπερ Θεοτόκος δοκεῖ; Ῥητέον οὖν ὡς εἰ μὲν τῶν δύο Χριστοῦ φύσεων ἡ ἀνθρωπίνη τῆς θείας ἐπεκράτησε πρὸ θανάτου τε καὶ μετὰ θάνατον, ἀνάγκης οὔσης ἐκ μιᾶς μόνον τῶν φύσεων αὐτοῦ ὀνομάζεσθαι τὸν τόκον, καλῶς ἀνθρωποτόκον φατέ. Εἰ δὲ ἀεὶ τὸ τῆς θείας φύσεως ἄτρεπτον κατεκράτησε τοῦ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τρεπτοῦ, καὶ πρὸς τὰ κρείττονα μεταβαλὸν συνεξεθέωσεν αὐτὴν ἑαυτῷ, ὥσπερ καὶ ὁ σίδηρος πυροῦσθαι λέγεται, καὶ οὐχὶ τὸ πῦρ σιδηροῦσθαι, πῶς οὐκ ἐκ τῆς μενούσης ὡσαύτως ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις ἀεὶ φύσεως, καὶ τὴν ἑτέραν εἰς ἑαυτὴν μεταποιούσης, ἀλλ' ἐκ τῆς μεταποιουμένης ὀνομαστέον τὸ τεχθὲν, ἢ τὸν τόκον, ἢ τὴν τεκοῦσαν, ὦ οὗτοι;

CAP. XXI.

Sed ut quid ergo, inquit, non hominis parens ea quæ vobis Deipara videtur. — Dicendum igitur quod si ex duabus Christi naturis humana divinæ præcelluit, tum ante mortem tum post mortem, cum necesse sit ex una tantum naturarum ejus denominari ipsum partum, recte hominis parentem dicitis. D Si autem semper divinæ naturæ immutabilitas præcelluit humanæ naturæ mutabilitati, et ad meliora transferens in seipsa eam deificavit, sicut ferrum igneum et non ignem ferreum fieri dicitur, quomodo non ex permanente in propriis rationibus Dei natura, et alteram in seipsam transferente, sed ex natura translata, denominandum erit sive genitum, sive partus, sive gignens, o vos!

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Εἰ ὁ Θεὸς Λόγος ἐτέχθη ἐκ τῆς Παρθένου, ἐν χρόνῳ ἐτέχθη· πᾶν δὲ τὸ ἐν χρόνῳ τικτόμενον χρόνου πρὸς τελείωσιν δεῖται· εἰ ὁ Θεὸς ἄρα ἐκ τῆς Παρθένου ἐτέχθη, χρόνου πρὸς τελείωσιν ἐδεήθη.

CAP. XXII.

Si Deus Verbum genitus est ex Virgine, in tempore genitus est; porro quidquid genitum est in tempore, et tempore indiget ad perfectionem. Ergo si Deus ex Virgine genitus est, tempore indiget ad

perfectionem. — At, o saplentes, neque anima simpliciter tempore indiget ad perfectionem, sed ejus tantum naturale instrumentum et habitatio substantialis. Unde et post juventutem animalis, et excedente tempore, postquam instrumentum minus aptum ipsi factum fuerit ad operationem (quæ enim tempore floruerunt, tempore quoque marcescunt) contra id quod dicitis, tempore remittitur ejus virtus et perfectio; nec ipsa videt aut audit centenaria perinde ac tricenaria. Et ita evidenter demonstrat non a seipsa sed ab instrumento pendere quod sit apta aut inutilis ad perfectionem; aut si ab ipsa, eo tamen mediante. Quomodo igitur vos omne quidquid in tempore gignitur, tempore quoque indigere ad propriam perfectionem tam inconsiderate affirmatis, nec animadvertitis, sæpe quidem indigere, non autem primario, sed aliqua ex rebus sibi utpote in tempore genitæ, accommodatis et secundum naturam coexsistentibus? Si enim nec ipsa anima hoc vestrum admittit ratiocinium, quanto magis certe Deus, qui non incepit exsistere, sed tantum tali modo in tempore exsistere admittit! Hæc enim vestra loquacitate nobis effutientes nihil agetis; nec sana mente ducimini.

CAP. XXIII.

Si ubi Deus Verbum, ibi Pater et Spiritus sanctus, propter substantiæ individuitatem (erat autem in ventre Virginis, juxta vos, Deus Verbum secundum substantiam), ergo erat Trinitas in utero Virginis. — O omnis impietatis semina accommodantes, ut vestram blasphemiam nutriatis, quid dicitis? Oportet enim vos, cum perversi sitis, pervertere, secundum Psalmistam γ. Quia Filius est in sinu Patris, hinc habet Patris in quo est, inde est ipsemet, secundum vos. Sed et aliter, quia ubi Pater, ibi Filius et Spiritus sanctus est, in sinu autem Patris est Filius, igitur et in proprio sinu est Filius, simul cum Patre et Spiritu sancto. Et cum Spiritus sanctus tanquam columba devolavit in Dominum baptizatum in Jordane, igitur et Pater devolavit. Si autem hoc transferre ab una persona in alias consubstantiales hypostases non patitur pietatis sermo, vel idem sentire de sancto Verbi partu cogemini, vel sorte præsentis vestri erroris, rationem exhibete, cum inter hæc agnoscenda sit similitudo: et ita satis erit ut vobis os de hoc compescatur. Oportet enim vos perverse agentes, et aliarum hæresum inventa prætendentes, exque vobis propria facientes (aspis a vipera venenum mutuatur), quasi non sufficerent vobis vestra sophismata ad completam malam doctrinam, errore errorem confirmare, secundum Domini methodum ad Pharisæorum malignam interrogationem respondentis per reciprocam interrogationem ad ipsos de baptismo Joannis.

Ἀλλ', ὦ σοφοί, οὐδὲ ψυχὴ ἁπλῶς χρόνου δεῖται πρὸς τελείωσιν, ἀλλὰ τὸ ταύτης φυσικὸν ὄργανον καὶ οἰκητήριον οὐσιῶδες. Ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νεότητα τοῦ ζώου, καὶ πλεονάσαντος τοῦ χρόνου· ἐπεὶ τὸ ὄργανον ἀνεπιτηδειότερον πάλιν αὐτῇ καθίσταται πρὸς τὴν ὑπουργίαν (τὰ γὰρ χρόνῳ ἀκμάσαντα καὶ χρόνῳ παρακμάζει)· τοὐναντίον ἡ φατε ἐν χρόνῳ ὑφίησι πάλιν τῶν ἑαυτῆς ἐνεργειῶν καὶ τελειώσεων· μηδὲ ὁρῶσα ὡσαύτως ἢ ἀκούουσα, ἐν ἑκατονταετίᾳ τυχόν, ὡς ἐν τῇ τριακονταετίᾳ· καὶ δείκνυσι σαφῶς, ὡς οὐχ ἑαυτῆς, ἀλλὰ τοῦ ὀργάνου ἦν τὸ ἀπὸ τοῦ χρόνου χρήσιμον καὶ ἀχρήσιμον πρὸς τελείωσιν· λοιπὸν δὲ καὶ αὐτῆς, διὰ μέσου μέντοι τούτου. Πῶς οὖν ὑμεῖς πᾶν τὸ ἐν χρόνῳ τικτόμενον, χρόνου δεῖσθαι πρὸς τελείωσιν οἰκείαν, οὕτως ἀπερισκέπτως φατέ; καὶ οὐχ ὅτι πολλάκις οὐκ αὐτὸ πρώτως, ἀλλά τι τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ τῷ ἐγχρόνως τικτομένῳ, καὶ κατὰ φύσιν συνουσιωμένων τοῦδε δεῖται, καθορᾶτε; Εἰ γὰρ μηδὲ ψυχὴ τοῦτον ὑμῶν καταδέχεται τὸν λόγον, πόσῳ γε μᾶλλον Θεός, ὃς μηδὲ ἤρξατο τοῦ εἶναι, ἀλλὰ μόνον τὸ τοιῶσδε εἶναι χρονικῶς κατεδέξατο! ταῦτα οὖν ἐξ ἀθυροστομίας ἡμῖν βαττολογοῦντες, ἐπιτριβήσεσθε, καὶ οὐκ ἀπὸ νηφούσης διανοίας ὑποτίθεσθε.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Εἰ ἔνθα ὁ Θεὸς Λόγος, ἐκεῖ ὁ Πατήρ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀδιαίρετον, ἦν δὲ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου καθ' ὑμᾶς ὁ Θεὸς Λόγος κατ' οὐσίαν, ἦν ἄρα ἡ Τριὰς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου. Οἱ πάσης ἀσεβείας ἐρανιζόμενοι σπέρματα, ἵνα τὴν οἰκείαν βλασφημίαν ὑποτρέφοιτε, τί φατε; Δέον γὰρ ὑμᾶς στρεβλουμένους ἡμῖν διαστρέψαι κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν. Ἐπεὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρός ἐστι, καὶ τὸ μὲν τοῦ Πατρός ἐστιν ἐν ᾧ ἐστι· τὸ δὲ αὐτός ἐστι καθ' ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἑτέρως, ἐπεὶ ὅπου ὁ Πατὴρ, ἐκεῖ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἐν δὲ τῷ τοῦ Πατρὸς κόλπῳ ὁ Υἱὸς, οὐκοῦν καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ὁ Υἱὸς ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· καὶ ἐπειδὴ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὡς περιστερὰ ἐπέπτη ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου τοῦ Κυρίου, ἄρα καὶ ὁ Πατὴρ ἐφίπτατο. Εἰ δὲ ταῦτα μετάγειν ἐκ τοῦ ἑνὸς προσώπου καὶ ἐπὶ τὰς ἑτέρας ὁμοουσίους ὑποστάσεις, ὁ τῆς εὐσεβείας οὐ βιάζεται λόγος, ἢ τὸ αὐτὸ νοεῖν ἐπὶ τῆς ἁγίας τοῦ Λόγου κυήσεως εἰσπραχθήσεσθε, ἢ ἀποκληρώσει τὸν τῆς παρούσης ὑμῶν ἀπορίας λόγον προάγετε, τῆς ὁμοιοτροπίας συνωμολογημένης καὶ ἐπὶ τῶνδε· καὶ ἀρκέσει ὑμῖν οὕτως καὶ περὶ τοῦδε ἐπιστομίζεσθαι. Δέον γὰρ ὑμᾶς κακουργοῦντας, καὶ τὰ τῶν ἄλλων αἱρέσεων προβαλλομένους εὑρέματα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ποιοῦντας, Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται· ὡς τῶν ὑμετέρων οὐκ ἀρκούντων ὑμῖν εἰς παντελῆ κακοδοξίαν σοφισμάτων, ἀπόρῳ τὴν ἀπορίαν ἐλέγχεσθαι· κατὰ τὴν γενομένην Κυριακὴν μέθοδον πρὸς τὴν τῶν Φαρισαίων πανοῦργον ἐρώτησιν, διὰ τῆς περὶ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου πρὸς αὐτοὺς ἀντεπερωτήσεως.

γ Psal xvii, 27.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Εἰ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ἡ Τριὰς κατ' οὐσίαν, ἐγεννήθη δὲ ὁ Θεὸς Λόγος κατ' οὐσίαν ἐκ τῆς Παρθένου, ἡ Τριὰς ἄρα ἐγεννήθη ἐκ τῆς Παρθένου. Ἐπεὶ οὖν ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγέννηται· ἀδιαίρετος δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος ἡ οὐσία, ἄρα καὶ ὁ Πατὴρ αὐτὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, γεγέννηνται καθ' ὑμᾶς· ἔτι ἐπεὶ ὁ Πατὴρ οὐ γεγέννηται ἔκ τινος, οὐδὲ ἐκπεπόρευται, οὐδὲ ὁ Υἱὸς οὐδὲ τὸ Πνεῦμα ἄρα καθ' ὑμᾶς ἐκ τοῦ Πατρός εἰσιν· ἀδιαίρετος γὰρ αὐτοῖς ἡ οὐσία· ἐπὶ πλεῖον μὲν οὖν ταῖς ὑμετέραις συμπεριάγεσθαι δυσφημίαις παραιτούμεθα, ἵνα μὴ πρὸς ἔλεγχον ὑμῶν ἀσχολούμενοι, πρὸς ἀθεσμολογίαν ἑαυτοὺς καὶ ἡμεῖς συνεθίζωμεν. Ἀλλ' οὐτωσὶ μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἐφεκτέον σκολιευομένους ὑμᾶς· τὸν δὲ περὶ τῶνδε λόγον ὅπως τε λέγεται καὶ ὅπως νοεῖται, τοῖς ἰδίοις ὑποφήταις ἡ ἀλήθεια ἔδειξεν· ἐν οἷς τοῖς κακῶς διαιροῦσι καὶ φαύλως συγχέουσι τὸν τῆς ἁγίας ὑπερουσίου Τριάδος λόγον ἀπελέγχει.

CAP. XXIV.

Si in utero Virginis Trinitas est secundum substantiam, genitus est autem Deus Verbum ex Virgine secundum substantiam; ergo Trinitas genita est ex Virgine.—Igitur, cum Filius ex Patre genitus sit, indivisa est autem sanctæ Trinitatis substantia; ergo, juxta vos, et ipse Pater et Spiritus sanctus geniti sunt; et aliunde, cum Pater a nullo genitus sit nec procedat, juxta vos ergo neque Filius neque Spiritus sanctus a Patre sunt: indivisa est enim illis substantia. Amplius autem vestris vobiscum circumagi blasphemiis renuimus, ne, in vestram confutationem intenti, ad illegitimas voces ipsi nos assuescamus. Sed ad præsens sinamus vos perperam sentire. Quid autem de his dicendum vel sentiendum sit, suis prophetis veritas demonstravit, in quibus male dividentes aut perverse confundentes sanctæ supersubstantialis Trinitatis rationem confutat.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Πᾶς τόκος ἐγνωσμένος τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐκ τῶν πάντη ἀνομοίων ἀνόμοια τίκτων, ἐπαίνου τὸ τίκτον ἢ ψόγου δείκνυσιν ἄξιον· ἐπαίνου μέν, ὡς, « Διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν καὶ ἐτέκομεν· » ψόγου δέ, ὡς τὸ, « Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. » Πᾶν δὲ τὸ ἐπαινούμενον ἢ ψεγόμενον ἐν τῷ τίκτειν, ἐκ τῆς προαιρέσεως καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τὸ τικτόμενον τίκτει· πᾶς ἄρα τόκος γινωσκόμενος τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐκ τῶν πάντη ἀνομοίων ἀνόμοια τίκτων, ἐκ τῆς προαιρέσεως καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τίκτει τὸ τικτόμενον. Ποίαν ἡμῖν ἄρα ἀνομοιότητα ὑποτίθεσθε τὴν κατ' οὐσίαν, ἢ κατά τι συμβεβηκὸς, καὶ πῶς ἔσται ἀληθὲς τὸ εἰρημένον ὑμῖν, ἐξεταστέον. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν οὐσιώδη διαφορὰν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ φατε, ἰδοὺ ἔκ τε λίθων καὶ σιδήρων καὶ ξύλων πυρεκβόλων πῦρ γεννᾶται, ἐξ ἀνομοίων ὂν ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν· καὶ οὔτε ἐπαίνου οὔτε ψόγου δείκνυσιν ἄξιον τὸ τίκτον· ἔκ τε λαχάνων, κάμπαι· καὶ ἐκ μυῶν, εὐλαί· ἀνομοίων ὄντων τῶν τεκόντων κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῖς· καὶ οὔτε ψεκτὸν οὔτε ἐπαινετόν· ἀλλ' ὅμως τοῖς παραδείγμασιν ὑμῶν ἐπιστήσαντες, μᾶλλον τὴν κατὰ τὴν ὕπαρξιν ἀνομοιότητα λέγεσθαι ὑμῖν νοήσομεν· καὶ τὸ ἀνόμοιον τὸ ἐπαινούμενον ἢ ψεγόμενον, ὡς ἐξ ἀνθρώπου τὴν ἀνομοίαν, ἢ τὸ Πνεῦμα τῆς σωτηρίας τικτόμενον. Ἐπεὶ οὖν τὸ τίκτον ἐπὶ τῶν ἀνομοίων πάντως ἐπαίνου ἢ ψόγου ἀξιοῦτε, κἀντεῦθεν ἐκ προαιρέσεως εἶναι τὸν τόκον συλλογίζεσθε· ἵνα καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὸν Δεσπότην ἀνομοιότητος ἐκ προαιρέσεως λέγεσθαι τὴν κατ' αὐτὸν γέννησιν ἐκ τῆς Δεσποίνης συνάγετε τάχα, ματαιολόγοι· πρῶτον μὲν μνήσθητε, ὡς τοὐναντίον καὶ ὁμοίωσιν τῷ Χριστῷ, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸ ὅλον, πρὸς τὴν μητέρα μεμαρτυρήκαμεν· ἀνομία δὲ, οὐδεμίαν ἔχει οὐσιώδη ὁμοίωσιν πρὸς τὸν ἄνομον καθ' ὕπαρξιν· δεύτερον δὲ ὅτι καὶ τὸ ἐκ μέρους ἀνόμοιον πρὸς αὐτὴν, οὐ τοιαύτης ὁρᾶται ἀνομοιότητος οἵαν νῦν ὑμεῖς ἐν παραδείγμασιν ὑπέθε-

CAP. XXV.

πονθέναι σαρκί; Εἰ γὰρ οὐ τρεῖς θεούς, ἀλλ' ὑποστάσεις φατὲ, ἀκόλουθον ἦν λέγειν, ἢ μίαν τῆς Τριάδος ἀφορῶντας πρὸς τὴν ὑπόστασιν ἢ τὸ πρόσωπον, καὶ μὴ ἕνα· πρὸς θεοὺς γὰρ ἢ πατέρας ἢ υἱοὺς, τοῦτο ἀποδίδοται ἀῤῥενικῶς λεγόμενον· διότι οὐδὲ ἄλλον καὶ ἄλλον ἀπαρατηρήτως τῇ χρήσει λέγειν τὸν Χριστὸν ὃν ὁμολογεῖτε, ἄλλο καὶ ἄλλο, ἀνέχεσθε. Θαυμαστὸν ὅπως ἐν αἷς ὑμεῖς ὡς οἰκείαις προήλθετε δόξαις ὅτε τὰ περὶ ὑποστάσεως τοῦ Κυρίου ἐξητάζετε, ἐν ταύταις νῦν ἡμᾶς ὥσπερ ἀσεβοῦντας δεικνύειν βουλόμενοι, οὐκ ἠρυθριάσατε· ἰδικάς τε γὰρ καὶ τρεῖς τὰς οὐσίας τῆς ἁγίας Τριάδος ὑμεῖς ἐδώκατε· ὧν μίαν εἶναι τὴν λεγομένην ἐνανθρωπῆσαι καὶ τοῦτο εἶναι ὑπόστασιν ἐλέγετε μόνον, τὴν ἰδικὴν οὐσίαν· πλὴν οὐ γὰρ ἐν τούτῳ εἶεν ἂν ἐλεύθεροι τοῦ ἐγκλήματος, εἰ τοὺς κατηγοροῦντας ἔχοιεν ἑαυτοῖς συναμαρτήμονας· οἱ κατηγορούμενοι· τοῦτο μὲν ἀφείσθω ὑμῖν· καὶ περὶ τῶνδε δὴ τάδε λέγειν ἔχοιμεν πρὸς ὑμᾶς καὶ νῦν· ὡς οὐ μόνον ταύτῃ τῇ τοῦ ἀριθμοῦ σημαντικῇ προσαγορευόμενον σημασίᾳ τὸν Λόγον ἀῤῥενικῶς ἕνα φάσκοντες τῆς ἁγίας Τριάδος, Θεόν φαμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Θεὸν ἀῤῥενικῶς λέγομεν· καὶ οὐ διὰ τοῦτο τρεῖς θεοὺς ἡμεῖς ταῦτα οἰόμεθα. Οὐδὲ γὰρ οἱ ὅσιοι Πατέρες ἡμῶν οὔτε ἡ ἁγία Γραφὴ, ἔστιν ὅπη οὕτως διαλέγεσθαι περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν τριῶν τῆς θείας φύσεως προσώπων παρεφυλάξατο· καὶ ἀῤῥενικῶς γὰρ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἐν πλείστοις κέκληκαν· διὰ τὸ τὸ παντέλειον ἑκάστου ἐνουσίως τε κατὰ τὸ κοινὸν, καὶ ἐνυποστάτως κατὰ τὸ ἰδικὸν, τὴν αὐτὴν ἐν τοῖς τρισὶ γνωρίζειν ἅπασι τελειότητα θεότητός τε καὶ κυριότητος· οὕτω γάρ φησι ἡ θεοσύλλεκτος ὁμήγυρις τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, πιστεύειν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα Παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· καίτοι τὰς ὑποστάσεις καὶ τὰ πρόσωπα θηλυκῶς τε καὶ οὐδετέρως λέγοντες ἀεί· καὶ περὶ τούτων αὐτὸ δὴ καὶ τοῦτο ἐκτιθέμενοι τὸ σύμβολον, κανόνα τινὰ καὶ γνώμονα τῆς περὶ Θεοῦ καὶ τῆς ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι ὀρθοδοξίας· οὔτε εἰς ἓν πιστεύειν εἰρήκεισαν, ἀλλ' ἄμφω ἀῤῥενικῶς ἐκήρυξαν, κατά τε τὸ ἀριθμοῦ σημαντικὸν ὄνομα, ἤγουν τὸ ἕν· καὶ κατὰ τὸ ἀπολελυμένον καὶ ἰδικὸν, ἤγουν Θεὸν καὶ Κύριον· τὰ δὲ ἱερὰ Λόγια, δύο τε ἀῤῥενικῶς φησι πολλάκις καὶ περὶ ἓν πρᾶγμα τὴν ἐνέργειαν μεριζομένους· καὶ ὅμως, οὐκ ἀναγκαίως τοῦτον εἰσάγει καθ' ὑμᾶς τὸν σκοπὸν τῆς πολυθεΐας· ὡς τὸ, « Ἔβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου· » καὶ, « Εἶπεν Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· » καὶ, « Ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου· » καὶ ἕτερα πλεῖστα, ὧν οὐδὲν τρεῖς εἶναι θεοὺς ἔδειξεν. Ἢ ἀνεῖλε τὸ μίαν εἶναι τὴν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητα καὶ κυριότητα· καὶ γὰρ ἀλλαχόσε εἴρηται· « Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστι· » καὶ, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ· » καὶ τὰ τοιαῦτα ἐκ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ Πνεύματος. Μή τι οἷόν μίαν ἦν, ἢ ἁγίαν, ἢ κυρίαν, ἢ θείαν εἰπεῖν ἀναγκαίως ἐδέησε τῷ Πνεύματι, ἵνα μὴ τοῖς παρ' ὑμῶν ἐγκαλουμένοις εὐθύνηται; πῶς δὲ ἄρα ὑμεῖς αὐτοὶ τὸν Πατέρα ἢ τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προσαγορεύετε; Εἰ

[p] Gen. XIX, 24 [q] Psal. CIX, 1. [r] Psal. XLIV, 8. [s] Isa. VI, 3.

μὲν οὖν μήτε Κύριον, μήτε Θεὸν, (ταῦτα γὰρ ἀρρενικῶς εἰρηται,) πῶς οὐκ ἄθεοι παντελῶς ἐστε; εἰ δὲ λέγετε ταῦτα καὶ ὑμεῖς περὶ ὧν ἡμῖν ἐγκαλεῖτε, πῶς οὐκ ἀναίσχυντοι λίαν κριθήσεσθε;

masculinum sonant), nonne omnino athei estis? Si vero dicitis et vos quæ nobis exprobratis, nonne summæ impudentiæ crimen incurretis?

A sancta, domina, dea, ne objurgationibus vestris corriperetur? Quomodo igitur vosmetipsi Patrem et Filium et Spiritum sanctum appellatis? Si neque Dominum, neque Deum (hæc enim nomina

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Εἰ ἡ ἁγία Τριὰς ἀπαθὴς, ὁ δὲ Χριστὸς παθητὸς, εἷς δέ ἐστι ὁ Χριστὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἢ καὶ ἡ ἁγία Τριὰς παθητὴ, ἢ ὁ Χριστὸς οὐχ *εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος*· εἰ δὲ προσθῆτε τὸ, σαρκὶ πέπονθε, τὸ τοιῶσδε πάσχειν, οὐκ ἐλευθεροῖ πάθους· ὥσπερ ἂν καὶ εἴποι τις τοιῶσδε πεπνίχθαι τινὰ, οὐκ ἐλευθεροῖ τοῦ πάσχειν ἢ τοῦ πεπνίχθαι, τὸν περὶ οὗ εἴρηται. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς οὐ μόνον εἷς ἐστι τῆς ἁγίας Τριάδος· ἀλλὰ καὶ εἷς τῆς ἀνθρωπότητος ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ αὐτοῦ ὑποστάσει· διὰ τὸ καὶ περισσόν τι τῆς φύσεως ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν Λόγον, ἤγουν τὸ ἐξ αὐτοῦ πλάσμα, εἰς τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἀναλαβεῖν· τὸ δὲ ληφθὲν, οὐχ ὑπόστασις ὂν ἐλήφθη, ἀλλὰ φύσις, τῇ φύσει τοῦ Λόγου ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ὑποστάσει συνυποστᾶσα· ἐδείχθη γὰρ οἰκείως κατὰ τόπον πολλάκις ὡς δυνατὸν, καὶ πλείους φύσεις, ἐν μιᾷ ὑπάρχειν τῇ ὑποστάσει· ἴδωμεν δὲ καὶ ἐπὶ παραδείγματος τὸ κατὰ τὸν Δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν οὕτως· εἰ γὰρ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδίωσιν, ἤδη λοιπὸν τῷ τῆς ἀθανασίας ὁρίζονται λόγῳ, πρὸς τὸ μᾶλλον ζῶον λογικὸν ἀθάνατον ἕκαστος τούτῳ ὢν τῶν λοιπῶν· Ἰωσὴφ δὲ εἷς αὐτοῖς ὢν κατὰ τὴν φύσιν, καὶ ὁμοούσιος ἀληθῶς, ἔτι δὲ ἄρχων Αἰγύπτου καὶ ζῶν κατὰ σάρκα, εἰ θνητὸς ὁρίζοιτο, ὡς πρὸς τὸν νῦν βίον ζῇν ἔτι μετὰ σαρκὸς φθαρτῆς νοούμενος, ἆρα γε κἀκείνους καθ' ὑμᾶς θνητοὺς ἔτι ὁρίζεσθαι καὶ δὶς θνήσκειν, ἵνα μὴ ψευδὴς εἴη ὅρος Ἰωσὴφ, ἀναγκαῖον· ἢ καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἀθάνατον εἶναι, καὶ πρὸ τῆς ἐνθένδε ἀποδιώσεως, οὕτως ὁρίζεσθαι, ἵνα μὴ ἐκεῖνοι ψευδῶς λέγοιντο ἀθάνατοι· εἰ δὲ ταῦτα ἄτοπα, δῆλον ὡς ἀληθῶς τοῖς τε ἀθανάτοις κατὰ τὸ πᾶν ἑαυτῶν νοουμένοις προσώποις ὁμοούσιος ὁ Ἰωσὴφ ἐστι καὶ πρὸ τῆς ἀποθέσεως τῆς σαρκὸς, κατ' ἐκεῖνο τῶν ἑαυτοῦ, καθ' ὃ οὐ τεθνήξεται πώποτε, ἤγουν τὴν ψυχήν· θνητός τε καὶ τοῖς θνητοῖς συναρίθμιός ἐστι, καθὸ τὸ περισσὸν αὐτοῦ τέως πρὸς τοὺς κατὰ τὴν ἀθανασίαν ὁμοουσίους αὐτῷ, ἤγουν τὸ σῶμα ὃ ἐπεφέρετο· οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς σαρκὶ, καὶ οὐ τῇ θεότητι, παθητόν φαμεν τὸν ἐκ σαρκὸς καὶ θεότητος Χριστόν· ἐπειδὴ δὲ λέγετε τὸ *σαρκὶ* μόνον διάφορον αἰτίαν καὶ τρόπον σημαίνειν τοῦ συμβεβηκότος τῷ ὑποκειμένῳ *Χριστῷ* κατηγορήματος, εἴτουν τοῦ παθήματος· οὐ μέντοι ὡς εἷς τινα τῶν οὐσῶν διαφόρων ἐν αὐτῷ οὐσιῶν μερικῶς τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τοῦτο πεισομένης λέγεσθαι, καθὰ ἡμεῖς νομίζομεν· οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἡμᾶς κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον καὶ εἴτις λέγει τὸν ἕνα ἄνθρωπον τμηθῆναι σαρκὶ, ἅμα μὲν τῇ ψυχῇ πάντα διαιρεθῆναι τοῦτον ἀεὶ νοεῖν· μόνον δὲ τοῦτο φαντάζεσθαι περὶ τοῦ λεχθέντος· ὅτι οὐχ ὑπὸ ξίφους τυχὸν ἢ λίθου, ἀλλ' ὑπὸ σαρκὸς ὁ ἄνθρωπος ὅλος τέτμηται ψυχῇ τε καὶ σώματι διαιρεθεὶς διὰ τοῦδε τοῦ ὡς τμητικοῦ ὀργάνου· ἀκολού-

CAP. II.

Si sanctissima Trinitas sit impassibilis, Christus vero passibilis, unus autem sit Christus de sanctissima Trinitate; vel sanctissima Trinitas est passibilis, vel Christus non est *unus de sanctissima Trinitate*. Quod si addideritis : Passus est carne; tali vel tali modo pati non tollit rationem passionis : sicut si quis dicat aliquem taliter suffocatum esse, non ideo immunis est passionis vel suffocationis B ille de quo loquitur. At Christus non solum unus est de sanctissima Trinitate, sed et unus de humanitate, in una et eadem persona. Etenim Verbum divinum aliquid naturæ suæ superfluum, scilicet a se creatum in suam ipsius personam assumpsit; quod autem assumptum est, non assumptum est ut persona, sed ut natura, naturæ Verbi in propria ipsius persona hypostatice conjuncta : demonstratum enim est sufficienter pro loco, quam sæpissime fieri potuit, plures naturas in unica subsistere natura. Exemplo dilucidemus quod spectat ad Dominum nostrum Jesum Christum. Si Abraham, Isaac et Jacob, postquam egressi sunt ex hac vita, jam deinceps ratione immortalitatis definiuntur (cum unusquisque eorum hoc magis sit animal rationale immortale quam cæteri); Joseph autem C unam et eamdem habens cum illis naturam eisque vere consubstantialis, adhuc vero præses Ægypti et vivens in carne, si mortalis definiretur, et haberetur ut vivens adhuc vitam hanc nostram : num igitur, juxta vos, necesse est, vel illos adhuc definiri mortales et bis mori, ne falsa sit Josephi definitio, vel Josephum esse immortalem et ante egressum ex hac vita sic definiri, ne illi falso dicantur immortales? Quod si hoc est absurdum, Josephus, ut patet, personis illis quæ secundum omnia sua attributa reputantur immortales, vere est consubstantialis respective ad hanc sui ipsius partem qua nunquam morietur, id est, respective ad suam ani- D mam; mortalis vero est et mortalibus annumerandus respective ad illud quo superfluit cæteros sibi ratione immortalitatis consubstantiales, id est, respective ad corpus ipsi additum. Sic igitur et nos carne, non divinitate impassibilem esse dicimus coalescentem ex divinitate et carne Christum. Dicitis adhuc vocem *carne* nihil aliud significare quam principalem causam et modum attributi de subjecto *Christus* prædicati, scilicet passionis, non autem exprimere aliquam diversarum ejus naturarum participantem uni et eidem ipsius personæ hæc passuræ, quemadmodum nos sentimus : necesse igitur esse ut nos, juxta nostram loquendi rationem, si quis dicat unum hominem sectum esse carne, simul et anima hunc totum esse discissum

semper arbitremur; ex verbis autem prædictis id unum patet, nempe non per gladium forte, nec per lapidem, sed per carnem totum sectum esse illum hominem, animaque et corpore discerptum per illud quasi dissecans instrumentum. Proinde, hunc hominem tonderi, discerpi et lacerari audientes, putabitis istud illi homini in utraque ipsius parte, id est, tum in corpore, tum in anima accidisse, et quidem *per carnem* quasi vim tonsoriam habentem. Præterea de iis qui, licet a cruciatu liberi respectu carnis, aliquid tamen patiuntur, si diceremus hunc vel illum impassibilem remansisse carne (hoc significante *per carnem*), similiter dici juxta vos poterit impassibilis respectu animæ *per carnem* : illi enim post carnem nihil aliud quam anima superest. Ista quidem ecquis stultus non intelligeret? Ergo evidenter patet vocem *carne* non pro instrumento dolorifico dici, nec pro parte Dei Verbi in seipso considerati, quando dicitur : Verbum divinum passum est carne; sicut dicimus : Hic vel ille impegit *pede*, vel suspensus est *manu*. Dicentes enim Deum Verbum, Christum semper consideramus in unione naturarum, et tanquam partem Christi habemus carnem qua passum esse Deum Verbum quatenus Christum dicimus : sicut et hominem quasi dividimus, dicendo Paulum infirmum quidem esse carne, spiritu autem sanum, et carne a quibusdam absentem, spiritu vero in iis præsentem. In eo igitur sensu Judæos esse deicidas intelligendum est, et alia similia, quod Christus sit Deus et Verbum. Itaque cum Christus pro nobis passus sit carne, juxta apostolum Petrum [a], patet Verbum divinum, non quatenus partem Christi, sed quatenus Christum, dicatur esse passum. Totus enim Job dicitur passus esse, licet sola ejus caro passa sit, quia ejus animam ne diabolus tangeret vetuerat Dominus.

A

B

C

D

CAP. III.

Qui dicerent : *Passus est carne*, pro his verbis : *Non in propria natura*, sibi contradicerent. Si enim naturam illam in qua passus est Deus Verbum juxta eos, propriam ipsius esse negant (ne illum respectu naturæ passibilem esse confiteantur); quod autem non est proprium, est alienum; quod autem alienum, alterius est quam illius cujus non est proprium : ergo illi non solum duas admittunt naturas, sed et duas personas, nempe unam Dei Verbi, et alteram illius cujus est natura in qua passus est Deus Verbum. Cujus autem nisi evidenter hominis! Ille vero aliquis homo est persona. At propria est animæ intelligentia, tanquam facultas; propriæ cogitationes, tanquam operationes; proprium corpus, tanquam instrumentum; proprius autem hominis est filius, tanquam ex eo ortus; proprius ejusdem ager, tanquam possessio : ex iis autem omnibus quæ vere propria ejus sunt, nullum eodem gradu quam aliud proprium ejusdem est, etiamsi omnia circa unum dicerentur. Patet vero id contingere, quia *proprius* in multiplici sensu accipitur. Quoniam igitur ager vere proprius hujus est juxta naturalem suum sensum, relative autem

[a] I Petr. IV, 1.

θως δὲ τοῦτον ψιλοῦσθαί τε καὶ ἐλκοῦσθαι, καὶ δάκνεσθαι *σαρκὶ* ἀκούσαντες, ἄνθρωπον κατ' ἄμφω νομίσετε, ἤγουν κατὰ ψυχήν τε καὶ σῶμα ταῦτα συμβεβηκέναι τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ *διὰ σαρκὸς* ψιλόθρου δύναμιν ἐχούσης· ἔτι μὴν ἐπὶ τῶν ἐλευθερουμένων ἐκ βασάνου τὴν σάρκα καὶ παθόντων τι, εἰ λέγοιμεν ὅτι ὁ δεῖνα ἀπαθὴς ἔμεινε σαρκὶ *διὰ σαρκὸς*, καὶ τοῦδε δοθέντος, ὁμοίως λέγεσθαι καθ' ὑμᾶς ἔσται τὴν ψυχὴν διὰ τῆς *σαρκὸς* ἀπαθῆς· οὐδὲν γὰρ αὐτῷ μετὰ τὴν σάρκα ἕτερον ὑπολείπεται· τούτων δὲ ποῖος ἄφρων ἀνεπαίσθητος; Οὐκοῦν δῆλον ὡς τὸ *σαρκὶ*, οὔτε ὡς δι' ὀργάνου παθοποιοῦ εἴρηται· οὔτε μὴν ὡς μέρος οὖσης τοῦ Θεοῦ Λόγου καθ' αὑτὴν νοουμένου ἐντῷ λέγεσθαι, Ὁ Θεὸς Λόγος ἔπαθε σαρκί· ὥσπερ φαμὲν ὅτι ὁ δεῖνα προσέπταισε τῷ *ποδὶ*, ἢ ἐκρεμάσθη τῇ *χειρί*. Καὶ λέγοντες γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον, Χριστὸν νοοῦμεν μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν φύσεων ἀεί· καὶ ὡς Χριστοῦ μέρος φαμὲν τὴν σάρκα καθ' ἣν παθεῖν καὶ τὸν Θεὸν Λόγον ὡς Χριστὸν λέγομεν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου, ὡς ἐκ μέρους φαμὲν ἀσθενεῖν μὲν σαρκὶ, ὑγιαίνειν δὲ Παῦλον τῷ πνεύματι· καὶ τῇ σαρκὶ μὲν ἀπεῖναί τινων, τῷ δὲ πνεύματι σὺν αὐτοῖς εἶναι· οὕτω γοῦν καὶ θεοκτόνους νοητέον Ἰουδαίους, καὶ τὰ ὅμοια, ὡς Χριστοῦ ὄντος τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, κατὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον, δῆλον ὡς καὶ Θεὸς ὁ Λόγος· οὐχ ὡς τὸ μέρος, ἀλλ' ὡς ὁ Χριστὸς λέγοιτο παθεῖν· καὶ γὰρ ὅλος Ἰὼβ λέγεται παθεῖν, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μόνης παθούσης· « Τῆς γὰρ ψυχῆς αὐτοῦ, » φησὶ τῷ διαβόλῳ, « μὴ ἅψῃ, » ὁ Κύριος.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Εἰ *φάσκοιεν τὸ ἔπαθε σαρκὶ*, ἀντὶ τοῦ οὐκ *εἰς τὴν οἰκείαν οὐσίαν*, ἐναντίως ἑαυτοῖς τοῦτο λέγουσιν· εἰ γὰρ τὴν οὐσίαν ἐκείνην καθ' ἣν ἔπαθεν ὁ Θεὸς Λόγος κατ' αὐτοὺς, οὐκ ἰδίαν αὐτοῦ λέγουσιν, ἵνα μὴ παθητὸν κατ' οὐσίαν ὁμολογήσωσι· τὸ δὲ μὴ ἴδιον, ἀλλότριον· τὸ δὲ ἀλλότριον ἄλλου τινὸς παρ' ἐκεῖνο οὗ μή ἐστιν ἴδιον, οὐ μόνον δύο οὐσίας λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ δύο πρόσωπα, τοῦ τε Θεοῦ Λόγου ἓν, καὶ ἓν ἐκείνου οὗτινός ἐστι ἡ οὐσία καθ' ἣν πέπονθεν ὁ Θεὸς Λόγος· τίνος γὰρ ἦν δῆλον ὅτι ἀνθρώπου; ὁ δέ τις ἄνθρωπος, πρόσωπον. Ἀλλ' ἴδιος μὲν τῆς ψυχῆς ὁ νοῦς, ὡς δύναμις· ἴδια δὲ τὰ νοήματα ὡς ἐνέργειαι· ἴδιον δὲ τὸ σῶμα ὡς ὄργανον· ἴδιος δὲ τοῦ ἀνθρώπου τις υἱὸς ὡς ἐξ αὐτοῦ· ἴδιος δὲ τοῦ αὐτοῦ ἀγρὸς ὡς κτῆμα· καὶ πάντων ἀληθῶς ὄντων αὐτοῦ ἰδίων, οὐδὲν τούτων ὅμως, κατὰ τὸν τοῦ ἑτέρου λόγον, ἴδιον τοῦ αὐτοῦ ἐστι, εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς πάντα λέγεται· δῆλον δὲ ὅτι τοῦτο συμβαίνει, διὰ τὸ τοῦ *ἰδίου* πολύσημον. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἀγρὸς ἴδιος τοῦδε κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ἀληθῶς, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦ ἀγροῦ λόγον οὐχ ὁμοίως ἴδια τὰ λοιπὰ τῷ αὐτῷ ἐστι, πᾶν δὲ καθ' ὑμᾶς τὸ μὴ ἰδιόν πως, εὐθὺς ἀλλότριον ἁπλῶς ἔσται, ἄρα ὁ μὲν ἀγρὸς ἴδιος τοῦδε, ὁ δὲ νοῦς καὶ τὸ σῶμα

τοῦδε, καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἴδια ἔσται αὐτοῦ· ταῦτα δὲ οὕτω φρονεῖν, πῶς οὐκ ἂν σαφῶς παραφρονεῖν; Πλὴν ὅ τε προσκυνητὸς ἡμῖν Θεὸς Χριστὸς δοξαζόμενος, ὅ τε καθ' ὑμᾶς ἄνθρωπος ἁπλῶς νοούμενος· ἢ καὶ εἴ τι ἕτερον αὐτῷ, πλὴν Θεοῦ, περισσότερον ὅμως ἀνθρώπου φιλοτιμεῖσθε, ἰδοὺ ἰδίαν ἑαυτοῦ ἀληθῶς σάρκα καὶ σῶμα παρίστησι, τὴν τοὺς ἥλους καὶ τὴν λόγχην ὑποστᾶσαν· ταύτης γὰρ ἦσαν μέλη. Περὶ ὧν φησι· « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου· » καὶ πάλιν τὴν μυστικὴν τοῦ τῆς εὐχαριστίας ἄρτου μετάληψιν, ἰδίας σαρκὸς διάδοσιν εἶναι δείκνυσιν εἰπών· « Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα· » ἑτέρωθι δὲ, « Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα· » ἔτι δὲ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, σάρκα αὐτοῦ ἰδίαν οἴεται· τοῦτο γὰρ διδάσκει φάσκων ὁ Ἀπόστολος· « Οὐδεὶς γὰρ πώποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν· » ἐν ἑτέρῳ δέ· « Ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέλους· » σαρκὸς οὖν καὶ σώματος αὐτοῦ ἰδίου τῆς Ἐκκλησίας τυγχανούσης, ἆρα τὸ οὐκ ὂν ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ, οὐκ ἴδιον αὐτοῦ καθ' ὑμᾶς λογισθήσεται; Καὶ ἐπεὶ μὴ κατὰ ταύτην τὴν σάρκα ἐσταυρώθη, ἀλλ' ὑπὲρ ταύτης, ἀναγκαίως ἔσται ἐν ἀλλοτρίᾳ σαρκὶ πεπονθώς; εἰ γὰρ τὸ οὐκ ἰδιόν πως, ἀλλότριον εὐθὺς καθ' ὑμᾶς· ἡ δὲ Ἐκκλησία, ἰδία· τὸ μὴ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἴδιον αὐτῷ, πάντως ἀλλότριον αὐτοῦ ἔσται· ὡσαύτως καὶ εἰ τὴν σάρκα εἴποιτε ἰδίαν αὐτοῦ κυρίως εἶναι τὴν καθηλωθεῖσαν, ἡ Ἐκκλησία ἔσται οὐκ ἰδία αὐτοῦ, ἐπεὶ μὴ καθηλώθη· τὸ γὰρ οὐκ ἰδιόν πως λεγόμενον, εὐθὺς ὑμῖν ἔδοξεν εἶναι καὶ ἀλλότριον. Ἀλλ' ὦ οὗτοι, οὐκ ἰδία μὲν τῆς φύσεως τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ, τῆς δὲ ὑποστάσεως αὐτοῦ γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων ἀληθῶς τῶν χρόνων ἰδία· λέγομεν δὲ καὶ ἀνθρώπου εἶναι τὸ σχῆμα τὸ ὀρθιον, ἴδιον ὂν τῆς φύσεως τῆς ψυχῆς, τῇ δὲ ἐν σώματι αὐτῆς ὑποστάσει ἐνθεωρούμενον. Ὅπως οὖν τοῦτο περὶ ταύτης λέγεται εἰ ἐνοήσατε, οὐκ ἂν ἡμῖν τοὺς ὑπὸ σκιᾶς καὶ ὀνείρων συλλογισμοὺς ἀνεπλέξατε· ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ ἐπιχειρήματος ὑμῶν, τὸ τοῦ ληθάργου πάθος ὑποστῆναι δόξαντες δι' ἀπροσεξίαν, πρὸς γέλωτα ἂν ἡμᾶς οὐ μέτριον συνεκινήσατε, εἰ μὴ τῷ φρικτῷ τῶν ζητουμένων προκατεστελλόμεθα πρὸς εὐλάβειαν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ψευδῶς ἅπαντα ὑμῖν εἴρηται, ἀλλ' ὅμως ταυτὸν μὲν συνάγειν ὑμᾶς βουλομένους ὁρῶμεν νῦν, ὡς δύο τε οὐσίας καὶ δύο πρόσωπα ἤγουν ὑποστάσεις λέγομεν ἐπὶ τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκός· καὶ τοῦτο ὡς ἄτοπόν τι συμπέρασμα καὶ ἀθέμιτον δόξαν διανοουμένους ἡμᾶς ἐλέγχειν σπουδάζετε, ὅπερ χθὲς καὶ τρίτην, εἴη δὲ μὴ εἰς αὔριον, τῆς ὑμετέρας μόνης ἐστὶ θρησκείας τὸ κεφαλαιωδέστατον· καὶ πάντων μᾶλλον τὸ τῆς τοιᾶσδε δόξης ἄτοπον, ὑμέτερόν ἐστι γνωριστήριον· ἡμῖν ὄντως καὶ λίαν ἀπεχθές τε καὶ πολέμιον· διά τοι γὰρ τοῦτο αὐτὸ καὶ τοσαῦτα σὺν Θεῷ ὑμῖν ἀνταγωνιζόμεθα.

A ad agrum cætera non ita propria ejusdem sunt; cum, juxta vos, quod non est tali modo proprium, statim fit simpliciter alienum : ergo præfati hominis ager quidem vere proprius erit, mens autem ejus et corpus et reliqua ipsi non erunt propria? Ita opinari nonne est manifeste desipere? Præterea, ille quem nos ut Deum adorandum veneramur, quem vos autem ut simplicem habetis hominem (nisi forte aliquid ei aliud, si non divinum, humano tamen superius largiamini), en Christus propria sui ipsius vere esse demonstrat corpus et carnem suam clavis et lanceæ suffixam : hujus enim erant membra de quibus dicit : « Foderunt manus meas et pedes meos [v]. » Et iterum mysticam panis B eucharistici communionem propriæ suæ carnis esse traditionem ostendit dicens : « Qui comedit carnem meam et bibit meum sanguinem [x]. » Et aliunde : Hoc est corpus meum [y]. » Ipsam quoque Ecclesiam pro sua propria carne habet; hoc enim docet Apostolus dicens : « Nemo enim suam carnem odit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam [z]. » Et alibi : « Vos estis corpus Christi, et membra ex membro [a]. « Cum autem caro et corpus Christi proprium sit Ecclesia, ergo quidquid non est Ecclesia ejus, ut non proprium ejus juxta vos habebitur? Et quia non in hac carne crucifixus est, sed pro ea, ergo necessario sequetur illum in aliena carne passum esse? Si enim quod non est tali modo proprium, statim fit simpliciter alienum, ut vos contenditis; Ecclesia vero est Christi C propria, quod igitur non est eodem modo ac Ecclesia, proprium ipsius, illi est omnino alienum. Item, si dixerit carnem Christi propriam illam esse quæ clavis transfixa est, jam Ecclesia non erit ipsius propria, quippe quæ clavis non est perforata : quidquid enim non tali modo proprium dicitur, jam ut alienum ducitis. Verum, heus vos! non propria quidem naturæ Verbi est caro, personæ vero ejus in novissimis temporibus vere propria facta est. Sic dicimus hominis esse habitum sectum, qui non est proprius naturæ animæ, sed personæ respectu corporis spectatæ appropriatur. Quomodo illud circa hanc dicatur si intellexissetis, non istos nebulos somnurnosque implicuissetis D syllogismos. Hæc quidem circa ista. In fine autem vestri epicherematis, lethargia ob inertiam torpere visi, risum nobis immodicum elicuissetis, si reverentia rerum de quibus agitur nos ad religiosam non revocasset moderationem. Etenim, quamvis nonnisi mendacia plerumque dixeritis, nihilominus vos nunc videmus id inferre volentes, videlicet nos, sicut duas naturas, ita duo supposita seu duas personas admittere circa Verbum et carnem; et hoc quasi absurdam conclusionem et hæreticam opinionem in nos refundere conamini, quod heri, et nudius tertius (ac utinam nec usque cras!) summarium est totius vestræ religionis fundamentum : imo absurda ista doctrina est præcipuus character quo vos dignoscimini; nobis vero est vere

[v] Psal. xxi, 17. [x] Joan. vi, 55. [y] Matth. xxvi, 26. [z] Ephes. v, 29. [a] I Cor. xii, 27.

et prorsus odiosa et contraria : quippe circa hoc ipsum tam acriter adversum vos cum Deo pugnamus.

CAP. IV.

Si quod dicitur *unus de SS. Trinitate*, est commune divinitatis et humanitatis Christi, vel sub eodem respectu est commune Patri et Spiritui sancto, vel sub uno et altero respectu, pro duobus quibus constat unum Verbum. Porro, si sub eodem respectu est commune, ergo primo caro est Verbo consubstantialis? Ergo secundo in divinis est quaternio, non Trinitas? Si autem uno modo Verbum et altero modo caro communicat cum Patre et Spiritu sancto, quomodo hinc non infertis duas esse naturas in sanctissima Trinitate? Quod si dicendo *unus de Trinitate* intelligitis aliquid unum ex partibus coalescens, Verbum divinum in seipso consideratum, erit dimidium *unius de Sanctissima Trinitate;* ac si forte dicendum sit consubstantiale ex duobus, tunc Patrem et Spiritum sanctum cum eo numerantes, e sex monadibus Sanctissimam Trinitatem constare inferetis. Respondeo vobis, o intelligentia imbecilles, accuratæ vero supputationis, ut putatis, peritissimi : primo, non in quantum aliquid unum esse ex pluribus, in tantum commune cum his pluribus necessario est, sed in quantum dicitur unum cum pluribus esse. Si ergo unus de Trinitate Verbum dicitur respective ad personam (respective enim ad naturam, non unum ex tribus, sed unum cum duobus æstimatur Verbum), et nullam habet sub respectu propriæ suæ personæ, sive ante sive post incarnationem, cum Patre et Spiritu communitatem, quia neuterque Verbum est; neque unquam, ut simpliciter personæ, ulli personæ communicabit : quomodo vultis Christum, qui, tum quatenus simpliciter Verbum, tum quatenus incarnatus, unus est de sanctissima Trinitate, communicare cum duabus aliis personis in hoc præcise quo est unum ex tribus distinctis (nam personæ divinæ non sunt unum respectu seu ratione hypostaseos, sed unum vere sunt ratione seu respectu naturæ, relative ad quam non sunt tria, ita ut unum ex tribus dicamus esse Christum)? In hoc quidem sensu Christum relative ad alias personas habere tantummodo similitudinem arbitramur. Evidenter enim personæ, non respective ad suam hypostasim, sed respective ad illam quæ ipsis subest essentiam, unica gaudent indivisibili natura : ex eo quod autem unica eis insit substantia, hoc nuncupamus identitatem. Relatio Filii ad Patrem est similitudo : ac Patris imago Filius toties dicitur, quoties cum natura simul proprium ipsius spectatur attributum, quod est *esse* a principio. Quoad ideam imaginis, præter communem similitudinis rationem, hoc habet speciale, nempe quod non sit prototypus, sed exemplaris imitatio : quod est imaginis proprietas. Cum vero ambas illas personas sub respectu earum naturæ consideramus, jam non est locus dicendi similitudinem, quia non est altera alteri collata : nulla enim videbitur distinctio, sed

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Εἰ τὸ *εἷς τῆς Τριάδος* λεγόμενον, κοινὸν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος Χριστοῦ ἐστιν, ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐστὶ κοινὸν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἢ καθ' ἕτερον καὶ ἕτερον πως ἐξ ἀμφοῖν ἀποτελουμένου Λόγου ἑνός· ἀλλ' εἰ μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν ἡ κοινωνία, πρῶτον μὲν πῶς οὐχ ὁμοούσιος ἡ σὰρξ τῷ Λόγῳ; εἶτα δὲ καὶ τετρὰς οὐ Τριὰς τὸ Θεῖον; εἰ δὲ καθ' ἕτερον κοινωνεῖ ὁ Λόγος καὶ καθ' ἕτερον ἡ σὰρξ τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι, πῶς οὐ δύο τὰς φύσεις τῆς ἁγίας Τριάδος εἰσάγετε; εἰ δὲ ὡς ὅλον ἐκ μερῶν τὸ *εἷς τῆς Τριάδος* λέγετε, ὁ Θεὸς Λόγος καθ' ἑαυτὸν, ἡμισυ *ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος* ἔσται· εἰ δὲ ἄρα καὶ ὁμοούσιον δεῖ λέγειν ἐκ δύο, καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα λέγοντες, ἓξ μονάδων εἶναι τῆς ἁγίας Τριάδος τὸν Λόγον δεδώκατε. Ἀλλ' ὦ τὴν διάνοιαν ἰσχνοὶ καὶ περὶ τὴν τῶν τοιῶνδε ἀκριβολογίαν δεινοὶ, ὡς οἴεσθε, πρῶτον μὲν οὐ καθ' ὅ ἕν τι εἶναι καὶ ἐκ τῶν πολλῶν λέγεταί τι, κατὰ τοῦτο πάντως καὶ κοινὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀνάγκη· ἀλλὰ καθὸ ἓν εἶναι λέγεται, καὶ σὺν πολλοῖς εἶναι· εἰ οὖν εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ Λόγος εἴρηται, κατὰ γὰρ τὴν οὐσίαν οὐχ ἓν ἐκ τριῶν, ἀλλ' εἷς ἅμα σὺν τοῖς δύο δοξάζεται ὁ Λόγος· καὶ οὐκ ἔχει τινὰ κοινωνίαν κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόστασιν, οὔτε πρὸ σαρκὸς πρὸς τὸν Πατέρα ἢ τὸ Πνεῦμα, οὐδὲ μετὰ τὴν σάρκα· ἐπεὶ μὴ ταῦτα ὁ Λόγος ἐστίν· οὐδὲ μὴν ἁπλῶς ὡς ὑπόστασις ὑποστάσει κοινωνήσει πώποτε· πῶς κοινωνίαν εἴτε καὶ ὡς ἁπλῶς Λόγου, εἴτε καὶ ὡς σεσαρκωμένου ἥγουν Χριστοῦ ἐρωτᾶτε, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, πρὸ; τὰ ἕτερα δύο πρόσωπα, κατ' αὐτὸ τοῦτο καθὸ ἓν ἐκ τῶν τριῶν ἀνομοίων ἐστίν· οὐδὲ γὰρ ἓν τῷ λόγῳ, ἢ τῷ ἀριθμῷ τῆς ὑποστάσεώς εἰσι· τὸ γὰρ ἓν αὐτοῖς, τῇ οὐσίᾳ ἐστὶν ἀληθῶς, καὶ τῷ τῆς οὐσίας ἀριθμῷ· καθ' ἣν οὐδέποτε οὐδὲ τρία εἰσὶν, ἵνα ἕνα τῶν τριῶν λέγοιμεν τὸν Χριστόν· καὶ πρὸς τὰ ἕτερα οὕτως ἔχειν αὐτὸν σκοποῦμεν τὴν ὁμοίωσιν· δῆλον γὰρ ὡς αἱ ὑποστάσεις οὐ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐν αὐταῖς οὐσίαν, μίαν ἔχουσι τὴν ἀπαράλλακτον φύσιν· ἐκ τοῦ γὰρ πάντη ταύταις εἶναι μίαν ὕπαρξιν, καὶ τὴν ταυτότητά φαμεν· ὁμοίωσις μὲν γὰρ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα· καὶ εἰκὼν εἶναι τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς τότε λέγεται, ὅτε σὺν τῇ φύσει, κσὶ τὸ ἰδίωμα τοῦδε νοεῖται, ἤγουν τὸ ἐξ αἰτίου· οὕτως γὰρ καὶ τῆς εἰκόνος ὁ λόγος μετὰ τοῦ κοινοῦ τῆς ὁμοιώσεως ἔχει καὶ τὸ μὴ πρωτότυπον εἶναι ἀλλ' ἐκ παραδείγματος, ἴδιον αὐτῆς ὄντα λόγον· ὅτε δὲ καθ' αὑτὴν τὴν οὐσίαν ἄμφω τῶν ὑποστάσεων αὐτοὺς νοοῦμεν, οὔτε ὁμοίωσιν λοιπὸν ἔστι λέγειν· ἐπεὶ μὴ ἔστιν ἑτέρα πρὸς ἑτέραν συγκρινομένη· οὐδεμία γὰρ ὀφθήσεται ἑτερότης, ἀλλὰ μόνον ταυτότητα αὐτῆς ἐνιαίως ἴσμεν· εἰ οὖν καὶ μὴ κατὰ λόγον τὴν ἐρώτησιν προσαγαγεῖν δεδύνησθε, ὅμως μέντοι κατὰ τὴν ἰδίαν κοινωνίαν τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φανταζόμενοι τάδε πυνθάνεσθε, ταύτην λήψεσθε παρ' ἡμῶν τὴν ἀπόκρισιν, ὡς ὁ Λόγος ἓν πρόσωπον ὅλον ὑπάρχων, μία τε ὑπόστασις τῆς ἁγίας Τριάδος· ἐξ ὑποστάσεων γὰρ οὐ φύσεων

τὸ τριαδικὸν συνελέκται· ἐσαρκώθη ὁ πρώην ἄσαρκος καὶ ἔστι Χριστὸς, ὃς ἐκ μέρους αὐτοῦ ἦγουν τῆς μιᾶς τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων κοινῶς τέ ἐστι καὶ ὁμοούσιος καὶ εἷς τῇ φύσει, σὺν τῷ Πατρὶ τῷ ἀγαθῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι κατ' οὐσίαν αὐτοῖς ἡνωμένος· καὶ οὔτε πλεονασμὸν ἢ λεῖψιν ὑποστάσεων τῇ ἁγίᾳ Τριάδι παρίστησιν· εἴπερ ὁ Λόγος μία τε ἦν ὑπόστασις πρὸ σαρκὸς καὶ μετὰ σάρκα· ἀλλ' οὔτε ἐλάττων αὐτὸς μιᾶς ὑποστάσεως εἶναι πρὸ τῆς σαρκὸς δείκνυται ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι δηλονότι· οὐδὲ γὰρ πρόσθεσιν ὑποστάσεως ἐπιδεξάμενος τὴν νῦν ἔχει τελειότητα τῆς ὑποστάσεως· ἀλλ' ἣν εἶχε μόνον κέκτηται, καὶ μετὰ τὴν προσθήκην ἧς οὐκ εἶχε φύσεως· καὶ οὕτως ἔσται ὑμῖν εἰς οὐδὲν ἀναλυομένη πᾶσα τῶν διπλώσεων ἐπὶ τὰς τριπλώσεις ἡ ψηφολογία, καὶ πᾶσα ἡ ὁμὰς τοῦ ἀλογίστου ὑμῶν καταλόγου εὐλόγως ἡμῖν παραλογισθεῖσα· εἷς γὰρ ὅλως ἐκ τριῶν, ὦ δοκήσει σοφοὶ, οὐ κατὰ κοινωνίαν ὁ Χριστός· εἷς δὴ σὺν τοῖς λοιποῖς δύο προσώποις κατὰ τὴν κοινωνίαν τῆς μιᾶς τῶν ἐν αὐτῷ φύσεως, οὐ μὴν τῶν ἐν αὐτῷ δύο φύσεων· οὐκ εἶτι δὲ μὴ ἐκ πάντων τῶν ἑαυτοῦ κοινωνεῖ τινι, οὐδὲ κοινὸν ἔσται πρὸς αὐτό.

A meram ubique scimus adesse identitatem. Quamvis igitur hanc movere quæstionem rationaliter haud potueritis, quia tamen quæ sit communicatio Domini nostri Jesu Christi in vestra imaginatione quæritis, hoc accipietis a nobis responsum. Verbum, quod est unum suppositum completum et una persona sanctissimæ Trinitatis (ex personis enim, non ex naturis ternus colligitur numerus), caro factum est, cum antea sine carne esset, et nunc est Christus, qui ex parte sui ipsius, videlicet secundum unam e suis naturis, communis est consubstantialisque et unus natura cum Patre optimo et sancto ejus Spiritu, ratione essentiæ ipsis unitus. Neque augmentum vel imminutionem affert numero personarum sanctissimæ Trinitatis : siquidem Verbum B unica ante incarnationem, unica post incarnationem fuit persona, et ipsum non caruisse hypostasi ante incarnationem evidenter demonstratur in sanctissima Trinitate : si enim perfectam nunc habet hypostasim, non quod hypostaseos augmentum susceperit, sed quam prius habebat, hac sola gaudet, etiam post additionis illius quam non habebat, naturæ. Et sic vobis in nihilum redacta ruit omnis duplicationum supra triplicationes congestarum supputatio, et tota illa innumerabilium calculorum summa, erroris merito a nobis convicta. Etenim, o vos in vestra opinione sapientes, Christus unus est ex tribus, sine communicatione, unus autem est cum duabus aliis personis per communicationem unius, non vero utriusque suarum naturarum ; quamvis autem aliquid alteri non communicet ex omnibus suis, non ideo commune cum illo non erit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Εἰ τὸ εἷς τῆς *Τριάδος* ἐκ θεότητος καὶ σαρκὸς σημαίνεται, πῶς οὐκ ἔσται τῆς Τριάδος καὶ ἡ σάρξ; εἰ δὲ ἡ ἁγία Τριὰς κατά τι μονάς ἐστι, οὐκ ἔσται καὶ τῆς μονάδος ἡ σάρξ· εἰ δὲ τῆς μονάδος ἡ σὰρξ, κτιστὴ δὲ αὕτη, πῶς ἄκτιστος ἡ μονάς; Ἀλλὰ τίς ἂν εἴη λόγος ὑμῖν ὁ παριστῶν τὸ κατά τι κοινωνοῦν, πάντως καὶ κατὰ πάντα κοινωνεῖν ἀναγκαίως; εἰ οὖν ἡ σὰρξ κεκοινώνηκε τῇ θεότητι κατὰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Λόγου, ὡς διὰ τοῦτο καὶ ἀληθῶς σὺν αὐτῷ εἶναι μιᾶς τῶν μονάδων τῆς ἁγίας Τριάδος, ἤγουν τῆς ὑποστατικῆς ἀριθμήσεως, τίς ὁ βιαζόμενος λόγος κοινωνῆσαι αὐτὴν καὶ τῷ οὐσιώδει Λόγῳ τῆς θεότητος, ἤγουν τῷ τῆς φύσεως λόγῳ κατὰ τὸ μοναδικὸν τῆς ὑπάρξεως τῆς θείας συμπεριλαμβανομένην σὺν αὐτῇ; δι' αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτο τοὐναντίον φαμὲν ἡμεῖς τοῖς ὑμετέροις· ὅτι ἐπεὶ ἐκείνῳ τῷ Λόγῳ ἔφθη κατὰ τὴν εὐδοκίαν τῆς οἰκονομίας ἑνωθῆναι τῇ σαρκὶ ἡ θεότης, καθ' ὃ καὶ πρὸς ἑαυτήν πως διαφέρεται ἤγουν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ὡμολογημένως οὐκ ἔσται πρὸς αὐτὴν κατὰ λόγον οὐσίας κοινωνοῦσα καθ' ὃν πρὸς ἑαυτὴν μὴ διαφέρεται· εἰ γὰρ οὐδὲ καθ' ἑαυτὴν θεωρουμένη ἡ θεότης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις αὐτῆς, ἤγουν τοῖς τῆς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως δείκνυται κοινωνοῦσα (ἓν γὰρ κατ' ἄλλο ἐστὶ, καὶ τρία καθ' ἕτερόν ἐστι)· πῶς τῷ παρ' αὐτὴν ὄντι σὺν τῇ σαρκὶ κατ' ἀμφότερα κοινωνήσει; εἰ γὰρ τοῦτο εἴη, ὄντως ἂν τῇ σαρκὶ μόνῃ τό τε ὑπὲρ Θεόν πως καὶ ἀσυγκρίτως ἁπλότερον, καὶ ἑαυτῆς ὑπερκείμενον ἐμαρτύρησεν ἂν ἡ θεότης· καὶ τάδε μὲν οὕτως· εἰ δὲ τῷ λεπτῷ τοῦ θεωρήματος ἴσως οὐκ εὔγνωστον ὑμῖν τὸ λεγό-

CAP. V.

Si hæc verba, *unus de Trimtate*, significant, ex divinitate et carne, ergone Trinitatis erit caro? Si vero Trinitas sub aliquo respectu sit monas, ergo monadis caro erit? Si autem monadis sit caro, cum caro sit creata, quomodo increata erit monas? At quo argumento probabitis quod sub aliquo respectu commune est, illud sub omni prorsus respectu commune necessario esse? Si ergo caro communicavit Deitati in persona Verbi, ita ut vere cum eo sit una ex monadibus sanctissimæ Trinitatis, id est, ex personarum numero : num ideo necesse est dicatur eadem caro communicasse divinitati ratione essentiæ, id est, ratione naturæ, in unitate substantiæ divinæ simul cum illa comprehensa? Hanc D enim ipsam ob causam nos contra vos dicimus : cum per obviam Providentiæ voluntatem unita sit carni divinitas sub illo respectu quo aliquam in seipsa distinctionem admittit, scilicet respective ad hypostasim : fatebuntur omnes eam cum carne non communicasse respective ad suam naturam, cujus ratione nullam admittit in seipsa distinctionem. Quod si divinitatem in seipsa consideratam non demonstratur communicare sub duobus suis respectibus, id est, sub respectu tum naturæ, tum hypostaseos (*unum* enim est sub priori, *tria* vero sub posteriori) : quomodo illi qui in ea cum carne inest, sub duplici respectu communicabit? Hoc si esset, sola carne aliquid quodammodo se ipsa divinius, et simplicius, et excellentius ostendisset divinitas. Et ita quidem se res habent. Quoniam

vero, ob argumentorum subtilitatem, vobis fortasse non sunt bene nota quæ dixi, res vobis elucidanda est exemplo sub sensus magis cadente. Ignis parti pars ferri conglutinata quodammodo unam cum illa efficit hypostasim, quæ in suo esse simul ex igne et ferro completur: et, cum ignis totus in ea insit ratione suæ naturæ, ergone juxta vos dici poterit igni ferrum esse consubstantiale? Si autem illud evidentibus demonstratum est rationibus, proinde, ex omnium confesso, aliud est communicatio qua varia ferri igniti corpora secum invicem unum efficiunt in hypostasi, et aliud unio qua unum censentur cum eis quibus unumquodque est consubstantialis in communi natura. Ergo recte dixistis Trinitatis esse carnem, hæc enim una est trium personarum. Sed (pace vestra dicam) caro non est monadis primario seu in proprio sensu. — At, forsan inquitis: Trinitas sub quodam respectu est monas. — Verum sub illo respectu monas non est caro eodem modo ac Trinitas, heus vos meditari vobiscum nescientes.

μενον, παχυμερεστέρῳ ὑμᾶς ἐλεγκτέον τῷ παραδείματι· ἐπεὶ γὰρ μέρει πυρὸς μέρος σιδήρου κατά τινα ὑπόστασιν τοῦδέ τινος τοῦ μύδρου συνῆπται· τὸ δὲ εἶναι ταύτῃ ἐκ πυρός τε τοῦ κοινοῦ καὶ σιδήρου πληροῦται· ἐπεὶ τὸ πῦρ ὅλον ἔνεστι κατὰ τὴν φύσιν, πῶς οὐκ ἔσται λέγειν καὶ τῷ πυρὶ τὸν σίδηρον ὁμοούσιον καθ' ὑμᾶς; Εἰ δὲ τοῦτο πρόδηλον ἔχει τὸν ἔλεγχον, ὡμολογημένως καθ' ἑτέραν κοινωνίαν τά τε ἐν τῷ μύδρῳ σώματα διάφορα τὸ ἓν εἶναι ἔχουσι σὺν ἀλλήλοις ἐν τῇ ὑποστάσει· καὶ καθ' ἑτέραν ἕνωσιν πάλιν ἓν νοεῖται τάδε σὺν τοῖς ἑαυτῶν ἑκάτερον ὁμοουσίοις ἐν κοινῇ τῇ φύσει· τῆς οὖν Τριάδος ἀληθῶς ἔφητε ὅτι ἔστι καὶ ἡ σάρξ· μιᾶς γὰρ τῶν τριῶν ὑποστάσεων· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῆς μονάδος, ὦ οὗτοι, πρώτως ἤγουν οἰκείῳ λόγῳ. Ἀλλ' ἡ Τριὰς κατά τι καὶ μονάς ἐστιν, ἴσως φατέ. Ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο οὐκ ἔστιν ὁμοίως τῇ Τριάδι καὶ μονὰς ἡ σὰρξ σὺν αὐτοῖς, ἀπερίσκεπτοι.

CAP. VI.

Si ille *unus de Trinitate* ex divinitate et carne compleatur, impassibilis vero Trinitas agnoscatur, quomodo non erit impassibilis, cum divinitas, tum caro? Si autem impassibilis utraque sit, quis passus est pro nobis? quid dicebatur passibile ante resurrectionem? Nemo vobis asseruit unum de Trinitate ex divinitate et carne compleri juxta vestram interpretationem. Neque enim divinitate carebat Verbum in Filio, ratione, tum naturæ, tum hypostaseos, neque respective ad Trinitatem personarum vel ad unitatem naturæ incompletum erat Verbum in seipso sine carne consideratum, antequam caro ab ipso assumeretur, ipsique passibilis impassibili hypostatice uniretur. Non enim ad perfectionem vel complementum assumptione passionis et passibilis Deo opus erat. Ac, sive in impassibilitate qua gaudebat et ante et post incarnationem, sive in carnis passionibus consideretur Verbum, idem vere ostenditur. At minime nos ex his quæ tum ante incarnationem Verbi, tum post carnis ejus resurrectionem admisimus, revocatis dicendo simpliciter impassibilem esse Trinitatem: clare enim profitemur et nos, ex quo Verbum caro factum habitavit in terris, sicut non sine carne fuit universa personarum Trinitas, ita nec impassibilem fuisse omnem hujus personam, quia passibilis est Christi, juxta illud sancti apostoli dicentis: « Et primus ex resurrectione mortuorum [b]. » Hic enim est ipsum Verbum quod erat in principio. Impassibilis vero est divina, tum ejus, tum Patris, tum Spiritus sancti natura, quæ sive ante sive post incarnationem, in eadem persona Verbi veritatis usque manet.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

